I intellectum,ſicut colores ad viſum:vt vult Philoſophus in.iii.de Anima. ℭSecundus modus ponendi angelum operari circa noſtrum phantaſticũ in docendo hominem eſt:ꝙ angelus imprimit nouas ſpecies imaginabiles immediate in phãtaſia:quales natus eſt imprimere ſenſus:vt ab illis intellectus ſpecies intelligibiles abſtrahat:& per hunc modũ angelus hominẽ doceat : ſicut dictũ eſt prius,qđ eſt ĩpoſſibile ꝓpter cauſam iã dictã:qa tales ſpecies nõ ſunt natę gñari:niſi ab obiecto ſenſibili:& mediãte ſenſu particulari.Angelus aũt nihil de nouo operatur circa res naturales niſi mediantibus cauſis naturalibus:vt dictum eſt ſupra.Ideo ſequitur tertius modus ponendi angelum docere hominẽ operando circa organum phantaſię: non aliquid ei imprimendo, ſed impreſſa ipſi a ſenſu diſponẽdo:vt regulariter & ordinate ab ipſis ſpecies intelligibiles abſtrahãtur. Sed hoc ponitur facere dupliciter.Vno modo amouendo prohibens,motum.ſ.inordinatum imaginũ in phãtaſmate ſedando.Quibus inordinate motis nõ põt mens p ipſas aliqd determinate intelligere.Fit enim illa ſedatio reprimẽdo id qđ motum imaginũ in phãtaſmate facit inordinatum:ſiue hoc ſit naturæ malitia,vel morbus,vel diſturbatio aliqua humorum, vel praua conſuetudo , vel dæmonis actio, vt ſedata perturbatione poſſint imagines ordinate mouere intellectum : & ſic ſedendo & quieſcendo fiat anima prudens. vt dicitur in.vii.Phyſico.Sed iſte modus docendi & agendi eſt omnino per accidens:quia agens ſolũ remouẽs ꝓhibẽs eſt agens per accidens.Ideo eſt ſecũdus modus quo ponitur illud agere per ſe:& non videtur alius modus poſſibilis angelo:vt doceat hominem ſecundum ſtatum cõmunem acquirendi ſcientiam ab homine in hac vita,quem ad præſens quærimus:& eſt ꝙ angelus dicatur docere hominem agendo circa imagines in phantaſmate a ſenſu receptas:vt ordinate pręſententur,& proponantur intellectui: cum intentus eſt ad intelligendum:& hoc ex ordine quo natę ſunt mouere intellectum ad ordinate recipiendum ſpecies intelligibiles per quas formentᷣ ordinati conceptus in intellectu ſecundum ordinatum diſcurſum a primis ſcibilibus ad ſcibilia poſteriora: ſicut ſupra expoſitũ fuit in modo docẽdi quo homo docet hominem. & hoc poſſunt facere angeli tam boni q̃ mali naturali potentia quã habent ad tranſmutandum naturalia localiter & corporaliter. Poſſunt ergo angeli docere homines per motum ſpirituũ & humorũ in hoĩs phantaſtico,ordinando imagines exiſtentes in ipſo , tali ordine quo intellectus intelligere poſſit per ſpecies intelligibiles abſtractas ab eis:quæ nunq̃ vel qualia nũq̃ intellexit:ſecũdum ꝙ de tali ordine facto imaginibus a natura aliquando videntur in ſomnis: qualia nunq̃ fuerunt viſa in vigilia:vt dicit Philoſophus in de ſom.& vig. Vnde de tali potentia angelorum dicit Aug.li.lxxx.iii.q.Dęmon ſerpit per omnes aditus ſenſuales:dat ſe figuris:accõmodat coloribus:adhæret ſonis : odoribus ſe ſubiicit : infundit ſaporibus : & oſtendit homini formas notas & ignotas:ex quibus facit conceptus complexos & incomplexos:quales nunq̃ prius conceperat. Intelligẽdum tamen ꝙ nullam formam per hoc poteſt repręſentare:cuius imaginem aut ſpeciem extra ſenſum nõ perceperat:vel in toto,vel in parte:ſecundũ ꝙ dormiẽtes ſomniant montes aureos: qđ nõ poſſent facere ſi nunq̃ ſeorſum vidiſſent montẽ,ſeorſum aurũ.Hoc ergo mõ angelus qđ ſcit p ſpecies ſibi innatas,proponit homini in ſignũ imaginum ordinate interius : Sicut homo docens hominem ſcientiam ſuam proponit ei ordinata ſenſibilia extra: per quę ordinabãtur imagines intra. Et ſecũdũ hoc nõ differũt modus docendi hominis & angeli: niſi ꝙ homo proponit extra illa per quę imagines ordinantur intra.Angelus vero interius motu ſuo facit:vt illa ordinatio fiat.Eſt autem hic aduertendum:ꝙ cum homo docet accidentaliter per accidens: quia per ſigna artificialia ſignificatiua ab impoſitione vt dictũ eſt ſupra,angelus docet per accidẽs:qa non niſi imagines proponendo:ſed non accidentaliter per accidens:quia illæ imagines ſunt ſigna naturalia per ſe intellectũ ad formandum conceptus de rebus ducentia.

Ad primum principale.

K ℭQꝫ ergo arguitur primo: Angelus non poteſt hominem docere : quia nec lumen nec ſpeciem imprimit: Dicendum eſt ꝙ hoc facere eſt docere per ſe : & licet ſic non

L
Ad ſecũdũ.

doceat, docet tamen quodammodo per accidens , phantaſmata ordinando : vt dictum eſt. ℭSimiliter patet ad ſecundum arg.principale. ſi enim immediate angelus a ſua ſcientia ſcientiam cauſaret in homine, aut produceret, talem modum ſciendi cauſaret qualem ipſe habet.Si



tamen ſubiectum eſſet & ſuſceptibile:qđ nunc non eſt ita. & ideo adhuc ſi hoc modo reciperetur ſcientia in homine ab angelo: reciperetur tamẽ ſecundum modum recipientis. Nunc autem quia angelus non cauſat in homine ſcientiam,niſi per phantaſmata,per quę diſcurrendo intelligit:ideo alium modum ſcientiæ in homine cauſat : q̃ ſit ille quo ipſe nouit. ℭ Ad argumenta in oppoſitum:quia nituntur ad inconueniens,ſimiliter reſpondendum eſt.Qꝫ ergo arguitur primo in oppoſitum:ꝙ angelus poteſt docere lumen infundendo ſpirituale : quia ſol corporaliter facit videre lumen infundendo corporale:Dicendum ꝙ licet ita ſit , neuter tamen horum lumen infundit: niſi in diſpoſitum,& luminis ſuſceptiuum.Nunc autem intellectus humanus corpori cõiunctus ſecundum communem ſtatum viæ, non eſt diſpoſitus ad recipiendum ab angelo huiuſmodi illuminationem quicqd ſit de hoc ipſo poſito in alio ſtatu:ſiue in corpore,ſiue extra corpus. ℭAd ſecundum : ꝙ angeli ſcientia magis eſt in actu,q̃ hominis.ergo &c. Dicendum ꝙ ratio procedit ac ſi ſcientia eſſet potentia actiua.& per hanc viam vna ſcientia ab altera generaretur : ſecundum ꝙ obiiciebat Cõment.ſuper.iii.de Anima.Nunc autem non eſt ſic:nec per hanc viam generatur ſcientia,ſiue ab homine,ſiue ab angelo:& non eſt alius modus quo angelus doceat hominem poſſibilis ſecundum ſtatum cõmunem vię:niſi mediante hominis phantaſmate:vt dictum eſt.

M
Ad primum in oppoſitũ.

N
Ad ſecundũ

A
Quæſt.ix.
Argu.i.

Circa.ix.arguitur:ꝙ p ſe acquirẽs ſcientiã,poſſit dici docere ſeipſum. Primo ſic. Actio quælibet magis debet attribui cauſę principali,q̃ inſtrumentali.Sed homo qui docet exterius ſigna ſenſibilia proponẽdo ſecũdum modum prędeterminatũ:eſt quaſi cauſa inſtrumẽtalis in docẽdo reſpectu intellectꝰ agẽtis.Signa em̃ illa ſunt q̃ſi inſtrumẽta intellectus agẽtis:a qbus ſpecies imprimit in intellectu poſſibili qbꝰ docet & intelligit vt dictũ eſt. Intellectui ergo agẽti tanq̃ cauſę pricipali,magis debet attribui actꝰ docẽdi,q̃ hoĩ exteriori. Si ergo hoĩ exteriori ꝓpter illa inſtrumenta ſignorum q̃ proponit attribuitur actus docendi: vt vere dicatur eſſe doctor:multo fortius & intellectui agenti debet attribui actus docendi. ſed quod attribuitur ipſi intellectui,verius attribuitur ipſi homini cuius eſt: quia ipſe intellectus reſpectu actus non eſt niſi hominis inſtrumẽtum:ergo ipſi homini qui diſcit principaliter debet attribui actus docendi.Vere ergo poteſt dici, ꝙ homo doceat ſeipſum,acquirendo per ſe ſcientiam,multo magis q̃ acquirendo per alium. ℭSe- 2
cundo ſic.ille principaliter docet qui facit diſcentem eſſe certum de veritate cognita. hoc autem facit homo ipſemet in ſe magis q̃ homo exterius per iudicium naturalis rationis ſuæ: vt dictum eſt ſupra.homo ergo acquirendo per ſe ſcientiam : verius debet dici docere ſeipſum,q̃ alius homo exterior. ℭTertio ſic.Sicut homo ſe bene exercendo eſt ſibi cauſa virtutis:ita bene ac diligenter 3
inquirendo eſt ſibi cauſa ſcientiæ.Sed qui eſt cauſa ſcientiæ dicitur docere.ergo &c. ℭIn oppoſitũ eſt Philoſophus:qui dicit.iiii.Phy.ꝙ impoſſibile eſt ꝙ docens addiſcat.

In oppoſitũ.

B
Reſolutio.

ℭAd intellectum aũt huius quæſtionis:ſolũ oportet ſcire quid dicitur & intelligitur noĩe doctoris. Sciendum igitur ꝙ omne agens inquantum huiuſmodi debet eſſe aliquid exiſtens in actu:ſecundum eſſe formę illius qua agit.Qđ patet tã in agente principali,q̃ in inſtrumẽtali.Generans enim aĩal tanq̃ agens principale:debet habere perfecte ſecundũ actum in ſe formam aĩalis.Generans vero aĩal tanq̃ agens inſtrumẽtale:vt calor naturalis: debet habere in ſe ſecũdum actum virtutẽ formę aĩalis.Qđ ergo importat perfectã rationẽ principii actiui ſecundũ aliquã formã ad cauſandum ſibi ſimilẽ in alio debet eſſe perfecte informatum forma illa ſecundum actum inquantum hmõi. Nũc doctor nomine ſuo importat pfectam rationem principii actiui ſecũdum ſcientiam:ad cauſandum ſcientiã conſimilem in alio,mõ tñ quo determinatum eſt ſupra. Doctor ergo ratione nominis ſui ſignificat docentem in ſe habere ſecũdum actum perfectam informationem ſcientiæ. quare cũ diſcens inquantum hmõi non eſt actu habens ſcientiã:ſed in potentia tm̃: actus autẽ & potentia ad illum cum ſint contraria ſecundum Philoſophum.ix. Metaph.non poſſunt eſſe ſimul in eodem:idem ergo non poteſt eſſe diſcẽs & docẽs ſeipſum.& hoc eſt qđ dicit Philoſophus.iiii.Phy.Impoſſibile eſt ꝙ docens addiſcat:qa docentem neceſſe eſt habere ſciẽtiam:diſcẽtem vero non habere.Cum ergo per ſe acquirens ſcientiam proprie eſt diſcens , talis in acquirendo ſcientiam nullo modo poteſt dici docere ſeipſum. ℭAd primum in oppoſitum : ꝙ homo inſtrumentaliter docens dicitur doctor:multo fortius ergo & homo per ſuum intellectum: cuius ille eſt inſtrumentũ:Dicendũ ꝙ alia eſt ratio: q̃ dicitᷣ aliquis doctor: & alia qua dicitᷣ cauſa doctrinę. Cauſa em̃ doctrinę ſolũmõ dr̃ ex eo ꝙ agit vt in alio doctrina fiat in actu: quocũq̃ mõ etiã inſtrumẽrali: & ideo nõ oportet ipm̃ inquãtũ hmõi forma doctrinę ĩformari.Doctor aũt vt dictũ eſt nõ

C
Ad primũ principale.

dicitur niſi qui agit ſecundum formam doctrinæ qua informatur. Licet ergo intellectus hominis
principalius agit vt fiat ſcientia in ſeipſo q̄ homo exterior:vt probat argumentum : quia tamen
homo exterior agit ex forma ſcientiæ qua informatur, ſecundum eam diſponendo , & proponen-
do ſigna,quibus alter docetur : non ſic autem agit ipſe homo per ſuum intellectum:cum ex ſeip-
ſo acquirit ſcientiam:Merito ergo debet dici doctor homo exterior: non autem ipſemet ſuiipſius.
vnde & ſi agens interior aliquãdo dicaẗ doctor:hoc eſt improprie ſumendo nomē doctoris,exten-
dendo ipſum ad principale agens in diſcēdo. Diſcere enim cōmunius eſt q̄ doceri:quia diſcere nō
ſolum dicit relationem ad docentem:ſed etiã ad quēlibet ſciētiã cauſantem:vt homo poterit dici
D diſcere ex ſeipſo:non aũt doceri:quia doceri ſolũ dicit relationē ad docentem. ¶Per idem patet re
Ad ſecundũ ſponſio ad ſecundũ.¶Ad tertiũ:dicēdũ ꝙ bene concedendũ eſt hoīem eſſe ſibi cauſam ſcientiæ,ſi-
& ad tertiũ. cut & virtutis:vt tamē non dicatur ex hoc doctor ſuiipſius. non habendo enim virtutem poteſt
homo ſibi eſſe cauſa moralis virtutis:& ſimiliter non habendo ſcientiam,poteſt ſibi eſſe cauſa ſci-
entiæ.Habendo autem ſcientiam,impoſſibile eſt ꝙ ſibi ſit cauſa ſcientiæ,ea ratione ſciendi qua ha
bet eam: alia autem ratione non eſt inconueniens:vt ꝙ habens ſcientiã in vniuerſali ſit ſibi cauſa
ſcientiæ in particulari.Sicut etiam habendo aliquid vno modo poteſt homo eſſe cauſa eiuſdem in
ſeipſo : non habendo illud idem alio modo : ſicut contingit in medico qui ſanat ſeipſum.Ip-
ſe enim habens ſanitatem in cognitione artis,cauſat eam in habitu ſui corporis. Nũc autem cum
ad hoc ꝙ aliqs dicatur doctor, ſecundum eandem rationem qua habet ſcientiam debet eam cau
ſare: & impoſſibile eſt ꝙ idem ſimul ſcientiam aliquam habeat & non habeat:vel non eodem mo-
do:non eſt autem aliquis doctor,niſi habendo ſcientiam quam debet docere: & ſecũdum modum
quo eam debet docere : neq; aliquis docetur niſi non habens ſcientiam : vel non ſecundum illum
modum quo debet doceri:Impoſſibile eſt ergo om̄ino ꝙ aliquis ſeipſum doceat:q̄q̄ ſit poſſibile:vt
aliquis in ſeipſo ſcientiam:ſicut & ſanitatem,aut virtutem cauſet.

E CIrca.x.arguitur:ꝙ homo non poteſt acquirere ſcientiam nihil præſciendo. Pri-
Quæſt.x. mo ſic.Qui nihil prēſcit:in nullo nouit qđ quærit:& talis neſcit qñ inuenit qđ
Argu.i. quærit:ſicut dicit Themiſtius ſuper prin.lib.Poſterio. Qui autē hoc neſcit ni-
hil addiſcit:quia non eſt addiſcere niſi ſciendo quæſitum per actum addiſcen-
Secundum. di.ergo &c.¶Secundo ſic.Philoſophus dicit nono Metaphyſicæ . Nihil moue-
tur ad aliquid niſi habeat aliquid de eo ad quod mouetur:diſcens mouetur ad
ſcientiã.ergo habet aliquid ſcientiæ,qđ expreſſe dicit ibidem.Neceſſe eſt(inqt)
Tertium. vt addiſcens habeat aliqd de cognitione. ¶Tertio ſic.Addiſcens oīs deſiderat ſcire,aliter eñ non
laboraret ad ſciendum.Sed ſecundum Auguſt.x.de Trinita. incognita deſiderare non poſſumus.
ergo addiſcens nouit aliquid.qđ expreſſe dicit ibidē.Niſi(inquit) impreſſam in animo haberem⁹
tanq̄ diſciplinæ notionem,nullo modo ad eam diſcendam ſtudio flagraremus. quare cum flagra-
mus ſtudio diſcendi:neceſſe eſt ꝙ ſtudētes ſcire aliquid habeamus de ſciētia.¶Quarto ſic:in prin
Quartum. cipio Poſterio.dicit Philoſophus.Omnis doctrina ex prēexiſtenti fit cognitione.diſcens non acqui
Quintum. rit diſcendo niſi diſciplinam.ergo acquirit eam ex prēexiſtenti cognitione.¶Quinto ſic.Augu.iii.
de Aca.Nemo diſciplinam in animo habere poterit qui nihil didicit.& ſequitur ſtatim.Nihil au-
In oppo. pri. tem didicit qui nihil nouit.ergo &c.¶Oppoſitum arguitur.Primo ſic:ſecundum Philoſophũ.iii.
de Anima,intellectus noſter ante addiſcere eſt ſicut tabula raſa in qua nihil depictum eſt:ſed ſine
pictura ſcibiliũ exiſtēs nullam habet ſcientiam. ergo ante addiſcere nullam omnino habet ſcientiã
addiſcens.ergo nihil prēnoſcit.¶Secundo ſic:ibidem,intellectus de ſe eſt omnia in potentia: & ni-
2 hil in actu eorum quē intelligit ante intelligere.Addiſcit autem anteq̄ intelligit id qđ non intelli
git. ergo ante addiſcere non eſt actu aliquid eorum quæ poſtea intelligit . Sed non eſt notitia niſi
ſciat homo actu id qđ nouit.ergo intellectus ante addiſcere nihil nouit.ergo &c. ¶Tertio ſic:non
3 eſt intellectus de ſe magis in actu intelligendi q̄ ſenſus in actu ſentiendi:quia non fit intellectus in
actu niſi p ſenſum:ſed ſenſus fit in actu ſentiendi nihil omnino præſentiēdo.ergo & intellectus fit
in actu intelligendi nihil omnino præintelligendo:& ſic fit in actu per addiſcere.ergo &c.

F ¶Dicendum ſecundum ꝙ diſtinguit Philoſophus in ſecundo de Anima:ꝙ homo
Reſponſio. dicitur ſciens dupliciter.Sciens in actu:& ſciens in potentia.Sciens in actu eſt habens habitum ſci
entiæ:& conſiderans ſecundum ipſum.qui dicitur ſciens proprie:& in rei veritate. ad iſtum non
ptinet addiſcere:ſed docere: qa eſt pfectus in ſciētia:vt dictum eſt in pcedenti qſtione.Sciēs aũt in
potētia dicitur duobus modis. Vno modo quia eſt innatus ſcire.Alio mō qa habet ſciētiã in habi



tu:ſed non vtitur ea:neq; conſiderat ſecũdum eã.Primo modo homo ignorans dicitur eſſe ſciens
in potentia:quia eſt ſicut materia,inquantum eſt receptibilis ſcientiæ.Secundo modo dicitur ho-
mo in potentia ſciens:quia habet potentiam conſiderandi cum vult. Sciens autem in potētia iſto
ſecundo modo,qui cũ vult,vadit ad actum conſiderandi,non dicitur addiſcēs: neq; acquirēs ſcié
tiam.Sed eſt alius modus acquirendi ſcientiam:vt dicit Philoſophus in ſecũdo de Anima: qui di
citur rememoratio:ſecundũ quē modũ Plato poſuit addiſcere:& non alio mō. Sciens aũt in potē
tia primo modo addiſcens eſt:& accipiens ſcientiam ab alio:vt a Didaſcalo:& eſt in potentia ſciēs
iſto modo ꝓprie ſciens in potentia:quia eſt ſciens in potentia,actui.ſ.contraria:qm̄ vt vult Philo-
ſophus,iſte quãdo vadit ad ſcientiam ex potentia alteratur in actum per doctrinam ex contraria
diſpoſitione,quē eſt ignorantia.Sciendũ etiã ꝙ potentia hmōi duplex eſt:quædam pura omnino
actu ſcientiæ impermixta.Quædam aũt permixta ſcientiæ imperfecte.ſecundũ ꝙ duplex eſt igno
rantia : quæ eſt cum hac potentia , ex qua tranſmutatur in actum contrariæ diſpoſitionis . Eſt
eñ vt dicit Philoſophus in lib.Poſterio.quēdam ignorãtia negationis,quæ omnē actum ſcientiæ
priuat,& perfectum & imperfectũ.Eſt & alia ignorantia diſpoſitionis:quē actum ſcientiæ perfectē
priuat:aliquē tamē actũ ſciētiē imperfectũ ponit: qa poſt ignorãtiã negatiōis multũ hō mutatur
ex diſpoſitione contraria ad habitum : quouſq; habitus ſit perfectus generatus firmus & fixus:
& in tota media tranſmutatiōe eſt actus mixtus cum potentia.Habet enim addiſcēs in tota trãſ
mutatione ſua,qua vadit ad ſcientiam , imperfectam notitiam cum potentia ad notitiam perfe-
ctam:vt iam dicetur.¶Cum igitur iſtis duobus modis itur ad ſcientiam ex contraria diſpoſitio-
ne duplici,ſi appellemus addiſcere coīter oēm motum ab ignorantia in ſcientiam:ſiue ſit ab igno G
rantia negationis,ſiue ab ignorantia diſpoſitionis:Dicendũ ꝙ neceſſe eſt ponere hominem addiſcē
tem poſſe acquirere ſcientiam nihil prēſciendo.Cum enim homo eſt in pura potentia:& ignoran-
tia negatiōis:om̄ino nihil nouit.Sicut oculus qui ſemper fuit in tenebris,nihil vnq̄ vidit.Sed hoc
modo non ſumitur addiſcere proprie. Addiſcens enim proprie diciẗ q p ductũ alicuius exterius
ad actum ſcientiæ vadit via diſciplinæ:vel per ductũ naturalis ratiōis interius.Quia igitur q ni
hil nouit:nihil ab alio percipit:quia ſigna quæ doctor proponit,omnino ignorat:nec etiam per ſe
ipſum ad aliquid tendit:& non eſt proprie diſcens niſi talis:igitur procedens ab ignorantia nega
tionis ad ſcientiã ille nihil nouit.Sed talis non proprie,immo improprie dicitur addiſcens. Diſcēs
enim proprie neceſſe eſt ꝙ ipſe ea quæ proponit doctor apprehendat: & per intellectum ad aliqđ
qđ prius non nouit, apprehēdendũ tendat.Dicendum igitur ꝙ addiſcere proprie ſumptum:opor
tet ꝙ ſit motus,non ab ignorantia negationis ad ſcientiam:ſed ab ignorãtia diſpoſitionis.Talis au
tem ignorãtia ponit aliquid ſciētiē:& ideo oportet omnem proprie addiſcētem ſcire aliquid.Pro-
pter qđ Philoſophus attendens motum diſcipuli in ſcientiam per doctorem,dicit in principio Po
ſterio.Omnis doctrina & omnis diſciplina intellectiua fit ex prēexiſtenti cognitione. & dicitur mo
tus ille,vt eſt in diſcipulo diſciplina:vt procedit a magiſtro,dicitur doctrina. Et quia iſte mot⁹ ad
ſcientiam eſt via inueſtigationis:& omnis inueſtigatio ortum ſumit a primis principiis ſcientiarũ:
idcirco oportet diſcentem prēſcire prima ſcientiarum principia:ſecundum ꝙ dicit Philoſoph⁹ in
iiii.Metaphy.Oportet addiſcētem aliquid primũ ſcire iſta,& non q̄rere ea cum quæretur ab eo de
eis.Et ideo horum principiorum notitiam comparauit ſecundo Metaphyſicē loco ianuē in domo
quem nullus ignorat,qui ad intrandũ domum tendit:quia per illam ingreditur homo ad cogno-
ſcendũ ſecretiora domus quæ ignorat.vbi dicit Cōment.In quolibet genere ſunt alia reſpectu alio
rũ:q̄ſi ianua reſpectu domus:& hēc nō latēt aliquē. Et hēc ſunt prima cognita habita naturaliter
in quolibet genere entium:& quomodo habita naturaliter,patebit in ſequēti quæſtione.Quæ aũt
diſcipulus circa principia debeat præcognoſcere,nec q̄rere ea cũ addiſcit:Philoſophus determinat
primo Poſter.De dignitate enim debet ſupponere quia eſt.i.certam inhērentiam p̄dicati ad ſubie-
ctum. & ſumit ibi dignitatem pro quolibet principio complexo : qđ non eſt concluſio in ſcientia.
De concluſione autem cuius ſcientiam quærit,debet habere duplicem notitiam.Vnã quo ad par
tes,quæ ſunt incomplexa.ſ.ſubiectum & paſſio.Alteram quo ad inhērentiã paſſionis in ſubiecto.
De ſubiecto autem oportet prēcognoſcere quid eſt:non definitiue:quia hoc bene eſt quæſitum in
ſcientia:vt patebit in ſequenti quæſtione:Sed quid eſt qđ dicitur per nomen: & ſimiliter ſi eſt,nō
in exiſtentia actuali exterius:ſed ſi ſit res & natura aliqua alicuius prædicamenti: vt infra patebit.
De paſſione aũt oportet p̄cognoſcere qd eſt qđ diciẗ p nomē tm̄: non ſi eſt:quia hoc eſt qđ quēriẗ
ſcire de ea.Ei⁹ eſſe eñ eſt ſubiecto ineſſe:cũ ſit accidens: qđ verum eſt cognitione certa & determi
nata.Si tm̄ aliquis ex principiis determinate quærit ſcire aliquã cōcluſionē:vt vtrũ angulus ad cir
cũferētiã triãguli deſcripti in ſemicirculo ſit rect⁹:neceſſe eſt vt pri⁹ aliquã ei⁹ notitiã habeat: vel

ex teſtimonio magiſtri,vel quocūq; alio modo.Si enim nullo modo ipſam concluſionē p̄ſciret niſi
in vniuerſali in principiis:cū ſcire aliquid in vniuerſali in principiis eſt ſcire in potentia ſolum: &
ita eſt oīno neſcire in actu,nullo modo eā determinate,& in pticulari ſcire affectaret. Oportet igit̄
ꝙ concluſionē p̄ſciat in ſua cōplexione,aliquo modo,licet non eo modo quo q̄rit ſcire. Si em̄ nihil
eā pręſciendo omnino,neq; ei⁹ ſcientiā q̄rendo,& affectando deueniat in eius cognitionē, hoc erit
caſu:quia pręter eius intentionē.Sed iſtū modū pręcognoſcēdi philoſophus non tangit cū aliis: q̄a
non eſt ſcientialis,ſed dubitationis,vel opinionis. Frequenter em̄ cum dubitamus de concluſione
vtrum ſit vera vel falſa: eo ꝙ habemus in iſta dubitatione aliquā notitiā de ipſa, procedimus ad
inueſtigandū an vera ſit,an falſa.Sed bene tangit iſtum modū p̄cognoſcēdi cū dicit: quia oportet
eū credere qui diſcit.Vnde cū magiſter Geometra dicit: ꝙ om̄is angulus ad circūferentiā triāgu
li deſcriptus in ſemicirculo eſt rectus, ſtatim diſcipulus credit:& ſic quodām̄ō nouit concluſionē
ſed non eo modo quo deſiderat ſcire.ſ.per demonſtrationem.& ille modus pręcognoſcendi eſt ille
de quo loquitur Auguſtinus.x.de Trinitate.

H — Ad arg. pri. ¶Per hæc patent omnia inducta ad primam partem: quia ad oſtendendū ꝙ ad-
diſcens ꝓprie dictus debet habere aliquid de notitia:qđ eſt verū:quia debet habere notitiā princi
piorū,& aliā cōcluſionis:cuius quærit notitiā,quā perfecte habebit in poſterū:quia ſine notitia ali
qua illius qđ q̄rit ſcire,nō deſideraret addiſcere:& ideo nec moueret ſe ad addiſcēdū, ſine notitia
vero principiorū non poſſet in addiſcendo procedere:quia ex illius rationis induſtria debet ei⁹ qđ
I — Ad arg. ii. in oppoſitum. quærit perfectam notitiam elicere. ¶Argumenta duo prima in oppoſitū procedunt,non de acqui
ſitione ſcientiæ proprie dictæ,quæ fit in addiſcente via inueſtigationis ſuppoſitis principiis, & eſt
ſcientia concluſionis:ſed de illa ſcientię acquiſitione qua acquiritur notitia principiorum. De illa
enim verum eſt,ꝙ non habetur ex pręexiſtenti cognitione notitia:quomodo autem habetur expo
K — Ad tertium nit ſequens quæſtio.¶Vltimum argumentum videtur probare ꝙ perfecta notitia intellectus poſ
ſit haberi addiſcendo:& nihil pręſciendo:quia notitia ſenſus ſtatim habetur nihil pręſciēdo.Dicen
dum igitur ad illud ſecundum Philoſophum ſecundo de Anima.ꝙ ſenſus comparatur ad intel-
lectum qui habet habitum in actu:ſed non actu cōſiderat:quia ſicut ſenſus poteſt exire ſtatim in
actum ſentiēdi per ſenſibilia quæ ſunt extra: ſic intellectus habens habitum ſciētiæ:ſtatim poteſt
procedere in actum conſiderationis per intelligibilia quæ ſunt intra:& nō differt niſi ꝙ ſenſus ha
bet mouētia particularia extra ſe.Anima aūt habet ſua intellecta vniuerſalia intra ſe:ꝓpter qđ vt
dicit:intelligimus cum volumus:non autē ſentimus.Si autem cōparetur intellectus ante habitū:
ad ſenſū non valet cōparatio,niſi quo ad ſimplicē apprehenſionē, & conceptū rei per ſuā ſpeciem.
Hoc em̄ intellectui aduenit naturaliter prima cognitio ſimplicis apprehenſionis,ſicut & ſenſui:vt
dicetur in proxima quæſtione:ſed in hoc non eſt intellectus contentus:ſed vlterius vadit ad co-
gnoſcendū id qđ latet in apprehenſo.ſ.ad comprehēdēdū veritatē rei apprehenſę,& ea quæ in ipſa
latent:vt ſunt ꝓprietates accidētia cōtingētia, qđ ſenſus nō habet facere:quia ratiōalis nō eſt:nec
virtus collatiua vnde dicitur intelligere q̄ſi intus.i.ſub ipſo qđ primo apprehendit legere ad vlte-
riora cognoſcēda.Scđm ꝙ dicit Auicen.ix.Metaphy.aſſignās in hoc differentiā intellectus ad ſen-
ſus.d.Anima rationalis plura cōprehēdit,& plus ſcrutatur apprehēſum,& plus expoliat illud ab
illis q̄ nō ſunt intra intentionē rei,niſi accidentaliter:& ipſa penetrat interiora cōp̄hēſi,& exterio-
ra.& hoc eſt nobilitatis quā habet intellectus ſupra ſenſum.& ad hoc eget aliquo principio ſciētia
li ſuperpoſito ad ſciendū & intelligendū veritatē in re: quali non indiget ſenſus ad ſolūmodo cō-
prehendum id qđ eſt ſuperficietenus ſenſibile in re.

A — Queſtio. xi. Arg. i. Circa.xi.arguitur ꝙ notitia præcedens ſcientiæ inueſtigationem non ſit innata,
ſed acquiſita.Primo ſic.Scire eo quod rei eſt innatum,nec vnq̄ fuit,nec eſſe po
terit:quia ineſt ei a natura, & inſeparabiliter: ſed mens humana ab initio eſt
ſine omni notitia: vt probant tria argumenta ad ſecundam partem quæſtio-
nis præcedentis.ergo ſi aliqua notitia præcedat ſciētiam acquiſitam per inue-
2 ſtigationem,illa non poteſt eſſe innata.¶Secundo ſic.Principia ſecundum Phi
loſophū nō cognoſcim⁹,niſi inquātū terminos cognoſcimus.Cognitio terminorū nō ineſt nobis a
3 natura:ſed per ſpecies rerū acceptas a ſenſu eā acquirim⁹,ergo &c. ¶Tertio ſic.qđ habetur via ex
periētię nō habetur a natura:ſed ab acquiſitione:quia experientia opus rationis eſt:nō naturę.prin
cipia prima:q̄ ſupponit addiſcēs,p hūc modū habēt ſecūdū Philoſophū prio Metaph. &.ii.Poſter.
In oppoſitū. ergo &c.¶Ad oppoſitū ſic.Oīs homo natura ſcire deſiderat.i.Metaphy.Deſideriū aūt non eſt niſi
ex aliqua notitia.ſcđm Aug.x.de Tri.Nec poteſt eſſe deſideriū naturale:niſi ex aliqua notitia na-
turali ante inueſtigationem,ergo.&c.



¶Dicendum ad hęc ſecūdum ꝙ triplex eſt ſcire.ſ.in potētia:in habitu:& in actu: — B
de quo dictū eſt ī queſtiōe ꝓxima.Triplex ineſt homini notitia.In potētia:in habitu:& in actu.No — Reſolutio.
titia in potētia,eſt notitia qua homo innatus eſt ſcire & noſſe: quę eſt ī naturali iudicatorio exiſtē
te in aīa,quę eſt in potentia: vt fiat oīa in cognoſcēdo:ſicut ſunt in materia potentię quibus eſt in
potentia:vt fiat oīa in eſſendo:& pręcedit omnem habitū & omnem actum notitiæ naturaliter in
anima pręexiſtēs:ſicut potētię in materia præcedūt omnem formā:& actum formæ naturaliter in
materia:& īclinat animā tāq̄ naturalis potētia & vis in ipa,vt naturalit̄ tēdat ad app̄hēdēdū verū.
Sicut illa inclināt materiā vt naturaliter ſe extēdat ad ſuſcipiendū in ſe formas rerū. Quare cum
illud qđ eſt ſolū in potētia,ſimpliciter eſt nō ens:vt qđ eſt in potētia homo nō eſt homo:ꝓpter il-
lam notitiā quę eſt in potētia pura: nō debet homo dici habere notitiam aliquā aut ſcientiam:ſed
magis:neq; ſcientiā habere:neq; notitiam: neq; ſcire aliquid aut noſſe. omnino ſicut materia pro-
pter potentiā quā habet ad formas,nō dicit̄ habere formā aliquā:neq; eſſe vllo modo formata.Sed
quātū eſt in ſe,oīno dicit̄ eſſe informis. Vnde per hoc qđ cōceſſum eſt ſupra:ꝙ ſcientia in poten-
tia īnata eſt honmini a natura:ſimiliter & ſcire,nō intendim⁹ ponere ꝙ aliquid habitus ſciētię vel
notitię inſit a natura in aīa.ſicut nec aliq̄d formę vel act⁹ ei⁹ ponim⁹ eſſe a natura ī materia:p hoc
ꝙ ponim⁹ ipſā a natura eſſe ī potētia ad oēs formas: & tenet ſe illa potētia ī aīa pl⁹ ex pte aīę q̄ ali
cuius habit⁹:ſicut & potētia materię plus ſe tenet ex pte materiæ,& potius eſt aliquid ipſius ma-
terię q̄ ipſius formę.Quomodo autē hoc ſit intelligendū alias videbit̄.Hęc igitur notitia in poten
tia ſola nobis innata eſt.appellando ergo acquiſitū omne ſupueniens ei qđ innatum eſt:oīs notitia
in habitu & oīs notitia in actu acquiſita eſt. ¶Sed aliq̄d qđ nō eſt innatū ſed ſuperueniēs & acqui — C
ſitū:dupliciter poteſt acquiri.Vno modo naturaliter.Alio modo rationaliter.Primo modo acqui-
rit homo notitiā primoꝝ principiorū tā ī ſpeculatiuis q̄ in actiuis.Sicut em̄ oculus de ſe nullā ha
bet ſpeciem viſibiliū innatam: quia ſcđm philoſophum receptiuū colorum eſt non color:neq; ali-
quē actū vidēdi anteq̄ ſpecies recipiat:quia videre pati quoddā eſt a viſibili.Sed nullo impedimen
to exiſtēte,neq; ex parte ſenſus: neq; ex pte medii:neq; obiecti:ſtatim cū offert̄ viſibile ſpeciem ſuā
naturaliter facit in viſum: & facit oculū actu videre. Ita ꝙ hoc contingente oculus nō poteſt non
recipere ſpeciē:& neceſſariū eſt ipſum videre viſibile:& exinde naturaliter defertur ſpecies vſq; ad
imaginatiuā & informat eā.Sic humanus intellectus de ſe nullā habet ſpeciem intelligibiliū inna-
tam:neq; aliquē intelligendi vel ſciēdi habitū aut actum:ſed ſcđm philoſophū ſolum eſt oīa intel-
ligibilia in potētia:& nō eſt aliq̄d eorum actu anteq̄ intelligit: & non intelligit niſi ſpecie recepta:
quia eſt virtus paſſiua.ſed nullo impedimēto exiſtente:neq; ex parte intellectus:neq; ex pte imagi
natiuę: ſtatim naturaliter ad imaginatiuam virtute intellectus agentis generatur ſpecies intelli-
gibilis in intellectu poſſibili naturaliter:& maxime in prima receptione quā nulla cognitio pręce-
dit & tūc facit ſtatim ſpecies recepta intellectū ītelligere:& primos cōcept⁹ formare:q ſtatim natu
ralit̄ veritate ſua mouet potētiā cognoſcitiuā:& illa ſtatim naturaliter p naturale iudicatoriū exi
ſtens in ea:ſtatim in ipſis cōceptibus cognoſcit veritatē principiorū:& concipit initiū habitus pri
cipiorū:quorū habitu cōcepto quantūcūq; imp̄fecto habilis eſt mens ex illo intelligere primorum
principiorū veritatē.Hoc ergo modo habitus principiorū ſupueniētes ſunt dicto iudicatorio prin
cipio ſciendi innato:& non ſunt innati,ſed naturaliter acquiſiti,per potentias naturales animę ra-
tionalis:ſicut oculus naturaliter acquirit ſpecies colorū in ſe:& per illas naturaliter videt. Tali au
tem notitia principiorū ſuppoſita ex acquiſitione tali,homo via inueſtigatiōis rationalis: totaliter
per potentiā naturalem rationis vt eſt ratio,diſcurrēdo acquirit ſibi ex notitia illorum principio-
rū notitiā cōcluſionū:& per hoc etiā habitum eorū: quo de facili poteſt ſe homo cū vult cōuerte-
re ſup eas intelligēdas:q̄a habit⁹ dicit̄ ſciētia: & dicitur ꝓprie habitus acq̄ſitus:quia p rōnis inue-
ſtigationem & induſtriā aduenit.Habitus autē principiorum ſimiliter acquiſitus eſt:ſed naturali
ter vt dictū eſt.Et ideo nō proprie acquiſit⁹ dicit̄.Quia ergo addiſcens ꝓprie dictus eſt:qui ſcien-
tiam rei acquirit per inueſtigationē:ſic autē non acquirit niſi ſcientiā cōcluſionis determinatā:&
in particulari,pręſupponēdo ſolū notitiā principioꝝ:& notitiā cōcluſionis cōfuſam & in generali:

¶Dicendum ad quęſtionem ꝙ notitia pręcedens ſcientiam acquiſitā per inueſti — D
gationem:quantum ad notitiam in potentia principii ſcientialis:eſt notitia naturalis innata: nul- — Reſponſio.
lo modo acquiſita: & qualis ſit illa dictum eſt: quia in potentia pura,quia.ſ.innati ſumus ſcire.vt
dicitur in ſcđo Ethi.Quātū vero ad notitiā principiorū:& ſimiliter cōcluſionis modo cōfuſo & in
generali non eſt innata vllo modo,ſed naturaliter acquiſita:& ita nō ꝓprie acquiſita:quia natura-
liter adueniens vt dictum eſt:non quęſita nec inueſtigata:ſicut eſt quęſita & inueſtigata a diſcen-

E te ſcientia concluſionis.
Ad pri.prin. ¶Per hec patent obiecta.Primũ enim ꝙ mens humana ab initio eſt ſine omni no-
titia,bene verum eſt de notitia in habitu,vel in actu,quę proprie notitia dicitur.De notitia autẽ
in potentia quę nõ eſt proprie notitia,nõ eſt verum. Illa enim vt dictum eſt,ineſt animę a natura.
Vnde quãtum ad habitus oẽs ſciẽtiales: anima eſt ſicut tabula raſa:tamẽ ſicut cõplanata & apta
nata oĩa hęc recipere quę in ea deſcribi poſſunt:& etiã apta de eis receptis iudicare. Vnde quantũ
ad omnia iſta recipienda quæ præcedũt notitiã inquiſitiuam, ſimile eſt de ſenſu & intellectu:niſi
quo ad hoc ꝙ ſenſus nullam veritatẽ habet comprehẽdere circa ſenſibilia,qđ facit intellectus cir-
ca intelligibilia.vt dictum eſt ſupra.Qꝫ nec etiã aliquis habitus in ipſo ſenſu generatur ex ſenſibi
lium comprehẽſione:ſicut generatur aliquis habitus in intellectu:ex cõprehenſione intelligibiliũ.
F ¶Ad ſecũdum patet ſimiliter:quoniam nõ eſt in nobis aliqua notitia pręcedens notitiã principio
Ad ſcđm. rum:neqꝫ ſecũdum actum:neqꝫ ſecundum habitum.Sed ipſa naturaliter eſt acquiſita:& eam ſolũ
Ad tertium pręcedit notitia potẽtialis innata,vt dictũ eſt.¶Per idẽ patet tertiũ:quia eodem modo procedit.
G ¶Qđ arguitur in oppoſitũ,ꝙ homo naturaliter ſcire deſiderat : ergo naturaliter
Ad argu. nouit aliquid: Dicẽdum ꝙ verũ eſt,ſecũdum modũ tamẽ deſiderii:quia deſideriũ ſciendi naturale
in oppoſitũ. pure ex notitia potẽtiali ꝓuenit:qua homo in potẽtia natus eſt ſcire:& hoc eſt a natura ante oẽm
receptionem notitię.Deſiderium autem naturale nõ pure:qđ eſt quodã modo rationale:& ex ali-
qua notitia actuali habita impfecte & in generali:qua deſideratur partim naturaliter: partim ra-
tionaliter ſciri in particulari & perfecte:vt patet ex determinatis.

H AD duodecimũ arguitur ꝙ homo ęque primo ſine diſcurſu poteſt ſibi notitiam
Quęſt.xii. ſingulorum acquirere. ¶Primo ſic,homo ſciẽtiam acquirit per ſpeciem acceptã
Arg.i. a ſenſu, ſed cuiuſlibet ſpeciem ęque primo natus eſt per ſenſum acquirere.ergo
2 &c.¶Secũdo ſic.Sicut ſe habet ſenſibile ad ſenſum: ſic intelligibile ad intellectũ:
ſed ſenſus ęque primo natꝰ eſt acquirere notitiam cuiuſlibet ſenſibilis:& ſtatim
in ipſo cognoſcere quicqd eſt ipſi cognoſcibile ſine diſcurſu,ergo & intellectus
æque primo natꝰ eſt acqrere notitiã cuiuſlibet ĩtelligibilis:& ſtatim ĩ ipõ cogno
3 ſcere quicquid eſt ipſi cognoſcibile ſine omni diſcurſu.¶Tertio ſic,quorum eſt eadem ratio agen-
di:æque primo nata ſunt agere in proprium paſſibile. vt quilibet ignis ratione qua eſt calidus ca-
lefacere calefactibile.Eadem eſt ratio cuilibet vero inquãtum eſt verũ,agendi in intellectum:& mo
uendi ipſum:quia nõ mouet intellectũ niſi ſub ratiõe qua eſt verum.ergo omne verum ſub ratio-
ne veri mouet intellectum æque primo.& ita ſine diſcurſu natum eſt ipſum mouere. Per hoc au-
4 tem acquirit ſcientiam,ergo &c. ¶Quarto ſic. facilius res quælibet nata eſt procedere in actum
ab habitu incompleto q̄ a priuatione pura : quia plus diſtat actus a priuatione q̄ a potentia . ſed
anima in pura carentia & priuatione de ſe ad habitus principiorum,vt dictum eſt:eſt in potentia
& habitu incõpleto per principiorũ notitiã ad habitus cõcluſionũ.ergo facilius eſt tranſire a prin
cipiis ad cognitionẽ concluſionum:q̄ per ſe ad cognitionem principiorũ. ſed ad illam vadit ſtatim
In oppoſitũ. naturaliter ſine diſcurſu:vt dictum eſt ſupra.ergo & ad iſtam.¶Contra.eorum quorũ vnum na-
tum eſt ſciri & intelligi per alterum & nõ econuerſo:non eſt intellectus æque primo natus acqui
rere ſcientiam:ſed vnius primo:& alterius per diſcurſum ab vno in alterum.Sic ſe habent intelle-
ctus principiorum & cõcluſionum.ergo non ęque primo:ſed per deductionem ab vno in aliud eſt
intellectus natus acquirere eorum ſcientiam.
I ¶Ad hoc primo intelligẽdum,ꝙ ſcientia ſiue notitia eſt de vltima hominis perfe
Reſolutio. ctione:& etiam cuiuſlibet intellectualis naturę: vnde & in ipſa conſiſtit felicitas vitæ contemplati
uę hominis.ſcđm phm.x.Ethi.Nunc autem ita eſt iuxta determinationem philoſophi.ii.cę.& mũ.
ꝙ res omnino perfecta perfectionem ſuam habet a ſe ipſa abſqꝫ omni operatione ſua: qua acquirat
eam.Et ideo deus ſcientiam & notitiã omnem de ſe & rebus aliis habet abſqꝫ omni acquiſitione a
rebus ſcitis : & abſqꝫ omni conuerſione ſuper eas:& abſqꝫ omni diſcurſu ab vno in aliud:ſed vno
ſimplici intuitu in ſeipſo æque primo & ſimul omnia cognoſcit: quia ſcientia ſua nõ eſt cauſata a
rebus.Res autem quęlibet alia:quia perfectionem ſuam in ſcientia nõ habet de ſe ſed ab alio: quia
habet eam a rebus:ideo eã non niſi ſua operatione acquirit.Sed ea quæ primo perfecto propinqua
ſunt in ordine rerum operatione ſimpliciore eam acquirunt : quæ vero ſunt remotiora, operatio-
ne poſſibili. & ideo angeli qui primo ſunt propinquiores conuertendo ſe ad principia ſcientia-
rum ſibi innata, ex illis ſibi ſtatim ſcientiam acquirunt omnium aliorum:ſine diſcurſu cauſalita-
tis intelligendi vnum ex altero : vt ex notitia vnius tanq̄ prius noti deueniant in notitiam alte-



rius poſterius noti:vt ſic per vnũ inueſtigent notitiã alterius: ſed ſingula æque primo intelligũt:
non tamen vno ſimul intuitu ſimplici ſingula intelligendo,ſicut deus facit:ſed vnum poſt alterũ.
ſecũdum ꝙ ſuper res ſe cõuertũt.Homo autẽ cum ſit in vltimo ordine intelligẽtiarũ poſt primũ:
qui nõ habet aliquã notitiam ſibi innatã niſi in potentia ſolũ:vt dictum eſt: primo ſibi naturaliter
acquirit notitiam principiorũ incomplexorũ ſub eſſe incompletiſſimo:& confuſo magis.ſecũdum
ꝙ congruit humanę naturę.Quia innata eſt nobis via ſciendi ex notioribꝰ nobis quæ ſunt cõfuſa K
magis procedẽdo in notiora naturę quę ſunt diſtincta & determinata magis: & hoc per hunc mo
dum.Homo em̃ ſibi acquirit notitiã primo de terminis & quidditatibꝰ rerũ in generali,primo co
gnoſcẽdo & cõſiderando quid dicitur per nomẽ. ex quibus terminis componẽdo & diuidẽdo ſecũ
do concipit prima principia complexa ſub eſſe confuſo. & ſecũdum ꝙ homo magis eſt diſpoſitus
in lumine naturalis intellectus:& ingenii ſubtilitate:tanto perfectius prima principia tam cõplexa
q̄ incomplexa ab initio concipit.oẽs tamen generaliter ab initio ea ſub eſſe confuſo concipiunt: li-
cet vnus magis diſtincte & minus confuſe q̄ alter.Sed poſtmodum paulatim determinant ea oẽs
ſemꝑ magis: & magis.ſcđm enim ꝙ dicitur in principio Phyſi.pueri prima appellant oẽs viros pa
tres & mulieres matres. Poſterius autẽ cum vigoratur intellectus eorum determinãt vnũquenqꝫ
horum:& cognoſcit puer patrem ſuum inter cęteros viros: & matrem ſuam inter cæteras mulie
res.& hæc confuſa notitia principiorũ inquãtum huiuſmodi habetur primo via ſenſus memorię
& experiẽtię:q̄ cõſiſtit ĩ ſingularibꝰ: in quorũ notitia nõ cõſiſtit ars aut ſcientia.artifex em̃ vniuer
ſale & cauſam cognoſcit:exptus autẽ noſcit ſingulare tm̃:& cauſam ignorat.vt dicitur in princi-
pio Metaphyſi.Sed ſolũ cõſiſtit in eis principiũ artis & ſcientię.principiũ dico extra terminos artis
conſiſtens:anteq̄ intellectus ex ipſis vniuerſale abſtrahat: qđ exiſtẽs in aĩa vnũ pręter multa,eſt pri
mũ principiũ artis & ſcientię:intra terminos artis conſiſtẽs.vt dicitur in ſi.poſte. Et tunc maxime
quãdo intellectꝰ in illo vniuerſali abſtracto naturã & cauſam rei cognoſcit:& veritatẽ videt. Tũc
em̃ prio determinatã notitiã pricipii habet.ſed tñ ante ipam ab eiꝰ notitia cõfuſa tã ĩ cõplexis,q̄ in
incõplexis incipit rationis diſcurſus,primo ad cognoſcendum veritatem quidditatis terminoꝝ in
principiis incõplexis : quorum notitia determinata acquirĩt inquirendo via definitiua ex confuſa
cognitione definiti in ſignificato nominis eliciendo cognitionem eius determinatã in definitiua ra
tione . Indefinitum enim quiddã ſignificat nomen vt circulus. Definitio autẽ ipſius diuiditur in
ſingularia.i.in ſingulas partes definiti.vt dicitur in principio Phyſi. Et tunc primo quando termi L
ni ſic cognoſcunĩ in definitiua ratiõe intelligiĩ veritas & quidditas rerũ:& ex ipſis cõcipiĩ intelle-
ctus determinatꝰ primoꝝ principiorũ cõplexorũ:ſicut prius eorũ intellectus indeterminatus con-
cipiebatur ex ipſis terminis cognitis in confuſa nominis ſignificatione.Et ſunt principia iſta defini
te intellecta tam complexa q̄ incõplexa principia artis & ſcientiæ infra terminos intellectualis co-
gnitionis:& de numero talium principiorum illa ſunt prima principia ſimpliciter: quę de primis
et vniuerſalioribꝰ magis concipiũtur.vt in incomplexis principiis primum principium & primus
conceptus eſt cõceptus entis inquantũ eſt ens:ſub quo ſunt omnes alii conceptus incõplexi: & ex
ipſo & poſt ipſum concipiunĩ. Ex conceptu enim entis via deductionis ratione definitiua eliciun-
tur oẽs alii cõceptꝰ ſequẽtes incõplexi.vnde dicit Auicẽ.i.Metaphy.ſuæ.Res & ens talia ſunt q̄ ſta
tim imprimũtur in anima prima impreſſione.quę non acquiritur ex aliis notioribꝰ ſe: & alia acqui
runtur ab eis.quæ enim promptiora ſunt ad imaginandum per ſeipſa:ſunt ea quæ cõmunia ſunt
omnibus rebus:ſicut res & ens:& vnum.&c.Et ideo nõ poteſt manifeſtari horum aliqđ probatio-
ne:quę non ſit circularis,vel per aliquid qđ non ſit notius:ſeu qđ eſt ignotius illis. ſcđm quẽ mo-
dum a primo pho,cuius ſubiectum eſt ens inquãtum ens:omnis alius artifex ſubiectum ſuum ſu
mit tanq̄ aliqđ ens particulare ſub ente ſimpliciter. In cõplexis vero primũ principium:& primus
conceptus eſt:qui primo fundatur ſuper cõceptus entis:inquantum ens eſt: & eſt ille:de quolibet
affirmatio vel negatio:& non ſimul de eodem: quia fundatur ſuper entis intentionẽ:in compara-
tione ad ſuum cõtrarium:qđ eſt non ens:priuſq̄ ſub ente conſideretur deſcenſus ad aliquam par-
tem entis.Sub hoc em̃ conceptu cõplexo ſunt oẽs alii conceptus cõplexi:& ex ipſo:& poſt ipm con
cipiũtur.ex cõceptu enim hmõi principii:de quolibet affirmatio vel negatio & non ſimul de eodẽ
via deductionis ratione ſyllogiſtica eliciunĩ omnes alii cõceptus complexi ſequentes.Vnde & ipſo
interempto omnes alii interimũtur.vt vult phs in.iiii.Metaphy. Et per ipſum omnes alii proban-
tur:& etiam primi cõceptus principiorũ ſyllogiſmi.vt patet per totũ ex analeticis phi.Et ideo qui
cũqꝫ aliquid intelligit,ens intelligit primo inter incõplexa:nec de hoc aliquis dubitare poteſt:quia
nihil poteſt intelligi niſi verũ:& non eſt verũ niſi ens.Et illud principiũ de quolibet affirmatio vel
negatio &c.prio intelligit ĩter cõplexa.ſcđm ꝙ de hoc pricipio dicit phs in.iiii.Metaphyſi.Neceſſe

eſt vt illud principiũ ſit valde manifeſtũ & notum:& de neceſſitate oportet cõcedere illud q habet cognitionẽ entis.vñ dicit cõmẽ.Queadmodũ oportet pħm attribuere q̃dlibet genꝰ entium alicui primo:& ſcire quid eſt illud primũ:& hoc quo ad incomplexa: ita oportet ipſum cum conſiderauit de primis ꝓpoſitionibus,attribuere omnia alicui primo. Vnde pħs contra negantes eã exteriꝰ q̃d tamen negari non poteſt quo ad interius rationẽ,nõ procedit per aliq̃d principium cõplexum ſed ſolum ex terminorũ incõplexorũ ſignificatiõe:quę ſolũ precedit hoc principiũ cõplexum.complexum enim primũ niſi per incõplexa cognoſcere nõ poſſumus.Licet enim aliqua propoſitio ſit ꝑ ſe nota: & primo quãtum eſt de ſe:vt eſt illa cuius pręcdicatũ includitur in ſubiecto:ignoranti tamen ſubiectum quid eſt:& eius definitionem,talis propoſitio non eſt nota.Ignorans enim ꝙ homo eſt aĩal rationale mortale,poteſt ignorare an homo ſit aĩal:& alius non. vt dicit Alg. in logica ſua Secũdum interius rationẽ dico:qa qui ſcit ꝙ homo eſt aĩal rationale mortale,ſcit pręcdicatũ includi in ſubiecto:cũ dicitur homo eſt aĩal. Vnde dicit Auicẽ.i.Metaphyſicę ſuę. Non poteſt cognoſci quid ſit vere enunciari:niſi de vnoquoq̃ eorum dicatur qa res eſt,vel aliquid,vel quid. & pħs.vi. Metaphyſi.Oportet non ignorare illud q̃d ſignificat aliq̃d quid ſit ſcd̃m eſſentiã & definitionẽ.qa quęrere abſq̃ hoc eſt facere nihil.cognitio em̃ eius q̃d quid eſt,eſt principiũ oĩs cognitiõis perfecte habendę de re:& ad eam omnis cognitio tam in complexis,q̃ in incomplexis reducenda eſt. Vnde illa propoſitio eſt omnibus per ſe nota: cuius omnes terminos cognoſcunt:illa vero ſolum ſapientibus:cuiꝰ terminos ſoli ſapiẽtes cognoſcũt. ſcd̃m ꝙ Boethius.li.de Hebdo. diſtiguit duplex genꝰ cõmunium conceptionũ animi.Quarum omniũ prima eſt illa:de quolibet affirmatio &c. Ex qua via deductionis argumẽtatione demõſtratiua eliciuntur omnes alii conceptus complexi ſiue illorum qui ſunt principia in aliquibus ſcientiis ſpecialibus,ſiue concluſionũ vltimarũ.Et ex hoc philoſophus cuius eſt conſiderare quidditates rerũ,habet probare prima principia particulariũ ſcientiarum.Et per hunc modũ quicquid homo cognoſcit poſt ſimpliciter prima principia naturaliter cognita:via rationalis deductionis cognoſcit:nõ ſolum intelligendo vnũ poſt alterũ:q̃d facit & angelus:ſed etiam intelligendo vnum ex altero,tanq̃ incognitum actu ex actu cognito in quo illud eſt cognitũ in potentia ſolum.Qui modus cognoſcendi angelo nõ conuenit. Vnde & modus intelligendi angelorum proprie intellectualis dicitur: hominum vero rationalis.ſecundum ꝙ dicit Damaſce.de duabus naturis: & vna pſona Chriſti.Operatio intellectualis eſt in angelis & in omnibus incorporeis ſimplici apphẽſione intelligentibꝰ:rationalis vero ĩ hominibꝰ: qui ex anima & corpore cõponunt̃:nõ ſimplici:ſed varia & ratiocinatiua apphẽſiõe ĩtelligẽtibꝰ.Et nota ꝙ eſt ordo ĩ illis poſterius cognitis ab hoĩe:quia quædã poſteriorum ſunt in potentia priori in illo primo principio tam incomplexo q̃ complexo prius ex eo nata cognoſci:quędam in poſteriori nata poſterius cognoſci ex eodem. & ſic per ordinem vſq̃ ad vltima incõplexa:& vltimas cõcluſiões complexas.

M Et ſecũdum hunc ordinem debet procedere ordinata ſcientia in cognoſcendo: ſicut natura procedit ordinate in generãdo:quia nõ ſunt omnia æque primo in potẽtia in primis principiis,vt ſciantur ex ipſis: ſed neceſſe eſt quędã ſciri mediantibꝰ aliis:ſicut nõ ſunt omnia ęque primo in potẽtia in materia,vt generẽtur ex ea:ſed neceſſe eſt quædam generari mediãtibus aliis primo gñatis. Et ideo ſicut natura non poteſt primo & immediate ex pane generare hominem:ſed oportet vt primo ex pane generet̃ ſanguis:& ex ſanguine ſperma,& ex ſpermate hõ:Sic ratio ex primis pricipiis nõ poteſt ſcire immediate ea quę mediata ſunt,ſiue complexa,ſiue incõplexa: ſed oportet eam currere per omnia intermedia priuſq̃ mediata poterit per prima cognoſcere. Et qui hunc ordinem non obſeruãt in addiſcendo modicũ proficiunt:& ſępius errant.Abſolute ergo dicendum ꝙ homo non poteſt æque primo deuenire in notitiam ſingulorũ: immo in quolibet genere principiorum oportet eum prius ſcire confuſa: q̃ determinata:& deinde ex confuſis via diſcurſus rationalis inueſtigare determinata,vel definitiue,vel demõſtratiue:& hoc per ordinẽ: ſemp primo cognoſcẽdo principia incõplexa: & deinde ex incomplexis complexa: & tam in his q̃ in illis primo confuſa & indeterminata:deinde diſticta & determinata vt dictum eſt.

N Ad pri.pri. ¶Ad primũ in oppoſitum:ꝙ ſpeciem cuiuſlibet rei æque primo mens nata eſt acquirere: Dicendum ꝙ licet ita ſit: non tamen nata eſt per illam intelligere omnia intelligibilia de ipſa re: æque primo & eodem modo: ſed primo conceptus confuſos primarum intentionum: & deinde ex determinatione definitiua conceptus earum determinatos: & per illos omnes conceptus ſequentes tam complexos q̃ incomplexos,ſecundum ꝙ apparet in pueris,qui primo omnes viros appellant patres.vt dictum eſt.

O Ad ſcd̃m. ¶Ad ſecũdum ꝙ ꝙ ſenſus ęque primo apprehendit omnia ſenſibilia:Dicendum ſecundum dicta ſuperius ꝙ non eſt ſimile de ſenſu & intellectu:quia ſenſus ſimpliciter & ſuperficie tenus exterius rem ꝑ ſuã ſpeciem apprehendit: ſed non ipſam rem interius:neq̃ ipſius rei veritatem in qua plura contingit diſcerni:ſicut facit intellectus,vt dictum eſt ſcd̃m Auicẽ.Propter q̃d dicit philoſophꝰ:Qui vnum dicit quodam modo multa dicit. ad quæ multa cognoſcenda non poteſt intellectus humanus ęque primo.Sed quędam latent in potẽtia in quibuſdã quæ operatiõe rationis oportet in actum deducere,q̃d et facit non niſi diſcurrendo:quia propter debilitatem luminis intellectualis in homine non poteſt oĩa illa ſtatim pcipere,q̃d poteſt angelus ꝓpter luminis actualis fortitudinem in ipſo. Sed hoc poterit homo cum euacuatum fuerit in ipſo quod ex parte eſt:& fuerit ſicut angelus dei in cælo.



¶Ad tertium ꝙ omnis veritas eſt per ſe obiectum intellectus:Dicendum ꝙ verum eſt:ſed veritas primorum eſt obiectum eius per ſe & primo: aliorum autem per ſe ſed non primo. & ideo non poteſt cognoſci veritas in illis niſi per diſcurſum ex primis. P Ad tertium

¶Ad quartum ꝙ facilius eſt animam tranſire ad notitiam concluſionum ex principiis,q̃ per ſe ad notitiam principiorum:Dicendum ꝙ verum eſt quantum eſt ex parte recipientis: quia anima humana de ſe nihil habet habitus principiorum:in principiis vero in potentia habet habitus concluſionũ.Sed quãtum eſt ex parte luminis intellectus quo fit iudicium veritatis & principiorũ & concluſionũ:ſecus eſt.quia aliquid ſufficit ad percipiendum ſtatim veritatem magis perſpicuam: quod non ſufficit ad percipiendum minus perſpicuam. Quia ergo magis perſpicua eſt veritas principiorum q̃ concluſionum:ideo cum quidditas terminorũ offertur intellectui:ſtatim vis cognitiua naturalis percipit veritatem principiorum:licet non concluſionum.quarum etiam veritatem ſtatim perciperet ſi intantum eſſet eleuatũ lumen cognoſcitiuũ in hominibus quantũ in angelis.Et ſicut eſt de pceptione veritatis principiorum & concluſionum:ita eſt de generatione habituũ:quia ex talibus actibus percipiendi primo habitus cognitiui concipiuntur,& per actum intelligendi veritatem principiorũ habitus principiorum tam complexorum q̃ incomplexorum concipitur in ſuo initio: & per talem actum frequentatum augmentatur & firmatur:& per actum ratiocinandi concipitur habitus concluſionis: & per ipſum frequentatum habitus concluſionis augetur & firmatur. Q Ad quartũ

R ¶Eſt enim intelligendum ꝙ aliud eſt principium:& aliud eſt habitus principii:ſicut aliud eſt concluſio:& aliud habitus cõcluſionis.Principiũ enim eſt quoddã opus intellectus:velut quędã notitia actu intelligendi lucens in intellectu tanq̃ verbum & conceptus eius: quo intellectus informatꝰ in actu intelligendi perfectiſſime eſt in actu id q̃d intelligit: & perfectius q̃ ex ipſa ſpecie quã habet de re.& ideo ex illa notitia eſt pfecta aſſimilatio intellectꝰ ad intellectũ:vt intellectꝰ cũ ſit de ſe quodã modo oĩa intelligibilia:actu tamẽ nihil eoꝝ eſt anteq̃ ĩtelligat.ſicut dicit pħs tertio de aĩa.Q̃d intelligo ipm̃ dicere nõ tam propter ſpeciem rei,q̃ intellectꝰ informatur,vt eliciat actũ intelligẽdi:ſed propter ipſam notitiam quę lucet in intellectu ex actu intelligendi. licet neutro illorum informetur intellectꝰ: niſi cũ eſt in actu intelligẽdi. Et eſt iſta notitia cõceptus quidditatis rei ĩ intellectu ſimplici:propoſitionis vero in intellectu componẽte vel diuidente:per quem habitus complexus vel incomplexus generatur & augmentatur: quo vtitur intellectus ad faciliter concipiendum principium poſtq̃ generatus eſt habitus in eo.Nõ eſt autẽ idẽ q̃d quis agit:& quo agit:ſicut habitu grãmaticę complexam orationem quis conſtituit:quę nõ eſt habitus ipe. Et ſimiliter in opatione rationis ex habitu ſcientiæ concipit quis concluſionem quę non eſt ipſe habitus.

## Articulus.II.De modo ſciendi.& primũ de certitudine ſciendi.

QVia non cõtingit ſcire rem abſq̃ eo ꝙ ſciatur modus eius: viſo de poſſibilitate ſciendi: & ſcientiam acquirendi: conſequenter de modo ſciendi videndum eſt. Vbi de ſciendi certitudine.vi.ſunt inquirenda. Arti.2.

Primũ:vtrum contingit hominem ſcire aliquid certitudinaliter.

Secundum: vtrum quilibet homo certitudinaliter ſcit quæcunq̃ ipſe ſcit.

Tertium: vtrum quilibet homo quæcunq̃ ſcit, ſcit ea æque certitudinaliter.

Quartum: vtrum omnes homines quicunq̃ ſciunt eadem: ſciunt ea æque certitudinaliter.

Quintũ:vtrũ omnes homines apti ſunt æque certitudinaliter ſcire.

pħm.v.Metaphy.& ſimiliter ꝑ contrariũ nõ ens.Quorũ vnus eſt ſcđm figuras ꝓdicamẽtoꝝ:& eſt
certitudo q̃ vnaqꝫ res eſt id qđ eſt:ſicut albedo habet certitudinẽ q̃ eſt albedo.& hoc appellat̃ eſſe
propriũ rei,quod eſt eſſentię eiꝰ. Nõ ens oppoſitũ tali enti eſt illud qđ nullã certitudinẽ habet ĩ ſe:
nec põt habere apud ĩtellectũ qua certificet̃ res eſſe id qđ eſt:ſed priuat eſſe tale:& eſt illud de quo
dictũ eſt:ꝙ homo nõ poteſt ipſum ſcire:quia eſt oĩno inſcibile:quia rẽ cuiuſlibet prædicamẽti pri-
uat. Sed ens dicto modo ſcđm qđlibet genus ꝓdicamẽti: diuidit̃ in ens ĩ potẽtia:& ĩ ens ĩ actu: &
dicit̃ illud qđ eſt in potẽtia nõ ens,reſpectu illiꝰ qđ eſt ens actu extra aĩam:qa id qđ ſolũ eſt in potẽ
tia nõ eſt in actu. Qđ tñ aliqñ poterit eẽ tale,vel potẽtia materię ꝑ gñationẽ,vel potẽtia efficiẽtis
ſolũ ꝑ creationẽ: de tali nõ ente nõ eſt negãdũ qn cõtigat hoiem ipm ſcire cõcipiẽdo qditatẽ & eſ-
ſentiã talis entis:ꝑter hoc ꝙ apphẽdat ipam eſſe ĩ actu extra animã. Talis.n.intellectꝰ quo apprehẽ
dit̃ res extra eſſe ĩ effectu:ſemp̱ cõcomitat̃ ĩtellectũ quo apphẽdit̃ res ſimplr̃ ĩ eſſentia ſua: vt dicit
Auicẽ.ponẽs exẽplũ tale.verbi gr̃a. Si dixerit aliqs,reſurrectio erit:ĩtellexiſti reſurrectionẽ q̃ nõ eſt:
& intellexiſti erit qđ nõ eſt:& ꝓdicaſti erit de reſurrectiõe. Sed intelligit̃ vt in hora futura vera ſit
de ea intentio de eſt:& ſic,vt dicit,enũciationes non ſunt niſi per id qđ eſt in anima:& per accidẽs
per id qđ eſt in exterioribꝰ. Et ſimiliter eſt de intellectibus incomplexorum. ſcđm ꝙ dicit Alga.in
logica ſua. Poſſibile eſt te intelligere hominem ſimpliciter,ita ꝙ nõ intelligas an habeat eſſe extra,

D an non eſſe:ſicut an habeat eſſe album,an non. Et ſi dubitas forte an habeat eſſe in mūdo,an non:
hoc nō impedit tuum intellectum ad intelligendū eſſentiā hominis.Q̄d manifeſte dicit Phs.ſcd̄m
anti.trāſl.2.poſte.Apparet(inquit)ꝙ intētio definitiōis rei:& ꝗa exiſtat:ſunt duę res diuerſę: quia
qui oſtendit quid eſt res:& eius definitionem:nō apprehendit ꝑ hoc ꝙ illa res exiſtat. Nam cum
homo oſtendit definitionē circuli,ꝙ ſit figura plana &c. nō apprehendit ꝑ oſtenſionem illius ꝙ
ſit eſſe circulo.Nota ꝑ illud q̄d dicit:Sūt duę res diuerſę:ipſum nō intelligere niſi diuerſitatē intē
tionum in intelligēdo.q̄d patet ꝑ hoc q̄d ſubdit:Quia ꝗ oſtendit &c.De nō ente vero q̄d opponi-
tur enti ſcd̄m figuras prędicamētoꝝ:q̄d priuat rē cuiuſlibet p̄dicamēti,de illo ſolo nō ente nō po
teſt eſſe ſciētia : niſi per accidēs:ſicut priuatio cognoſcit̄ ꝑ habitū,ſcd̄m ꝙ dicit Auicē.1.Metaphy.
Eſſe eſt notius,q̄ non eſſe. Eſſe enim cognoſcitur per ſe: non eſſe vero cognoſcitur per eſſe aliquo
Ad obiecta. modo.Per hęc patent obiecta vtriuſꝗ partis ſi quis inſpiciat.

E Queſt.2. Arg.1. CIrca ſecūdum arguitur,ꝙ contingit hominē ſcire omnia entia.Primo ſic.phus
dicit.3.de aīa.ꝙ intellectus eſt quodā modo omnia intelligibilia:ſicut ſenſus eſt
omnia ſenſibilia. Senſus ſic eſt oīa ſenſibilia ꝙ poteſt omnia ſentire. ergo intel-
lectus ita eſt omnia intelligibilia:ꝙ poteſt omina intelligere.hęc ſunt omnia ſci
2 bilia & oīa entia.ergo &c.¶Secūdo ſic.qui poteſt ſcire & intelligere magis ſci-
bile & intelligibile:& min⁹.ſcd̄m phm.3.de aīa.homo poteſt ſcire & intelligere
In oppoſitū. ſumme ſcibile.vt dictū eſt.Ioā.14.Hęc eſt vita ęterna.ergo &c. ¶Oppoſitū arguit̄.Primo ſic.Eccle-
2 ſiaſtici.13.Plurima ſunt ſup ſenſum hominis.ſed illa nō poteſt ſcire.ergo &c. ¶Secūdo ſic.Eccleſiaſti
ci.7.Dixi ſapiens efficiar:& ipſa receſſit a me multo plus q̄ erat.Sed hoc nō cōtingeret,ſi cōtinge-
ret eum ſcire omnia entia.ergo &c.

F Reſponſio. ¶Dicēdum ad hoc,ꝙ ita eſt in omnibus quibus cōpetit oꝑatio aliqua exercenda
per inſtrumentū:ꝙ agens de ſe ſufficiens vt agere poſſit,ſi habeat copiā inſtrumenti:dicendus eſt
ſimpliciter poſſe in illā oꝑationē:licet ei deficiat inſtrumentū : & ideo nō poſſit procedere in actū.
ſicut oculus dicit̄ poſſe videre omne viſibile:licet nō poſſit ꝓcedere ī actū vidēdi deficiēte luce ex-
teriori. Nunc autē ita eſt:ꝙ propria operatio hoīs ſcd̄m ꝙ homo,eſt ſcire & intelligere,ꝗa eſt eius
operatio ſcd̄m intellectum:& rationē qua vere homo eſt.ſcd̄m phm.8.Ethi.Ad operationē autem
huiuſmodi:hō quantū eſt ex natura ſui intellect⁹ ſi ſufficienter illuſtret̄ luce intellectuali ꝓportio
nali cuilibet ſcibili ſecūdum ſtatū & gradū ſuum,eſt in potentia vt ſciat & intelligat vnūquodꝗ.
Abſolute ergo concedendū eſt ꝙ homo poteſt ſcire oīa entia hoc eſt oīa ſcibilia.Et ob hoc dicit̄ in
G li.de ſpū & anima.Aīa ad ſimilitudinē totius ſapientię facta oīm in ſe ſimilitudinē gerit.Dicit etiā
Auicē.in.ix.Metaphyſicę ſuę:ꝙ ſua pfectio animę rationalis eſt:vt fiat ſcd̄m intelligibile:& deſcri
batur in ea forma totius:& ordo intellectus in toto:& bonitas influēs in omne:& vt incipiēs a pri
cipio totius ꝓcedat ad ſubſtātias intellectuales ſpūales abſolute:& deinde ad ſpūales pendentes ali
quo modo a corporibus:& deinde ad aīas mouētes corpora:& ꝑoſtea ad corpora cęleſtia:& vt hęc
omnia fiant deſcripta in aīa ſecūdū diſpoſitiones & vires eorū: quouſꝗ pficiat̄ in ea diſpoſitio eſſe
vniuerſitatis,& ſic tranſeat per intellectū in inſtar totius mūdi:& cernēs id q̄d eſt pulchrum abſo
lute:& bonitas abſolute: & decor verus:fiat vnum cum eo:inſculpta eius exemplo.

H Ad primū in oppoſitū. ¶Ad primū in oppoſitū,ꝙ plura ſunt ſupra ſenſum hominis:Dicēdum ꝙ verum
eſt attingēda lumine naturali. Si tamē ſufficiēter illuſtret̄ lumine ſupnaturali:nihil eſt ſupra ſen-
ſum hominis quin poſſit illud intellectu attingere. ¶Ad ſcd̄m ꝙ ſapiētia recedit ab inueſtigante:
I Ad ſecūdū. Dicēdum ꝙ dicit̄ recedere:quia quāto homo plus inueſtigat ſcientiā lumine naturalis ratiōis:tā-
to magis patet ei ꝓfunditas.Nihil tamē eſt ſcibile in creaturis,ſi ſufficiēti lumine illuſtretur quin
poſſit illud ſcire.Maxime cū illuſtret̄ ad hoc vt poſſit ſcire ſūmū intelligibile attingēdo licet nō cō
prehēdendo.In cuius cōparatiōe cognitiōis poteſt etiā verificari illud Eccl'iaſtes.7.Dixi ſapiēs effi-
ciar,& ipſa longius receſſit a me multo magis q̄ erat:Et alta profunditas,quis inueniet eā? Quan
to enim amplius cognoſcitur illud,tanto amplius recedere dicitur cognitio illius ab eo: qm̄ ſemp
de ſcibili illo claret plus reſtare cognoſcendum q̄ iam cognitum eſt.

K Queſt.iii. Argu.i. CIrca tertiū arguitur ꝙ contingit hominē ſcire omnia ex philoſophicis ſciētiis.
Primo ſic.quęcūꝗ ſunt in vniuerſo:per ordinē & cōnexionem ſe habent ad in
uicē.connexio illa ſciri poteſt ex philoſophicis ſciētiis:quia fit ꝑ naturā influē-
tię inter motorem & motū,cauſam & cauſatum:quæ ſciri poſſunt ex philoſo-
phicis ſcientiis:cōnexio autē & ordo aliquorū ſciri nō poſſunt niſi ſimul ſcian-
2 tur connexa & ordinata:quia relatiue ſe habent ad inuicem.ergo &c. ¶Secun



do ſic:ex ſcientiis philoſophicis habet homo ſcientiā ſuperiorum,& inferiorū,corporalium,& ſpiri
tualiū ſicut patet,& omnia iſta ſunt ſcibilia.ergo &c. ¶Contra eſt: qm̄ ex ſcientiis philoſophicis In oppoſitū.
nihil ſcitur niſi ſcientia quæ hauritur ex ſenſibus & ſenſibilib⁹:quia ſecundū Philoſophū:oīs no
ſtra cognitio a ſenſu ortum habet. ſed multa ſunt ſcibilia:quorū ſciētia ex ſenſu & ſenſibilib⁹ hau
riri non poteſt:vt ſunt omnia illa quorū notitiā ꝑ fidē tenet ſacra ſcriptura.ergo &c.
¶Dicendum ad hoc ſecundum Philoſophum.iiii.Metaphy.ꝙ ſciētiarum philoſo
phicarū omniū vna eſt vniuerſalis ad omnes,quā appellant philoſophi primā philoſophiā: alię ve Reſponſio.
ro ſunt particulares ſub illa.Nunc autē vt dicit Philoſophus ibidē,Sciētiarū patricularium cuiuſꝗ
eſt cōſiderare de accidente:quomō accidit alicui partiū entis,diuiſę a toto ente, cōtra alias partes
quas conſiderant alię ſcientię particulares.Sicut Mathematici accipiunt nūeros & magnitudines
& conſiderant de eis,& ſuis accidentibus,& naturales de ente mobili.Scientia vero vniuerſalis de
ente ſimpliciter conſiderat:& de eis quæ ſunt entis per ſe: & ideo cōſiderat etiā de primis cauſis,
& principiis entis ſimpliciter: de ꝗbus nulla ſciētia particularis ſe intromittit. Si ergo aliqua pars
philoſophię de natura,& quidditate diuinorū:& de eis quæ ſunt propinqua deo,& de ſubſtantiis
ſpūalibus conſideraret:illa eſt prima philoſophia:quia vt dicit̄ in.i.Metaph. Phs primus debet cō
ſiderare de rebus,quæ ſunt magis altę omnibus ſubſtantiis in veritate.Sed cōſtat ꝙ de illis Philo
ſophus non determinat niſi in vniuerſali inquantum ſunt principia,& cauſæ entis ſimpliciter:ſe-
cundum ꝙ ipſe dicit.i.Metaphy. Arbitramur(inquit) ſcire omnia ſapientē,ſicut contingit: non
ſecundum vnūquodꝗ ſcientiam habentem ipſorū.vbi dicit ant.trāſl. Non ſingularem eorū ſcien
tiam habentem. Cōſtat tamen ꝙ non minus ſubſtantiæ ſpirituales habent in ſe ſcibilia ſpecialiter
de eis ſciēda,q̄ ſubſtātiæ corꝑales:de quibus ſcientiæ particulares philoſophiæ,ꝑticularia vt dictū
eſt cōſiderant.Quare cum illa particularia ſcienda circa ſubſtantias ſpirituales nulla pars philoſo
phię docet:nec vniuerſalis,nec particularis:patet clariſſime ꝙ non contingit homines ſcire omnia
ſcibilia ſibi ex ſcientiis philoſophicis.vnde & Philoſophus qui hoc bene ſentiebat, qn̄ occurrebant
ei talia:q̄ ſcientiā philoſophicā excedebant:de hoc ſe non intromiſit:ſed conſiderationi alterius cō
miſit.Secūdū ꝙ de hoc habemus vnū exemplū clarū in.i.Ethi.vbi quęrit inter alia de felicitate an
ſit donum dei.dicit ſic.Si quidē aliquod aliud deoꝝ eſt donū hominibus,rationale eſt felicitatē dei
donum eſſe maximū quāto optimum.ſed hoc erit alterius perſcrutationis magis ꝓprium.

¶Ad primum in oppoſitum:ꝙ ex philoſophia ſcitur cōnexio omnium:ergo & cō M
nexa:dicendum ꝙ cōnexa cognoſcunt̄ ex philoſophia:quantū poteſt manuducere cōnexio a ſenſi Ad primum
bilibus ad inſenſibilia ꝓcedendo.& hoc eſt ſolum quo ad generalia quæ ꝑtinent ad rationem cau principale.
ſalitatis ſuperiorum reſpectu inferiorum: non autem quo ad ꝓpria,in quibus certior conſiſtit eo
rum ſcientia.¶Ad ſecundum ꝙ ex philoſophia habetur ſcientia omnium : Dicendum ꝙ verū eſt N
quo ad gn̄a ſingulorū:ꝗa de quolibet gn̄e entis cōſiderat:ſed nō quo ad ſingula generū: neꝗ quo Ad ſecundū
ad ſingula de ſingulis conſideranda.Sed quo ad ſingula generum conſiderat ſubſtantias corpore-
as:non autem incorporeas,quæ non minus ſcibilia ſunt quo ad ſingula ſpecialiter conſideranda
circa eas q̄ corporalia:vt dictum eſt.

CIrca.iiii.arguitur:ꝙ contingit hominem ſcire omnia ex puris naturalibus ſuis.
Primo ſic,Homo poteſt ſcire ex puris naturalibus ſuis ea quorū notitia inclu- O Quæſt.iiii. Argu.i.
ditur in potentia,in primis principiis naturaliter cognitis:quia ex illorum no
titia per naturalis rationis inueſtigationem poteſt cognitionem aliorum dedu
cere in actum.omnia ſcibilia ſunt hmōi.Omnium enim ſcibilium notitia in po
tentia includitur in primis principiis.ergo &c.Probatio aſſumpti eſt: quia pri-
mū principiū incōplexū eſt intentio entis inquātū ens eſt:primū cōplexū eſt:de
quolibet affirmatio vel negatio: vt dictum eſt ſupra . Sub intentione & conceptu entis ſimplici-
ter cōtinet̄ oīs cōceptus incōplexus:ſiue ſit creati,ſiue increati:vt vult Auicen.i.Metaph.ſuę.Sub
conceptu illius cōplexi: de quolibet affirmatio vel negatio,continetur quilibet conceptus cōple-
xus ſiue ſint extrema entis creati ſiue increati.¶Secūdo ſic.fruſtra eſſet aliquid in potentia ad ali- 2
ud,niſi actu illud poſſet attingere. Cum ergo intellectus humanus ſecūdum Philoſophum eſt in
potentia omnia intelligibilia: & hoc in puris naturalibus conſtitutus:nihil autem eſt ponere fru-
ſtra in fundamento naturæ,& creaturæ.ergo &c. ¶Oppoſitum arguitur ſic.Scientia hominis ex In oppoſitū.
puris naturalibus non eſt niſi via ſenſus ſecundum Philoſophum: Sed plura ſunt ſcibilia, quorū
notitia a ſenſu non capit ortū:quia omnino non cadunt ſub ſenſu: nec ea q̄ cognoſcūtur ex ſenſu
ſufficiūt ad hoc vt faciāt illa ſciri:vt ſunt quidditates incorporalium.ergo &c.

P Reſponſio.
¶Ad hoc dicendum:ꝙ ab agente per inſtrumentum non poteſt procedere actio
ad quã inſtrumentum ſe extendere non poteſt:quia inſtrumento artis fabrilis, opus carpentatio-
nis faber efficere non poteſt.Nunc autem ita eſt:ꝙ ratio naturalis in cognitione quę ſibi ex puris
naturalibus cõpetit:vtit̃ vt inſtrumẽto lumine naturali ſibi veritates rerum illuſtrante,& eas in-
tellectui manifeſtante:lumen aũt illud qa naturale eſt,limitatum eſt ad ſolũmodo notitiam homi-
nis naturalẽ illuſtrandam.Cũ ergo illa notitia q̃ eſt naturalis,ſit adminiculo ſenſuum & ſenſibiliũ
lux homini cõnaturalis ſolum illuſtrat ad ſciendum notitiã eorum,quę mediante ſenſu nata ſunt
cognoſci.talia ſunt illa quæ ſunt ſcibilia ph̃ica ſolum : præter quæ ſunt plura alia quæ excedunt
naturalem intellectum hominis:quia per ſenſibilia non poteſt ad eorum quidditates cognoſcẽdas
attingere.Maxime autem dei:quia omnia ſenſibilia ſunt effectus quidam virtutem illius in nullo
adęquantes,& ſine cognitione eius qđ quid eſt,omnino ſcientia de natura rei haberi non poteſt:
ſecundum ꝙ dicit Philoſophus.vi. Metaphyſicę. Oportet non ignorare illud quod ſignificat ali-
quid quid eſt:quia abſqꝫ hoc facere nihil eſt. Vbi dicit Commenta. Quærere enim aliquid ſcire
hoc non determinato eſt quaſi non quęrere.Vnde volentes ex veſtigio creaturæ diuinam eſſenti-
am perfecte cognoſcere,irridet Iob.xi.Forſitan ( inquit ) veſtigia dei comprehendes : & omnipo-
tentem vſqꝫ ad perfectum reperies.&.xxxvi.Ecce deus magnus:vincens ſcientiam noſtram.& non
ſolum clara illorũ notitia noſtri intellectꝰ poſſibilitatẽ excedit:ſed & illa quę nata eſt haberi de eis
per fidem & in ęnigmate:ſecũdũ ꝙ dicetur infra.

Q Ad pri.prin.
¶Ad primum in oppoſitum:ꝙ omnium notitia
in potẽtia includitur in primis principiis:Dicẽdũ primo ex parte primorũ principiorũ:ꝙ ſicut in
naturalibus illud qđ procedit ex radice ſemper tenet & ſapit naturam radicis:nec poteſt naturam
radicis excedere:ſic prima principia naturalis cognitionis cum a ſenſibus & ſenſibilibus velut a ra-
dice trahantur:vt ſępius dictum eſt:vim & naturam ſenſibilium excedere nõ poſſunt:vt ſicut ip-
ſa in naturali notitia hominis accepta ſunt a ſenſibilibus:vltra notitiam eorum quæ adminiculo
ſenſuum nata ſunt cognoſci,extẽdi nõ poſſunt.Licet ergo ratio entis ſimpliciter & abſolute acce-
pta ſit ſufficiens in potentia ratio cognoſcendi quodlibet cognoſcibile:qđ ſub ratione generali en-
tis continetur:inquantũ tamen eſt accepta ꝑ ſenſum a ſenſibilibꝰ:limitata eſt vt ſit in potẽtia prin-
cipium cognoſcendi ſolũ illa ad quæ poteſt deducere ratio naturalis adminiculo ſenſuum & ſen-
ſibiliũ & non alia.Secũdo dicendũ ex parte luminis naturalis intellectus : vt eſt coniunctꝰ:ꝙ q̃uis
principia prima ſint quantũ eſt de ſe ſufficienter in potentia ad faciendum ſcire quodlibet cogno-
ſcibile: ꝙ tamen lumen illud limitatum naturaliter eſt : vt non ſit natum illuſtrare ad eliciendũ
notitiam aliquam,vltra notitiam quæ ex ſenſibilibus hauritur,vltra quã nõ poteſt ſe extendere:ni-
ſi ei adiutorium luminis ſuperioris addatur.Sicut lux naturalis in oculo cati,ſufficit ad illuſtran-
dum medium:vt eo videat aliqua viſibilia groſſa,& non poteſt ei oſtẽdere minuta:niſi lumine ſo-
lis vel candelę,vel aliquo exteriori ſuperinfuſo.

R Ad ſecũdũ.
¶Ad ſecundum ꝙ omnia ſunt naturaliter homi-
ni cognoſcibilia:Dicendum ꝙ aliqua ſunt homini cognoſcibilia naturaliter:qa ex principiis ei na-
turaliter inditis poteſt in illorum cognitionem deuenire ſine adiutorio exteriori,ſic homini in ſta-
tu huius vitę ſolũ ſunt naturaliter cognoſcibilia,ea quę ſenſuũ adminiculo capere poteſt.Alio mo-
do ſunt aliq̃ ei naturaliter cognoſcibilia:qa de natura ſua natus eſt illa intelligere:ſed hoc nõ ꝙ ex
puris naturalibus illa ĩtelligit: ſed qa naturaliter ita ordinata ſunt:vt nata ſint recipere lumẽ,quo
adiuta illa intelligat.vnde ſecũdũ hunc modũ homo ordinatur ad hoc:vt per gratiam eleuetur ad
ſuſcipiendum maius bonũ,q̃ ſit illud qđ poteſt attingere per naturam:qđ nõ videbãt Philoſophi:
& ideo cognitionem hominis,& beatitudinem nõ poſuerunt vltra id qđ poteſt attingere per na-
turam,& ideo errauerunt.

S Queſti.v. Arg.i.
CIrca.v.arguitur:ꝙ non cõtingit hominem ſcire per gratiam:illa quæ excedũt
eius naturam.Primo ſic.Inter agens & patiẽs debet eſſe proportio : non eñ vt
dicit Philoſophꝰ:quodlibet natum eſt agere in quodlibet:ſed vnũquodqꝫ in ſi-
bi cõueniens & proportionale.Actus enim actiuorũ ſunt in patiẽte bene diſpo-
ſito.Scitũ aũt agit in ſciens:& non eſt proportio intellectus humani in cogno-
ſcẽdo,ad id qđ eius naturã excedit:qa ſi in cognoſcendo ipſum,eſſet eius ad ip-
ſum proportio,non excederet ipſum.ergo quod excedit ipſam naturam eius: non põt homo vllo
2 modo ſcire.¶Secũdo ſic:ſi ſciret per gratiam:quod eius naturam excedit:illa gratia neceſſario eẽt
ei ſupernaturalis:ſed qđ eſt ſupernaturale non eſt ſuſceptibile per naturam.ergo ſolum per gratiã
& eadem ratione illa per aliam:& ſic in infinitum. hoc autem eſt impoſſibile vt ſic procedat.ergo
3 & primũ:ꝙ homo ſciat per gratiam: quod nõ poteſt ſcire per naturam.¶Tertio ſic.ſicut ſe habet
oculus corporalis ad videndum:mediante luce corporali ſibi naturali: ſic intellectus ad vidẽdum



mediante luce ſpirituali ſibi naturali.Sed nullo lumine ſuperiori poteſt oculus corporalis eleuari
ad videndum quod nõ poteſt videre lumine ſibi naturali.ergo nec oculus ſpiritualis ad videndũ,
qđ nõ poteſt videre lumine ſibi naturali. ¶In contrarium eſt:qm̃ cognitio hominis naturalis non — In oppoſitũ.
excedit adminiculum ſenſus.ſi ergo non poſſet ſcire per gratiam,q̃ non poteſt ſcire per naturam:
nullo modo poſſet eius notitia excedere viſibilia.quare cum in vltima notitia hominis,cõſiſtit eiꝰ
beatitudo,beatꝰ eſſet ex notitia cauſatorum ſenſibiliũ quã poteſt habere ex ipſis: quare cũ hoc ſit
hęreſis phorum , aliam oportet homini dare ſcientiã per gratiam quã poteſt habere per naturam.

T Reſponſio.
¶Dicendum ad hoc:ꝙ ſecundum Auguſt.viii.ſuper Geneſim in ipſo mundo ge-
mina operatio diuinæ ꝓuidentiæ reperitur:partim naturalis,partim voluntaria.Naturalis ꝑ occul-
tam adminiſtrationem:de qua dicit lib.ix. Omnis iſte naturę vſitatiſſimus curſus habet quaſdam
leges naturales & determinatam vim quid vnũquodqꝫ valeat:vel non valeat.Verbi gratia: vt de
grano tritici non naſcatur faba,ſed triticum.Super hũc curſum rerũ naturalem: volũtaria admi-
niſtratione poteſtas eſt creatoris facere de omnibus aliud q̃ eorum ſeminales rationes habẽt.Ver-
bi gratia:vt lignum aridũ repente floreat:& fructũ gignat:& aſina loquat̃:& hmõi cętera quę de-
us naturis dedit : vt hęc ex eis fieri poſſent actione potentioris. Nõ eñ ex eis illa faceret niſi fieri
poſſent:vt ibi dicit Ioan.Damaſc.Quæ tamẽ non dedit eis: vt haberent ex motu ſuo naturali: &
ideo potentia illa appellatur potentia obedientię non naturę.Nunc autem ſicut deus agit & mo-
uet ſicut primꝰ motor in mouendo creaturas corporales motu corporali:ſic agit & mouet vt pri-
mus motor in mouẽdo creaturas ſpirituales motu ſpirituali.& ideo ſicut dupliciter mouet(vt di-
ctum eſt)creaturas corporales:vna.ſ.prouidentia naturali & generali:& altera prouidentia ſpecia-
li & volũtaria:ſimiliter congruit vt dupliciter moueat creaturã ſpiritualẽ. Motus autem eius eſt
in intelligendo & volendo:& hoc.ſ.ꝓuidentia generali mouendo eã lumine naturaliter ſibi indito
ad cognoſcendum ea quæ ſubſunt cognitioni naturali:& ſimiliter ad ea agendum:quę ſibi ex na-
turalibus agere competit.Prouidentia autem ſpeciali mouendo eam lumine ſupernaturaliter in-
fuſo ad cognoſcendum quæ ſunt ſuper facultatem rationis naturalis: & ſilr̃ volũtarie ad agendũ
quæ ſibi per gratiam agere competit:vt ſic homo ordinetur tam ex parte intellectus , q̃ affectus
ad aliquid ſuperius:q̃ ex puris naturalibus poſſit attingere:qđ non contingit in aliquibus ratiõe
carentibus:& hoc vt homo qui ferri debet in finem ſuum ratione & voluntate,qđ non competit
rõne carentibus,auxiliũ ſemꝑ a deo ſuo poſtulet:neqꝫ ipſum aliqñ cõtemnat.qđ de facili faceret:
ſi ex puris naturalibus ſibi oĩno ſufficeret.Et hoc eſt qđ dicit Chryſo.exponens illud Matth.vii. — V
Date & dabitur vobis.Omnem(inquit) creaturã ſenſibilem deus armatam & munitam creauit.
Alios eñ muniuit velocitate pedũ: alios vnguibꝰ:alios pẽnis:alios dẽtibꝰ:alios cornibꝰ.hoĩem au-
tem ſolũ ſic diſpoſuit:vt virtus illius ſit ipſe:& in eo ꝙ infirmiorẽ eũ fecit oĩbus, eo ipſo fortio-
rem voluit eum eſſe in ſe.Nam ſciens deus ꝙ cognoſcere & colere deum vita æterna eſt:ignorare
aũt & contemnere perditio ſempiterna:nec ita infirmũ eũ creauit: vt omnino nihil boni facere poſ-
ſit:ne quẽ ſuꝑ oĩa & ꝓpter quẽ oĩa fecerat:oĩbus inueniret̃ eſſe deterior: nec ita potẽtẽ eũ creauit:
vt etiã ſine dei auxilio ex ſeipſo facere poſſit qđ vult:vt infirmitatis ſuæ neceſſitate coactus: ſemꝑ
neceſſariũ habeat dñm ſuum.Si enim oĩs virtus hominis in deo eſt:& tamẽ cõtemnit omnium bo-
norum auctorem:quãto magis negligeret eum:ſi potẽtia eius eſſet in ſeipſo?

X Ad primũ principale.
¶Ad primum in op-
poſitum:ꝙ non eſt proportio intellectus ad ſibi ſupernaturale:Dicendum ꝙ verum eſt de ſe ꝑ lu-
men naturæ.tamen lumine gratiæ bene ſit proportionale:qđ eſt ſupernaturale : ſicut per lumen
naturale eſt proportionale ei quod ex puris naturalibus poteſt cognoſcere.

Y Ad ſecundũ.
¶Ad ſecundum: ꝙ il-
lius luminis gratiæ non eſt ſuſceptibilis per naturam: ſed ꝑ gratiam ſolũ : Dicendũ ꝙ verum eſt:
ita ꝙ ex puris naturalibꝰ illud ſibi acquirat:vel ꝙ naturaliter lumẽ ipſum ſibi inditum habeat,eſt
tamen ipſius ſuſceptibilis per naturam:quia natura de ſe ad hoc ordinata eſt : vt munere creato-
ris hoc recipiat:& per illud illa quæ natura non attingit cognoſcat.Vnde licet homo non accepit
a natura quo per ſe ad illorum notitiã attingat:accepit tamẽ a natura vt alterũ in ſe recipiat:cu-
ius adiutorio ad illã attingat.Aliter eñ ad illã oĩno attĩgere nõ poſſet:ſecũdũ ꝙ dicit Damaſ.lib.
de duabus na.& vna ꝑſona Chriſti.Impoſſibile eſt qualecũqꝫ naturam vti actione: vel operari ope-
rõnem vel paſſionẽ,quorum potentiã non ſecũdũ naturã aſſumpſit: velut non poteſt germinare
terra non ſecundum naturam accipiens a conditore germinatiuam potentiam.

Z Ad tertium
¶Ad tertium ꝙ
oculus corporalis per nullum ſupernaturale lumen poteſt videre qđ non poteſt videre in lumine
naturali:Dicendum ꝙ nõ eſt ſimile:quoniã pręter ſenſibilia in lumine materiali ſenſus non eſt ali-
ud ſenſibile omnino : ſed præter intelligibile lumine naturali intellectus eſt aliud intelligibile ei
lumine ſupnaturali, qđ diſtat a naturalibus intelligibilibꝰ intellectus:& ab ipſo intellectu: non ſi-

cut ſapor vel odor a viſu,& a colore q̄ nullo modo ſunt viſibilia: ſed ſicut viſibile excellens diſtat a viſibili tēperato: & a debili viſu ad qđ non poteſt ipſe attingere:niſi lumine clariori illuſtretur, & fortificetur. Vnde dicit Philoſophus.ii.Metaph. ꝙ intellectus noſter ſe habet ad manifeſtiſſima naturæ:ſicut oculus veſpertilionis ad lucem Solis.

## Artic.IIII.de appetitu & deſiderio ſciendi in homine.

Articu.iIII. QVia ſcibilia nō ſūt facta homini cognoſcibilia,niſi vt aliqn̄ ea ſciat & cognoſcat : ad ſciendum autem ea non ſe extēderet niſi ſcire ea appeteret: Idcirco poſtq̄ viſum eſt de qualitate ſcibilium ab homine,videndum eſt de appetitu ſiue deſiderio ſciendi in ipſo.Et circa hoc quæruntur nouem.

Primum:vtrum Homo appetat ſcire.
Secundum:vtrum omnis homo appetat ſcire.
Tertium:vtrū homo naturaliter appetat ſcire.
Quartum:vtrum omnes homines ęqualiter appetant ſcire.
Quintū:vtrū hō appetat ſcire ea quę notitiā rōnis naturalis excedūt.
Sextum:vtrum homo appetat ſcire omnia.
Septimum:vtrum homo ęqualiter appetat ſcire ſingula.
Octauum:vtrum ſit aliquod vnum qđ homo principaliter appetat ſcire.
Nonum:vtrum ꝓpter illud qđ homo principaliter appetit ſcire,appetat omnia alia ſcire.

A
Quæſt.i.
Argu.i.

CIrca primū arguit:ꝙ hō non appetat ſcire. Primo ſic. Si homo appeteret ſcire: aut qđ nouit:aut qđ nō nouit:nec eſt mediū:qa eſt diuiſio ꝑ cōtradictoria,inter quæ non cadit medium.ſecundum Philoſophum.x.Metaphy. Non qđ nouit: quia eius qđ nouit,iam habet ſcientiam. Secundū enim Auguſt.in.li.lxxxiii.q. In ſciētiis idem eſt noſſe,qđ habere:appetitus autem nō eſt reſpectu habiti:ſed reſpectu non habiti,poſſibilis tamen haberi.Neq; qđ non nouit :quia ſecundū
2 Aug.iiii.de Trini.Appetitꝰ ex notitia ꝓcedit.ergo &c.¶Secūdo ſic: potētia naturalis nō eſt nata moueri,niſi ex ſuo proprio obiecto naturali.obiectum proprium appetitus naturale non eſt verū
In oppoſitū. qđ mouet ad ſciēdum:ſed bonū.ergo &c.¶Contra eſt,quia homo vt ſciat,laborat: qđ non eſſet niſi ſcire appeteret,ergo &c.

B
Reſponſio.

¶Dicendum ad hoc ꝙ ita eſt in omibus potētiis actiuis & paſſiuis ordinatis ad inuicem,ꝙ illa potentia quæ vniuerſalem finem reſpicit,mouere habet alias ad actus proprios illis & inclinare eos ad fines proprios illarum : quos ſub fine vniuerſali reſpiciūt tanq̄ ſibi proprios & particulares ordinatos in finem vniuerſalem,qui eſt proprius finis primi mouētis: qui oīa alia ad finem & ad bonū ſuū obtinendū mouet:veluti cælum qđ intendit vniuerſalem conſeruationem generabilium & corruptibilium,mouet omnia inferiora , quorum vnūquodq; agit particulariter ad conſeruationem ſuę ſpeciei. Similiter rex qui intendit bonum regni , mouet Barones & Baliuos qui intendunt bonum prouinciarum,aut ciuitatum quarundam:& Architectonica ars mouet alias artes,quæ ſunt ſub ipſa:vt dicit Philoſophus in principio Ethico. Nunc autem ita eſt ꝙ appetitus rationalis ſeu voluntas reſpicit tanq̄ ſuū finem bonum ſimpliciter vt bonum eſt:quælibet autem alia potentia animæ aliquod particulare bonum:qđ ſibi bonum eſt : Sicut viſus perfici intentione coloris : intellectus perfici intentione veri.ſecundum ꝙ dicit Auicen.ix.Metaphyſi.
C ſuę.Dico oportere vt ſcias ꝙ oīs virtus naturalis habet delectationē & bonū, quæ ſunt ſibi ꝓpria: & habet nocumentum & malum,quæ ſunt ſibi propria. Verbi gratia,Delectatio irę eſt victoria,& delectatio æſtimationis eſt fiducia,& delectatio cōſeruatiuę eſt recordatio.Appetitus igitur rationalis in homine ſiue voluntas mouere habet omnes alias potentias animæ ad actus ſuos & in proprios fines.Nihil autem mouet ad actus inclinando in finem niſi appetat finem.appetit ergo volūtas in homine:immo homo per voluntatem fines & perfectiones proprias omnium potentiarum aliarum animæ comprehendendo ſub actu ſuo actus omnium illarum:& ſub fine ſuo fines omnium illarum:& eſt ſeipſam mouens primo appetens ſibi bonum ſimpliciter: & mouens omēs alias appetens non ſibi:ſed eis bona ꝑticularia illis propria.ſed hoc intentione ordinandi oīa illa bona in bonum ſibi.Cum ergo de numero illarum potentiarum vna ſit intellectus:cuius obiectum & finis eſt verum & ſcire:Dicendum ꝙ homo per voluntatem appetit ſcire: ſed ſecundum intellectum.



¶Ad primū in oppoſitum:ꝙ homo non appetit,neq; qđ nouit, neq; qđ non nouit : Dicendum ꝙ duplex eſt appetitus,Naturalis,& rationalis:quia voluntas & eſt natura & eſt ratio. Vnde aliquid appetit appetitu naturali:vt eſt natura:& tali appetit qđ omnino nō nouit:quia appetitus naturalis vt eſt a natura potentiæ volitiuę nudę non ꝓcedit ex notitia aliqua in appetēte: ſicut eſt de appetitu materię:quo appetit formam.ſecundum Phūm primo Phy.vbi diſtinguit Cōment.duplicē appetitum. Vnum qui eſt ſine cognitione:& alterum qui eſt per cognitionem. Cum vero volūtas appetit aliquid appetitu rationali:ille eſt qui procedit ex notitia.& de illo loquitur Augu.De quo ſciendum:ꝙ cum homo appetit ſcire appetitu rationali qui ſit per cognitionem:ſcire illud qđ appetit,& nouit & non nouit:aliter tamē & aliter:qa qđ nouit imperfecte & in potentia & in vniuerſali:non nouit in actu & perfecte & in particulari:& appetit ſcire inquantum non nouit: & nō appetit inquantum nouit. ſed per illud qđ nouit excitatur ad appetendū qđ nō nouit: ſecundum ꝙ dicit Aug.x.de Trini.ad modū quo dictum eſt ſupra de addiſcente:qui aliquid nouit:& per illud mouetur ad acquirendum qđ non nouit.¶Ad ſecundum:ꝙ obiectum appetitus non eſt verū ſed bonum:Dicendū ꝙ verum eſt:qm̄ non niſi bonum eſt obiectum appetitus: ſed hoc vel bonū ſimpliciter qđ eſt bonum ſibi immediate:vel bonum huic,qđ eſt proprium bonum alicuius potentiæ ſub ipſo. Vnde obiectum appetitus nō eſt verum:vt verum ſub ratione veri:ſed ſub ratione boni potentiæ inferioris:vt intellectus:& per hoc ipſum appetit vt dictum eſt , ſicut econuerſo obiectū intellectus non eſt bonum voluntatis:vt bonum ſub ratione boni:ſed ſub ratione qua verū eſt. Et ideo iſtę duę potentię voluntas,& intellectus,ad inuicē ſeſe mouent: immo (vt magis proprie loquar)ipſum volentem & intelligentem:quia intellectus concipiendo finem per modum intentiōis ſub ratione veri proponit ipſum voluntati:quę ab ipſo fine mouetur ſub ratione boni.Et ſic intellectus mouet voluntatem metaphorice ad modū quo finis mouet efficientē. Ecōtra voluntas mouet intellectum proprie & per modum agentis & impellentis in opus:vt dictū eſt.Et ideo iſtę duę virtutes reflectuntur ſuper ſe inuicē:& ſuper actus ſuos.Intellectus enim intelligit ſe intelligere & actum,& obiectum ſuum:ſimiliter volūtatem intelligit velle & actum & obiectum eius.Et ecōtrario voluntas vult ſe & actum & obiectum ſuum:ſimiliter intellectum vult intelligere & actū & obiectum eius.& ſic vtriq; illorum eſt obiectum quicquid eſt obiectum alterius.

D
Ad primum principale.

E
Ad ſecundū

F
Quæſt.ii.
Argu.i.

CIrca ſecundum arguitur:ꝙ non omnes homines appetant ſcire.Primo ſic.vnuſquiſq; quærit quod appetit:ſed non omnes quærunt & laborant ſcire.ergo &c.
2 ¶Secundo ſic:nullus appetit qđ habere renuit:ſcire multi renuūt:vt illi qui dicunt deo.Iob.xxi.Recede a nobis,ſcientiam viarum tuarum nolumus.& Oſee.
3 iiii.Tu quoq; ſcientiā repuliſti.ergo &c.¶Tertio ſic:nullus appetit qđ odit:ſed ſcire multi odiunt.Prouerb.i.Imprudentes odibūt ſcientiam.ergo &c. ¶Cōtra
In oppoſitū. eſt:qa ſecundū Aug.oēs appetūt eſſe beati. Beatitudo aūt vel eſt ſciētia & notitia q̄dā ſecūdū Philoſophū.x.Ethi.vel non eſt ſine ſcientia.ſecundū Aug.i.de Acad.ergo &c.

G
Reſponſio.

¶Dicendū ad hoc:ꝙ ſicut q̄ſtio p̄cedens de appetitu hominis vt homo,eſt ſimpliciter intelligenda de appetitu hoīs rōne ſpeciei:ita q̄ſtio iſta qa eſt de oīs hoīs appetitu:intelligēda eſt principalr̄ de appetitu hoīs ratione indiuidui. Et differt multū de appetitu hoīs vt hō eſt, qui ſequit ſpeciē:& de appetitu hoīs vt iſte hō eſt:qui ſeq̄tur hypoſtaſim. Et nō ſolū hoc reſtat in appetitu:ſed etiā in aliis actionibꝰ & paſſionibꝰ aīę:ſecūdū ꝙ dicit Damaſc. in li.de duabꝰ nat.& vna ꝑſona Chriſti.Naturalis ꝓprietas eſt q̄ naturā cōſtituit:& diuidit ſpeciē a ſpecie : hypoſtatica aūt ꝓprietas eſt q̄ diuidit hypoſtaſim ab hypoſtaſi:& ſimplr̄ dicere q̄cūq; oēs hoīes habēt a conditore data naturales ſūt ꝓprietates:differēs aūt vſus hypoſtaticꝰ eſt:volūtas & velle naturale ē:differēs aūt volūtas,& differēs velle hypoſtaticū.Oīs hō habet poſſe velle:& oīs hō vult:ſed nō oīs hō ſilr̄ vult.q̄re ſimplr̄ velle ē naturale:hoc aliq̄d & taliter velle hypoſtaticū. Multū ergo diſtat iſta q̄ſtio a p̄cedēti.Intelligēdū ergo cū appetitus nō ſit niſi boni: ꝙ ſicut ſpēs eſt vlē q̄d,& ſimplr̄ ens reſpectu indiuidui:qđ eſt hic & nūc:ita appetitꝰ ſpeciei inquātū hmōi eſt appetitꝰ boni vt eſt bonū ſpeciei.Appetitꝰ vero indiuidui īquātū hmōi eſt bonū īdiuidui hic & nūc.Bonū aūt ſpeciei eſt bonū ſimplr̄:qa eſt bonū naturę:quā cōtinet ſpēs:& natura ſemꝑ appetit qđ bonū eſt ſimplr̄.Bonū vero indiuidui eſt bonū qđ videt̄ huic ſiue ſimplr̄,ſiue delectabile,ſiue vtile,qđ eſt hic & nūc: qa nō eſt bonū naturę niſi vt in hoc:& qđ hoc eſt appetit qđ ſibi bonū eſt. qa tm̄ rō ſpeciei cōtinet̄ in indiuiduo:bonū ſpeciei eſt bonū ſimplr̄ indiuidui:licet q̄nq; ratione indiuidui reſpicit ſpecialē rōnē boni ſibi cōuenientē.Cū ergo q̄rit̄ an oīs hō appetat ſcire:Dicēdū ꝙ oīs hō rōne qua hō eſt,& cōtinet in ſe naturā ſpeciei,appetit ſcire.ſicut & hō ſimplr̄ appetit ſcire:vt dictū eſt:qa in ſcire cōſiſtit ꝑfectio ſpeciei ſcđm intellectū:& vnuſq̄ſq; appetitu q̄ cōpetit ei rōne ſpeciei ꝑfectionē ſpeciei in ſe appetit: ſicut & ipſa ſpecies ſibi ſuam perfectionem appeteret ſi eſſet ſeparata ab indiuiduis.Ratione vero

H

indiuidui diſtinguẽdũ:ꝙ loquẽdo de ſcire ſimpliciter:oĩs hõ appetit ſcire. loquẽdo aũt de ſcire ali
qđ ſcibile particulare hoc vel illud,non oportet ꝙ oĩs homo appetat ſcire vel hoc vel illud.Cũ em̃
homo ratione indiuidui inquantũ hmõi non appetat aliquid niſi vt ſibi conueniens:vel ſimplici-
ter:vel vt delectabile,vel vtile:& ſcire per ſe ex natura ſua ſit delectabile: & natũ delectare:q̃cunq;
de quocũq; ſcibili ſcit,etſi nõ delectet,hoc eſt ꝑ accidẽs aliqđ exiſtẽs in indiuiduo:vel cõtingẽs ipſi
ex ipſo ſcire:vt iã patebit:ſicut & guſtũ ꝑ ſe delectat dulce:& ſi nõ,hoc eſt per aliqđ accidens exi-
ſtens in guſtu:vel contingens ipſi ex ipſo dulci.Hoc igitur particulare vel illud omnis homo per
ſe & naturaliter appetit ſcire inquantum ſcibile eſt:& ſimiliter appetitu rationali: ſi aliquo modo
I ipſum cognoſcat & aduertat: & ſi aliquis ſcire nõ appetit hoc particulare ſcibile vel illud:hoc eſt
Ad pri.prin. per accidens.& ſicut eſt de voluntate & appetitu ſciendi:ſic & aliorum.¶Ad primũ in oppoſitũ:
ꝙ non omnes quęrũt ſcire:Dicendũ ꝙ non oĩs appetitus mouet ad ꝓſequutionẽ appetiti : ſed for
tis quẽ non poteſt retrahere contrarius appetitus . Debilẽ enim ſciendi appetitũ habẽtes retrahit
fatigatio ex labore ne ſcire q̃rant . Et ideo cõtrarius appetitus fortior quieſcẽdi retrahit appetitũ
diſcendi:ne ad actum moueat:nihilominus tñ appetitus eſt in eis ad ſciẽdũ.vnde & multi nõ vo-
K lẽtes laborare vt ſciãt:bñ vellent ſcire ſine labore.¶Ad ſcđm ꝙ ſcire multi renuũt:Dicẽdũ ꝙ hoc
Ad ſecũdũ. eſt ꝑ accidẽs aliqđ quo informat̃ repugnãs ſcientię:vt ꝑ habitũ cõtrariũ:ſicut infidelis nõ deſide-
rat ſcire ſciẽtiã fidei:qa nec in eadẽ delectat̃. Vñ dicit Auicẽ.ix.Metaph.ſuę.Res cõueniens p̃para-
ta virtuti apphẽdẽti ſi fuerit ꝓhibens vel ĩpediẽs animã,abhorrebit eã,& eliget potius cõtrariũ:ſi
cut infirmꝰ aliquis abominatur ſapores dulces,& deſiderat ſapores malos, & abominabiles ꝑ eſſen
tiam.Vnde generalẽ cauſam quare multi non ſentiũt delectationes intellectuales ex ſcientia:q̃uis
comparari nõ debent delectationibus ſenſus:quia in infinitum excedũt:dicit: qa nos in hoc noſtro
ſeculo & noſtro corpore demerſi ſumus in multa turpia.Ideo nõ ſentimus illam delectationem cũ
apud nos fuerit aliquid de cauſis eius:nec allicimur ad eã:niſi prius depoſuerimus a ceruicibꝰ no
ſtris iugũ voluptatis & irę & ſorores earum:& deguſtemus aliquid illius delectationis:& ſic forte
imaginabimur de illa parum aliquid.Sed præcipue cum fuerint ſolutę queſtiones: & reuelata fue
rint inquiſita nobilia:tunc comparatio huius noſtrę delectationis ad illam noſtram delectationem
erit ſicut comparatio delectationis ſenſibilis,quæ eſt odorandi odores guſtãdorũ delectabilium ad
delectationẽ comedẽdi ea.vel eſt per accidens aliquod contingens ex ſcire: ſicut peccator non vult
ſcire legem:ne concipiat remorſum conſcientię ex ipſa:vel dicuntur ſcientiã renuere interpretati-
L ue:quia vt ſciant nolunt laborare.Nihilominus tamen omnes iſti q̃tum eſt ex parte ſcire ſimplici
Ad tertium ter ſcire vellent.¶Per idem patet ad tertiũ.Scire em̃ nullus odit niſi per accidens.vt dictum eſt.

M CIrca.iii.ꝙ homo nõ appetat ſcire natura,arguitur primo ſic. qđ naturaliter de
Queſti.iii. terminatũ eſt ad vnũ finẽ,nõ naturaliter inclinat ad aliũ: appetitꝰ naturaliter
Arg.i. determinatur ad bonũ:quia eſt propriũ obiectum eius.ergo non inclinatur na
turaliter ad verũ.ſed appetitus non appetit naturaliter niſi ad qđ naturaliter
inclinat̃.ergo &c.¶Secundo ſic,natura determinata eſt ad vnũ ſolũ.Si ergo ho
2 mo naturaliter appeteret ſcire:non niſi vnũ aliquid appeteret ſcire . Cõſequẽs
eſt falſum.ergo &c.¶Tertio ſic:vt dictum eſt per Aug.Appetitus non eſt niſi ex cognitione.Si er
3 go hõ natura appeteret ſcire, hõ a natura aliqd ſciret. Cõſequẽs eſt falſum ſecũdũ p̃determinata.
4 ergo &c.¶Quarto ſic:voluntas diſtinguit̃ cõtra naturã.ii. Ethi.quare cum hõ appetat ſcire volũ
In oppoſitũ. tate,nõ ergo natura.¶Cõtra eſt qđ dicit Phs in prin.Metaphy.Oẽs hoĩes natura ſcire deſiderant.

N ¶Ad hoc dicẽdum ſecundum Philoſophũ.ii.Phyſi.ꝙ quęcunq; agunt ſecũdum ꝓ
Reſponſio. poſitum & ſecundum naturam,ambo agunt propter aliquid & propter finem:non ſecũdum ꝙ q
dam dixerunt,ꝙ omnia naturalia ſunt a caſu: & ꝙ ſolum propter finem agerent, quęcunq; agũt
per cognitionem.Nunc autem ita eſt ꝙ quæcunq; agunt propter finem:neceſſario agunt mota a
fine:& ideo intendẽdo finẽ.ſecũdũ ꝙ dicit Philoſophus.ii.Metaph. Nihil incipit agere aliquã actio
nem niſi intendendo finẽ.&.iii.eiuſdẽ dicit:ꝙ impoſſibile eſt vt iſta cauſa ſit in rebus q̃ nõ mouent
erga ꝑfectionẽ.Intentio aũt & motus erga finẽ: non eſt niſi propter appetitũ finis.In oĩbꝰ ergo agẽ
tibꝰ ꝑpter finẽ neceſſe eſt ponere.appetitũ finis:quare cũ non oĩa agunt propter finem per cogni-
tionem & deliberationẽ:ſed q̃dã ſine cognitione & deliberatione:vt agentia ꝑ naturã:non ſolũ ne
ceſſe habemus ponere appetitũ deliberatiuum per cognitionem:ſed etiam appetitum naturalem
ſine cognitione:ſecundum ꝙ dicit Comment.in fine primi Phy.Appetitus alius eſt naturalis ſine
ſenſu:vt appetitus plantarũ ad alimentũ:& alius cũ ſenſu:vt appetitus aĩalium ad alimẽtũ. Quia
igitur appetitꝰ iſte qui eſt aĩalis, neceſſario ſit ꝑ cognitionẽ:& nulla cognitio naturalis eſt in hoĩe



vt dictum eſt ſupra:tali appetitu nõ appetit homo ſcire naturaliter. Appetitus aũt naturalis: qa
ſit ſine notitia,quodã occulto naturę inſtinctu:per quẽ ſit appetitus qui dicitur aĩalis:vadit deter
minate in finem ſuum:vt ſemen tritici ad pullulandũ in triticum, & materia mota per agens ten
dit ad formam.¶Cum igitur vt dictum eſt ſupra:homo ex natura ſui intellectus eſt in potentia O
omnia intelligibilia : & nihil eorum in actu anteq̃ intelligat : & ita naturaliter imperfectus eſt:
ꝑfectibilis tñ ꝑ ſpecies intelligibiliũ:vt ꝑ eas actu intelligat & ſciat:& imperfectũ naturaliter tẽdit
in ſuam perfectionem:abſolute ergo dicendum:ꝙ homo ante acquiſitionem omnis notitiæ appeti
tu illo qui non eſt aĩalis ſed in ipſo pure naturalis naturaliter appetit ſcire ſimpliciter. Sicut poſt
adeptam aliqualem cognitionem imperfectam appetitu cognitiuo appetit ſcire hoc vel illud : ſe-
cundum ꝙ imperfectam habet notitiam huius vel illius:vt ſcientia imperfecta in ipſo perficiatur.
Et hunc appetitum cognitiuum præcedit ille appetitus naturalis ſine omni cognitione.De quo
appetitu dicit Tullius in lib.de Acad.Mens ipſa quæ & ſenſuum fons eſt:& ipſa ſenſus eſt:natura
lem vim habet quam intendit ad ea quibus mouetur:cum nihil ei eſt veritatis luce dulcius.
¶Ad primum in oppoſitum:ꝙ appetitus naturaliter determinatus eſt ad bonum: Dicendum ꝙ P
verum eſt:qm̃ ꝙ appetit verum:hoc eſt in ratione qua eſt bonum intellectus: & ita verum apud Ad primum
voluntatem habet rationem boni:ſicut econuerſo bonum apud intellectum habet rationem veri: principale.
per quę voluntas & intellectus apponendo mutuo ſua obiecta mutuo ſe mouent: vt dictum eſt.
¶Ad ſecundum:ꝙ natura determinata eſt ad vnum:Dicendum ꝙ verum eſt ad vnum in gene-
re:quia ſub vna generali ratione appetibilis,ſcilicet boni:appetit quicquid appetit. Sicut enim ma Q
teria ſecundum ꝙ materia quicquid appetit forma eſt: nõ tamen tm̃ vnam formam:ſcđm genus Ad ſecundũ
vel ſpeciem appetit : ſed generaliter omnes : ſic & voluntas appetit ſcire generaliter ſub ratione
qua eſt bonum intellectus:& ideo oẽm ſcientiam generaliter:vt infra dicetur: quia intellectꝰ omĩ
ſcientia natus eſt perfici:vt dictum eſt ſupra.¶Ad tertium patet ſolutio per dicta:quoniã natura Ad tertium
lis appetitus purus non eſt per cognitionem. ¶Ad quartum:ꝙ voluntas diſtinguitur cõtra natu R
ram:Dicendum ſecundum quoſdam, ꝙ verum eſt : & ꝙ hõ appetit ſcire volũtate & natura, alio Ad quartũ.
& alio appetitu eſt.Principium enim appetitus naturalis eſt in ipſa cognitiua potẽtia ꝑ ſeminariũ
ſcientiæ,quo naturaliter ad actum ſciendi intellectus inclinatur:de quo dictum eſt ſupra.Principi
um autem appetitus cognitiui, eſt ipſa voluntas ex notitia aliquali iam habita:vt dictum eſt.Sed
hoc falſum eſt forte: quia idem actus ſpecie ſecũdum idem obiectum nõ eſt niſi eiuſdem virtutis.
Cũ igitur actus appetendi quocũq; modo ſit:non eſt niſi boni ſub rõne boni, idem ſpecie eſt.non
eſt igit̃ niſi eiuſdem virtutis.Volũtas ergo ſi appetit ex cognitione deliberatiue,etiã ipſa non alia
potentia appetit naturaliter ſine cognitione.Et ſicut ex cognitione appetit bonum ſibi & aliis : vt
prædictum eſt:ſic & naturaliter ſine cognitione.¶Dicẽdum eſt igitur ad obiectum:ꝙ volũtas vt
eſt deliberatiua ex cognitione præcedenti diſtinguitur contra naturam: non autem voluntas ſim
pliciter & in cõmuni accepta.In illa enim bene diſtinguit̃ qđ eſt natura ; & qđ ratio deliberatiua:
vt dictum eſt.

CIrca.iiii.arguitur:ꝙ oẽs hoĩes æqualiter appetant ſcire. Primo ſic.illi æqualiter S
appetunt q̃bus ineſt ęq̃liter appetitiuũ principiũ:qa effectꝰ proportionaliter ſe Quæſt.iiii.
quitur ſuam cauſam:omnibus hominibus æqualiter ineſt ſciẽdi appetitiuum Argu.i.
principium:vt ipſa natura animę in appetitu naturali,& notitia primorũ pri-
cipiorum in primo appetitu cognitiuo.ergo &c.¶Secundo ſic. appetitꝰ ſcien- 2
tiæ homini ineſt propter imperfectionem ſuam & indigentiã:ſed ęqualiter im
perfectus eſt quilibet homo quantum eſt de ſe,& indiget ſcientia.ergo &c. ¶Contra eſt: qm̃ tunc In oppoſitũ.
omnes æqualiter niterẽtur ad ſciendum:quia vbi eſt æqualiter motiuũ principiũ,eſt & motꝰ ęqua
lis. ¶Ad hoc dicendum:ꝙ loquendo de appetitu rationali cognitiuo: non eſt dubium quin ho- T
mines inæqualiter appetant ſcire:vnde non omnes ad acquiſitionem perfectę ſciẽtię ęqualiter nitũ Reſponſio.
tur.& illius duplex cauſa eſt. Vna eſſentialis.Alia accidentalis.Eſſentialis cauſa eſt: qm̃ non oẽs
æqualiter ſunt imperfecta notitia informati,qua mouet̃ appetitus ad amplius ſciendum.Qui em̃
plus nouit,aliis eiſdẽ retẽtis,plus appetit noſſe quouſq; in ipſo notitia cõpleatur:& ceſſat tunc pri
mo appetitus,& motus in fine ꝑ quietẽ in ipſo. quãto em̃ aliquis de aliquo ſcibili plus nouit citra
finẽ notitię:tãto plus fini aſſimilatur.Quare cũ appetitus ſit ratione aſſimilationis imperfectę ad
finẽ,quanto plus nouit quis & magis ꝑ aſſimilationẽ fini appropinquat,tãto magis appetitus inflã
matur : & ſit fortior eius motus in finem:ad modum motus naturalis qui ſemꝑ intenſior eſt in
fine.Cauſa vero accidentalis ꝙ appetitu rationali cognitiuo non oẽs ęqualiter appetunt ſcire:mul
tiplex eſt & indeterminata: qa in quibuſdã eſt indigentia neceſſariorũ:q̃ cauſat in eis deſperatio-

nem deueniendi ad ſcientiæ perfectionem:ꝑ quã retrahitur & refrigeratur appetitus. In quibuſdã
vero circa temporalia occupatio:& plures aliȩ infinitȩ. Loquendo vero de appetitu ſciendi natu-
rali:Dicendũ ſecundum prȩdeterminata:ꝙ aliquid dicitur naturale alicui ratiõe formȩ & ſpeciei,
vel ratione materiȩ & indiuidui.Quantũ eſt ex pte formȩ & ſpeciei:cũ ipſa ſit vniformiter in omĩ
bus indiuiduis:omnes homines ȩqualiter ſcire deſiderant:ſecundum ꝙ dictum eſt ſupra:ꝙ ratio-
ne ſpeciei omnes apti ſunt ad ſciẽdum.Quantũ vero eſt ex parte indiuidui & materiæ: ſecũdum
X ꝙ alii ſunt minus apti ad ſciẽdũ,alii aptiores:vt dictũ eſt ſupra:ſecũdũ hoc qdã appetunt plus ſci-
Ad primũ principale. re,quidam minus:& quidam plus vnam ſcientiam,quidã plus aliam . ℭAd primũ in oppoſitũ:ꝙ
principium appetendi omnibus æqualiter ineſt:Dicendum ꝙ non eſt verum in appetitu rationa-
li:quia non omnes æqualiter notitia mouente appetitũ, ſunt informati: neq; etiam in appetitu na
turali:quantum eſt ex parte materiæ & indiuidui:quia quidam ſunt minus diſpoſiti ad ſcientiam
q̃ alii,propter qđ in quibuſdam appetitus plus appetit q̃ in aliis:inquãtum anima ſequitur diſpo-
ſitiones corporis.& ſcire nõ eſt niſi coniuncti:vt dictum eſt ſupra.Quantũ vero eſt ex parte aiȩ ſi-
ue formæ: niſi eſſet corpore impedita, omnes æqualiter ſcire appeterent : ſecundum ꝙ æqualiter
apti eſſent ad ſciẽtiam:vt dictum eſt ſupra. Niſi velit aliquis dicere ꝙ anima meliorũ naturalium
Y vni corpori infunditur q̃ alteri: de quo ad præſens non debet eſſe ſermo. ℭAd ſecundum:ꝙ im
Ad ſecundũ perfectio eſt cauſa appetitus:Dicendum ꝙ imperfectio inquãtum dicit carentiam eſt cauſa appe-
titus per accidens.Sicut priuatio formæ in materia per accidens eſt cauſa generationis.Sed in ap-
petitu cognoſcitiuo id quod cognitum eſt incomplete: per ſe eſt cauſa appetitus . Cum igitur il-
Z lud non ſit æqualiter in omnibus:nec appetitus cognitiuus:vt dictum eſt, æqualiter ineſt . Sic in
appetitu naturali ipſa carentia notitiȩ pura,non eſt cauſa appetitus niſi per accidens.Sed inclina-
tio ad ſcientiam per principiũ intra,eſt cauſa per ſe appetitus:quæ in omnibus æqualis eſt ex par-
te formæ:ſed in quibuſdam impedita eſt plus ex parte materiæ:in quibuſdam vero minus: vt di-
ctum eſt:& ideo appetitu naturali,quantũ eſt ex parte formæ,omnes æqualiter ſcire appetunt:non
autem ex parte materiæ:vt dictum eſt.

A Quæſt.v. Argu.i. CIrca.v.arguitur: ꝙ homo non appetat ſcire ea quæ notitiam naturalis ratio-
nis excedunt.Primo ſic.appetitus naturalis non excedit potentiam naturæ:
quia oritur ex ipſa : & effectus non tranſcendit cauſam. quare cũ potentia na-
turæ non poteſt attingere illa quæ eam excedunt:neq; eius appetitus vt ea ap
2 petat.ℭSecundo ſic:fruſtra res habet deſiderium ad qđ nõ poteſt attingere:ſed
ratio naturalis non poteſt attingere vt cognoſcat quæ eam excedunt.ergo fru-
ſtra haberet ad ſciendum illa deſiderium. ſed nullum deſiderium naturale eſt fruſtra . ergo &c.
3 ℭTertio ex eodẽ medio cõtrario mõ,argumẽto Auer. ſup pricipiũ.ii.Metaph.ſic. Cõpehẽſio veri-
tatis eius nõ eſt impoſſibilis: cuiꝰ habemꝰ deſideriũ naturale ſciẽdi:quoniã ſi eſſet impoſſibilis:tũc
deſiderium eſſet ocioſum:& conceſſum eſt,ꝙ nulla res eſt ocioſa in fundamento naturæ,& creatu
ræ:ſed comprehenſio veritatis a ratione naturali eorum eſt impoſſibilis quæ excedunt eã.ergo ad
4 ſciendum illa non eſt ei deſiderium naturale.ℭQuarto ſic:ſi homo ex puris naturalibꝰ appeteret
illa ſcire,cum vanus eſſet appetitus niſi poſſet illa ſcire:nec appeteret illa ſcire niſi cognoſceret ſe
poſſe illa ſcire. ergo oporteret ex puris naturalibus ſe credere ꝙ poſſet illa ſcire . ſed hoc non eſt
In oppoſitũ. niſi ex fide.ergo ex puris naturalibus poſſet haberi fides.conſequens eſt falſum.ergo &c. ℭAd op-
poſitum arguitur primo ſic.quod naturaliter eſt in potentia ad aliqua,naturaliter deſiderat fieri
in actu illa:ſicut patet de materia ad omnes formas ad quas eſt in potentia : quia naturaliter il-
las deſiderat : ſed homo naturaliter eſt in potentia vt ſciat omnia etiam ſupernaturalia : vt di-
2 ctum eſt ſupra.ergo &c.ℭSecundo ſic.omnes homines ſecundum Augu.natura deſiderãt beatitu
dinem:non niſi illam quæ vera eſt:quia natura nõ deſiderat niſi qđ melius eſt & bonum ſimplici
ter.Vnde Boethiꝰ.Mẽtibus hominum inſerta eſt ſummi veri,& boni cupiditas.ſed bona beatitu-
dinis ſunt ſupra notitiam naturalis rationis.ergo &c.

B Opi. Auerr. ℭAuer.cõment.Philoſophi,qui exponens illud.ii.Metaph.Diſpoſitio intellectus in
anima : &c. ponit ꝙ homo ex naturalibus ſuis poſſit deuenire vt intelligat primum principium:
& principia ſeparata poſt ipſum:Diceret ꝙ deſiderium hominis eſſet ad ſciendum ea : nec ſine illo
rum adeptione ceſſaret appetitus.Hoc licet verũ ſit:tamen error eſt illud ex quo ponit . Ponit eñ
quoniam ex pura cognitione naturali quȩ eſt ex phantaſmatibus de rebus ſenſibilibus poſſibile ſit
deuenire in cognitionem quidditatis ſubſtantiarum ſeparatarum:quod erroneum eſt:quia mediũ
cognoſcẽdi ex phantaſmatibꝰ limitatũ eſt:vt de ſubſtantiis ſeparatis ex ſenſibilibus,ſicut ex effecti-



bus earum,amplius non poteſt homo cognoſcere niſi quia ſunt:nõ autem qd ſunt:niſi in generali
& remanet omnino cognoſcendum quid in natura & in ſubſtantia ſunt in ſpeciali . Cum enim
effectus exteriores ſint effectus artis ſiue ſubſtantiæ ſeparatæ vt ars eſt:non aũt eſſentiæ vt eſſen-
tia eſt:in notitiam artis ducere poſſent vt ars eſt:nõ autem in notitiã eſſentiæ vt eſſentia eſt.Limi
tata eſt ergo in hoc notitia naturalis:vt ad illa cognoſcenda attingere non poſſit:nec ad hoc ſe ex
tendit lumen intellectꝰ agẽtis:vt dictũ eſt.ℭPhi ponentes finem humanȩ cognitionis ex puris na-
turalibus haberi:& in vita ſua ex cognitione ſcientiarum ſpeculatiuarũ & primorum principio-
rum quantũ homini poſſibile eſt:& ꝙ in modica cognitione diuinorũ conſiſtit eius ſumma perfe-
ctio & delectatio:licet nõ poſſit attingere ad quiditates ſubſtãtiarum ſeparatarum:& eorum quæ
apud illas ſunt : Dicerent ꝙ hõ nullum appetitum haberet ſciendi illa:ex quo ex ſuis naturalibus
ad ea peruenire non poſſet:ne ille appetitus eſſet fruſtra.ℭSed ꝙ hoc non poteſt ſtare:apparet tri- C
plici via.Primo ex parte intellectus humani:qm̃ ſecundũ philoſophũ ipſe eſt in potentia oĩa intelli Contra op.
gibilia:ſicut ſenſus ſenſibilia:& hoc non ſolum omnia intelligibilia ex ſenſibus abſtracta:ſed etiam
ex ſe ſeparata.Cum enim ſecũdũ Philoſophũ illa nobis ſunt difficile intelligibilia: non propter ſe:
ſed propter nos:non tamen vt ibi dicit Cõmẽt.ſunt impoſſibilia nobis intelligi.Fruſtra eñ eſſent
facta nobis intelligibilia : ſi nunq̃ ea intelligere poſſemus. ſicut fruſtra eſſet factus ſol nobis viſibi-
lis : ſi eum nullo modo videre poſſemus . ita ꝙ ſicut prima materia ſi eſſet in potentia ad for-
mas:vt quaſdam poſſet recipere opere naturæ:& alias non poſſet recipere niſi opere ſupernatura-
li:omnes tamen tam has q̃ illas naturaliter appeteret : Sic intellectus humanus cum ſit in poten-
tia vt perficiatur notitia rerum naturalium quam poteſt ſua actione attingere naturaliter: & ſi-
militer ſupernaturaliũ quã ſolum poteſt ſupernaturaliter attingere:naturaliter appetat tam iſtam
notitiam q̃ illã:vt nõ ſolũ hõ ante adeptionẽ ſcientiæ rerum naturalium appetat illarum notitiã:
immo poſt adeptionem ſcientiȩ rerum naturalium appetat etiã notitiam rerum ſupernaturaliũ.
ℭScđa via patet idẽ ex parte ſcientiȩ incõpletȩ: quã habet ex rebus naturalibꝰ ad illa ſuperiora co
gnoſcenda:qm̃ omne imperfectum qđ ſe experitur impfectũ in aliquo actu,deſiderat conſequi per- D
fectionem in illo:qm̃ notitia imperfecta de aliquo neceſſario excitat intellectum bene diſpoſitum ad
deſiderandũ eius pfectionem.Nunc autem experimur in nobis notitiam imperfectã ſeparatorũ ex
effectibus eorum.ſ.notitiã quia ſunt,& quid ſunt in generali:quæ eſt imperfecta reſpectu notitiæ
eorum quid ſunt in ſpeciali.ſicut in complexis ipfecta eſt notitia qa eſt, vt ſol ꝙ eclipſatur,niſi ſcia
tur quare eclipſatur.Quare neceſſarium eſt ꝙ homo deſideret conſequi illam notitiam perfectam.
Ex hoc ergo ꝙ homo aliqua ex creaturis ſenſibilibus cognoſcat de deo & ſeparatis non quieſcit eiꝰ
deſiderium:ſed neceſſario excitatur magis ad cognoſcẽdum ea, ad quȩ tamen naturaliter attinge
re non poteſt.Semper enim effectus cognitus incitat appetitum ad cognoſcendum cauſam igno-
tam:ſecundũ ꝙ dicitur.i.Metaph.de primis Philoſophis:ꝙ videntes a principio effectus apparen-
tes & deficiẽtes in cognitiõe cauſarum: vt de lunȩ paſſionibus:& iis ȩque fiunt circa ſolẽ,& aſtra,
admirati ſunt:& propter id qđ eſt admirari:tunc primũ inceperũt philoſophari. & conſtat ꝙ hoc
non erat:niſi quia ex eis quæ nouerũt excitatus eſt in eis appetitus ad cognoſcendum ea quæ late
re eis perceperunt.ℭEt ex hoc perfecte apparet tertia via.Nõ enim ſolum eſt in homine deſideriũ
ad percipiendum impfectam notitiam:quã experitur in ſe:ſed etiam ad expellendum illam quã in
ſe experitur ignorantiam:ſecundum ꝙ etiam dicitur ibidem.Propter id qđ eſt fugere ignorantiã
phati ſunt.Quare cũ homo ex effectibus creaturarum experitur eſſe illa:quæ naturalẽ eius cogni
tionem excedunt:& ſcit naturam & quiditatem eorum ſibi eſſe ignotam:impoſſibile eſt ꝙ appeti
tus eius non tendit ad illa cognoſcẽda:& tãto magis quãto plura circa illa ꝑ creaturas experitur:
& cognoſcit ex hoc ſuam incompletam cognitionem & ignorantiam:vt prȩdictum eſt.

ℭAbſolute ergo dicendũ, ꝙ homo appetit ſcire ea quæ rationis naturalis notitiã E
excedunt:ita ꝙ per naturam quieſcere non poteſt humanus appetitus:quouſq; deueniat ad aper Reſponſio.
tam notitiam ſeparatorum , maxime quiditatis & eſſentiæ eius qui eſt prima veritas : ita ꝙ nihil
citra ipſam ſedare poſſet eius appetitum:etiam ſi videat clare omnes ſubſtantias angelicas:immo
tunc amplius eiꝰ deſiderium ad nudã diuinã eſſentiã videndam excitaretur: quanto propinquior
eſſet fini:& ei magis aſſimularetur:ſecũdum ꝙ videmus corpora moueri ad loca ſibi naturalia, &
tanto velocius moueri,quanto magis propinquãt fini. Nullũ ergo firmiter ſcibile poteſt quietare
appetitũ hominis in ſciendo:ſed ſolum illud infinitũ in ſummo cardine rerum conſtitutum.Cum
enim anima naturaliter capax ſit ſummi boni per affectum:& ſummi veri per intellectum:minori
impleri non poteſt:quia qđ poteſt capere maius: non poteſt impleri minori: ſed ſemper remaneret

aliquid de vacuo qd̄ appeteretur impleri:& ita adhuc etiam non eſſet quies. Et ideo dicit beatus
Auguſt.in prin.Confeſ.Tu excitas vt laudare te delectet:quia feciſti nos ad te: & inquietum eſt
cor noſtrum donec quieſcat in te.Reuera magna eſt confuſio philoſophorum: qui hæc omnia vi-
dere poterant:immo q̄a neceſſario viderunt:& in ſeipſis experti ſunt:& tñ in infimis perfectionem
humanæ notitiæ poſuerunt.vnde & multi eorum ex deſiderio qd̄ perceperunt hominem habere
ad illa cognoſcenda,bene perceperunt ꝙ notitia illorum non eſſet homini impoſſibilis:q̄m deſide-
rium naturale non poteſt eſſe fruſtra neq̧ ocioſum:vt manifeſte Cōmēt.Auer.concludit ſuper ſe-
cũdũ Metaph.& ideo multis & variis modis,ſed erroneis conati ſunt oſtendere quomodo homo
ad perfectam notitiam illorum poſſet in vita iſta peruenire.Viderunt enim bene(vt dicit Augu.
ſuper Io.)quo oportebat tẽdere:ſed viam ignorauerunt,quæ eſt via fidei:qua oportet prius oculũ
mentis purgari:vt tandẽ ad illorum notitiam homo mereatur peruenire:non per naturam, ſed ꝑ
gratiam,nec in hac vita:niſi forte ex priuilegio ſpeciali:ſed in futura.Errabant ergo dicentes ſepa
rata quo ad eſſentias & quiditates ſuas cognoſci poſſe ex puris naturalibus,plus dando naturæ
q̃ habuerit.Errabãt etiã dicentes ꝙ quiditates illę clare ab homine cognoſci nõ poſſent:quia ex na
turalibus ad illas attingere non poſſent:denegando naturæ qd̄ habuit.ſ.potentiam receptiuã vniꝰ
ex dono alterius.Medium eſt ergo tenendum.ſ. vt notitiam illorum recipere poterit: ſed ꝙ ꝓpria
F — actione ad illam attingere non poterit.¶Ad primum in oppoſitum:ꝙ appetitus non excedit potẽ
Ad pri.pri. — tiam naturæ:Dicendum ꝙ notitia illorum non excedit potentiam naturę:quin naturalis ratio il-
la cognoſcere poſſit:licet ex puris naturalibꝰ ad illorũ notitiã non poſſit attingere:ſed ſolũ ꝑ gratiã
& adiutorium luminis infuſi.Nunc autem appetitu naturali & cognoſcitiuo nõ ſolũ inclinat̃ res
ad illud ad qd̄ ꝑ ſe poteſt attingere:ſed etiã ad illud ad qd̄ naturaliter ordinat̃ vt dono alterius at
tingat illud.licet enim non niſi dono alterius ad illud attingat,nihilominus tamẽ oportet ꝙ in ſe
naturalem potentiã habeat:qua attingere poſſit.ſecundũ ꝙ dicit Ioan.Damaſc.in lib.de duabꝰ na.
& vna ꝑſona Chriſti,contra illos qui dicunt ꝙ homo de ſe nullam habet volitiuam potentiam:ſed
a deo habet bonam voluntatem:malam autẽ a diabolo.Dicit eñ ꝙ iſti ignorant ꝙ impoſſibile eſt
G — qualẽcũq; naturã vti actione cuius potentiã non ſecundũ naturã accepit.Et per idẽ patet ad ſecũ
Ad ſecundũ — dum. ¶Et dicitur ad tertiũ qd̄ eſt ex dicto Auer.prin.ſecun.Metaph. q̄ ex hoc probauit ꝙ ſepara
Ad tertium — ta poſſunt ab homine cognoſci quid ſint:ꝙ verum eſt:ſed non ex puris naturalibus illorũ notitiã
H — acgrẽdo:ſicut ipſe ęſtimauit:ſed ex dono gratuito.¶Ad quartũ:ꝙ ratio naturalis iudicat impoſſi
Ad quartũ. — bile hoiem illa cognoſcere:Dicẽdũ ꝙ falſum eſt:licet ph̃i illud opinati ſunt , q̄ nõ ponebãt hominẽ
I — eleuari vltra illud qd̄ poſſet ꝑ naturã.¶Ad quintũ : ꝙ cognoſcere ſe poſſe illa ſcire non eſt niſi ex
Ad quintũ. — fide:Dicẽdũ ꝙ nõ eſt verũ:immo ex puris naturalibus poſſet illud cognoſcere. poſſet eñ ex puris
naturalibꝰ ſcire ſe ad illorũ notitiã ꝑ ſe venire nõ poſſe:& ignorãtiã eius experiri:& ſcire ꝙ intelle
ctus hominis eſſet in potentia ad illa cognoſcenda:& ita ꝙ naturaliter illorum notitiam appete-
ret. Et ſi ſtetiſſet philoſophus in hoc, nec nimiũ præſumendo a recta ratione erraſſet: cognoſcens
propriam infirmitatem,& ignorantiam,& imperfectionem,compulſus fuiſſet diuinum adiutoriũ
inuocare:& ꝑcepiſſet donũ,quo ſciret quomõ ad illorũ notitiam aſcendere deberet. ſed nunc de ꝓ
prio ingenio confidens:& arrogantia excęcatus in errores a recta ratione deuiauit:vel confidendo
ꝙ propriis viribus illam notitiam attingere poſſet:vel ꝙ omnino eam percipere non poſſet: & ita
ab eius perceptione in deſperationem cecidit: & per hoc nec ſe notitiã illiꝰ appetere percepit:quia
bene percepiſſet:ſi ſe in naturali rectitudine tenuiſſet.

K — CIrca ſextum arguitur ꝙ homo appetat ſcire oĩa.Primo ſic: Sicut materia eſt
Quæſt.vi. — in potentia ad omnes formas particulares materiales: ſic intellectus humanus
Arg.i. — eſt in potentia ad omnes formas vniuerſales & ſpirituales . ſed materia omnes
formas materiales appetit:ſecundum Philoſophũ in fine primi Phyſi. ergo hu
manus intellectus appetit omnes formas vniuerſales & ſpirituales: non niſi vt
2 — eis perficiatur ad omnem ſcientiam.ergo &c. ¶Secundo ſic. homo appetit ſci-
re ea ad quæ eſt imperfectus & in potentia.homo eſt imperfectus reſpectu ſcientiæ omnium:& in
In oppoſitũ. — potentia:ſecundum ꝙ patet ex dictis.ergo &c.¶In contrarium eſt:ꝙ cum appetitus naturalis nõ
poteſt eſſe ocioſus & fruſtra:ſi homo appeteret ſcire omnia : ille appetitus eius poſſet impleri: &
ita poſſet hõ eſſe ꝑfectus ſcientia oĩm:& in hoc parificari deo:qd̄ eſt impoſſibile.

L — ¶Dicendum ad hoc ſecundum philoſophum,ꝙ ſcire contingit dupliciter:indeter-
Reſponſio. — minate & in vniuerſali:aut determinate & in particulari.Conſimiliter diſtinguendum eſt de appe
titu ſcientiæ:ꝙ eſt appetitus indiſtinctꝰ & in vniuerſali,Alius vero diſtinctus & in particulari.Et
ſimiliter ꝙ alius eſt rationalis per cognitionem:alius vero naturalis ſine cognitione.Primo modo



ſcilicet appetitu indiſtincto, & in vniuerſali bene contingit ꝙ homo appetat ſcire omnia vel ap-
petitu rationali:& hoc ꝑ aliquã entis gn̄alis notitiã:ſub qua cõtinetur notitia cuiuſlibet particula
ris:vel etiam appetitu naturali qui eſt ad ſcientiam ſimpliciter. ſecundum ꝙ homo iuſtus omni-
bus vult bonum:& deus vult omnes homines ſaluos fieri. Secundo modo.ſ. appetitu diſtincto &
in particulari non contingit ꝙ homo appetat ſcire omnia:& hoc appetitu rationali: quia non po-
teſt homo ꝑ cognitionẽ ad oĩa ſimul ſe cõuertere:ſicut ſi nauis haberet plurima foramina,ſingu-
la poſſet vnus homo obturare non omnia ſimul:quia non habet homo nec poteſt habere ſimul de
terminatam inclinationem ad ſingula & omnia ſcibilia:qd̄ oporteret:ſi appetitu determinato & in
particulari omnia ſcire appeteret.Loquendo autem de appetitu naturali tali appetit ſcire omnia:
inquantum ad ipſa eſt in potentia:ſed hoc quo ad rerum cognitionem ſecundum ſpecies quę ſunt
de vniuerſi perfectione eſſentiali ordine,non autem ſecundum indiuidua.

¶Per hæc patent duo argumenta ad primam partem. Licet enim homo imper- — M
fectus ſit & in potentia ad ſcientiam omnium:& ideo appetit appetitu naturali omnia ſcire:eo mo — Ad duo pri
do quo eſt in potẽtia ad ipſa:& quo natus eſt ipſis perfici: qd̄ eſt in particulari:ſicut materia de ſe — cipalia.
indifferenter appetit omnem formã:quia tñ appetitu rationali nõ habet inclinationẽ ad oĩa ſimul
niſi in vniuerſali:ideo nõ niſi in vniuerſali appetitu rationali põt oĩm ſcientiã appetere . Sicut eñ
materia vl̃r appetit perfici qualibet forma:non tamen in particulari fertur in aliquã adipiſcẽdam
niſi determinata per agẽs extra:vt quãdo eſt ſub forma aquę, agente igne extra fertur ad formã
ignis determinate adipiſcendã:non ad aliã:Conſimiliter intellectus appetitu rationali non fertur — N
in aliquod particulare cognoſcendũ:niſi cũ fuerit determinatus eiuſmodi vniuerſali notitia.¶Ad — Ad argu. in
illud in oppoſitum ꝙ ille appetitus eſſet ocioſus:Dicendũ ꝙ nõ eſſet ocioſus:licet nunq̃ impleret̃: — oppoſitum.
ſed ſi non eſſet poſſibilis impleri.nunc aũt poſſibilis eſt impleri in homine,ſaltem in poſtrema felici
tate per gloriam:omnia videndo ſimul in veritate prima.nec tamen ęquiparabitur notitiæ dei: q̄a
ad claritatem & limpiditatem viſionis diuinæ creatura non poſſet attingere : neq; etiam ad nu-
merum cognitorum:quia deus actu habet notitiam ſecundum numerum omnium:quorum ſpe-
ciebus natus eſt intellectus creatus perfici,cui accidit ꝙ notitia plurium indiuiduorum ſub eadẽ
ſpecie perficitur: nec poſſet perfici infinitis ſimul.

CIrca ſeptimũ arguit̃ ꝙ homo æqualiter appetat ſcire ſingula: Primo ſic.homo — O
appetit ęqualiter illa ad quæ eſt indifferens : quia ſi aliqua inęqualiter appete- — Quęſt.vii.
ret,non ſe haberet ad illa per indifferentiam.ſed homo quantũ eſt de ſe per in — Argu.i.
differentiam ſe habet ad omne ſcibile:quia nullius notitiam habet naturaliter
ergo &c.¶Secundo ſic.quorum eſt vna & eadem ratio appetẽdi:& ęqualis ap — 2
petitus:quia non variat appetitum niſi diuerſa ratio in appetibili.ſed ſub vna
& eadem ratione intellectus appetit quęcũq; appetit ſcire.ſ.ſub ratione veri.ergo &c.¶Ad oppoſi — In oppoſitũ.
tum eſt.q̄m ſicut eſt appetitus cognoſcendi reſpectu veri,ita appetitus fruẽdi reſpectu boni.ſed ho
mo non æqualiter appetit frui quolibet bono:ſed magis vno q̃ altero.ergo non æqualiter appetit
ſcire omne verum.

¶Dicendum ad hoc, ꝙ appetitus natus eſt ſequi duo: & diſpoſitionẽ appetentis — P
& qualitatẽ appetibilis:& vtrũq; natũ eſt diuerſificare appetitũ.ꝑpter qd̄ nõ cõtingit ꝙ hõ ęquali — Reſponſio.
ter appetat ſingula:q̄m ĩpoſſibile eſt ꝙ ęqualiter ſit diſpoſitꝰ ad ſingulorũ notitiã:neq; etiã ſingula
ſcibilia ęqualiter nata ſunt mouere appetitũ eiꝰ.Eſt ergo primo ĩpedimẽtũ ex parte hoĩs appetẽtis.
Deinde ex parte ſcibilium.Ex parte hominis vero eſt impedimẽtũ : & ex parte ſpeciei & formæ:&
ex p̄te corporis & materiæ. Ex parte eñ ſpeciei & formæ.ſ.animæ rationalis, contingit diuerſitas
& quo ad appetitũ naturalẽ:& quo ad appetitum cognitiuũ.Quo ad appetitũ naturalẽ cõtingit
diuerſitas:q̄a ipſa nõ eſt naturaliter ordinata ad æqualiter ſingula ſciẽda:ſed q̄dã prius,q̄dã poſte
rius:q̄dã clarius,q̄dam minus clare:vt patet ex ꝓdeterminatis:& ideo naturali appetitu plus appe
tit & primo ſcire q̃ prius natꝰ eſt ſcire & clarius: vt prius prima principia q̃ poſteriora &c.ꝑ ordi
nẽ quẽ habent ad p̄ria principia.Quo ad appetitũ cognitiuũ contingit diuerſitas ex p̄te aĩæ ratio
nalis:q̄a plus appetit q̄ſq; ſcire aliis eiſdẽ retẽtis:de quo maiorẽ habet notitiã:q̄a vt dictũ eſt:cogni
tũ imperfecte ſemper excitat appetitũ ad amplius cognoſcendũ.vnde hoĩes ſemꝑ appetũt plus ſci-
re & audire q̄lia audire cõſueti ſunt: ita ꝙ cõtrariũ eiꝰ q̃ñq; audire nõ delectat:ſecũdũ ꝙ cõſuetis
audire apologos & fabulas:illæ magis ſunt applicabiles eis q̃ ſuę veritates:vt dicit̃.i.Meta.Ex par-
te vero corporis & materię contingit diuerſitas:q̄m diſpoſitiones in corpore variant deſideriũ:vt
dicit Ph̃s.ix.Metaphy.& vt dicit̃ in.vi.prin.anima cõiuncta cõplexiones corporis cõcomitat̃.Vnde
ſecundũ ꝙ penes corporis qualitates q̄dã aptiores ſunt ad vnam ſciẽtiã q̃ ad aliam:vt dictũ eſt ſu

pra,ſecũdũ hoc quidã appetunt vnam ſciẽtiam plus ſcire q̃ aliã,& diuerſi diuerſas.vnde in quib⁹
abundãt ſenſitiuę virtutes magis apti ſunt ad naturalia:& plus appetũt ea ſcire:in qb⁹ vero ima-
ginatiua,mathematica:in qbus vero ęſtimatiua,leges & moralia:in qb⁹ vero cognitiua,rationalia:
Q in quibus vero intellectiua ex corporis temperãtia,diuina.Ex parte vero ſcibilis eſt diuerſitas:quia
quędã ſcibilia prius & clari⁹ nata ſunt ſciri:& ideo naturaliter prius appetit homo ſcire illa: vt di
ctũ eſt:& appetitu cognitiuo ſimiliter homo appetit magis ſcire illa in quibus inuenit clariores
veritates:& ideo plus appetit ſcire mathematica q̃ alia:poſtq̃ aliqua in eis cognouerit.Et ideo in-
ſtructi in phia non poſſunt ꝓficere in legibus:quia poſt ſubtiles veritates pceptas in phia,non dele
R ctãt illa groſſa & rudia.℄Ad primũ in oppoſitum ꝙ homo ſe habet p indifferentiã ad oĩa ſcibilia:
Ad pri.prin. Dicendũ ꝙ verum eſt quo ad hoc ꝙ nullã ſcientiã habet naturaliter:non tñ quo ad hoc ꝙ indiffe
S renter natus eſt inclinari per appetitũ ad ſingula ſcibilia,vt dictum eſt.℄Ad ſecundum:ꝙ omnia
Ad ſecũdũ. appetit ſcire ſub ratione veri:Dicendum ꝙ verum eſt,illa tñ ratio veri diuerſimode inuenit in di
uerſis ſcibilibus,propter qđ appetitus diuerſimode ĩclinatur ad diuerſa ſcibilia:& ipſa diuerſimo
de nata ſunt mouere appetitũ:ex qb⁹ cõtingit(vt dictũ eſt)ꝙ hõ inęqliter appetit ſcire diuerſa.

T
Quæſt. viii. Arg.i. CIrca.viii.arguit ꝙ nõ ſit aliqđ vnũ ſcibile qđ homo principaliter appetat ſcire.
Primo ſic.Si eſſet vnũ ſcibile qđ principaliter hõ appeteret ſcire, diuerſi ſtudia
ſua nõ diuerſificarẽt,ſed oẽs ad ſcibile illud ſciẽdũ tẽderẽt.Cõſequẽs falſum eſt.
ergo & antecedẽs.Cõſequẽtia patet:quia vnuſqſq; ſuo ſtudio tẽdit ad illud qđ
2 principaliter appetit ſcire:niſi alias ſit diſtractus aut impeditus.℄Secundo ſic.
vbi põt ꝓcedere appetitus in infinitum,nõ eſt aliqđ primo & principaliter ap-
petitum:quia in infinitis non eſt primũ.ſed in ſciendo poteſt appetitus ꝓcedere in infinitũ.poteſt
In oppoſitũ. eñ velle ſcire ſpecies numerorũ p ordinẽ:& illę procedũt in infinitũ.ergo &c.℄Contra eſt.ꝙ ſicut
ſe habet bonũ ad affectũ:ſic verum ad intellectũ.ſed ex parte affectus eſt vnum bonũ qđ hõ prin-
cipaliter appetit:vt ꝓprium bonũ affectus:ſicut eſt bonũ qđ eſt vltimus finis operandorũ.ergo ex
parte intellectus eſt vnũ verum qđ homo principaliter appetit vt ꝓpriũ bonũ ĩtellectus: qđ eſt pri
mũ ſcibiliũ:qa principiũ in ſpeculatiuis eſt ſicut finis in actiuis,ſecundum phm.

V
Reſponſio. ℄Dicẽdũ ad hoc:ꝙ ſicut neceſſe eſt ponere aliqd in vnoquoq; gñe:qđ p ſe & pri
mo & perfectius in ſe habet naturam generis illius,a quo & per cuius participationẽ habẽt ipſam
oĩa alia q̃ ſunt illius generis:vt vult Phs.x.Metaphy. Sic neceſſe eſt ſe habere in gñe appetibiliũ:ꝙ
in omĩ gñe appetibiliũ ſit aliqđ vnũ primo & ꝓpter ſe appetibile:& ꝓpter illud oĩa alia appetunt
quo ſubtracto nõ eſt qđ intẽdat,& qđ moueat appetitũ:ita ꝙ nõ ĩcipiat opari ad ꝓſequẽdũ appe-
titũ.Si eñ hoc appeteret ꝓpi illud: & illud ꝓpter aliud:& nihil ꝓpter ſe:iret ꝓceſſus in infinitũ.
Quare cũ in infinitis nõ eſt ponere vltimũ neq; primũ oĩno:vt vult Phs.ii. Metaphy . homo aut
nihil appetit oĩno:aut eſt aliqd qđ primo & p ſe appetit:& qua rõne hoc cõtĩgit in appetitu & ap
petibili qbuſcũq; aliis gñaliter,eadẽ rõne ĩ appetitu cognoſcẽdi & ſcibili ſpecialiter.Qđ etiã patet
rõne ſpeciali in appetitu ſciendi:q in hoĩe cauſat ex actu ſciendi: qm̃ qñcũq; aliqd in ſuo actu mo-
uet:ſemp magis ac magis intẽdẽdo motum: hoc nõ eſt niſi qa mobile ipſum ad finẽ motus conti-
nue ſcđm maiorẽ & maiorẽ aſſimilationẽ appropinquat:vt dictũ eſt ſupra.Cũ ergo cõtĩgat ĩ mo-
tu hoĩs in ſciẽdo, ꝙ ꝓcedẽdo magis ac magis in ſciẽdo ſemp magis ac magis intẽdit ſciẽdi appeti
tus:vt p̃dictũ eſt:hoc nõ eſt niſi qa ſemp fini quẽ intẽdit magis ac magis cõtinue aſſimilat:ſecũdũ
ꝙ ei magis ac magis appropinquat. Quare cũ nõ poſſit ꝓcedere appetit⁹ intẽdẽdo in infinitũ:ne-
ceſſario eſt hoĩs aliqs finis determinat⁹:quẽ ſciẽdo attingere appetit:in quo cũ ſciẽdo ꝓuẽtũ fuerit
ceſſabit oĩno in eo appetit⁹ ſciẽdi aliqd vlteri⁹. Hoc aũt nõ põt eſſe niſi qa ſcitum illud ſit ſummũ
& ꝑfectiſſimũ ſcibile hoĩ:vltra qđ nõ eſt aliud:qđ nõ eſt niſi primũ ſcibile:& prima veritas.Niſi for
te dicat aliqs ꝙ ſupma creatura intellectualis habet pro intelligibili ſcibili,illud qđ eſt ſimplr̃ ſum-
mũ & perfectiſſimũ:homo vero qa eſt inferior creatura intellectualis:propter debilitatem intellect⁹
ſui ad cognoſcendum maximum intelligibile:ſicut debilis eſt oculus noctuę ad apprehendendum
lucem Solis:habebit pro intelligibili ſibi perfectiſſimo aliquod inferius.Qđ nõ põt ſtare duplici ra
tione.Prima ex ordine rerũ:qm̃ cũ oĩs creaturę finis deus ſit, inquantũ q̃libet creatura eius ſilitu-
dinẽ participat quãtũcũq; modicũ:homo aũt q̃q̃ infima creatura ſit inter intellectualia,ſuperior ta
men eſt omni creatura carente intellectu:& ideo ad ipſum tanq̃ ad finem ſuum vltimum ꝑfectius
attinget:q̃ quodlibet aliud carens ratione:Cum igitur vnũquodq; ſuum finẽ vltimũ perfectiſſimũ
natũ eſt attingere ſua opatione ꝑfectiſſima:& perfectius aliis operatione illa qua excedit alia: cũq;
operatio hominis perfectiſſima qua excedit alia eſt operatio intelligendi:vel ipſa immediate diſpo-
nit ad illam:ſicut ſi illa ſit aliqua operatio voluntatis:neceſſario operatione ſua intelligendi attin-



get ad illud ſummũ & vltimum intelligibile.quantũcũq; eñ modicum & minus attingat illud q̃
ſubſtãtię intellectuales ſupiores:hoc erit ei maior delectatio:q̃ per cognitionẽ ſumme attĩgere qđ
cunq; aliud intelligibile inferius.Vnde dicit Auer.ſuper.xii.Metaph.ꝙ q̃ſtio de intellectu diuino
deſiderata eſt ſciri naturaliter ab omnibus. Inſuper eſt ſecunda ratio ad idem ex natura intellect⁹ X
humani.qm̃ quãtũcunq; illud aliud ĩtelligibile ab intelligibili primo qđ attingere poſſet, eſſet ꝑfe
ctum:tamen cum intellectus humanus pciperet ipſum eſſe cauſatum,amplius accenderetur appe-
titus eius ad ſciendum illud qđ eſt cauſa eius.Aut igitur appetitus humanus in ſciẽdo nõ ſtabit:
ſed ſemper intentius vlterius curret:aut ſtabit in intelligendo illud ſummum intelligibile.Quare
cum primũ impoſſibile eſt vllum appetitũ currere in infinitum extendendo ſe:vel ſemper anhelã-
do ad completum:& tamen nunq̃ compleatur:neceſſe eſt ponere ꝙ illud ſummum intelligibile in
telligendo aliquando attingat: ſi recto ordine & rationabiliter procedat: hoc aũt non eſt niſi vnũ
ſcilicet prima & ſumma veritas,cauſa omnium,nõ cauſata,quæ deus eſt:qui ſolus poteſt in bonis
implere deſiderium noſtrum.de quo dicit Aug.xix.de ciui.dei. Finem hominis dicimus non ꝙ cõ
ſumatur vt non ſit:ſed ꝙ perficiatur vt plenus ſit.ſine illo aũt plenius fieri non poteſt . Qđ eñ
capax eſt maioris minori repleri non poteſt.Abſolute ergo dicẽdũ ꝙ vnũ eſt ſcibile qđ homo prin-
cipaliter ſcire appetit:quod eſt prima & ſumma veritas.℄Ad primum in oppoſitum ꝙ nõ omnes Y
ad illud ſtudio tendunt:Dicendum ꝙ ſicut eſt in appetitu boni:ꝙ omnes bonum appetunt,& fi- Ad primũ
nem vltimum boni inquantum appetunt ſuam imperfectionem adimpleri:qđ non põt eſſe aut fie principale.
ri niſi per actionem vltimi finis:vnde & licet rationem hmõi actionis non oẽs in eo qđ eſt vltimus
finis ponunt:vt quidam in honoribus:quidam in diuitiis:& cæteri in cęteris:omnes tamen qđ ſic
appetunt ſub ratione vltimi boni appetunt:quia continet in ſe rationem om̃is boni appetibilis: Si
militer eſt in appetitu veri vltimi.Dicẽdũ igitur ꝙ oẽs ipſum appetũt inquantũ in ſciendo quod
cunq; ſcit,ſuam ſufficientiam ponunt:quia hoc verum vltimum in ſe habet omnem rationem ve
ri:& nullum aliud verum aliquis affectat ſcire:niſi inquantũ aliquã rationem huius veri in ſe con
tinet:& ita in quodlibet aliud appetendo nõ niſi iſtud appetit.℄Ad ſecundum ꝙ in ſcibilibus pro Z
cedit appetitus in infinitum:Dicendum ꝙ ſcibiliũ quædam ſunt ordinata adinuicẽ per ſe & eſſen Ad ſecundũ
tialiter:vt principia & pricipiata.in talibus nõ eſt proceſſus in infinitum:vt in demonſtrationib⁹:
ſicut probat Philoſophus primo Poſter.qa ex in infinitis nõ contingeret ſcire:vt dicitur ſecundo
Metaph.& talis eſt ordo omnium aliorũ ſcibiliũ,ad ſcibile primũ.Quędam vero ſunt ordinata ac-
cidentaliter:quorum vnum non ſcitur per alterum:in quibus non eſt ponere vltimum in ſuo ge-
nere:qa ꝓceſſus ꝓcedit in infinitũ:vt eſt reflexio intellectus ſuper ſuos actus:qa intellect⁹ intelligit
ſe intelligere:& intelligit actũ illũ primũ quo intelligit:& illũ quo intelligit ſe intelligere: & ſic in
infinitũ.& talis ordo eſt in ſpeciebus numerorũ:quia accidit p̃cedẽti ſpeciei numeri: ꝙ ei addatur
vnitas vt fiat noua ſpecies:nec eſt vna ſpecies principiũ & cauſa intelligẽdi alterã.Et in talib⁹ non
contingit ſcire ex aliquo vltimo aut primo ſcibili qđ ſit in ſuo genere:vt propter illud omnia alia
ſciãtur:quia nullũ eſt tale . contingit tamen ſcire omnia alia quãtũcũq; ꝓcedatur ex eis in infini
tum,aliquo vno extra ſuũ gen⁹:& ꝓpter illud cuiuſmodi eſt ſcibile primũ:qđ eſt veritas pura: qa
habet in ſe bonum cuiuſlibet numeri:& infinitarum ſpecierum numeri.

CIrca.ix.arguitur:ꝙ propter illud qđ homo principaliter appetit ſcire:non appe A
tit ſcire alia.Primo ſic:ꝓpter illud qđ primã & ꝑfectã habet rationẽ ſcibilis,nõ Quæſt.ix.
eſt appetendũ aliud ſcire:quia nõ eget alio vt ſciat:ſed ecõuerſo alia indigent Arg.i.
eo vt ſciant.iſtud qđ hõ pricipaliter appetit ſcire eſt hmõi.ergo &c.℄Secũdo 2
ſic.q̃ appetit hõ ſcire tanq̃ vergẽtia in ſuã damnationẽ,nõ appetit ſcire ꝓpter
principale ſcibile:qa iſtud ordinat ad oĩm ſalutẽ.multa talia appetit homo ſci
re vt patet.ergo &c.℄Tertio ſic.Phs.i.Metaph.vult ꝙ ſciẽtia ſpeculatiua eſt ꝓpter ſeipſam.nõ er- 3
go homo appetit eã ſcire ꝓpter iſtud ſcibile.℄Quarto ſic.multa alia appetit homo ſcire non cogi 4
tãs de hoc ſcibili:qđ non eſſet ſi appeteret illa propter iſtud.ergo &c. ℄Contra eſt illud Aug.xix. In oppoſitũ.
de ciui.d.Illud eſt finis:ꝓpter qđ amantur cætera.ꝓpter qđ amant appetunt:quare cũ hoc ſcibile
ſit finis ſcientiæ humanæ:vt dictum eſt: propter illud cætera appetit ſcire.

℄Dicendum ad hoc : ꝙ appetitibus ordinatis ad aliquid vnum : vt ad vltimum B
appetibile & finem:neceſſe eſt oĩa alia appeti ꝓpter illud vltimum appetibile:vt.ſ.mediantibus illis Reſponſio.
aſcendat homo ad vltimũ.Cuius ratio eſt: quia nullum aliorũ habet rationem appetibilis: niſi in-
quantum ratio vltimi appetibilis in ipſo relucet . Sicut ergo in appetitu boni quicqd appetitur:
appetitur ſub ratione boni: & ideo neceſſe eſt ꝙ appetatur aut tanq̃ bonum perfectum : quod eſt
vltimum & finis : aut tanq̃ tendens in vltimum & finem : conſimiliter in appetitu veri in ſcien-

do quicquid homo appetit ſcire, illud appetit ſub aliqua ratione veri:& ideo neceſſe eſt ꝙ illud ap
petat tanq̃ vltimum verũ qđ eſt finis:aut tanq̃ verũ tẽdẽs in vltimum verũ vt in finem.ꝙ ſi ſit vl
timum:vt in eius cognitione ſit ſtatus. Si vero ſit ad vltimum:vt eius cognitio ſit gradus & via
aſcendendi ad notitiam veri vltimi.Sẽp em̃ iperfectum in quo eſt alicui⁹ perfectionis inchoatio,or
dinatur ad illud in quo eſt ipſa perfectio.Et ideo dicit Chryſoſto.ſuper illud Matth.Et ecce Cen
turio.Scriptura infallibilis de deo,creatura eſt omnium rerum:quia nihil creatũ eſt in mundo per
qđ nõ manifeſtiſſime deus oſtẽdit.Et hoc qđ tale eſt & vltimũ:vltimo eſt ab appetitu ꝓſequendũ,
& primũ mouens appetitum:per quod mouent om̃ia alia appetibilia ordinata ad ipſum tanq̃ cau
ſę ſecundę:quæ non mouerent niſi motæ a primo mouente: & non niſi in ordine ad operationem.
Vnde & ſicut appetitus principalius eſt illius quod eſt vltimum: q̃ alicuius aliorum : ſic eſt alio
rum per ordinẽ:ſemper em̃ eſt amplius & principalius:quanto immediatius ſe habent, & propin
C quius ad illud appetitiuum.℄Et eſt aduertendum ꝙ ꝓpter vltimum appetũtur alia quæ ſunt ad
ipſum dupliciter:& formaliter & finaliter.Primo formaliter:quia non appetũtur alia: niſi qa in ſe
habent rationem & formã vltimi quodã modo:licet imperfectam: vt omne verum rationẽ primi
veri:& omne bonum rationẽ primi boni:quia om̃e aliud verũ & bonũ eſt ſicut q̃dã impreſſio pri
mi veri & boni:per cuius rationem mouet appetitum & intellectum.Et ideo finaliter ſecundo ap
petuntur propter vltimum verum & bonũ:quia per ipſa tanq̃ per imperfecta proficiſcitur appeti
tus quouſq; deueniatur ad vltimum:vt ad verum & bonum perfectum habens in ſe perfectam ra
tionem veri & boni ſimpliciter:& omnem rationẽ cuiuſlibet veri & boni particularis. Et ideo pri
D mũ verum in omni alio vero & per omne aliud verum quaſi vocat intellectum vt tẽdat ad ſui no
titiam:& primũ bonum in omni alio bono:& per ipſum quaſi vocat affectum: vt tẽdat in ſui frui
tionem & amorem.Et ideo quouſq; intellectus perducatur in perfectam notitiam ſummi veri:&
affectus in fruitionem ſummi boni:nunq̃ poteſt humanus appetitus quieſcere:ſed illis duob⁹ ade
E ptis totus perficietur:& nihil reſtabit appetendum:vt dictum eſt ſupra.℄Ad primum in oppoſi
Ad pri.prin. tum ꝙ vltimũ verum non eget alio vt ſciatur:Dicendũ ꝙ verum eſt quãtũ eſt in ſe: quia eſt ſum
me ſcibile,quantũ tamẽ eſt ex parte noſtra:qui non ſufficimus ſtatim illud capere,per gradus alio
rum verorum,debemus ad ipſum aſcendere & ideo appetere debemus alia ſcire propter illud.Vn
de Augu.viii.de Trinit.Conſuetudo carnalis vera quę creata ſunt:ſentit vt poteſt:veritatem au
tem qua creata ſunt non poteſt intueri.Nam ſi poſſet,nullo modo eſſet lux iſta corporea manife
ſtior.Et ideo ſicut exeũti de carcere qui nõ poſſet ſolẽ aſpicere,primo oſtenderet lumen candelę:de
inde lumen ſolis reflexũ in medio:deinde radius ſolis in aere : vt poſtea fortificatus poſſet ſolẽ in
ſeipſo aſpicere:ſic nos debemus primo creatas veritates aſpicere:& per illas ad veritatem ſummã
F aſcendere:vt docet Aug.i.ſoli.℄Ad ſecundum, ꝙ plurima ſcita vergũt in damnationem ſcientis:
Ad ſecundũ Dicendum ꝙ hoc non eſt propter ſcire:quia etiam ſecundum philoſophum ſcientia malorum bo
na eſt:& ideo etiam ad ſcientiam primi ſcibilis ordinatur : ſed ꝙ nocet hoc eſt per accidens: ꝓpter
G ſcientis abuſum,vel aliquid hmõi.℄Ad tertium ꝙ ſcientię ſpeculatiuæ ſunt propter ſe: Dicẽdum
Ad tertium ꝙ verum eſt generaliter ſumendo eam.ſ.ſecundum ꝙ includit ſpeculationem ſummi ſcibilis ſecũ
dũ illud qđ dicit Philoſophus maxĩe de prima phĩa inquantũ eſt de cognitione dei:q̃uis in illo ſpe
culo omnis quę ex ſcientia phĩca habetur nõ ſit finis: immo ipſa ordinatur ad iſtã ſicut ad finem:
H vt infra dicetur.℄Ad quartũ ꝙ nõ omnis appetẽs ſcire cogitat de vltimo fine : Dicendum ꝙ ĩmo
Ad quartũ. ĩplicite:inquãtũ in quolibet appetibili alio eſt ĩpreſſa ratio vltimi appetibilis:ꝓpter quã appetit:ſed
inquãtũ ipſa inuenit defectũ vlterius nititur: quouſq; perfecte in ſeipſo vltimũ appetibile reperiat.

## ℄Artic.V.De ſtudio ſciendi.

Articu.V. QVia appetitus ſciendi fruſtra eſſet niſi homo vt ſcire poſ
ſet ſtudium & diligentiam apponeret:Ideo poſtq̃ viſum eſt de appeti
tu ſciendi hominis:videndum eſt quale ſtudium adhibere debet ho
mo ſcientiæ.Et circa hoc quęrũtur ſeptem.
Primo:vtrum ſtudendum eſt homini vt ſciat.
Secundo:vtrum ſtudendum eſt homini vt omnia ſciat.
Tertio:vtrũ ſtudendũ eſt homini vt ſciat ſcibilia ſup ſciẽtias phĩcas.
Quarto:vtrũ ſtudendũ eſt homini vt ſciat oĩa cõtẽta ſcientiis phĩcis.
Quinto:vtrum ſtudendũ eſt ei vt ſciat ſingula eodem modo.
Sexto:vtrum ſtudendum eſt ei ſcire propter ſe.
Septimo:vtrũ homo ſtudio ſuo terminum debet imponere.



CIrca primũ arguitur ꝙ non eſt ſtudendũ homini vt ſciat.Primo ſic.ad illud qđ I
eſt homini inexplicabile non eſt ei ſtudendum vt ſciat : quia fruſtra ſtuderet: Quæſt.i.
cunctę res ſic ſunt difficiles:vt hõ eas nõ poſſit explicare:ſicut dicitur Eccľi.i. Argu.i.
ergo &c.℄Secundo ſic.ad illud non eſt ſtudẽdum quo adepto homo acquirit 2
ſibi materiã doloris:ſcire eſt hmõi.Eccľi.i.Qui addit ſcientiam:addit & dolorẽ.
ergo &c.℄Tertio ſic.ad illud non eſt homini ſtudẽdũ: qđ nõ poteſt inuenire. 3
notitia rerũ oĩm eſt hmõi. Eccľi.iii.Mũdũ tradidit de⁹ diſpoſitiõi:vt nõ ĩueniat hõ opus qđ opera
tus eſt deus ab initio vſq; ad finem.ergo &c. ℄Quarto ſic.homo non debet ſtudere minori bono 4
& dimittere maius:ſcientia minus bonũ eſt q̃ vita.Eccľi.iii.Cognoui ꝙ non eſſet melius niſi læta
ri & facere bona in vita ſua.ſtudendo autem ſcientiæ frequenter homo negligit opera vitæ. ergo
&c.℄Contra eſt:quoniã illi ſtudendum eſt qđ neceſſarium eſt ſaluti.ſcire eſt hmõi. Eſa.v.Propter In oppoſitũ.
ea ductus eſt populus meus captiuus:quia nõ habuit ſcientiam.&.xxvii.Non eſt populus ſapiẽs:
propterea non miſerebitur eius qui fecit illum.ergo &c.

℄Dicendum ad hoc: ꝙ om̃is homo qui intendit deuenire ad terminum aliquem K
ad quẽ deuenire non poteſt,niſi per viam deducentẽ ad ipſum terminũ:neceſſe habet ſe ponere in Reſponſio.
via & ambulare per eam.Nunc autẽ eſt ita ꝙ terminus vnus ẽ vitę humanę ad quẽ deuenire in
tendit homo.ſ.notitia ꝑfecta ſummi veri:ad quã ꝑuenire non poteſt,niſi ambulando in cognoſcen
do per alia vera quæ ſunt ad ipſum,tanq̃ per viam:vt dictum eſt.ambulare autem per notitiã ab
vno in aliud non poteſt niſi ſtudẽdo ſcientię:cum homini ſcientia non contingat niſi per ſtudium
& inueſtigationẽ:vt dictum eſt ſupra.Neceſſario igitur ſtudendũ eſt homini vt ſciat. & ideo dicit
Eccľi.vii. Hæc habet eruditio & ſapiẽtia ꝙ tribuit vitã poſſeſſori ſuo.& ibidẽ.vi. Quid ampli⁹ ha
bet ſapiens a ſtulto niſi vt pergat vbi eſt vita? vñ Aug.xix.de Tri.Sine ſcientia nec virtutes ipſę q
bus recte viuitur poſſunt haberi:per quas hæc vita miſera ſic gubernatur: vt ad illã q̃ vere beata
eſt perueniatur æternã. Et econtra dr̃ ſtudere ſciẽtię negligentibus Oſee.iiii.Quia tu repuliſti ſci
entiam:& ego repellam te.Hinc etiã Acad.qui negabant verum poſſe inueniri:dicebant tamẽ nõ
eſſe ceſſandum a ſtudio & veritatis inueſtigatione:& hoc eſt opus ſapientis.

℄Ad primũ i oppoſitũ,ꝙ cũctę res ſunt homini difficiles: & inexplicabiles:Dicẽ L
dũ ſecũdũ Gloſ.ibidẽ.ꝙ verũ eſt,vt ad plenũ eas hõ explicet: & ad ſummã ſciẽtiæ earũ ꝑueniat in Ad pri.prin.
vita iſta:qa quanto hõ magis ſciendo notitiã rerũ ingreditur:tanto amplius inuenit eam profun
dam.Propter qđ dixit Salomon ſapientiſſimus in rerum naturis, Eccľi.vii.Dixi ſapiens efficiar: &
ipſa longius receſſit a me amplius q̃ erat.& ibidem. viii. Eſt homo qui diebus ac noctibus ſomnũ
non capit oculis:& quanto plus laborauerit:tanto minus inueniet . vnde Gloſſ. ſuper illud cap.
Quãto ad ſapientiam accedis:tanto a te recedit:& altiorem ſe oſtendit.& hoc maxime verum eſt
accedendo ad ſapientiam quæ de deo eſt.vnde dicit Chryſo. ſuper Matth. Sicut quanto acutius
viderim⁹,tãto magis diſcim⁹ q̃ a cęli regione differim⁹:ſic etiã quãto ad virtutis aſcendimus ex
celſum,tanto amplius docemur q̃ ſit inter nos & deum grande diſcrimen.& Orig.ſuper pri.Exo.
loquens de profunditate ſacrę ſcripturę dicit ſic. Videtur mihi vnuſquiſq; ſermo diuinę ſcriptu M
rę ſimilis eſſe alicui ſeminũ:qđ tãto accumulatius diffunditur:quanto peritus agricola plus ſemi
ni laboris impẽdit.Ita & hic ſermo ſi peritum & diligentẽ inuenerit colonũ:cũ primo cõtactus vi
detur exiguus & breuis:vt cœperit excoli creſcit in arborem : vt poſſint diſputatores & rhetores
hmõi habitare in ramis eius.Tentabimus igiť pro viribus noſtris aliqua diſſerere: etiã ſi neq; vni
uerſa nobis explicare poſſibile eſt:qa & hoc ipm agnoſcere:ꝙ ſupra vires nr̃as ſit horũ ſcientia: nõ
paruę arbitror eſſe peritię.Nec eſt mirũ ꝙ ſit inexplicabilis:qa ad infinitũ ſcibile ducit: vt dictũ eſt
Vñ cõpetenter põt homo dicere illud Pſal.Mirabilis facta eſt ſcientia t.ex me.cõfor.eſt & non pote
ro ad eam.Et nota ꝙ talia dicta ſacrę ſcripturę & de ſacra ſcriptura non ſunt vt ſtudioſos terre
ant:& a ſtudio in deſperantiam ſciẽdi ponendo repellant: ſed vt tepidos excitent:& præſumptuo
ſos confutent.ſecundum ꝙ dicit Gloſ.ſuper illud.Cunctę res ſunt difficiles.Hæc ſententia eſt cõ
tra eos qui ſine labore & diſcendi ſtudio ſanctas ſcripturas ſe nouiſſe putant. ℄Ad ſecundum ꝙ N
ſtudio homo acquirit ſibi materiã doloris:Dicendum ꝙ duplex eſt dolor ſicut & triſtitia : ſecũdũ Ad ſecũdũ.
Apoſt.ii.ad Corint.vii.ſeculi,& ſcđm deũ.Seculi dolor eſt q eſt pro tẽporaliũ amiſſione:& quia nõ
in oĩbus homo proſperať ad nũc.Iſte nociuus eſt:& non addiť ex ſciẽtia:immo repelliť. Dolor ſecũ
dũ deũ eſt dolere qa hõ peccauit & fecit q̃ odit deus.Iſte vtilis eſt & additur ex ſcientia.vnde dicit
Gloſ.ſuper illud.Qui addit ſcientiam:addit dolorẽ.Quia quanto plus ſcit:tanto plus diuina iudi
cia timet:quia cui plus cõmittiť:ab eo plus exigetur. ℄Ad tertium ꝙ homo non poteſt opus dei O
inuenire:Dicendum ꝙ verum eſt ad plenum.Non tamen propter hoc retrahendum eſt ſtudium Ad tertium.

P Ad quartũ. quia ſtudendo ex illis poteſt ſcire multa ſibi vtilia:vt ibi dicit Gloſſ.ℭAd quartum:ꝙ homo ſtu-
dendo negligit opera vitæ:Dicendũ ꝙ non eſt verum niſi vane ſtudioſus ſit:immo ſtudere ordi-
nata intentione,ſtudere ipſum eſt opus meritoriũ vitę ęternę:quia nec ſine ſcientia dirigi poſſunt
virtutum opera:vt dictum eſt.propter qđ dixit Chriſtus Apl'is. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes
& ſimplices ſicut colũbę.prudẽtes ſtudendo ſciẽtiæ,ſimplices ſtudendo recta intẽtione. & Apoſt.i.
Timo.iiii.Attende tibi & doctrinę.Hoc em̃ faciẽs,teipſum ſaluũ facies:& eos qui te audierint.

Q Queſti.ii. Arg.i. CIrca ſecundum arguitur:ꝙ ſtudendũ eſt homini vt ſciat oĩa.Primo ſic. Stu
dendum eſt homini vt ſcientia perficiatur qua eſt imperfectus:ſed omni ſcien
tia imperfectus eſt:vt patet ex pręhabitis.ergo &c. ℭSecundo ſic:ſcientiæ alio
2 rum ſtudendũ eſt ꝓpter ſcientiã dei adipiſcendã: vt dictum eſt.Sed oĩs ſciẽtia
ad illud valet.ſecundũ Hug.in Prolo.cęl.Hier. Sicut omne bonũ a ſummo bo
no eſt:ita & in omni bono ſecundũ ęmulationẽ participatiõis ſummũ bonum
In oppoſitũ. contemplari poteſt.ergo &c.ℭContra eſt.ꝙ homini non eſt ſtudendũ illi ad cuius notitiam nõ po
teſt peruenire.ad omnium notitiam nõ poteſt homo peruenire:ſecundũ Phm.ii.Metaphy.Nullus
hominũ poteſt venire in veritatis cognitione ſecundũ ꝙ oportet. vbi dicit Cõment.Quia nullus
comprehendit eam ſecundum totam vel magnam partem eius.ergo &c.

R Reſponſio. ℭDicendũ ad hoc: ꝙ vanitatis quorundã erat: ꝙ oporteret hominem omnium
rerum inueſtigare ſcientiam:vt ex hoc perfecte aſcenderet in cognitionem dei. Quoniã enim vt
dixerunt in creaturis cognoſcitur deus vt in effectu: nunc autem ita eſt ꝙ cauſa non perfecte re-
lucet in parte ſui effectus:ſed in toto effectu: ſi ergo homo vt dicebant in cognoſcendo aliquẽ di-
uinum effectum in creatura deficiat:non poteſt deum perfecte ex creaturis cognoſcere: ſecũdum
ꝙ poteſt cognoſci ab hoĩe.Si ergo debeat ab homine cognoſci ſecundũ ꝙ eſt poſſibile : debet eum
cognoſcere in omni creatura:omnes creaturas cognoſcendo.& in hoc ponebant hominem deo p-
fecte aſſimilari:& finem humanæ vitæ.Reuera deductio eorum vera erat de ſcientia quã põt ho-
mo de deo habere ſecundũ ſtatũ vitę huius ex puris naturalibus.Hinc dicit Augu.ſup Ioan.i.ſer.
Attende fabricam mundi:& vide quę ſunt facta per verbum:& tunc cognoſces quale ſit verbum
Et loquitur de verbo ęterno:qđ eſt dei virtus & dei ſapientia. Vana tamen erat eorum deductio:
quoniã nunq̃ erat hominẽ ad tantam creaturarũ notitiã poſſibile deuenire:tũ ꝓpter vitę breuita-
tem:tum propter experientię difficultatem:tum propter ſcientię profunditatem: ſecundum ꝙ di
cit Hippocrates medicus. Vita breuis: ars vero longa:experimentum fallax:iudicium aũt diffici
le.Vnde ſuper illud, Omnia ſunt difficilia:& non poteſt homo ea explicare ſermone: dicit Gloſſ.
Non poteſt homo cauſas & naturas rerum explicare:nec oculus ad plenum intueri: nec auris eti
am inſtruente doctore ad ſummam ſcientiæ peruenire. Reuera non poteſt homo naturas rerum
explicare propter vitæ breuitatem:nec oculus intueri propter experimenti fallibilitatem: nec au-
ris ad ſcientiam peruenire,propter artis difficultatem.Dicendũ eſt ergo ꝙ non eſt homini ſtudẽ-
S dum ad ſciendũ oĩa in vita iſta.Primo:quia hoc eſt ei impoſſibile:vt dictum eſt.Secundo:quia per
hoc negligeret magis vtile.Eccl'i.vii.Quid neceſſe eſt homini maiora quęrere cũ ignorat quid con
ducat?Gloſ.Quid ſit vtile ſibi in vita ſua:numero dierũ pegrinationis ſuæ: & tpe quo velut vm-
bra pręterit.Sed ſolum ſtudẽdum eſt ei ſic:vt ſtudeat ad vitæ futuræ vtilia:& inter illa ad magis
neceſſaria.ſecundum ꝙ dicitur Eccl'i.xiii.Altiora te ne quęſieris:& fortiora te ne ſcrutatus fueris.
neq; enim eſt tibi neceſſarium quę abſcondita ſunt videre oculis tuis:ſed quę præcepit tibi deus:
cogita illa ſemp:& in pluribus opationib⁹ ei⁹ ne ſis curioſus.In ſupuacuis rebus noli ſcrutari mul
tipliciter.vnde dicit Augu.ſuper illud.i.Corinth.viii.Sciẽtia inflat.Laudabilior eſt animus: cui no
ta eſt infirmitas ſua : q̃ qui ea non reſpecta ſyderum vias ſcrutatur : & terrarum fundamenta:&
cælorum faſtigia.Et ideo dicit Apoſtolus.Non plus ſapere q̃ oportet ſapere. Et Philoſophus.Ar-
bitramur omnia ſcire ſapientem vt conuenit. Vnde contra illos qui nimium ſcrutari volunt in
ſuperuacuis:dicit finis dictę auctoritatis.Eccleſiaſtici.xiii.Multos enim ſupplantauit ſuſpitio eo-
rum,& in vanitatem detinuit ſenſus illorum. Reuera ſupplantauit ſuſpitio : quia dicentes ſe eſſe
ſapientes ſtulti facti ſunt:vt dicitur Rom.i.ex hoc in errores incidentes.Secundum em̃ ꝙ ibi dicit
gloſſ.Hęretici duobus modis fiunt:vel de creatore,vel de creatura vltra modum diſputantes : &
in errores incidunt:& a veritate recedunt:& in vanitate detinuit eos ſenſus eorum: quia non po-
tuerũt qđ intendebant attingere.hoc tñ pmiſit eis de⁹:ne otio torpeſcerẽt.Eccl'i.iii.Vidi afflictionẽ
quã dedit de⁹ filiis hoĩm:vt diſtẽdanẽ i ea:cũcta fecit in tpe ſuo:& mũdũ tradidit diſputatiõi eorũ



vbi dicit Glo.Propterea Deus etiã peruerſorũ dogmatũ magiſtris conceſſit occupationẽ:ne mens T
eorum torpeſceret otioſa. ℭAd primũ in oppoſitũ:ꝙ homo omni ſcientia eſt imperfectus:Dicẽdũ Ad pri.pri.
ꝙ imperfectũ hominis in vita iſta nec in creaturarum cognitione impleri poteſt vt ſupra dictum
eſt:ſed hoc impletũ erit in futuro:quãdo ſcđm Grego.4.dialo. nihil erit qđ nõ videbit:qui vidẽtẽ
omnia videbit.Qđ ſolum cõtinget eis qui hic ſolum ea quibus opus eſt ſcire quęrũt:& cuncta ſo
brie inueſtigant ad opus doctrinæ fidei:& ad regulam fidei:cuius ſcientia magis eſt neceſſaria vt
homo peruenire poſſit ad pfectionẽ humanę vitę in ſciendo:q̃ oĩs diſciplina philoſophica. ℭAd ſe V
cũdum ꝙ in omni creatura conuenit ſummũ bonum cõtemplari ad opus doctrinę fidei: dicendũ Ad ſecũdũ.
ꝙ verum eſt:hoc tamen non eſt poſſibile hominem in omnibus perſcrutari, nec opus eſt amplius
ſcrutari,q̃ ſciẽtię fidei & pietatis ſatis eſt:vt infra dicetur.

CIrca tertium arguiẽ, ꝙ nõ eſt homini ſtudendũ vt ſciat ſcibilia ſuper ſcientias A
philoſophicas. Primo ſic. Eccl'iaſtici.xiii.dicitur.Altiora te ne quęſieris:& for- Queſt.iii.
tiora te ne ſcrutatus fueris. illa quę ſunt ſup ſcientias philoſophicas ſunt for- Argu.i.
tiora & altiora homine:quia ſupra vires naturalis rationis. vt dictũ eſt ſupra.
ergo &c.ℭSecũdo ſic. de notitia illorũ q̃ fidei ſunt & ſupra ſciẽtias philoſophi- 2
cas,dixit Chriſtus in euangelio. Nolite cogitare, quomodo,aut quid loq. &c.
Sed illud ad qđ non eſt cogitandum vt cognoſcaẽ: ſed munus ſpũs ſancti expectandum,nõ eſt ſtu
dio inueſtigandum.ergo &c. ℭContra eſt illud.i.Eſd.vii.Eſdras preparauit cor ſuum:vt inueſti- In oppoſitũ.
garet legem dñi.qđ non erat niſi ſtudio:lex autem dñi erat de ſcibilib⁹ ſupra ſcientias philoſophi-
cas.ergo &c.Et ſup illud Sapiẽ.vi.Cogitare de illa ſenſus eſt cõſummatus.diciẽ in Gloſ.In præſen-
ti ſtudẽdum eſt ſapientię:& ſecũdum normã diſciplinę viuendũ. ℭDicẽdum ad hoc ſcđm Augu. B
in pricipio de doct.chriſt. ꝙ error erat aliquorũ:ꝙ pręcepta de modo ſtudẽdi & inueſtigãdi obſcu Reſponſio.
ra ſacrę ſcripturę nõ erant neceſſaria:ſed ꝙ intellectus eorum diuino munere eſſet expectandus:&
ita negabant ꝙ eſſet homini ſtudendum ad ſciendum ſcibilia ſupra ſcientias philoſophicas. Cõtra
quos dicit Augu.loquens ſuis.Fratres(inquit)moneamus omnes ne paruulos ſuos ita doceãt.Im
mo qđ per hominẽ diſcẽdum eſt:ſine ſuperbia diſcant:neq; tẽtemus eum cui credimus:ne talibus
inimici verſutiis decepti ad ipſum quoq; audiendũ euangelium atq; diſcẽdum nolimus ire in ec-
cleſias,aut codicem legere.ſ.ſtudẽdo per nos,aut doctorem prędicãteq; hominẽ audire:& expecte-
mus rapi vſq; ad tertium cęlum:& ibi audire ineffabilia verba:aut ibi videre dominũ Ieſum:& ab
illo potius q̃ ab hominib⁹ audire euangeliũ.Dicere ergo abſolute ꝙ talibus quę ſunt ſuper ſciẽtias C
philoſophicas nõ eſt ſtudẽdum,error eſt & tentare deum. Verũtamen ſciendum ꝙ triplex eſt mo
dus cognoſcendi res:quidam naturalis & modo naturali:quidam ſupnaturalis & modo ſuperna-
turali:quidam medius ſupernaturalis & modo naturali. Primus eſt quo cognoſcuntur ſcienda in
diſciplinis philoſophicis:quę ſunt de rebus naturalibus:quarum notitia eſt naturalis: quia inueſti
gatione naturalis rationis & modo naturali:qui a via ſenſus & experientiæ capit ortum. Secũdus
eſt ille quo cognoſcunẽ clare & aperte quiditates cęleſtiũ ſpirituũ dei & angelorũ:qui ſunt res ſup
naturales:quorũ notitia nõ eſt naturalis:qa nõ naturalis ratiõis ĩueſtigatiõe: neq; modo naturali:
quia nec p illa quę accipiunẽ a ſenſu:ſed ĩmediate & pure a diuino dono ſpeciali. Vnde ad notitiã
talem & talium ſcibilium ſup ſcientias philoſophicas habendam nõ eſt ſtudẽdum naturalis ratio
nis inueſtigatione:vt in vita iſta acquiratur:quia ſtudiũ ad hoc eſſet fruſtra & labor perditus: ſed
ſic viuendũ eſt in pręſenti vita:vt in futura haberi promereatur,vel ſi deo placuerit ad horam cõ
cedatur. Tertius modus eſt ille quo ſupnaturalia & diuina hic cognoſcũtur per fidem:quorũ no-
titia eſt ſupnaturalis:quia per lumẽ infuſum:modo tamẽ naturali:quia in ęnigmate rerum ſenſibi
lium. Nõ enim in iſtis complexa & articulos fidei credimus per lumẽ fidei:niſi prius terminos &
incõplexa lumine rationis naturalis adminiculo ſenſus intelligamus.ſcđm ꝙ dicit Augu.8.de tri.
Credimus dñm Ieſum Chriſtum natum de virgine : quæ Maria vocabaẽ : quid ſit virgo,quid ſit
naſci,& qđ ſit nomẽ propriũ nõ credim⁹:ſed prorſus nouim⁹.& ſup illud,Da mihi intellectũ.Gloſ.
Nemo poteſt credere in deũ niſi aliqua intelligat: tamẽ fide ſanatur:vt ampliora intelligat. Circa
talia ergo quæ fide cognoſcũtur de ſupnaturalibus principaliter quęſtio exponẽda eſt. De talibus D
ergo ſciendis notandum,ꝙ initia fidei accipimus diuino lumine: ſicut initia primorũ principiorũ
ſciẽtialiũ ſumim⁹ lumine naturalis ratiõis:& ꝙ ſe habẽt prima credibilia fidei ad oĩa poſteriora cre
dibilia:ſicut & prima ſcibilia philoſophica ad poſteriora ſcibilia.Sicut ergo homo anteq̃ nouerit pri
ma pricipia ſcientiarũ philoſophicarũ nõ poteſt addiſcere neq; cætera ſtudio aliquo inueſtigare:vt
dictũ eſt ſupra:Sic ad cognitionem illorũ quę fidei ſunt ſtudere nõ poteſt anteq̃ lumine fidei pri-
ma principia credibiliũ cognouerit. Quib⁹ cognitis ad duo inueſtiganda ſtudẽdum eſt.Primo:vt

ex primis credibilibus inueſtigentur poſteriora.ſicut enim lumine naturalis rationis homo poteſt
ſtudendo inueſtigare notitiam eorum quæ in potentia cognita ſunt in principiis ſcientialibus: ſic
lumiue fidei poteſt inueſtigare credibilia quę in potētia cognita ſunt in primis prīcipiis credibiliū
ſcđm ꝙ Paulus noſtram reſurrectionē futuram probat credendam ex reſurrectione Chriſti quā iā
credimus factam.Et ideo dicit Orig.ſuper Gene.in Hom.de arca,ꝙ de aliquibus ſacra ſcriptura ni
hil retulit:ſed ſolum traditio tenet,quia opportunū videtur ſuper hoc habitum ſilentium:de quo
E ſufficienter quærere ratio docet. ℭSecundo autem ſtudendum eſt eis quæ ſunt fidei: vt credita
fiant intellecta.Secūdum enim ꝙ dicit Auguſti.ſuper Ioan.in princi.Sacra lectio ad hoc legitur &
auditur,vt exponatur & intelligatur.hinc dicit in fine de Academi.Ita ſum affect⁹: vt quid ſit ve
rum non credēdo ſolū,ſed intelligendo apprehēdere impatiēter expecto. Nō enim cum auditur &
creditur,ſtatim intelligitur:quia vt dicit Chryſoſto.ſup illud Matth.i.Inuenta eſt in vtero habēs:
non ęſtimes te cū cuncta audieris continuo cuncta didiciſſe. Vt ergo quę fide ſola tenemus intelli
gamus,ſtudere debemus:nō virib⁹ ſolū naturalis rationis.Cum enim (vt de philoſophis dicit Hu.
ſup prolo.cę. Hier.) poſt ſciētiam philoſophicam nouiſſime theologiam perſcrutatione inuiſibiliū
quaſi cōſūmaturi ſapientiā addiderūt,ibi corruere cœperūt in mēdacia figmētorū:& aſſumpſerūt
ſpecies viſibiliū ſimulacra diuinorū:vt inuiſibilia viderēt q̄ ea p videbātur:& euanuerūt cū trāſire
vellent mente ea quę ſola mente acceperūt.In hac ergo ſcientia ſapiētes mūdi ſtulti facti ſunt:quia
ſolo naturali ductu,ſecūdum elemēta & ſpeciem mūdi incedentes exemplaria gratię non habebāt
in quibus. etſi ſpecies erat humilis manifeſtior pręſtatur demōſtratio veritatis. Nō ergo ſolis viri
bus naturalis rationis ad ſciendū ſupnaturalia ſtudendū eſt:ſed viribus naturalis rationis adiutę
lumine ſupernaturali ad intelligēdū illa. Vnde Chryſoſt.ſuper illud.Petite & dabitur vobis.Deus
ita nos diſpoſuit eſſe,vt nec ſtudentes nec laborantes circa ſcripturas quęramus ſalutarem ſcien-
tiam ſine gratia dei,ne nobis imputemus qđ ſcimus:nec tamē gratiam acquiramus niſi ſtudueri-
mus & laborauerimus circa ſcripturas:ne dei donum negligētibus detur. Gratia enim eſt adiuto
riū infirmitatis noſtrę. Adiutorium autem nō dormientibus datur,ſed feſtinātibus,& prævalen
tibus.Sicut enim in bello nō omnis qui pugnat vincit: nemo tamen vincere poterit niſi pugnaue
rit:ſic nō oēs qui ſtudent & legunt acquirunt ſcientiam ſpiritualem.Nemo tamen acquirere po-
teſt niſi ſtudioſus fuerit ad legēdum:aſſiduus ad audiendum. Vnde idem ſup illud.Nolite ſanctū
dare canibus.Nō omnis poteſt aſcendere in altitudinē ſenſuū:& illas inuenire myſteriorū abſcon-
ditas margaritas:niſi vir ſpiritualis qui habet exercitationem ſpiritualium narrationū dei. Tali er
go gratia dei adiutus poteſt homo ſtudere & proficere in ſpiritualibus,& hoc ideo:quia taliū ſcien
F tia ſub ſenſibilibus occultatur.Intelligere autē & maxime talia quę ſunt ſupernaturalia quādā in-
teriorē cōſiderationē dicit eorū quæ nō ſtatim intellectu capiūtur cū audiunt.Dicitur enī intelli-
gere quaſi intus legere.i.enucleare qđ latet:vt ſub intētione & ſpecie ſenſibili accepta a ſenſu latet
veritas & quiditas rei:& ſub ſignis figuralibus ipſa figurata:& ſub eis quę tenentur vt credita ve
ritas nota:& ſub effectu cauſa.&c.huiuſmodi. Vnde iſta cognitio quæ conſiſtit in intelligendo,ſo
lido cibo comparatur. Simplex autem notitia per fidem,comparat̄ lacti, ſcđm ꝙ dicit Chryſoſto.
ſuper illud Matth.xxi. Ex ore infantium omnis prima inſtructio fidei.i.ſimplex doctrina lac dici-
tur:quoniam ſicut lac ſine labore & opere dentium mādueatur:& manducātem ſuauitate ſua de
lectat.Panis autē eſt perfectioris doctrina iuſtitię:quā accipere nō poſſunt niſi exercitati ſenſus cir
ca res ſpūales:qm̄ qui audit neceſſe habet intra ſe tractatib⁹ quibuſdā diſcutere & meditari:quaſi
quibuſdam dentibus ſpiritualibus molere. Idem ſuper illud.Matth.xxii. Miſit ſeruos ſuos vocare
inuitatos.Sicut enim qui mittit in os fragmētum panis,primū molit ipſum dentibus:& ita mittit
in ſtomachū:ſic & cum audimus omne verbum:neceſſe eſt id meditari in ore ſenſus:& quaſi qui-
buſdam dentibus id tractantibus molere : & videre quid eſt qđ dicit: aut vnde dicit:aut propter
quam rem dicit.Nam quēadmodum qualēcunq; cibum niſi maſticauerimus dentibus:non ſenti-
mus ſaporem ei⁹:ita & verbū quod cuſtodimus niſi maſticauerimus tractantes in nobis:nō poſſu
mus intelligere veritatem illius verbi. Nā & manna in ęremo figurā habens verbi,ideo dicit̄ mā-
na qđ interpretat̄ quid eſt hoc,vt quotiēſcūq; audiamus verbū:admoneat nos ipm nomē require
re,quid eſt hoc qđ audimus.Nam quēadmodum non prodeſt cibus niſi cum fuerit maſticatus:&
in ſtomachū deſcenderit: ſic non proficit ad ſalutē verbum niſi cum fuerit intellectum & memo-
rię traditum. Qui autem ſic manducat de ſpirituali conuiuio,impletur ſpiritu: dilatatur ſenſi-
bus:nutritur in veritate:pingueſcit in fide:& ſic ingrediens ad interiora voluntatis dei & manēs
in eis acquirit ſibi vitam æternam. Qui autem ab hoc conuiuio verbi dei longe factus fuerit eua
cuatur ſpiritu: anguſtatur ſenſibus:deficit a veritate:diſtillat a fide: & ſic egrediens ab omnibus



voluntatibus dei nouiſſime cadit in mortem.Sicut ergo ratio naturalis adiutorio luminis natura- G
lis quaſi fodiendo ſub ſignis & intentionibus ſenſibilium quę patent,poteſt in cognitionem venire
eorum quę ſub ipſis latent propter naturalem colligātiam eorum ad ſigna quę patent:ſic ratio na
turalis adiutorio luminis fidei , quaſi fodiendo ſub credibilibus poteſt venire in cognitionem veri-
tatis eorum.licet enim per ſe ad hoc non poteſt deuenire ratio ſolo lumine naturali : quia non ha-
bet veritas latens naturalem ordinem ad illa ſigna quæ patent, ſub quibus credenda proponūtur:
adiutorio tamen luminis ſuperioris, hoc bene poteſt. Vnde ad intellectum veritatis huius corru-
ptam poſſe parere: poteſt peruenire intellectus lumine rationis naturalis : ſed ad intellectum illius
virginem poſſe parere:non niſi lumine ſuperiori.Et ideo ſicut philoſophi ſtuduerunt ad cognoſcē
dum poſteriora ex prioribus:& ad intelligendum veritatem rerum naturalium ſolo lumine ratio-
nis naturalis adiuti : ſic fideles debent ſtudere ad cognoſcendum poſteriora credibilia ex prioribus
vt in primo modo:aut via rationis & cõſuetudinalis operis,vt in ſecũdo modo.Duo vero alii mo
di ſumuntur ex parte rei conſideratę:ꝙ idem conſiderant ſub alia & alia determinatiõe,vel forma
li,vt in tertio modo:vel materiali,vt in quarto modo:ſicut viſum eſt.

¶His expoſitis videndum eſt an aliquo iſtorum modorum theologia aliis ſciẽtiis
cõnexa eſt.Cum igit̃ vt dictum eſt in primo modo ſubalternationis,Scientia quę dicit propter qđ
per rationem ſubalternat ſibi illam quæ dicit de eodem quia tm̃ per experiẽtiam,vt aſtrologia na
ualem:Sacra autem ſcriptura dicit propter quid per cauſam & rationem,de quibus alię ſcientię di
F cunt ſolum quia per experientiam:Idcirco abſolute dicendum ꝙ primo mõ ſubalternationis theo
logia omnes alias ſcientias ſibi ſubalternat.¶Ad cuius intellectum ſciendum:ꝙ ſecũdum dicta ſu-
perius Phi in eis quæ ad creaturas pertinẽt ſolummõ,cauſas ꝓximas colligatas naturaliter ſuis ef-
fectibus principaliter conſiderant:quas ſupponunt dicentes ſolum de illis quia ſunt: non autẽ ad
primum omnium principium voluntarium ab omnibus ſeparatum attendunt: quæ eſt cauſa pro
pter quid aliorum omniũ:quã conſiderat iſta ſcientia,cauſalitatẽ omniũ q̃ fiũt deo aſcribendo etiã
ſuper ea q̃ ſunt pria & ꝓpria pricipia ĩ ſingulis aliis ſuppoſita. Propter qđ dicit̃ Iaco.iiii.Dicitis ho
die aut cras ibimꝰ in ciuitatem illam:& faciemus ibi annum & mercabimur & lucrũ faciemꝰ:qui
ignoratis quid fiet vobis in craſtino pro eo vt dicatis ſi dominꝰ voluerit. Vbi dicit Gloſ.Stultitiã
vocat quia ſuę poteſtatis ęſtimant vbi annum faciant:& in his omnibus ſuperni iudicis examẽ ad
mentem reuocare contemnunt. Vnde & Ioſeph venditionẽ & proſcriptionem ſuam in ęgypto nõ
attribuit maligno fratrum ſuorum conſilio:ſed potius diuinę voluntati,tanq̃ cauſæ primę,q̃ pra-
uas eorum voluntates ordinauit in bonum:cum dixit fratribus ſuis.Geñ.xlv.Non veſtro cõſilio:
G ſed dei voluntate huc miſſus ſum.& cap.vlt. Vos cogitaſtis de me malũ & dominus conuertit il-
lud in bonum:vt exaltaret me.¶Ad modum igitur quo aſtrologia ſubalternat ſibi ſcientiam na-
ualem:quia de principio eodem dicit propter quid per cauſam,de quo nauta ſolũ dicit quia ꝑ ex-
perientiam:theologia ſubalternat ſibi omnes alias ſcientias:quia illa prima quæ ſapiens mũdi ſup
ponit ex experientia:qua ſciunt̃ prima principia primo metaphyſicę & ſecũdo poſter.vt per ſe no-
ta:Theologus dicit habere eſſendi cauſam voluntatem diuinam.vnde nec eſt certum iudicium ex
cauſis proximis quas nouerunt,quouſq; recurratur ad primã cauſam quã attendunt theologi:vt
patet ex dictis ſupra de morte & vita Ezechię,& morbo quẽ ex ope miſericordiæ ĩcurrit vir iuſtꝰ.
Et ideo dicit Auguſt.iii.de trini.Nihil fit qđ non de interiori aula ſummi ĩperatoris aut mãdatur
aut permittitur in iſtius totius creaturæ immẽſa quadã republica.Hoc ergo modo theologia ſub
alternat ſibi omnes ſcientias rerũ cauſas & principia conſiderantes:& hoc quo ad ſcientias ſpecu-
latiuas.Conſimiliter & in eodem modo ſubalternandi ſubalternat ſibi om̃es ſcientias practicas. In
talibus enim ipſum propter quid ſumitur a fine,reſpectu cuius a quolibet alio fine ſub ipſo ſumit̃
ipſum quia.Quæcũq; igitur ſciẽtia finem vltimum operandorum attingit,ſecundum quẽ totum
opus debet regulari,ſubalternare ſibi debet omnes alias ſcientias quę attendunt finem inferiorem
non cognoſcendo rationem finis vltimi.Nunc autem ita eſt ꝙ finis vltimus omnis ſcientię opati-
uę eſt deus inquantũ eſt bonum ſupernaturale creaturę rationalis:quẽ ſola inter ſcientias huma-
nas theologia attingit,dicẽs propter illũ omnia debere operari.Theologia ergo primo modo ſub-



alternationis non ſolum omnes ſcientias ſpeculatiuas, ſed etiã omnes ſcientias operatiuas ſibi ſub-
alternat,dirigens omnes tam ſpeculatiuas q̃ practicas,illas in cognitione veri,iſtas autem in opa-
tione boni:& per hoc vt in ſequentibus determinabit̃,iſta ſcientia eſt principalis ſuper omnes alias
ſcientias & ſpeculatiuas & actiuas.Similiter de ſecundo modo ſubalternationis ſciendum:ꝙ cum
illo modo ſcientia quæ dicit propter quid modo cognitiuo ſubalternat ſibi illam quæ de eodẽ di-
cit quia,modo operatiuo,vt ſtereometria machinatiuã:quia operatiua modũ operãdi ex fine nõ co
gnoſcit,ſed ſolum ex operandi conſuetudine. Hoc modo theologia omnes ſcientias manu operati
uas maxime circa diuinum cultum ſubalternat,regulam & modum operandi ad regulam iuſtitię
eis determinans.Tertio vero & quarto modo ſubalternationis clarum eſt ꝙ nullam aliarum ſcien
tiarum ſibi ſubalternat:quia nulla earum ſubiectum ſuum cum determinatione ſibi extranea cõ-
ſiderat: qualis additio eſt in illis modis ſubalternationis,vt dictum eſt ſupra.Deus enim nullo mo
do determinari poteſt,vt infra dicetur.

¶Ad primum in oppoſitum: ꝙ nulla aliarum ſcientiarum vtitur principiis deter H
minatis in hac ſcientia:Dicendum ꝙ non eſt verum,ſecundum ꝙ quidam credunt:ꝙ hoc eſt ge- Ad primũ
nerale in omni ſubalternatione, ꝙ ſcientia ſubalternata vtitur determinatis in ſubalternante.hoc princi.
enim ſolum habet veritatem in tertio & quarto modo ſubalternationis : non autem in primo &
ſecundo.Perſpectiua enim vtitur demõſtratis in geometria:& muſica demõſtratis in arithmetica
ſed naualis non demõſtrato in aſtrologia vtitur,qa demonſtratum eſt ĩ illa (nõ enim nouit nauta
ex tali cõiunctiõe ſtellarum ſequi tempeſtatem aut tranquillitatem:quia hoc ſupponit ipſe eẽ pro
batum ab aſtrologo) ſed quia hoc experiẽtia multiplici collegit.Similiter machinatiua nullo mo-
do capit principia ſtereometrię:ſed ſolũmodo modũ operãdi ex conſuetudine operandi tenet.dicit
enim Philoſophus.i.metaphyſicæ:ꝙ manu artifices quæ faciunt incognita faciunt,velut ignis cõ-
burit: ſed inanimata natura quadam faciunt:manu aũt artifices per cõſuetudinem. Quia igitur
vt dictum eſt theologia nõ ſubalternat ſibi alias ſcientias ſecundũ tertiũ & quartum modum ſub
alternationis:ſed ſolum ſecundum primum & ſecũdũ:non oportet ꝙ aliquibus pricipiis determi-
natis in theologia vtant̃ aliæ ſciẽtię:licet ex ſuis pricipiis nouerit cãm vt ꝓpter qđ,de quo alię ſciẽ I
tiæ ſolũ nouerũt quia,vt ꝑdictũ eſt.¶Per idem patet ad ſecundum:Dicendo ꝙ non oportet ꝙ ſciẽ Ad ſcđm.
tia ſubalternans mentionem faciat aliquam de propriis principiis ſcientiæ ſubalternatæ:ſed ſuffi-
cit ꝙ conſideret talia principia prima quæ ſufficiunt ad dicendum propter quid de propriis prin
cipiis aliarum ſcientiarum ſi eis applicentur.Et ſi illis applicentur in ſcientia ſubalternante,& pro
bent̃ per ea,hoc accidit ei:nec hoc reqrit ſcientia ſubalternata. Siue em̃ ꝓbet̃ in aſtrologia ꝙ talis
coniunctio ſtellarum eſt cauſa tempeſtatis futurę ſiue non,nihil ad nautã:quia ex propria experien
tia capit notitiam quam habet de hoc. Similiter machinatiua ſola conſuetudine operandi mo-
dum operandi nouit non apprehendẽdo rationes operandorum,vt dictum eſt. Vnde non oportet
ꝙ ſcientia ſubalternata ſupponat a ſuperiori aliquo modo cauſam illiꝰ de quo ipſa dicit quia.ĩ pri
mo em̃ & ſecundo modo ſubalternationis inferior ſciẽtia nihil aduertit de cauſa aliqua quã nouit
ſuperior,vt dictum eſt.Sed ſufficit in illis duobus modis ꝙ ſcientia ſuperior tradat cauſam eorum
quę ſupponunt̃ & dicuntur in ſcientia inferiori.Et quia cauſam talem non aduertit ſcientia infe-
rior,non tangit aut aliquo modo ſupponit: ſed ſolũ ſupponit ex experientia vel ex conſuetudine il
lud de quo ſcientia ſuperior nouit cauſam.Ideo nihil refert ad ſubalternationẽ ſiue illã cauſam tra
dat ſcientia ſuperior via naturalis rationis,ſiue via reuelationis:ſicut tradit principia ſua ſcientia
theologiæ.Et per hoc ad Tertium obiectum. Ad tertiũ

CIrca quintum arguitur ꝙ ſcientia theologiæ ſubalternet̃ alicui alii ſcientię. Pri- A
mo ſic.Scientia illa quæ habet principia ignota de quibus dicit ſolum quia eſt, Queſt.v.
debet habere ſcientiã ſuperiorẽ in qua notificant̃ q̃ dicit de eis propter quid.ali Arg.i.
ter videret̃ vt ſciẽtia qa:qa ex ſimpliciter ignotis ꝓcederet: & ita non eſſet vere
ſcientia:quia non eſt ſcientia niſi ex notis.primo poſter. Scientia illa non eſt niſi
ſubalternans iſtam:quia ſecundum ꝙ dicit Philoſophus primo poſter.propter
quid & quia non differunt per aliam & aliã ſcientiam niſi ꝙ vna ſit ſub altera.
ergo &c.¶Secundo ꝙ ſubalternetur metaphyſicę arguitur ſic.Si ſubiectũ eſt ſub ſubiecto: & ſcien 2
tia ſub ſcientia.Subiectum theologię qđ deꝰ eſt,eſt ſub ſubiecto metaphyſicę qđ eſt ens ſimpliciter
ergo & theologia eſt ſub metaphyſica:non vt aliqua particularium:quia eſt de primo ente de quo
etiam conſiderat metaphyſica:quæ non conſiderat de ſubiecto alicuius ſcientiæ particularis.ergo
&c.¶Tertio ſic.videtur ꝙ ſubalternetur cuilibet alteri,ſic.Scientia quæ dicit quia de eo qđ ſumit 3

ab altera q̃ de illo dicit propter qd,ſubalternat̃ illi. Scientia iſta eſt huiuſmodi reſpectu cuiuſlibet
alterius:quia ſumit in vſum ſuum ꝓpria oĩm ſcientiarũ q̃ ſupponit ab illis a quibus ꝓbant̃,vt in=
In oppo.1. ſra videbit̃.ergo &c.¶Contrariũ arguit̃ primo ſic.illa ſcientia q̃ ſuperior & dignior eſt reſpectu o=
mnium aliarum,& cui alię ſunt adminiſtratiuę,nulli poteſt eſſe ſubalternata: quia ſcientia ſubal=
ternata inferior eſt regulata a ſubalternãte.Iſta ſciẽtia ſic ſe habet reſpectu cuiuſlibet alteri⁹ ſciẽtię
2 vt infra videbit̃.ergo &c. ¶Secũdo ſic.ſcientia ſubalternãs ſemꝑ dicit ꝓpter qd eius cuius ſciẽtia
ſubalternata dicit quia,vt dictũ eſt:ſed nulla alia ſcientia poteſt dicere ꝓpter qd de articulis fidei,
de quib⁹ iſta ſciẽtia dicit qa: qa ſunt ſupra naturalẽ rationẽ,ad q̃ nulla ſciẽtia poteſt attingere vt
B infra videbit̃.ergo &c.

Reſpõſio. ¶Ad hoc plana eſt reſponſio dicendo quo ad oẽs ſcientias humanas, philoſophi=
cas.ſ.ꝙ iſta nulli earũ ſubalternet̃,cũ ipſa omnes ſibi ſubalternet vt p̄determinatum eſt: & cum ſit
principalis ſuper oẽs vt infra dicet̃,& ſemper ſcientia ſubalternans aliquã principalitatẽ habet ſuꝑ
ſubalternatã,vt patet in oĩb⁹ modis ſubalternatiõis. Diſcurrẽdo etiã ꝑ ſingulos modos ſubalterna
tionis,patet ꝙ impoſſibile eſt iſtã ſcientiã alicui ſubalternari.Non primo modo neq̃ ſecundo:quia
in illis ſcientia ſubalternans nouit ꝓpter quid & cauſam,de quo ſubalternata ſolũ nouit qa.Nunc
autẽ vt argutũ ẽ,impoſſibile eſt vt humana ſciẽtia philoſophica.ſ.agnoſcat cauſam,& dicat ꝓpter
C quid eorũ quæ ſunt fidei,de quibus hęc ſcientia dicit quia:quia excedũt naturalẽ rationẽ.¶Specia=
liter autẽ patet ꝙ non ſubalternat̃ alicui earũ in ſecundo modo ſubalternationis,quia ibi ſubalter
natur ſciẽtiæ cognitiuę ſcientia operatiua,q̃ minime eſt ſpeculatiua aut ſapiẽtia.Iſta aũt ſciẽtia ma
D xime ſapiẽtia eſt,vt p̄determinatũ eſt,& oĩno ſpeculatiua,vt ĩfra determinabit̃.¶Specialiter etiã pa
tet ꝙ aliis nõ ſubalternat̃ tertio vel quarto modo,qa nõ habet ſubiectũ determinabile qđ reqrit̃ in
illis modis,neq̃ principia ſua quib⁹ vtit̃ habet probata in aliqua aliarũ ſcientiarũ: qđ requirũt illi
duo modi.Et licet hęc ſcientia nulli ſcientię humanę philoſophicæ ſubalternet̃:aliqui tñ volunt ꝙ
ſubalternet̃ ſcientię ſuphumanę.ſ.diuinæ vel angelicę.Cuius rationẽ aſſignãt aſſumptã in argumẽ
to quodam:qm̃ cuiuſlibet ſcientię principia debent eſſe per ſe nota.Hoc em̃ quantũ eſt de ſe eſt de
ratione principiorũ,ꝙ ſi non in vna ſcientia,ſaltem oportet ꝙ ſint ꝑ ſe nota in alia. Aliter em̃ non
eſſent principia,quia nõ eſſent nota omnino. Eadẽ em̃ videt̃ eſſe diſtinctio notitiæ principiorũ ex
E parte ſcientiarũ,& ex parte ſcientiũ.¶Ex parte autẽ ſcientiũ vt vult Boethius,oportet ꝙ id qđ eſt
principiũ,ſit per notũ,vel oĩbus vel doctioribus ſaltẽ.ꝙ ſi neutro modo eſſet per ſe notũ non eſſet
principium omnino,qđ maxime patet ex hoc, quia etiã illud qđ eſt principium doctioribus venit
ex illo qđ eſt notum omnibus. Si ergo principia theologię q̃ non ſunt nota in ipſa non eſſent nota
in alia ſcientia,nullo modo eſſent nota:ſed ſciẽtia non eſt ſcientia niſi quia ꝓcedit ex principiis no=
tis: Theologia igitur quæ ex ſolis talibus procedit, aut non erit ſcientia, aut ſua principia q̃ nõ
ſunt nota in ipſa,erũt nota in alia ſuperiori.Sed conceſſum eſt ſupra ꝙ theologia eſt ſciẽtia,ergo vt
videt̃ oportet nos cum eis cõcedere ꝙ principia theologię ſunt per ſe nota in aliqua ſuperiori ſciẽ=
tia.Tali aũt ſcientiæ in qua principia alterius ſunt per ſe nota,ſubalternat̃ ſcientia q̃ ſupponit ſua
principia ab alia eſſe nota: igit̃ vt videt̃ oportet cõcedere ꝙ theologia ſubalternet̃ ſciẽtię ſuperiori
ſcilicet diuinæ vel angelicę.Iſta poſitio ex ſimplicitate & ignorãtia naturę ſubalternationis venit.
In ſubalternatione em̃ vt dictũ eſt ſupra, hoc eſt ꝑ ſe & eſſentiale,ꝙ ſcientia ſubalternans dicat ꝓ=
pter quid de quo ſubalternata dicit quia.Nunc aũt principia theologię cũ ſint de oĩno & ſimplici
ter primis,ꝓpter quid ſciri non poſſunt in quacũq̃ ſcientia:quia cognitio ꝓpter quid ſemꝑ eſt per
prius & notius,licet ergo principia theologię ſciant̃ clarius in ſcientia ſuperiori, propter quid tñ
non plus ſciunt̃ in illa ſcientia q̃ in iſta:Immo multo minus,quia ſcientia dei & beatorũ diſcurſiua
non eſt a primo in poſtremũ per mediũ ſicut eſt noſtra, vt alias forte videbit̃. Non eſt aũt ſcientia
ꝓpter quid niſi ꝑ mediũ diſcurſus.Notũ ergo & nõ notũ non faciunt diſtinctionẽ ſciẽtię a ſcien=
tia,vt ſubalternãtis a ſubalternata,ſed ꝙ id qđ ſolũ notũ eſt qa eſt,in vna ſciẽtia,notũ ẽ ꝓpter qd ĩ
alia. Sed illud dictũ eorũ de comparatione notitiæ principiorum in hac ſcientia & in illa ſuperio=
ri bene facit ꝙ vna ſcientia ſit principalis ſuper aliam & regula illius. Eſt enim diuina & bea=
F torum maxime ſapientia & regula prima omniũ humanarũ ſcientiarũ. Abſolute igit̃ dicendũ ꝙ
theologia nulli ſcientię ſubalternat̃ neq̃ diuinę neq̃ humanę,licet ſciẽtia diuina principalis ſit ſu=
ꝑ eã.Alia em̃ eſt ratio quare vna ſciẽtia dicit̃ ſubalternare alterã,de qua habitũ eſt ſupra.Alia vero
eſt ratio quare vna ſciẽtia dicit̃ eſſe principalis reſpectu alteri⁹,de qua videbit̃ ĩfra.Cõcedẽdę ergo
G ſunt rõnes ꝓbantes ꝙ theologia nulli ſcientię ſubalternat̃,q̃ tñ ꝓbant ſolũ ꝙ nulli ſcientię hũanæ.

Ad pri. princi. ¶Ad primum in oppoſitum ꝙ theologia habet principia ignota, dicendum ꝙ li



cet hoc verum ſit:non tamen oportet ꝙ ſubalternetur ſcientiæ,in qua ſunt nota,niſi eſſent nota ĩ
illa ſcientia notitia propter quid & per mediũ:qđ non eſt verum.Immo cognoſcunt̃ in illa ſimplici
apprehenſione ſine omni diſcurſu,vt dictum eſt.Si vero illud appelletur ſubalternatio quãdo vna
ſcientia habet claram & apertam notitiam principiorũ,cuius auctoritate altera ſcientia recipit ea=
dem principia tanq̃ obſcura & nota ſolummodo per fidem, ſcientiæ diuinæ vel beatorum iſta ſciẽ
tia ſubalternatur.Sed poſtq̃ notum fuerit de rebus,& intelligamus quid dicere velimus, diſputa=
tionem de nominibus particularibus relinquamus:& videat qui hoc poterit, vtrum naturæ ſub=
alternationis iuxta determinationẽ Philoſophi congruat.¶Ad ſecũdum ꝙ ſubiectũ theologiæ eſt H
ſub ſubiecto metaphyſicę:ergo ei ſubalternat̃:Dicẽdũ dupl'r.Primo ꝙ falſum eſt:licet em̃ de⁹ ſit ꝑs Ad ſcđm.
ſubiecti metaphyſicæ ĩquãtũ cognoſcibilis eſt in ſcĩa phĩca ex puris naturalib⁹:inquantũ tñ eſt co=
gnoſcibilis per fidẽ & intelligẽtiã ſupnaturalẽ tãq̃ ſubiectũ in hac ſcientia:nõ cõtinet̃ ſub ſubiecto
metaphyſicę:ſed in ratione cognoſcendi pręcedit eius ſubiectũ illđ,& ſeipſum vt pars eſt illi⁹ ſub
iecti,vt infra videbit̃.Vel aliter dicẽdũ:ꝙ licet ſubiectum huius ſcientiæ ſit ſub ſubiecto illius ſciẽ
tiæ:nõ tamen oportet ꝙ illa ſubalternet iſtam.Non em̃ requiritur ad ſubalternationẽ ꝙ ſubiectũ
ſit ſub ſubiecto.In duobus em̃ primis modis ſubalternationis,nõ eſt ſubiectum ſubalternatæ ſub
ſubiecto ſubalternãtis,vt patet.Neq̃ ſequitur ecõuerſo,ꝙ ſi ſubiectũ ſit ſub ſubiecto,ꝙ ſciẽtia ſciẽ
tiam ſubalternet.ſub ſubiecto enim libri Phyſi.qđ eſt corpus mobile ſimpliciter conſiderandũ ſecũ
dum generalia principia & paſſiones motus & mobilis,eſt ſubiectum libri cę.& mun.qđ eſt corpus
mobile ad ſitum:& tamen ſcientia Phy.non ſubalternat ſibi ſciẽtiam cæ.& mun.Vnde metaphyſi
ca q̃uis ſub ſubiecto eius ſint ſubiecta omnium particularium ſcientiarum,vt dicitur.iiii.metaphy
ſicæ,nullam tamen ſcientiarum particularium ſibi ſubalternat:quia propria principia aliarũ ſcien
tiarum nullo modo habet probare:neq̃ cognoſcere niſi in vniuerſali.aliter em̃ nõ eſſent illæ ſciẽtiæ
alię ab ipſa.neq̃ etiam habet defendere principia propria ſcientiarum contra negantes ipſa, niſi
quatenus redundat falſitas cõtra illa in ſua principia propria,vt infra dicet̃.Vnde ꝙ defendit alia
rum ſcientiarum principia, hoc non eſt quia ſubalternet eas aliquo modo:ſed quia eſt ſciẽtia vni=
uerſalis ſuper eas:& illud conuenit ei qa conſiderat id qđ eſt primum & optimum in genere entis
vt dictum eſt ſupra.Et ex hoc etiam ſic principalis eſt ſuper omnes alias, ꝙ aliæ omnes famulent̃
ei & ſubminiſtrent:ſed hoc nihil ad ſubalternationem.Subminiſtratio em̃ & famulatus oĩno aliud
eſt a ſubalternatione:& eſt fatuum dicere ꝙ ſubminiſtratio ſit aliqs modus ſubalternatiõis,hoc em̃
nullus dicit niſi ignorãs Philoſophi determinationẽ circa ſcientiarum ſubalternationem.Submini
ſtratio em̃ eſt ex hoc ꝙ ſcientia inferior parat aliqd in vſum ſuperioris,vt dictum eſt ſupra. Subal
ternatio autem eſt ex hoc magis ꝙ ſcientia ſubalternata mendicat aliquid a ſuperiori : & deficit
circa propriũ cognoſcibile ibi aliqd nõ cognoſcẽdo qđ cognitum eſt a ſciẽtia ſuperiori,vt dictum I
eſt.¶Ad tertiũ ꝙ theologia ſumit ab aliis ſciẽtiis:& dicit qa,de qb⁹ipſę dicũt ꝓpter qd:Dicẽdũ ad Ad tertiũ
hoc,ꝙ licet cõſideratio qa & ꝓpter qd diſtinguũt,vt dictũ eſt,ſciẽtiã ſubalternãtẽ & ſubalternatã:
nõ tñ ſemꝑ ſciẽtia dicẽs qa de aliquo pĩcipio qđ ſumit ab alia,ſubalternat̃ illi a q̃ ſumit, q̃ de eodẽ
dicit ꝓpter qd.Sed tres cõditiões cũ hoc requirunt̃.Prima ꝙ illud tanq̃ principiũ deſcẽdat in totã
ſcientiam quę ſumit illud ab alia.Secunda ꝙ ipſa aſſumat illud mendicãdo propter ſuam indigen
tiã:non autem principãdo ꝓpter ſuum vſum.Tertia ꝙ illud aſſumat quia ſubiectũ ſcientię a quo
aſſumit accipit tanq̃ principale ſuæ conſiderationis.Principia em̃ arithmeticę cadunt in totã mu=
ſicam:quæ muſica mendicat quia non habet alia ſibi propria:& ſuper numerũ qui eſt ſubiectum
arithmeticę,cadit ſua pĩcipalis cõſideratio vt dictũ ẽ.Et ſil'iter eſt de pĩcipiis altimetriæ reſpectu
ꝑſpectiuæ,vt patet ex prędeterminatis.Propter defectũ primi mẽbri Medicina non ſubalternatur
geometriæ : licet geometria de aliquo dicit propter quid de quo medicina dicit quia:neq̃ phyſi=
ca ſimiliter perſpectiuæ : & hoc ideo,quia illud principium de quo dicit propter quid geometria
& medicina quia,non cadit in totam ſcientiam medicinæ:ſed eſt circa aliquam concluſionem ei⁹
tm̃.Similiter eſt de perſpectiua reſpectu phyſicæ.ita ꝙ Ariſtoteles remouet ab iſtis ſubalternatio=
nem:cum dicit in primo Poſterio.de iride . Ipſum quia Phyſici eſt ſcire:ſed propter quid eſt ſpe=
culatiui.Multę autẽ & non ſubinuicem ſcientiarum ſe habent ſic,vt medicina ad geometriã,ꝙ em̃
vulnera circularia ſanantur tardius medici eſt ſcire quia:propter quid autem geometræ. Propter
defectum ſecundi membri theologia non ſubalternatur alicui ſcientiæ a qua ſumit id de quo dicit
quia,& alia propter quid:qa non aſſumit mendicando tanq̃ principia ſuæ ſcientiæ & regulas ſuæ
conditionis.Immo habet principia propria ſuperiora principiis omniũ aliarum ſcientiarum.Sub=
alternata autem ſcientia mendicando principia ſua accipit a ſupiori ſciẽtia: quia nulla habet pro
pria.Sed theologia aſſumit ab omnibus ſcientiis eis principãdo & ĩ vſum ſuum ad declarãdum ea

quæ ex ſuis principiis propriis propter eorum elongationem a nobis,manifeſta eſſe non poſſunt,ni
ſi adminiculo nobis cognitorũ ex ſenſibilibꝰ & ꝓbatis & manifeſtatis in aliis ſciẽtiis : & ſic ordinat
& regulat ea q̃ ſunt aliarũ ſcientiarũ in finem eorũ vltimum,qđ ipſęmet facere non poſſunt.Sicut
ſcientia militaris accipit inſtrumenta ſua ab aliis artibus ſibi ſubiectis,quibꝰ vtit̃ dirigendo eas in
debitos fines,vt inferius amplius declarabit̃.Propter defectũ tertii mẽbri geometria nõ ſubalterna
tur arithmeticę,licet principia declarata in arithmetica deſcendũt in totã geometriã, & ita geome
tra dicit quia de quo arithmeticus dicit ꝓpter quid:quia licet ratio numeri qui eſt ſubiectum ari
thmeticę deſcẽdit in magnitudinẽ,de numero tñ vt eſt numerꝰ nõ eſt ſpeculatio pricipalis geome-
trię:ſed de magnitudine vt eſt magnitudo.Vnde dicit Philoſophus primo Poſte. Tria ſunt in de-
mõſtrationibꝰ.Vnũ qđ demõſtrat̃:cõcluſio aũt hoc.Vnũ aũt dignitates,ex quibꝰ eſt demõſtratio.
Tertio aũt genus ſubiectũ,cuiꝰ ſunt paſſiones.ex qbꝰ igit̃ demõſtratio ſit cõtigit eadẽ eſſe. Quorũ
genꝰ eſt alterũ,non eſt arithmeticã demonſtrationẽ cõuenire in magnitudinibus accidẽtia: niſi ma
gnitudines numeri ſunt.Et ſic cõnexæ ſcientię ſunt,& quodammodo eadem ſcientia arithmetica
& geometria:non tñ ſicut ſubalternãs & ſubalternata,propter cauſam dictã.Si em̃ nullo modo eſ-
K ſent eadẽ nũq̃ deſcẽderẽt principia demonſtrationis arithmeticę in geometriã.Semper em̃ ſcientię
ſunt aliquo modo eadẽ ſcientia,quarũ vna dicit quia,& alia ꝓpter quid.ꝓpter quod dicit Philoſo-
phus ibidem.Aut ſimpliciter neceſſe eſt idem eſſe genus,aut ſic,ſi debet demonſtratio deſcendere
Aliter autem impoſſibile eſſe manifeſtũ eſt.ex eodem em̃ genere neceſſe eſt vltima eſſe & media.
Dicit autẽ ſimpliciter,ꝓpter ſubalternãtes & ſubalternatas, q̃ ſunt in oĩbus modis ſuis quaſi eadẽ
ſcientia,vt patet inſpicienti.Dicit aũt ſic,propter ſciẽtias quę ſe habent adinuicẽ ſecundũ ordinem
quẽdam & cõnexionem,licet vna non ſit alteri ſubalternata,ſicut arithmetica & geometria.

L

Queſt.vi. Arg.i. CIrca.vi.arguitur ꝙ iſta ſcientia nõ ſit principalior ſcientiarũ. Primo ſic. ꝓbata a
ſcientia principali ſumunt & ſupponũt alię,non ecõtrario.vt alię ſciẽtię ſumunt
& ſupponũt ꝓbata a metaphyſica,& generaliter ſciẽtia ſubalternata a ſciẽtia ſub
alternante.Nulla aũt aliarũ ſcientiarũ ſumit & ſupponit aliquid probatũ ab iſta
2 ſciẽtia.ergo &c.¶Scđo ſic.illa ſciẽtia eſt pricipalior aliis q̃ ẽ vniuerſalior,ſub cuiꝰ
ſubiecto cõtinentur ſubiecta aliarũ. ſecundũ qđ metaphyſica principalis eſt ĩter
ſciẽtias philoſophicas,ſecũdũ Philoſophũ.i.&.iiii.Metaph.& talis non eſt iſta ſciẽ
tia:qa ſubiectũ eiꝰ qđ eſt deꝰ,eſt ſub ſubiecto metaphyſicę qđ eſt ens:& eſt quaſi q̃dã ps entis ſcđm
3 Auicen.i.Metaphyſicæ ſuę,ergo &c.¶Tertio ſic.illa ſcientia nõ eſt principalis quę ſupponit tanq̃
ſubiectũ ſuum qđ in alia ſciẽtia probat̃:iſta ſciẽtia eſt huiuſmodi.Supponit em̃ tãq̃ ſuum ſubiectũ
ſcilicet deũ eſſe,qđ ſecundũ Auicen.ꝓbatur in ſciẽtia philoſophica. Supponit etiã & ſumit in ſuũ
4 vſum alia plura probata in aliis ſciẽtiis,vt infra patebit.ergo &c.¶Quarto ſic. Philoſophus dicit.i.
Metaph.de ſcientia illa.Potior hac neq; vna.ſed illa q̃ eſt potior eſt principalior,ergo illa eſt princi-
5 palior omnibus:non ergo iſta.¶Quinto ſic.Sciẽtia principalior aliis debet eſſe iudex & regula alia
rum ſecundũ Philoſophũ.iiii.Metaph.qđ non poteſt eſſe iſta ſcientia.quia ſecundum Aug.xiii.de
Tri.c.i.eius nõ eſt cognoſcere niſi ea q̃ ſunt fidei.p q̃ nõ poſſunt iudicari vel regulari ea q̃ ſunt alia
rum ſcientiarũ.quia q̃ ſunt fidei non cognoſcunt̃ niſi lumine ſupernaturali.quę ſunt aliarũ ſcien-
6 tiarũ iudicari,cognoſci,& regulari habent lumine naturali.ergo &c.¶Sexto ſic.nullus bene iudi-
cat niſi q̃ nouit:ſed huius ſciẽtię nõ eſt noſcere illa quę ſunt aliarũ ſciẽtiarũ,vt ꝙ anguli trianguli
ſunt ęquales duobus rectis,& cętera huiuſmodi.ſcientię autẽ principalis eſt iudicare illa quę ſunt
In oppo. aliarum.ergo &c.¶Contra eſt.qm̃ ſcientia quę eſt aliarũ ſapiẽtia principalis eſt ſuper alias,ſecun-
dum Philoſophũ.i.Metaph.hęc ſcientia eſt huiuſmodi vt habitum eſt ſupra.ergo &c.

M

Reſpõſio. ¶Dicendũ ad hoc,primo intelligendo ꝙ ſcientia vna non dicitur altera principa
lior ex hoc ꝙ melior eſt & vtilior,honorabilior,dignior,certior, aut aliquid hmõi : ſed ſolũ ex hoc
ꝙ habet pręrogatiuã aliquã ſuper illã in dirigendo & regulando eã aliquo modo.vnde etſi libera-
les ſciẽtię ſpeculatiuę digniores & meliores & certiores dicant̃ ſciẽtiis mechanicis,& vniuerſaliter
ſciẽtiis practicis:non tñ dicunt̃ principales reſpectu illarũ,quia nullã pręrogatiuã regiminis habẽt
ſuper eas,neq; eis principant̃ in aliquo.Sed ſcientia ciuilis dicit̃ principalis reſpectu omniũ artium
mechanicarum q̃ exercendę ſunt in ciuitate,quia oẽs ordinat diſponit & regulat,vt dicit Philoſo-
phus.i.Ethi.Sciendũ igit̃ cum duo ſint genera ſcientiarũ liberaliũ ad quę oẽs alię reducunt̃:Quæ-
dã em̃ ſunt practicę,quarũ finis eſt bonũ ſiue operatio: Quędã vero ſpeculatiuę, quarũ finis eſt ve
ritas ſiue cognitio,vt dicit Philoſophus.ii.Metaph. Regimẽ aũt omne conſiſtit in directione rei in
ſuum finẽ: ſi igit̃ aliqua ſcientia dicit̃ principalis reſpectu oĩm aliarũ, hoc erit reſpectu ſpeculatiua
rũ dirigẽdo eas in cognitiõe veri,& reſpectu practicarũ dirigẽdo eas in opatione boni.& illa q̃ talis



eſt:ipſa reuera principalis debet dici reſpectu omniũ ſcientiarũ:talis autẽ eſt hęc ſcientia theologię
Idcirco abſolute dicẽdũ ꝙ theologia ſimpliciter eſt ſciẽtia principalis & pricipaliſſima oĩm ſciẽtia-
rum:& ſpeculatiuarũ regulãdo oẽs ſpeculatiuas in finẽ ſuum quo ad cognitionẽ veri:& practicarũ
regulãdo oẽs practicas in ſuũ finem quo ad opationem boni.ſecũdũ ꝙ iſtę duę cauſę primum verũ
& vltimũ bonũ,principaliter cadũt in cognitiõe huius ſciẽtię.Propter qđ etiã dicta eſt ſapiẽtia ſup
oẽs alias ſcias,vt determinatũ eſt ſupra.¶Ad cuius intellectũ ſciẽdũ ꝙ duplex eſt modus pricipali N
tatis ſcię vnius ſup alias:quoꝝ vnꝰ eſt in ſciẽtiis ſpeculatiuis:aliꝰ vero eſt ĩ ſciẽtiis practicis. In ſciẽ
tiis em̃ ſpeculatiuis eſt pricipalitas vl̃itatis.ſm ꝙ in ſciẽtiis ſpeculatiuis illa dr̃ eſſe principalis q̃ eſt
ſup oẽs alias vl̃is.In ſciẽtiis vero practicis ẽ pricipalitas reſpectu actiõis.ſm ꝙ ĩ ſciẽtiis practicis illa
dicit̃ principalis q̃ ſup oẽs alias dominiũ habet atq; imperiũ.ſm ꝙ Philoſophus in primo Eth.vo-
cat ſcientiã ciuilem pricipalẽ & architectonicã ſup oẽs ſcĩas practicas tã liberales q̃ mechanicas.De
ſciẽtia igit̃ principali in ſpeculatiuis,Sciendũ primo ꝙ in ſciẽtiis ſpeculatiuis illa dicit̃ pricipalis &
vl̃is reſpectu aliarũ,q̃ conſiderat cauſas altiſſimas & prima principia oĩm:cum alię conſiderẽt cau
ſas inferiores quæ per illas cauſas primas & altiſſimas regi habẽt. Propter qđ ſicut patet primo &
quarto metaphyſicę,Phus metaphyſicam principalem & vniuerſalem ſciẽtiam ſup alias ponit:vo-
cans eã ſapientiã & primã philoſophiã.Nunc aũt ita eſt ꝙ theologia ſimpliciter cõſiderat de rebꝰ
magis altis in oĩbus entibus:& q̃ intellectũ naturalis rõnis excedũt: etſi aliqua ex illis nõ omnino
eum excedunt:quia magis vl̃ia ſunt & prima:& ideo remotiſſima a ſenſu difficillima ſunt hoĩ co-
gnoſcere,vt dicitur ĩ primo metaphyſicę:cum alię ſcientię conſiderẽt de eis q̃ naturali rationi ſub
ſunt,vt dictum eſt ſupra.& ſunt illa altiſſima prima in eſſe & in veritate:quia diuina:& ideo cau-
ſę oĩm aliorũ:p q̃s ipſa nõ ſolũ in eſſe:ſed in veritate & cognitiõe hñt regulari:& in vl̃i quo ad cõ-
munia & gñalia pricipia cuiuſlibet gñis entis:de qbꝰ cõſiderat metaphyſica in particulari quo ad
ꝓpria principia vniuſcuiuſq; gñis entis de qbꝰ conſiderãt diuerſæ ſciẽtiæ particulares.Deus em̃ vt
dicit Phus,cauſarũ & oĩm pricipiũ qđdã eſt. Quia igit̃ de deo conſiderat theologia illa q̃ ipſi ſoli
ſunt naturaliter cognita:ſed creaturę rõnali ſupnaturaliter reuelata:& q̃ naturali rõne nõ ẽ poſſi-
bile pſcrutari.ſecũdũ q̃ deus eſt principium oĩm & origo:vt ſunt regulę artis diuinę ĩ verbo,& vo
luntatis ĩ ſpiritu ſan.&c.hmõi quę extẽdũt ſe ad pticcularia rerũ:hęc ſcientia ſequit̃ modũ diuinę
ſapientię,vt poterit attingere pticularia aliarum ſciẽtiarũ ſm ꝙ rationem ſubiecti huius ſciẽtię in-
duunt,& cognoſcere ea,vt ſic rõne virtutis principioꝝ & ſubiecti huius ſcientiæ:licet ſit ſimpliciſ
ſimũ & minime cõmune in ſe,iſta ſcĩa vl̃ior dicat̃ omnibus etiam metaphyſica.& ſecũdũ hoc ipſa
certiſſime regulare habet oẽs ſciẽtias conſiderantes cauſata ab iſtis primis principiis q̃ de deo con-
ſiderat iſta ſcientia:& hoc approbando bene dicta & cõdẽnãdo errata in eis. Et ideo dicit Augu.in
lib.ſanctę viduitatis de hac ſciẽtia:ꝙ doctrinę noſtrę regulam figit.& lib.ii.contra Chryſoſto.Salu-
bri vigilãtia canon eccleſiaſticus cõſtitutꝰ eſt:ad quẽ certi & ꝓphetarũ & apl'oꝝ libri ptinẽt:quos oĩ
no diiudicare non audemus: et ſecũdũ quos de cęteris literis vel fideliũ vel infidelium libere iudi-
cemus.& ſecũdo de doc.Chriſt.dicit de hac ſciẽtia. Quicqd hõ extra eã didicit ſi noxiũ eſt ibi dãna
tur:ſi verum,ibi ĩuenitur.i.ex eis quæ ibi tractant̃ verum eſſe cognoſcit. Quæcunq; enim eis quæ
fidei ſunt conſentanea in aliis ſcientiis,proculdubio vera ſunt cenſenda: quæcunq; vero repugnan
tia falſa ſunt omnino iudicanda.Vnde ea quæ ſunt huius ſciẽtiæ, regulæ ſunt om̃is veritatis oĩm
ſcientiarum etiam in diſcendo eas. ſecundum ꝙ dicit Auguſti.ii.de doc.Ghriſt ꝙ inſtructus fide
charitatis diuinarum ſcripturarum cæteras ſcripturas ſecurius leget: ne præoccupẽt imbecillum
animũ:& piculoſis mendaciis atq; phantaſmaticis eludentes præiudicent aliquid contra intelligẽ
tiam ſanam.¶De ſcientia vero principali in ſcientiis practicis ſciendum eſt ſecundo ꝙ in illis ſcien O
tiis ſcientia illa dicitur principalis & architectonica reſpectu aliarum & regula directiua illarum q̃
vltimum finem operandorum conſiderat:ad quem fines omniũ aliarum ordinãtur.ſecũdum enim
ꝙ dicit Philoſophus in principio Ethi.ciuilis ſcientia principalis eſt & architectonica reſpectu oĩm
artium quæ obſeruantur in ciuitatibus:quia ordinat quas diſciplinarum debitum eſt eſſe in ciui-
tatibus:& quales vnũquẽq; addiſcere & vſquequo:& quia continet omnes alias ſub ſe:& leges po-
nit vniuerſales quid oportet opari & a qbꝰ abſtinere ĩ ciuitatibꝰ & p̃cipit cęteris:& ꝙ hoc cõuenit
ei:quia finis eius cõplectit̃ fines omniũ aliarũ.Nũc aũt ita ẽ ꝙ theologia finẽ vltimũ omnium ope-
randorum conſiderat : ad quẽ fines omnium operationum & ſcientiarum practicarum ordinãtur
.ſ.diuinam viſionem & amorem:quia in eis conſiſtit vltima beatitudo: & ideo omnes alias in finẽ
ſuum habet ordinare & dirigere & regulare eas:& determinare quas illarum oportet vnũquenq;
addiſcere & vſq; ad qđ tempus:& a quibus abſtinere:& debet leges viuendi omnibus imponere:&
bene acta in ſingulis commendare & male acta improbare,ſecundum ꝙ de his om̃ibus Aug.xiiii.

de Ci.dei dicit ſic.Quicqd Philoſophi inter falſa q̃ opinati ſunt verũ videre potuerunt, & laborio
ſis diſputatiõib⁹ ſuis pſuadere moliti ſunt,videlicet quẽadmodũ mũdũ fecerit de⁹: eũq; ipſe prudẽ
tiſſimus adminiſtret,de honeſtate virtutũ,de amore patrię,de fide amicitię,de bonis operibus atq;
omnibus ad mores probos pertinentib⁹ rebus, q̃uis neſcientes ad quem finẽ & quonã eſſent omnia
iſta referenda,propheticis,hoc eſt diuinis vocibus potius q̃ per homines illos populo commenda-
ta ſunt,non argumentationũ cõcertationib⁹ inculcata, vt nõ hoïs ingenium ſed dei eloquium cõ
tẽnere formidaret,qui illa cognoſceret.& ibidẽ.Quid aget? vel quo vel qua vt ad beatitudinẽ per
ueniat humana ſe porriget infelicitas,ſi diuina non ducit auctoritas?quaſi dicat,certe oĩno neſcit
Vnde principia huius ſciẽtię continẽt virtute principia oĩm aliarũ ſciẽtiarũ,& per hoc etiã quodã
modo iſta ſcientia cõtinet in ſe oẽs alias:& quęcũq; in aliis ſcientiis continẽtur. ſicut dicit Ambr.
ſuper Lucã in principio.qđ bene expoſuit Aug.cum dixit in epiſtola ad Voluſianum.Hic phyſica
qm̃ oẽs oĩm naturarũ cauſę in deo ſunt:hic Ethica,qm̃ vita bona & honeſta nõ aliũde ſumiẽ, q̃ cũ
ea q̃ diligẽda ſunt diligunẽ quẽadmodũ ſunt diligẽda,hoc eſt de⁹ & ꝓxim⁹.hic logica :qm̃ veritas
lumenq; animę rationalis non niſi deus eſt,Hic laudabilis reipublicæ ſalus. Neq; eñ cuſtodiũtur
optimę ciuitates niſi fundamẽto & vinculo fidei fraternęq; concordię cum bonum cõmune diligiẽ
qđ ſummũ & potiſſimũ de⁹ eſt,atq; ĩ illo ſynceriſſime ſe hoĩes diligũt. Vnde vt determinat Aug.
P in epiſtola ad Dioſco.errores gentiliũ ſiue de moribus,ſiue de natura,ſiue de ratione inueſtigandę
veritatis:in quib⁹ Platonici Stoicis & Epicureis maxime reſiſtere arbitrati ſunt ad ſuũ pertinere
officiũ:duraſſe vſq; ad tempora chriſtiana cõſtat.Cum eñ Plato a Cicerone apertiſſime oſtẽditur
non in humana ſapiẽtia ſed diuina,vnde humana quodãmodo attendiẽ, veritatem cõſtituiſſe, &
finem boni,& cauſas rerũ & ratiocinandi fiduciam,Epicureis & Stoicis regulam cõprehendẽdę ve
ritatis in ſenſibilib⁹ ponentib⁹,quis iſtis contradicẽtibus audiret Platonicos non valẽtes auctorita
te turbas terrenarũ rerũ delectatione cęcatas ad inuiſibiliũ lumẽ ducere?Quos certe nos ſic obmu
tuiſſe conſpicimus, vt ſiqua ſecta erroris contra eccleſiã Chriſti emerſerit,niſi noĩe cooperta chri-
ſtiano ꝓſilire non audeat.Ex quo intelligiẽ ipſos quoq; platonicę gentis philoſophos paucis muta
tis q̃ chriſtiana improbat diſciplina,inuictiſſimo regi Chriſto ceruices oportere ſubmittere,q iuſ-
ſit & creditum eſt,qđ illi vel proferre metuebant.Non eñ putandũ eſt ad ſequendã veritatẽ me-
lius cõſuli potuiſſe generi humano,q̃ vt homo ab ipſa veritate ſuſceptus recta pręcipiendo & di-
uina faciendo ſalubriter credi ſuaderet,qđ nondũ prudẽter poſſet intelligi.Tũc eñ Platonis ſcho-
la Romę floruit habẽs acutiſſimos & ſolertiſſimos viros:q cũ Chriſti nomẽ terrenis regnis ãmirãti
bus crebreſceret,emergere cœperũt ad proferendũ atq; aperiendũ quid Plato ſenſit. Itaq; totum
culmen auctoritatis lumenq; rationis in illo vno ſalutari noĩe atq; in vna ei⁹ eccleſia recreãdo atq;
reformando humano generi cõſtitutũ eſt,vnde patet ꝙ omnis humanę ſcientię altercatio per iſtã
vt per finẽ & regulam aliarũ terminata eſt. Abſolute ergo dicendũ eſt ꝙ theologia ſuper oẽm ſciẽ
tiam & ſpeculatiuam & practicã principalis eſt:& hoc ſecundũ illum modũ quo dictum eſt ſupra
ꝙ ambas ſubalternat, vt patet ex ꝑdeterminatis : & habet oẽs gubernare & regere tam in cogni-
tione veri q̃ in operatione boni.Ita ꝙ quicqd regulis fidei non congruat, quantumcũq; humanæ
ſapientiæ appareat,reſpuendum eſt:quicquid autem congruat,quantumcunq; humanæ ſapien-
tię contradicat ſuſtinendum eſt.Fides eñ eſt menſura ſcientię dei.vt dicit Gloſ. ſuper illud Leuit.
ii.Tollet pugillum ſimilę. Vnde & iure diuino debet regi vniuerſa reſpublica mundi, & re vera
regitur, inquãtum a regulis diuinæ legis oẽs alię leges deriuantur, & per ipſas menſuranẽ vt ap-
probentur vel reprobenẽ.Homo igiẽ fidelis maxime cui credibilia huius ſcientię facta ſunt intelli-
gibilia,iam ſpiritualis exiſtens,ex hac ſcientia omnia tam in ſpeculandis q̃ in agendis habet iudica
re ſufficienter ex hac ſcientia inſtructus:cũ ipſe in eis q̃ ſunt huius ſcientiæ,a nemine iudicandus
ſit.Q; ſi pauci ad hanc perfectionẽ deueniunt non eſt defectus ex parte ſcientię,ſed noſtra,vt dictũ
eſt ſupra.& ideo dicit Apl's.i.Col.ii.Aĩalis homo non percipit ea quę ſpũs dei ſunt & non poteſt in
telligere.Spiritualis autẽ iudicat omnia,& ipe a nemine iudicaẽ.vbi dicit Gloſ.ſuper illud.Iudicat
omnia.Non quidẽ quæ continet diuina ſapientia,ſed quę ad iuſtitiã & vitam ſufficiũt.i.omnia iu
dicanda iudicat certa fide.nec ſolum eſt principalis ſuper omnes cognitiuas ſpeculatiuas & pra-
cticas:immo etiã ſuper omnes operatiuas.Omnis eñ ad regulã debet ſuũ opus dirigere inquantũ
ſubalternat etiã eas vt dictum eſt ſupra.

Q Ad primũ principale

¶Ad primum in oppoſitum ꝙ nulla ſcientia ſupponit ab iſta,ſed iſta ſupponit ab
omnibus:dicendũ ꝙ aliquid ſupponiẽ in vna ſcientia vt p ſe notũ,qđ ſupponiẽ ab alia tãq̃ ſubiectũ



ſcientię,vel principiũ ꝓbandi ꝓprias cõcluſiones ſciẽtię,aut tanq̃ adminiculans ad notificãdũ ea q̃
ꝓ ſe conſideranẽ in ſcientia:qđ tñ neq; eſt ſubiectũ neq; per ſe principium probandi ꝓprias conclu
ſiones ſcientiæ.Qñ ſciẽtia vna ſupponit ab alia ſubiectum ſuum, vel prĩcipiũ aliqđ probandi ſuas
ꝓprias cõcluſiões:tũc illa ſciẽtia a qua tale ſupponiẽ, eſt ſciẽtia principalis.Hoc modo iſta ſciẽtia
a nulla alia ſumit aut ſupponit:ſed magis omnes alię ſcientię ab iſta vt iam dicetur.Quãdo vero
vna ſcientia ſupponit ab alia adminiculãs ſolum ad declarandum illa quæ pertinent ad ſuam ſciẽ-
tiam,tunc non oportet quin ſcĩa q̃ tale quid ſupponit ab alia,ſit ſcientia principalis.ſecũdũ ꝙ me-
taphyſica multa talia ſupponit a phyſica:& tñ metaphyſica eſt ſciẽtia principalis ad phyſicã.Hoc
modo iſta ſcientia ſupponit & ſumit ab aliis ſcientiis quæcũq; ab eis aſſumit ad vſum ſuum. Vel
poteſt dici ſecũdum prædicta,ꝙ ſcientia vna ſupponit aliquid & ſumit ab alia:aut tanq̃ mendicãs
a prędominante: aut tanq̃ vtens a ſubminiſtrante.Primo modo accipere ab alio eſt contra naturã
ſcientię prĩcipalis.Scđo modo nõ.& hoc modo theologia ſumit ab aliis ſcientiis declarata,vt dictũ
eſt ſupra.ſicut & metaphyſica ſumit declarata a phyſica. ¶Ad ſecundũ,ꝙ ſubiectum huius ſcien- R Ad ſcdm
tię eſt ſub ſubiecto metaphyſicæ:non ergo hęc eſt principalis ad illam:Dicendũ ad hoc ꝙ deum cõ
tingit conſiderare dupliciter. Vno modo ſecundum id qđ eſt in ſe cognoſcibile de ipſo,non ex cõ
paratione ad creaturam.Alio modo ſecũdum id qđ cognoſcibile eſt de eo in comparatiõe ad crea
turam.Vtroq; modo cõſideratio de deo cadit ſub hac ſcientia.Secundo modo ſolũ ſub ſciẽtiis phi
loſophicis. Et ideo iſta ſcientia primo conſiderat de deo rationes quæ conueniũt ipſi abſq; oñi re-
ſpectu ad creaturas:vt ſunt maxime ea quę pertinent ad trinitatem perſonarum.Secundo vero cõ
ſiderat in eo rationes ſecundum quas procedunt creaturę in eſſe ab ipſo.Tertio vero & vltimo cõ
ſiderat de ipſis creaturis:inquãtũ.ſ.manet in ipſis impreſſum diuini eſſe veſtigium, & dimittit cõ
ſideranda ſcientiis philoſophicis entia creata ſecũdũ id qđ ſunt in ſe in natura & quiditate ſua:ſi-
cut metaphyſica conſiderat de vnoquoq;,inquantum ens eſt ſimpliciter,& dimittit ſcientiis parti
cularibus conſiderare diuerſa entia particularia inquantũ ſunt entia talia mobilia vel immobilia &
hmõi.Scientiæ vero aliæ primo conſiderant de creaturis:vltimo vero de deo inquantum relucet
cognitio eius ex creaturis.ſ.inquantum ex creaturis cognoſcitur eſſe principiũ earum ſecũdũ po-
tentiam in producendo, ſecundum ſapiẽtiam in diſponendo, ſecundum bonitatem in ordinando.
Et quia iſto modo conſiderandi deum vt.ſ.conſideratur in ſcientiis philoſophicis, non eſt deus id
quod primo mẽs in rebus concipit(dico conceptione diſcretiua diſcernendo ipſum ab aliis. conce
ptione enim abſoluta eſt id quod etiam in naturali notitia mens primo concipit,vt infra oſtendeẽ)
Immo primus conceptus diſcretiuus naturalis cognitionis ex creaturis eſt ratio entis ſimpliciter
ſub quo concipit ſecundario rationem entis prĩcipiati & principiantis.conſiderando enim id quod
eſt creatum: quia mobile & tranſmutabile eſt,non poteſt habere eſſe a ſe:ſed neceſſario recipit ip-
ſum ab ente aliquo immutabili: Sub conſideratione entis ſimpliciter Philoſophus deuenit in co-
gnitionem dei non ſecundum id quod eſt in ſe abſolutum a creaturis, ſed ſecundum ꝙ eſt crea
turarum principium:& ſecundum illa quæ concurrunt ad rationem principiandi in actu creatu-
ras,quæ ratio non manifeſtatur naturali cognitioni intellectus niſi ex productione creaturæ , ſi-
cut neq; eſſe deum.Hoc ergo modo cognoſcendi deũ de⁹ cadit ſub ſubiecto metaphyſicę quod eſt
S ens ſimpliciter,eo ꝙ intentio entis ſimpliciter prior eſt nobis q̃ intentio prĩcipii:quia vt dicit Aui
cen.primo metaphyſicæ ſuæ,ens abſolute non eſt principium:ſed accidit ei eſſe prĩcipium alterius
vt creaturæ.Eſt enim deo quaſi accidens ꝙ ſit creaturæ principium.accidit enim enti ſimpliciter
habere principium eſſendi:quia non omne ens eſt huiuſmodi.Deus enim non habet eſſendi prin-
cipium.Quia vero modus conſiderãdi deum inquantum ſcilicet cadit vt ſubiectum in conſidera-
tione huius ſcientiæ, ſcilicet quo ad cognitionem de eo ſecundum ſe nõ ex creaturis habitam:ne
q; natam haberi ex creaturis:quæ eſt infallibilis ratio acquirendi etiam notitiam illam quæ nata
eſt haberi de ipſo ex ipſis creaturis:& etiam eius quæ nata eſt haberi de ipſis creaturis: Iſto modo
cognoſcendi deum,deus nequaq̃ cadit ſub ente ſimpliciter qđ eſt ſubiectum metaphyſicæ.Immo
præterit totam rationem & cõmunitatẽ illius entis.illud enim ens nihil cõtinet niſi qđ eſt principi
um vel principiatum inquantum huiuſmodi:& ideo licet continet omne creatum ſecundum o-
mnem rationem quiditatis & eſſentiæ creaturæ,deum tamen non continet vt in ſe aliquid eſt: ſed
ſolum inquantum principium quoddam eſt,qđ cognitum eſt de ipſo a poſteriori in ſciẽtia philo-
ſophica & a priori in ſcientia iſta.Et inquantum cognitum a poſteriori naturali cognitiõe ex crea
turis,cadit intentio principii ſub intentione entis ſimpliciter.Inquantum vero cognitum a prio-
ri cognitione ſupernaturali non cadit intentio principii in deo ſub ratione entis ſimpliciter: qđ cõ

mune eſt creatori & creaturæ:qa eſt poſterioris naturæ. Sicut & poſterioris naturæ eſt ipſa crea
tura:quæ eſt pars quædam a qua abſtrahitur intentio entis ſimpliciter. Et hoc modo deus eſt id
qđ prius per intellectum ſupernaturaliter cōcipitur,q̄ intentio entis ſimpliciter:& ipſe deus,vt in
fra videbiť,eſt vera ratio cōcipiēdi tale ens ſimpliciter.Et ſic patet ſuppoſitū ſupra, quomodo iſta
ſcientia rōne ſui ſubiecti vniuerſalis habet dici ſuper omnem ſciētiam philoſophicam & metaphy
T ſicam.¶Ad tertium ꝙ iſta ſcientia ſupponit ſuum ſubiectum ſcilicet deū eē a metaphyſica:qa hoc
Ad tertiū ibi probatur:Dicendum ſecundum iam dicta,ꝙ deum eſſe inquantum habet rationem cauſę,vt a
quo iam aliquid eſt cauſatum in effectu,hoc modo probatur deum eſſe in metaphyſica:& ſecun
dum iſtam rationem cadit deus ſub ſcientia philoſophica ſicut pars ſubiecti : & ſecundum iſtam
rationem præciſam non cadit vt ſubiectum ſub iſta ſcientia.Deū aūt eſſe cognoſcitur ſcđm id qđ
eſt in ſe:& ſecundum rationem qua eſt cauſatiuū omnium,etiam anteq̄ creaturam produxerit,
hoc modo cadit vt ſubiectum in hac ſcientia:& hoc mō non poteſt probari eſſe ex ſcientia philoſo
phica:qa nec ſic om̄ino cognoſcibilis eſt ex ſcientia philoſophica. Et ideo hæc ſcientia non ſumit
aut ſupponit ſubiectum ſuum a prima philoſophia:ſed magis a diuina auctoritate : qua dicitur
Deutero.vi.Audi Iſrael: dominus deus tuus,deus vnus eſt.Immo vt aliquid amplius dicamus
prima philoſophia & omnis philoſophica ſcientia poti⁹ ſuū ſubiectū ſumit & ſupponit ab iſta ſcīē
tia.Iſta enim ſcientia vt dictum eſt conſiderat de deo ſecundum id qđ eſt in ſe: & vt omnium eſt
cauſatiuum etiā anteq̄ fierent.cōſiderat etiam omnia cauſata ab ipſo inquantum in ſe habent ef
figiem quandam diuini eſſe. Aliæ vero ſcientiæ conſiderant res cauſatas a deo ſecundum quidita
tes & eſſentias earum, in quibus effigies diuini eſſe fundatur : & ipſum deum inquantum actu
eſt cauſa illorum.Et ideo ſicut a metaphyſica omnes aliæ ſcientiæ philoſophicę ſumunt & ſuppo
nunt ſua ſubiecta : quia ipſa conſiderat vt ſubiectum ſuum ens ſimpliciter ſecundum commu
nem rationem entis:quælibet autem alia ſcientia conſiderat aliquod particulare ens ſecundum ali
quam particularem rationem entis:ſub ratione entis ſimpliciter contentā,vt dicitur quarto me
taphyſicę:conſimiliter quia iſta ſcientia conſiderat vt ſubiectum ſuum deum ipſum ſecundum ſe:
& omnia alia inquantum habent in ſe diuini eſſe effigiem, ex qua habent rationem entis ꝙ ſunt
quiditas & natura alicuius p̄dicamēti,vt infra dicetur : q̄ omnis ſcientia philoſophica conſiderat
ſecundum ſuas quiditates naturas & eſſentias,quæ ſunt ſicut particularis ratio in ipſis ſub ratio
ne diuini eſſe in ipſis,omnis alia ſcientia competenter dicenda eſt ſumere & ſupponere ſubiectum
V ſuum ab iſta:& ſic omnino contrario modo ſe habet res q̄ ſupponatur in argumento. ¶Ad quar
Ad q̄rtū. tum: ꝙ prima philoſophia eſt potior ſcientiarum : Dicendum ꝙ verum eſt inter ſcientias philo
ſophicas ad quas Philoſophus in dicto ſuo reſpectum habuit: non autem reſpectu huius,ad quam
nō aduertit:aut ad illam ſuā ſcientiam,ſi verū dixit,comparari nō intendit:quia iſta potior eſt oīb
X us ſcientiis philoſophicis vt in prædeterminatis patuit,& in ſequenti quęſtione patebit.¶Ad qn
Ad qntū. tum ꝙ iſta ſcientia non poteſt eſſe iudex & regula aliarum:& ideo non eſt principalis: Dicendum
ſecundum prædicta, ꝙ in veritate iſta ſcientia iudex eſt aliarum & regula.Et ꝙ aſſumitur in ar
gumento:ꝙ per ea quæ ſunt fidei iudicari non poſſunt illa quæ ſunt aliarum ſcientiarum neq; re
gulari:quia alio mō cognoſcunť hæc & illa:Dicendū ꝙ hoc non impedit: quoniam ſciētia ſuperior
principalis non iudicat neq; probat ea q̄ negātur in ſcīa inferiori,niſi ſecundū ſuū modum non ſe
cundum modum ſcientiæ inferioris:ſicut primus Philoſophus in prima philoſophia reprobat er
rorem dicentem ꝙ ens eſt vnum per diuiſionem vnius & entis,quæ pertinent ad conſiderationem
Y metaphyſici non naturalis. ¶Ad ſextum : ꝙ huius ſcientiæ non eſt noſcere illa quæ ſunt alia
Ad ſextū. rū ſcientiarum:quare neq; iudicare: Dicendū ad hoc : ꝙ ſicut dupliciter eſt iudicare aliquid eſſe
rectum:vno modo ex natura propria recti in ſe conſiderata,proſpiciendo an medium exeat ab ex
tremis:Alio mō ex applicatiōe ad regulam rectam,de qua non dubitatur ꝙ recta ſit: Primum dif
ficile multum eſt:& ſolum artificis in ſcientia ſpeciali:Secundum vero facile & cuiuſlibet qui va
let aſpicere regulam: Conſimiliter iudicium quo ad veritatem & falſitatem eorum quæ tangun
tur in ſcientia,dupliciter fit,quia veritas & falſitas eorum quæ tanguntur in ſcientia: aut redun
dant in prima principia ſcientiæ ſuperioris vt appareant illis conuenire vel contrariari: aut non.
Si primo modo,tunc ſcientia ſuperior principalis habet iudicare quaſi per regulam rectam pri
morum principiorum de eis quæ tractantur in ſcientia inferiori,vera approbādo tanq̄ ſuis princi
cipiis conuenientia , & falſa reprobando tanq̄ ſuis principiis repugnantia . Si ſecundo modo:
tunc ſcientia propria ſolum habet iudicare quæ vera & quę falſa tanguntur in ea ex ꝓpria na



tura rei.verbi gr̄a,Errorem qui dicit in naturali ph̄ia ꝙ ens eſt vnū & immobile:quia deſtruit ſub
iectum ſcientię naturalis:quę ſupponit plura entia eſſe & mobilia:& ita redundat in primā philo
ſophiam:a qua ſumit hoc principiū:non habet ſcientia naturalis iudicare: neq; reprobare,ſed pri
ma philoſophia.Eſt eñ error in ipſis pricipiis. Errorem vero qui dicit,ꝙ in corporalib⁹ moto vno
mouentur oīa:nō habet metaphyſicus reprobare:quia non ponit inconueniens apparenter redun
dans in ſua pricipia:ſed ſolum iſtum habet iudicare & improbare ex propriis principiis ſuis natu
ralis philoſophia.Eſt enim error poſt principia ſcientiæ naturalis.Dicēdum igitur ad propoſitū,ꝙ Z
iſta ſcientia habet iudicare quaſi ad regulam articulorū fidei vel primorū, vel poſteriorum appli
cando quid verum & quid falſum in qualibet ſcientia,inquātum redundat in principia ſua talia:
dicendo eſſe verum quicquid eis conuenit,& falſum quicquid eis contrariatur: & approbare quæ
vera ſunt:& reprobare falſa quātum poſſibile eſt ex ſuis principiis talibus. licet capere talem pro
bationem non poſſet animalis homo:ſolum innitens naturali rationi . Quid autem ſit verum &
quid falſum in aliis ſcientiis,ſi tamen non redundat in articulos fidei per conuenientiam aut repu
gnantiā,non habet iſta ſciētia iudicare omnino,neq; quo ad hoc alias ſcientias regulare: quia non
eſt eius propria cuiuſlibet ſcientiæ conſiderare.Siue enim quis dicat in geometria ꝙ anguli trian
guli ſunt æquales duobus rectis,ſiue ꝙ tribus:nihil ad articulos fidei.& ideo circa iudicium taliū
eſſe ſollicitum,nihil pertinet ad theologum:ſicut etiā neq; ad metaphyſicū.quia non redūdat hoc
apparenter in cōtrarietatem principiorū metaphyſicę.Nihilominus tamen eſt ſcientia principa
lis ad oēs philoſophicas.Similiter ergo & theologia ſciētia eſt principalis & iudex reſpectu aliarū:
licet de propriis ſcientiarum concluſionibus nihil conſiderat: niſi inquātū in ſua principia redun
dant,vt dictum eſt.

CIrca ſeptimū arguitur,ꝙ theologia non ſit prima ſcientiarū.Primo ſic.per alias A
ſcientias diſcūtur quæ intelliguntur:per iſtam quæ creduntur.Sed ante credere Queſt.vii.
oportet intelligere.ſecūdum ꝙ dicit Gloſ.ſuper illud Pſ.Da mihi intellectum. Arg.i.
ergo alię ſcientię pręcedunt iſtam. ¶Secundo ſic.prius eſt via q̄ terminus vię. 2
Alię ſcientię ſunt vię per quas tranſire debemus ad iſtam,vt ad finem earum.
ſicut infra dicetur.ergo &c.¶Contra.ſcientia prior eſt quæ de ſubiecto priori In oppoſitū.
eſt.Scientię enim ordinanť ſecundū ordinem ſcibilium.ſcđm Philoſophū.vi.Metaphyſicæ. Sciētia
iſta eſt de priori ſubiecto,quia de primo pricipio qđ eſt deus.Alię autem oēs de aliquo poſt ipſum B
vt de cōmuni intētione entis,ſicut eſt Metaphyſica,vel aliqua parte ei⁹ in creaturis.ergo &c.¶Di Reſponſio.
cēdū ad hoc:ꝙ multi ſunt modi prioris & poſterioris.ſcđm Philoſophū in li.prædicamētorū.&.v.
Metaphyſicę.inter quos.iiii.ad pręſens ſufficiunt.Quorū primus eſt tempore & antiquitate.ſicut
bella Troię fuerunt ante bella Medię,& puer ante virum. Secūdus originis.ſcđm ꝙ vox prior eſt
cantu.Tertius eſt prius dignitate.ſecundū ꝙ dn̄s eſt ante ſeruum.Quartus eſt prius per ſcientiā
& ordinem doctrinę.ſicut elementa ſunt priora ſententiis. Loquendo de prioritate antiq̄tatis ſiue
temporis iſta ſcientia prior eſt omnibus aliis,quia ab exordio generis humani incepit.dicente Au
guſt.xvi.de ciui.dei,in principio.Chriſti prędicatio ab initio generis humani.nō ſic autē alię ſcien
tię:vt philoſophicę.quæ primo repertę ſunt circa ægyptū : vbi gens ſacerdotū ſtudere cōceſſa eſt.
ſicut dicit Philoſophus.i.Metaphyſicę.Aegyptiis enim Iſis,quę tēpore Iſaac fuiſſe perhibeť,primo
literas dedit.vt dicit Auguſt.viii.de ciui.dei.c.iii.apud quos lōgo tēpore priuſq̄ in Gręcia ſtudiū
floruit,ſcientia viguit philoſophica. Vnde de iactātia ægyptiorū prę antiquitate ſapientię eorum
dicitur in primo Timęi.vbi inducitur ſacerdos quidam ægyptius ſic Solonem ſapientem græco
rum alloquutus.O Solon græci pueri ſemꝑ eſtis:nec quiſq̄ a gręcia ſenex:rudi nouellaq; eſtis me
moria:nec eſt vlla penes vos cana ſcientia:quę monumentorū publicorum priuatorumq; perſeue
rantiam nutrit : ſtudioſeq; tam noſtrę nationis rerū geſtarum memoria q̄ cæterarum gentium:
quas fama nobis per cognitionē tradidit:deſcripta templorū continetur cuſtodiis apud nos.Tha
les autē Mileſius philoſophantiū princeps,vt dicit Ph̄s.i.Metaphyſicę,tēpore Eſaię prophetę fuiſ
ſe perhibeť.vt dicit Augu.xxviii.de ciui.dei.c.xxiiii.&.xv.qui vt dicit ibidē,fuit vnus.vii. ſapiētū,
qui tūc primo philoſophati ſunt in gręcia.qui tamē nihil in ſcriptis relinquerūt:niſi ꝙ Solon vn⁹
eorū quaſdā leges Athenienſib⁹ dediſſe ꝑhibeť.Poſt Thalē autē vt dicit Augu.ibidē.c.xxvii.in per
ſcrutanda natura rerū Anaximander,Anaxagoras, & cęteri quos Philoſophus cum dictis eorum
recitat.i.Metaphyſicę,ſucceſſerūt vſq; ad tempora Italicorū Philoſophorū.quorum prim⁹ erat Py
thagoras:cuius tempore in gręcia floruit Socrates magiſter Platonis,qui in Chronicis poſt Eſdrā
fuiſſe reperitur.Nō ergo ante tempora prophetarū legitur aliquem philoſophorum claruiſſe. Ni
hil igitur vt dicit Auguſt.ibidem,habent Philoſophi vnde ſapientiam ſuam iactent:quo religio

ne noſtra vbi vera eſt ſapiētia,videatur antiquior:nullaq; gens de antiquitate ſuę ſapientię ſe vlla
vanitate iactauerit:quādo nec ægyptus inuenitur:quę ſolet falſo & inaniter de ſuarum doctrina-
rum antiquitate gloriari: qualicūq; ſapientia ſua prophetarum noſtrorum præueniſſe ſapiētiam.
C ¶Loquendo autem de prioritate originis:iſta ſcientia omnes alias præcedit:quia cum hoc ꝙ tem
pore omnes præterit:omnes etiam ortū trahunt ab ea,ſecundū ꝙ dicit Caſſiod.ſuper Pſal.Omnis
ſplendor rhetoricę eloquentię:oēs modi poeticę locutionis: quęlibet varietas decorę pronunciatio
nis,a diuinis ſcripturis ſumpſit exordiū.Et ſecundū hoc iſta ſciētia dicit̃ prima tanq̃ primū princi
pium in genere ſcientiarū:a qua omnes alię emanant:& inquā omnes habent reduci. Loquēdo au
tem de prioritate dignitatis,iſta prior eſt: quia omnibus dignior:& hoc omnibus modis dignita-
tis:qui in ſcientiis habent inueniri.vt ſicut in deo qui eſt ſubiectū theologiæ inuenitur quicqd eſt
nobilitatis & dignitatis in omnibus aliis rebus:ſic in ſcientia de eo inuenitur quicquid eſt nobili-
tatis & dignitatis in qualibet alia ſcientia. Nobilitas enim & dignitas ſcientiæ ſequitur nobilita-
tem & dignitatem ſubiecti.vt habetur in principio de anima,& in vi.Metaphyſicę. Eſt autem iſta
ſcientia omnibus aliis dignior.Primo veritatis certitudine.Secūdo auctoritatis magnitudine.Ter
tio ſubiecti nobilitate.Quarto finis vtilitate.Quinto eloquii fœcūditate.Sexto perfectiōis integri
D tate.De veritatis certitudine ſuper alias habitū eſt ſupra.de qua etiā dicit Auguſt.lib.de pręd.gra
tiæ. In ſacrarum voluminib⁹ literarum lector inconcuſſa fide tenere debet nuſq̃ deeſſe veritatem:
etſi pro magnitudine rei non facile intellectus occurrit.Idem de videndo deū. Neq; fieri vllo mo-
do poteſt:vt hęc ſacrarum literarū auctoritas ex aliqua parte mentiat̃.Et ad Hierony. Tantūmo-
do ſcripturis canonicis hanc debeo ſeruitutem:quas ſolas ita ſequar, vt conſcriptores earum ni-
hil in eis omnino errare,nihil fallaciter poſuiſſe nō dubitem. Si enim ad ſacras ſcripturas admiſſa
fuerint vel officioſa mendacia: quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur,cuius pondere
contētioſę falſitatis obtenebretur improbitas? Auctoritatis magnitudine dignior eſt iſta ſciētia cæ
teris dupl'r.Primo,ex magnitudine auctoritatis ſuę in ſe,ex efficientis teſtificatiōe. Scđo exmagni
tudine auctoritatis ſuę ſup alias,ex regiminis poteſtate.De ſecūda ei⁹ auctoritate habitū eſt ſupra
ſufficiēter,loquēdo de ei⁹ vniuerſalitate,ſubalternatiōe,& pricipalitate. De prima vero auctorita
te eius dicit Augu.xi.de ciui.dei.Hic (.ſ.dei filius) prius p prophetas,deinde per ſeipſum, poſtea
per apoſtolos:quātum ſatis eſſe iudicauit loquutus,ſcripturam condidit.quæ theologia nuncupa
tur eminentiſſimę auctoritatis.& ibidem in principio. Sacra ſcriptura non fortuitis motibus ani-
morum: ſed plane ſummę diſpoſitione prouidentię ſuper omnes omnium gentium literas omnia
ſibi genera humanorū ingeniorum diuina excedēs auctoritate ſubiecit. Hinc dicit in fine ſecundi
ſuper Gene.Maior eſt huius ſciētię auctoritas,q̃ omnis humani ingenii perſpicacitas.& cōtra Ma
nichęos.Quātum diſtat de Chriſti aduentu:inter prædicationē angelorum:& confuſionē dęmo-
num:tantum eſt inter auctoritatem prophetarum:& curioſitatem literarum ſecularium.& lib.ii.
de ordine.Auctoritas partim diuina eſt,partim humana:ſed vera,ſumma,firma ea eſt:quæ diui-
E na nominatur.humana autem auctoritas plerūq; fallit.De ſubiecti nobilitate dicit Auicen. primo
Metaphyſicę ſuę. Sapientia illa eſt nobilior cæteris qua apprehenditur nobilius ſcitum. Nobilius
autem ſcitum deus eſt, & cauſę proximę poſt eum. De quibus principaliſſime inter omnes ſcien-
tias hęc ſciētia determinat,vt habitū eſt ſupra,& infra dicetur. Vnde & cauſa ſubiecti ſui dicitur
hęc ſcientia diuina,vt competēter conueniat ei illud Philoſophi.Scientia nobilis debet eſſe nobilis
generis. Alię vero ſcientię ſunt valde bonę:ſed iſta eſt melior omnibus ſcientiis. Bonorum enim &
honorabilium omnem ſcientiam opinantes,vt dicitur in principio de anima,aut propter certitu-
dinem, aut quia meliorum & mirabiliorum eſt,propter vtraq; hęc,hanc diuinā ſcientiam in pri-
mis ponam⁹:& maxime ex hoc ꝙ de ſolo deo vt de ſubiecto cōſiderat. Qđ dico propter metaphy
ſicam:quę de ente in cōmuni cōſiderat:cuius cognitio ex hoc vilior eſt:licet de deo ſub ente con-
ſideret.vt infra videbitur loquēdo de ſubiecto huius ſcientię.De finis vtilitate dicit Auguſt.ii.de
doctrina chriſtiana.Quāto minor eſt auri &c.vt habitū eſt ſupra.Et ideo dicit̃ Prouerb.xix. Vbi
nō eſt ſcientia animę:non eſt bonū.& Sapiē.xiii. Vani ſunt oēs hoīes: quib⁹ non ſubeſt ſciētia dei.
De eloquii fœcūditate dicit Greg.in prolog.moral'.Sacra ſcriptura oēs ſcientias locutionis ſuę mo
re tranſcēdit:quia in vno eodemq; ſermone dum notat textum,prodit myſterium,ſicut myſteriis
prudentes exercet,ſic plerunq; ſuperficie ſimplices refouet. Habet in publico vnde paruulos nu-
triat: ſeruat in ſecreto vnde mentes ſublimiū in admiratione ſuſpendat,quaſi quidam fluuius eſt
(vt ita dixerim)planus & altus:in quo & agnus ambulet & elephas natet.vt ſecūdum Augu.al-
titudine ſuperbos irrideat:profunditate attentos terreat:veritate magnos paſcat:affabilitate par-
uulos nutriat.De eius perfectione ſuper alias,ſatis habitum eſt ſupra.Loquendo de prioritate ordi



ne doctrinę:non eſt prius nobis ſemper qđ eſt prius in natura: ſed illud a quo eſt facilior doctrina.
Quia igitur ſcientia iſta de occultiſſimis eſt nobis:quia de eis quę ſoli deo cognita ſunt,& omnem
naturalem intellectum creaturę excedentia:ad quorū notitiam illa quæ ſunt in aliis ſcientiis ſunt
manuducentia,vt infra dicetur:Ideo licet iſta ſcientia ſit prior aliis ex natura rei: tamen eſt poſte-
rior omnibus ordine doctrinæ:ſicut metaphyſica vltima eſt ordine doctrinę inter omnes ſcientias
philoſophicas,prior tamen natura,ſecudnum ꝙ dicit Auicē.in primo metaphyſicę.Ex merito hu-
ius ſcientiæ eſt vt ipſa ſit excellentior ſuper omnes alias:quantum vero ad nos,poſterioratur poſt
omnes alias. ¶Per hæc patent rationes vtriuſq; partis. Ad ratiōes.

CIrca octauū arguitur,ꝙ non ordinantur omnes alię ſcientię ad iſtam.Primo ſic. F
illud qđ in ſeipſo finem ſuum conſequitur,ad aliud nō ordinatur:quia adepto Quęſt.viii.
fine quieſcit vnūquodq;.ſcientię philoſophicæ in ſeipſis finem ſuum conſequū Arg.i.
tur,ſcilicet cognitionē veritatis:quę naturali ratione ex creaturis poteſt acqui-
ri. Vnde Philoſophus poſuit in ea humanā beatitudinem. ergo &c. ¶Secundo 2
ſic.ad iſtam ſcientiā non ordinatur qđ fidem euacuat,ſed ſolum id qđ eam cor
roborat.ſecūdum Auguſti.xiiii.de tri.in principio. Sed aliæ ſcientiæ in eis quæ docent fidem eua-
cuant:quia ſcientia habet claram notitiam in qua non eſt fidei obſcuritas.ergo &c. ¶Contra.in eis In oppoſitū.
quæ ordinantur ad eundem finem:illa quę imperfecte conſequūtur finem ordinantur ad illud qđ
perfecte ipſum conſequitur.vt vult Philoſophus in principio Ethi.ſcientię omnes finem habēt dei
cognitionē.Hic eñ eſt finis philoſophię ſcđm Auicē.primo metaphyſicę.quē oēs alię ſciētię imper
fecte conſequūtur:quia per creaturam ſolum.quæ vt dicit Hug. in prolog.ſuper cęl'. Hier.creato-
rem ſuum demonſtrat.Sed eſt ſimilitudo peregrina ad excellentem maieſtatem. Iſta autem ſcien-
tia eum perfecte conſequitur : quantum vita præſens patitur:quia de ipſa dicitur Eccleſiaſtici.vi.
Cui cognita eſt:permanet vſq; ad conſpectum dei.ergo &c.

¶Dicēdum ad hoc,ꝙ ordo doctrinæ ad doctrinā dupliciter attenditur:& ex par G
te noſtra:& ex parte rei.Ex parte noſtra,doctrina illa ordinat̃ ad aliā:a qua nobis eſt facilior via de Reſponſio.
ueniendi in notitiā alterius.Ex parte vero rei illa ordinat̃ ad aliā:q̃ attingit impfecte qđ altera cō-
ſequit̃ pfecte.& vtroq; modo omnis alia ſciētia ordinatur ad iſtā.Primo igit̃ ex parte noſtra oīs alia
ſcientia ordinatur ad iſtam: quia per illas eſt nobis facilior via diſciplinę deueniendi in cognitionē
iſtius.Ordo enim diſciplinę noſtræ requirit vt ab imperfecto ad perfectius: & a nobis magis noto
ad minus notum aſcendamus:& ideo cū intētione vltima in ſcientia philoſophica eſt cognitio dei
altiſſimi:& cognitio angelicorum ſpirituum & ordinum ſuorum.vt dicit Auicē.primo metaphy
ſicę.& in eodem conſiſtit tota intentio theologica.ſicut patet. Omnes autem aliæ ſcientiæ docent
nos deuenire in cognitionem dei:& rerum ſpiritualium diuinarum imperfectam, ſcilicet quo ad
cōmunia ſcibilia de ipſis: quæ facultatem humanę rationis non excedunt: & illa docent per nobis
magis nota,vt per creaturas, in quibus eluceſcunt ſicut cauſæ in effectu. Iſta vero ſcientia docet
de eiſdem propria ſcibilia pertinentia: quæ ſibi ſoli naturaliter de ſe ſunt cognita:quæ facultatem
naturalis rationis excedunt:& docet illa modo nobis minime noto cognoſcere,ſcilicet via fidei.Id-
circo omnes alię ſcientiæ quātum eſt ex parte noſtra ad iſtam ordinātur. Vnde & Philoſophi ſcien
tiam illam in qua ponebant dei cognitionem & inuiſibilium,vltimā ordinabant adipiſcendam: &
ad illam omnem aliam dirigebant. Et ideo de illa ſcientia vltima dicit Auicen.ꝙ ipſa eſt excellen-
tior ſuper omnes ſcientias.quantum vero ad nos poſterioratur poſt omnes ſcientias:quia propter
debilitatem animarum noſtrarum non poſſumus procedere per viam quæ eſt progreſſus ex prin-
cipiis ad ſequentia:& ex cauſa ad cauſatum.Vnde de ordine huius ſcientiæ ad alias dicit Hug.in
prolog.cęl.Hierar. Philoſophia tres partes continet,Logicam,Ethicam,Theoricā.Theoricę autem
ſunt tres partes, Mathematica, Phyſica, Theologia.quarum mathematica ſpeculatur viſibilium
rerum viſibiles formas. Phyſica vero viſibilium rerum inuiſibiles cauſas. Theologia vero inui-
ſibiles ſubſtantias:& inuiſibilium ſubſtantiarum inuiſibiles naturas. Et eſt in his quaſi progreſſio
quędam & profectus mentis ad cognoſcendum verum. Per viſibiles enim viſibilium formas per-
uenitur ad inuiſibiles viſibilium cauſas:& per inuiſibiles viſibilium cauſas aſcenditur ad inuiſibi-
les ſubſtantias: & earum cognoſcendas naturas. hæc autem philoſophiæ ſumma eſt: & veritatis H
perfectio:qua nihil altius eſſe poteſt animo contēplanti. Secundo vero ex parte rei omnis alia ſcien
tia ad iſtā ordinatur:ſicut nō principales ad principalē.Sed alia ratione practicę,alia vero ſpecula-
tiuę:inquātum vt dictū eſt ſupra,alia ratione eſt principalis ad practicas:alia vero ad ſpeculatiuas
Practicę quidem omnes ordinantur ad iſtam ex eo ꝙ principalis eſt ad illas:quia ſcilicet cōſiderat

& intendit finem vltimum ad quem realiter ordinantur proprii fines omnium ſcientiarum pra-
I ꝯticarum:qui ſunt imperfecti in ſe, & non perficiuntur niſi reductione ad finem vltimum.In pra-
cticis autem ſcientiis eſt ordo ſecundum ordinem finium,vt ſicut ſcientia eſt ſub ſcientia:cuius fi
nis eſt ſub fine alterius,ſic illa ſcientia ordinatur ad aliam cuius finis ordinatur ad finem alterius.
Cum igitur fines omniũ ſcientiarum practicarum ordinẽtur in finem huius ſcientię,in quo per-
ficiuntur cum in ſe ſint imperfecti:neceſſario etiam omnes practicæ ſcientię ordinantur ad iſtam,
vt in qua perficiuntur: quia finem vltimũ per ipſam perfecte conſequũtur,in præſenti per gratiã
in futuro per gloriam:cum in ſe ſint imperfectæ:quia imperfectę per proprios fines illum finem vl
timũ aſſequũtur.Propter qđ Salomon poſtq̃ petiuit a domino aſſiſtricem ſapientiam ad intellectũ
iudicii & legum : & conſideraſſet inſufficientiam & imperfectionem in omnibus aliis ſcientiis re-
ſpectu iſtius,dixit.Si quis erit conſummatus inter filios hominũ,ſi ab illo fugerit ſapientia tua in
nihilum computabitur.vt dicitur Sapientię.ix.Reuera in nihilum computandus eſt homo ſciens
omnẽ aliam ſcientiam,iſtam vero ignorans.Propter qđ dicitur in eodẽ.xiii.Vani ſunt omnes ho-
mines quibus non ſubeſt ſcientia dei.& Prouerb.xix. Vbi non eſt ſcientia dei non eſt bonum.Pro-
pter qđ dicit Auguſtinus.v.confeſ.Infelix enim homo ille qui ſcit omnia illa:te autem neſcit.Bea-
tus autem qui te ſcit etiam ſi illa neſcit.Qui vero te & illa nouit:non propter illa beatior:ſed pro
K pter te ſolũ beat⁹.Similiter ſciẽtię ſpeculatiuę ordinãtur ad iſtã eo ꝙ principalis eſt ad illas:qa.ſ.cõ
ſiderat prima principia altiſſima,ſub quibus omnia alia continẽtur quæ conſiderãtur in aliis ſciẽ-
tiis:quæ perfectam notitiam non habent in ſua veritate : niſi inquantum ordinantur in principia
prima ſimpliciter.Cõcluſiones em̃ ſcientię in fine non cognoſcunt̃ perfecte per pricipia illius ſcien-
tię:non enim illa principia perfecte cognoſcunt̃ niſi reducantur in principia ſuperioris ſcientiæ:&
ſic per ordinẽ vſq; ad principia prima primæ ſcientiæ & ſupremę.Propter qđ dicit Auer. ſup.vii.
Metaphyſicę,ꝙ impoſſibile eſt cognoſcere quiditatem ſcientiæ ſenſibilis ſi non cognoſcatur cauſa
prima omniũ. Nunc autem ita eſt in ſcientiis ſpeculatiuis: ꝙ ordo eſt in ipſis ſcientiis ſecundum
ordinem principiorũ,vt ſicut principia ſunt ſub principiis:& ſcientia ſub ſcientia. vt ſic illa ſcien-
tia ordinetur ad aliam : cuius principia ordinantur ad principia alterius. Cum igitur principia
omnium ſcientiarum ſpeculatiuarum ordinãtur ad principia huius ſcientię:quia ſunt prima & al
tiſſima, vt habitum eſt ſupra : in quibus perficiunt̃ in veritate & cognitione,neceſſario etiam oẽs
ſcientię ſpeculatiuę ordinantur ad iſtam, vt in qua omnes perfectionem notitię veritatis conſequũ
tur.& ideo dictum eſt ſupra: ꝙ huius ſcientiæ eſt omnes alias iudicare approbando bene dicta:&
reprobando errata.

L ¶Ad primum in oppoſitum,ꝙ alię ſcientię in ſe finem habẽt ſuum:Dicendum ꝙ
Ad pri.pri. verum eſt:ad quem naturalis intellectus per ſe poteſt attingere. Secundum ꝙ dicit Gloſ.ſuper il-
lud Ro.i.Inuiſibilia dei.Quãtũ tamẽ ad finẽ cognitionis:quẽ intellect⁹ human⁹ dono alterius ad-
iutus poteſt ſuſcipere:non habẽt alię ſcientię in ſe finem ſuum.Quare cum omnis ſcientia ordina
tur ad perfectionem vltimam intellectus:& illa quãtum eſt poſſibile homini in vita iſta eſt ex hac
M ſcientia:ideo omnes manuducendo ordinantur ad iſtam.¶Ad ſecũdum ꝙ alię ſcientię fidem eua
Ad ſecũdũ. cuant:Dicendum ꝙ non eſt verum in eis quę ſunt per ſe credibilia:quoniã aliæ ſcientię nullo mo
do ea intelligere faciunt.In eis autem quę nõ ſunt per ſe & pura credibilia,ſi aliqua ſunt ſcibilia ex
ſcientiis philoſophicis:& cum hoc alias credibilia:nõ tamẽ ſcientiæ philoſophicę tam clara notitia
faciunt ipſa ſcire : quin quo ad hoc ꝙ expectantur ſciri clariori notitia,adhuc maneant credibilia.
Vnde & ſic euacuare fidem vt perficiatur quantum poſſibile eſt in vita iſta per intellectũ,ſumme
vtile eſt.euacuare autem fidem vt cõtraria fidei ſentiamus,illud omnino pernicioſum eſt.

N CIrca nonũ arguit̃,ꝙ iſta ſcientia nõ debet exquiſita in aliis ſciẽtiis ſupponere:&
Queſt.ix. in vſum ſuum aſſumere.Primo ſic.ſciẽtia quę habet alias regulare,nihil ſumit
Argu.i. probatum ab illis.ſed magis ecõuerſo.Scientia iſta eſt huiuſmodi vt habitũ eſt
2 ſupra.ergo &c. ¶Secũdo ſic.pfectũ nullo indiget:qa oĩs indigẽtia eſt ratiõe im
3 perfectionis.Scientia iſta perfectiſſima eſt,vt habitum eſt ſupra.ergo &c.¶Ter
tio ſic.ſuper illud.i.Corinth.i. Perdam ſapientiã.dicit Gloſ.Quia prędixerat ꝙ
eã non reciperet in prędicatione euãgelica.Tota iſta ſcientia eſt principaliter prędicatio euãgelica.
In oppoſitũ. ergo i ea nõ debet recipi ſecularis ſapiẽtia.¶Contra eſt qđ Decret.diſt.37.legit̃. Dñs præcepit filiis
Iſrael,vt expoliarẽt ægyptios:moraliter inſtruẽs,vt ſiue aurũ ſapiẽtię ſiue argentũ eloquẽtię apud
O poetas iuenim⁹,in vſũ ſalutiferę eruditiõis vertam⁹.Salutifera eruditio ſola eſt iſta ſciẽtia.ergo &c.
Reſponſio. ¶Dicendum ad hoc,ꝙ ita eſt in omnibus ſcientiis ordinatis ad vnã tanq̃ ad prin



cipalem:ad cuius finem in practicis,vel principia in ſpeculatiuis,principia & fines aliarum ordinã
tur,ꝙ licet illi ſcientię principali aſſumere & in vſum ſuũ cõuertere quicqd ſibi vtile in aliis ſcien-
tiis ſibi ſubiectis inuenerit : quia propter ipſam & eius finem & principia tractatur principaliter
quicquid in illis tractatur.vnde & principalis ſcientia quæ circa ſuperiora occupatur,ſcientiis in-
feriorib⁹ dat ſua ſubiecta particularia pertractãda,vt conſiderent illa quę circa ipſa ſunt conſiderã
da,vt ex eis in vſum ſibi aſſumat:quę ſibi ſunt vtilia. ſecũdum ꝙ hęc patent in prima philoſophia
reſpectu aliarum ſcientiarum philoſophicarum : & in ſcientia ciuili reſpectu aliarum ſcientiarum
practicarum.Quare cum vt determinatum eſt ſupra:hęc ſcientia principalis eſt omni modo prin
cipalitatis ſup omnes ſcientias:ideo eius eſt ab eis bene conſiderata in ſuum vſum aſſumere: & in
principia ſua reducere:& ad ſuum finem ordinare:qui eſt finis vltimus & felicitas humanæ vitæ:
ad quem iſta ſcientia immediate ordinatur & nulla alia niſi mediãte iſta:ſed omnis alia per iſtam.
Et ideo dicit Auicẽ.i.Metaphyſicę,ꝙ omnes ſcientię cõmunicant in vna vtilitate:quæ eſt acquiſi-
tio perfectionis humanæ animæ in effectu,præparantis eam ad futuram beatitudinem. Cum au- P
tem inquiritur in principiis ſcientiarum : non eſt intentio earum perducendi ad hoc : ſed iuuan-
di ſeinuicem ad hoc vt vtilitas proueniat,poſtq̃ certificatur ſcientia alia ab alia. Reuera poſtq̃
hæc ſcientia certificatur per alias in eis quæ ſunt quęſita in illis & quæ aſſumit in vſum ſuum ab
eis,ducit omnes in finem humanę vitę: ad quẽ nulla aliarum per ſe & immediate poteſt attingere
& ideo omnes vanę ſunt:& vanos homines faciunt:niſi quatenus aſſumũtur in vſum huius ſcien
tiæ.Ad hãc enim deus omnes alias licet per ignorãtes ordinauit.ſecũdum ꝙ dicit Hug.ſuper pro
log.cęl.Hier.Legimus artes & ſtudia,diſciplinas & rationum præcepta plurima quæ illi ſuo ſenſu
& ingenio ſcrutati ſunt : & inuenerunt & conſcripſerunt : inuenta & legenda poſteris tradide-
runt.Logicam,Ethicam,Phyſicã,& Mathematicã,de forma vitæ & morum de diſpoſitione & or-
dinatione & cauſis & prouentibus rerum omniũ:& inualuerunt in parte iſta vt verum apprehen
derent:quoniã & hęc veritas per eos miniſtranda erat:qui nõ erãt ad vitam:data eſt illis propter
nos quibus conſummatio ſeruabat̃,& inchoatio parabatur:vt inuenirent veritatẽ illam quã opor
tuit ſuſcipere filios vitæ ad obſequiũ ſummę veritatis:cuius labor phĩs appoſitus eſt:his vero fru-
ctus ſeruatus. Propter qđ dicit Augu.ii.de doctrina chriſtia.Philoſophi ſiqua forte vera dixerunt
non ſolum formidanda non ſunt, ſed ab illis tanq̃ ab iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum ven-
dicanda.quę ab eis auferre debet chriſtianus ad vſum iuſtum prędicãdi euãgelium,qđ multi fide
les noſtri fecerũt:vt martyr Cyprianus,Victorinus,Hilarius:& vt de nr̃is taceam:innumerabiles
gręci,qđ etiã fecit Apoſto.Actuum.xvii.dicẽs enim de deo.Quoniã in ipſo viuimus:mouemur &
ſumus.ſumit confirmationẽ a poeta qui dixit.Ipſius em̃ & gen⁹ ſumus. Hinc etiã dicit Hierony.
in epiſtola ad Optatum. Doctores antiqui intãtum philoſophorum doctrinis atq; ſententiis ſuos
repleuere libros vt neſcias quid in illis admirari debeas : eruditionem ſtyli an ſcientiam ſcriptu-
rarum. ¶Sed intelligendum ꝙ aſſumere philoſophica : & miſcere inter ſacra ſcripta poteſt ho- Q
mo dupliciter. Vno modo anteq̃ plene inſtructus ſit in hac ſcriptura, volens per vera dicta a phi-
loſophis interpretari veritates ſacræ ſcripturæ. Alio modo veritate ſacræ ſcripturæ prius perfe-
cte ptractata & intellecta, deĩde illa tãq̃ vtilia & declaratoria adducere.Primũ nõ licet oĩno.Scđm
vtile eſt valde. Vnde Clemẽs papa.diſt.37.Quidã ingenioſi hoĩes ſanis doctrinis aduerſant̃:vt put
eis videt̃:nõ ſecũdũ traditiones patrũ:ſed ſecũdum ſuũ ſenſum docere videant̃:& ex his q̃ legunt
in aliis ſciẽtiis veriſimilitudines capiũt,volẽtes ſtatim p ſimile ĩ aliis iudicare. Sed diligenter obſer
uãdum eſt vt lex dei cum legitur:non ſecundum propriã ingenii virtutem aut intelligentiã lega
tur,vel doceatur. Sunt enim multa verba in ſcripturis diuinis:quæ poſſunt trahi ad eũ ſenſum:
quẽ ſibi vnuſquiſq; ſponte præſupponit: ſed non oportet. Non enim ſenſum alienum extrinſecus
debem⁹ quęrere,ſed quoquo modo ex ſcripturis ipſis ſenſum capere veritatis oportet.& ideo opor
tet ab eo ſcientiã addiſcere literarũ: qui eã a maioribus ſuis ſecundũ veritatẽ ſibi traditã ſeruat,vt
ipſe poſſit eam quã recte ſuſcepit cõpetenter aſſerere. Cum vero ex diuinis ſcripturis integram
quiſq̃ & firmã regulã veritatis ſuſceperit,abſurdum nõ erit,ſi aliquid etiã ex eruditione commu
ni ac liberalibus ſtudiis quæ forte in pueritia attigit,ad ſermonem veri dogmatis conferat. Ita ta-
men:vt vbi vera didicerit falſa & ſimulata declinet. Hic tamẽ oportet diſtinguere: quia aliena ap
ponere dictis ſacrę ſcripturæ poteſt aliquis,vel voluntarie & ex affectu hoc deſiderante,vel neceſ-
ſario & ex vtilitate ad hoc compellente. Primo modo adhuc non licet : quia vanitas eſt & oſtenta-
tio.Secundo modo licet ſolummodo.ſecundum ꝙ dicit Hierony.ſuper epiſtolã ad Titũ.Siquando
cogimur literarũ ſecularium recordari:& aliqua de his dicere quę olim omiſimus:non eſt noſtræ
voluntatis,ſed(vt ita dicam)grauiſſimę neceſſitatis. ¶Et nota ꝙ ſunt.iiii.vtilitates prouenientes R

ſacrę ſcripturæ ex hoc ꝙ ſcripta aliena dictis eius cõmiſceantur,propter quę licet ea aſſumere.Prima,vt veritas ſacrę ſcripturę teſtimoniis aduerſariorum congruere appareat.ſecundũ ꝙ idem immediate poſt prędictum verbum ſuper epiſtolã ad Titum,adiungit.d. Vt probemus ea quę a ſanctis prophetis ante ſecula multa prędicta ſunt:tam grȩcorum ꝗ latinorum & aliarum gentiũ literis contineri.Cui atteſtatur Chryſoſto.cum dicit ſuper illud Matthei.ii. Vidimus ſtellam eius in oriente.Ad maiorẽ (inquit) dei gloriam pertinet:ſi virtus etiam inimicorum teſtimonio panderetur:etiam ſi ipſi quoqꝫ gentilitatis magiſtri conſonam proferrent veri dei potentiã.Secũda,vt philoſophicis dictis imbuti facilius ad veritatem fidei vocentur. ſecundũ ꝙ dicit Chryſoſto. ibidem de vocatione magorũ per ſtellam in typum vocationis gentium ad fidem.Per ea(inquit)illos vocat:quæ familiaria eis conſuetudo faciebat : quia enim vnuſquiſqꝫ conſuetudinis ſuæ amicitia ligatur,miſſi ad totius orbis ſalutem magiſtri de ipſorum cuiuſlibet more gentis modos ſibi aſſumunt docendi.ſicut Paulus gentibus ſcribebat in medium teſtimoniũ proferẽs poetæ:ſicut patet Actuũ.xvii.Iudæis adhuc ſub lege viuentibus de ſacrificiis poſuit initium doctrinę.ſicut patet in epiſtola ad Hebrę.Tertia,vt veritas ſacræ ſcripturę per illa appoſita clarius exponatur.ſcd̃m ꝙ dicitur ex ſynodo Eugenij papę diſt.xxxvii. c.De quibuſdam. Diligẽtia adhibeat vt magiſtri & doctores inſtituantur : qui ſtudia literarum liberaliumqꝫ artium dogmata aſſidue doceant: quia in his maxime manifeſtantur & declarant mandata.& Gloſ. interlinea.ſuper illud Leui.ii. Primitias tantũ.Diſce artes,vt ꝑ eas diuina ſcriptura quaſi inſtrumẽto procreetur.Quarta,vt per vera quę ex illis literis aſſumuntur,falſa ibidem contenta euidentius improbentur.ſecũdum ꝙ dicit Auguſtin⁹ contra Manichęos.Si quid veri de deo Sibylla vel Orpheus,aliive gentilium vates,aut Philoſophi prædicaſſe perhibentur, valet quidem ad paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad auctoritatem complectendam.

S Ad pri.pri. ¶Ad primum in oppoſitum,ꝙ iſta ſcientia habet alias regulare:Dicendum ꝙ verum eſt: & ideo nihil eorum per quæ habet eas regulare,aſſumit ab aliis ſcientiis:cuiuſmodi ſunt illa quæ pertinẽt ad integritatem ſuam:ſed magis econuerſo.vt dictum eſt ſupra.Sed ex his quæ pertinent ad integritatem aliarum ſcientiarum:& quæ in eis ſunt declarata,bene poteſt ſicut debet ſciẽtia regulãs aſſumere.vt ſimiliter dictũ eſt ſupra.

Ad ſecũdũ. ¶Per hoc patet ad ſecũdũ.Iſta enim ſcientia tanꝗ perfecta:non indiget eis quæ aſſumit ex aliis ſcientiis,ad ſuam integritatem & neceſſitatem:poteſt tamẽ eis egere ad ſuam vtilitatẽ. ſecundũ ꝙ felix eget diuitiis,amicis,& bonis talibus.qđ prouenit ei ex pricipalitate ſuper alias. Sunt enim aliæ ſcientię vtiles ad iſtam:ſicut ſeruus eſt vtilis dño ſuo. Ipſa autem eſt ita alta: ꝙ ipſa non dignatur eſſe vtilis aliis ſcientiis: niſi extendendo nomen vtilitatis.ſecundũ ꝙ dominus dicitur eſſe vtilis ſeruo: inquãtum ab ipſo ſeruus ſumit omnia neceſſaria ſibi.ſecundũ ꝙ talia dicit Auicẽ. de philoſophia prima reſpectu aliarũ ſcientiarũ in primo metaphyſicę ſuę.

T Ad tertium ¶Ad tertium ꝙ dominus prędixerat:ꝙ humanã ſapientiam non reciperet in prędicatione euangelica:Dicẽdum ꝙ verum eſt:quo ad id ꝙ erat humana.Hoc enim erat quo ad id ꝙ infirmitatem in ſe quandoqꝫ habebat.in eo enim ꝙ continet veritatem,diuina magis eſt.vnde dicit ibi alia Gloſ.Perdam.i.irritã faciã.Sapientiã ſapientum.nõ vtiqꝫ meã in eis perdam: ſed illam quæ eorum.Non enim vera ſapientia & vera prudentia perditur a domino,ſed falſi nominis ſcientia quã ſibi theſaurizat lingua mendacii. Dicendum etiam eſt illud verum : ꝙ humanam ſapientiam etiã quo ad veritatem quã continet,non reciperet in prædicatione euangelica. In ſapientia ſcilicet mundana principaliter mundũ cõuertendo. ſecũdũ ꝙ dicit Apoſt.i.Corin.ii.Sermo meus & prędicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientię verbis:ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis:vt fides noſtra non ſit in ſapientia hominum: ſed in virtute dei.Gloſ.Vt fides non attribuatur homini:ſed deo.Vnde & propter eãdem cauſam in prima prædicatione euangelii nõ miſit ſapientes:ſed ſimplices,vt infra dicetur.Propter vtilitatem tamen vt dictum eſt,bene licet ea quę ſunt humanę ſapientiæ in prędicatione euangelii aſſumere.Vnde Exod.v.ſuper illud.Vt eamus viam trium dierum in deſerto.dicit Gloſ. Horum trium dierũ iter proficiſcimur,ſi rationalem,moralem,naturalẽ ſapientiã de rebus mũdialibus auferentes ad inſtituta diuina cõuertimus.

A Queſt.x. Argu.i. CIrca decimũ arguitur,ꝙ alię ſcientiæ non ſunt addiſcendę niſi in vſum huius ſcientiæ. Primo ſic. Abuſus eſt quando vtile aſſumitur non ordinando ipſum in finem ad quẽ eſt. Vtile enim nihil dicitur niſi in ordinatione ad ſuum finẽ. Alię autẽ ſcientię non ſunt homini conceſſę:niſi quantũ vtiles ad iſtam,vt iam dictum eſt.ergo &c. 2 ¶Secundo ſic. Scientia quę de ſe non valet ad ſalutem:ſed mittit in errorem niſi in melioris ſcientię vſum aſſumatur:non eſt addiſcenda



niſi in vſum melioris ſcientię:quia ſe mittere in errorem illicitum eſt. omnes ſcientię alię ſunt huiuſmodi:in errores enim mittunt de ſe,vt dictum eſt ſupra. ſcd̃m Ambro.De ordine vero earum in vſum meliorem dicit Hierony.ſuper epiſtolam ad Titum.Alia(inquit)ſcientia non eſt ſcientia pietatis. Proficere autem poteſt ad vitam,dum fuerit in meliores vſus aſſumpta. qui ſecundum ipſum non eſt niſi vſus huius ſcientię.ergo &c. ¶In oppoſitum arguitur ſic.Qđ bonum eſt ex ſe: per ſe ſumptum eligendũ,etiam ſi eligibile ſit propter aliud,vt virtutes.veritas ſcientiarum philoſophicarum eſt huiuſmodi.ergo &c. In oppoſitũ.

¶Dicendum ad hoc ꝙ omnis humana ſcientia vitæ huius ordinatur ad finẽ humanæ vitæ,quæ eſt aperta dei viſio in futuro : & ideo cum nulla aliarum vnꝗ finem illum in ſe includat:neceſſarium eſt ꝙ quælibet illarum ordinetur ad aliquẽ finem alium a ſe: mediante quo ordinatur ad illum finem vltimum : ita ꝙ non niſi in ordine ad illum finem ad quem immediate ordinatur:debeat addiſci:aliter enim fruſtra addiſceretur:& in vanum. Aliarum autem ſcientiarum quædam ordinantur immediate ad aliquem finem alium ſibi proprium : præterꝗ ſit ipſum ſcire per ipſas.Secundum ꝙ in Mechanicis carpentaria ordinatur ad arcam,aut ſcãnum,quę fiunt per ipſam.In liberalibus vero: medicina ordinatur ad humani corporis ſanitatem, ciuilis vero ad pacem ciuitatis.De iſtis bene verum eſt,ꝙ addiſci bene poſſunt non in vſum huius ſcientiæ: quia mediante ſuo proprio fine vtiliter ordinatur quælibet earum ad finem communem humanę vitę.Alię vero ſunt quę non ordinantur ad aliquem alium finem operatum per ipſas ſibi proprium, præterꝗ ad ipſum ſcire quod acquiritur per eas.vt ſunt ſcientię philoſophicę,maxime pure ſpeculatiuę.de quibus dicit Philoſophus primo Metaphyſicæ,ꝙ inuentę ſunt non propter aliquam inuentorum vtilitatem,aut neceſſitatem,ſed ſuiipſius gratia: & eius quod eſt ſcire. Sed quia quantũcunqꝫ ſunt ſuiipſius gratia & ei⁹ qđ eſt ſcire,vanę tamẽ eſſent omnes niſi ad aliquid aliud ordinarentur:& per illud ad finem vltimũ humanę vitę:quæ eſt viſio dei: cum de ſe illum non includant:licet Philoſophus in ſpeculatiõe per ſcientias ſpeculatiuas finem humanę vitæ poſuit:& male:Scire igitur in iſtis ſcientiis cum non ordinetur ad aliquid operari per ipſas: neceſſario ordinatur ad aliud ſcire ſuperioris ſcientię:& per illam ad finem vltimũ vitę humanæ:propter quem ſolũmodo ſunt addiſcẽdę. Sũt eñ addiſcende,quaten⁹ ex cognitis ꝑ ipſas ratio noſtra progredi poſſit a viſibilibus ad inuiſibilia:& a temporalibus ad ęterna.Non enim vt ait Auguſt.de vera relig. fruſtra & inaniter intueri oportet pulchritudinẽ cæli: & ordinem ſyderum: candorem lucis:dierum ac noctiũ viciſſitudines,lunę menſtrua,curricula anni,vim ſeminũ,ſpecies muneroſqꝫ gignẽtium,& omnia in ſuo genere modum naturãqꝫ ſeruantia.In quorũ conſideratiõe nõ vana & peritura curioſitas,ſed gradus ad immortalia & ſemper permanẽtia faciendus. Hoc autem non poteſt eſſe niſi mediante ſuperiori ſcientia : quæ immediate ad illa pertingit. Illa autem ſcientia vlterior non poteſt eſſe niſi iſta,quæ immediate attingit finem vltimũ:in cuius vſum ordinantur aliæ.De ſcientiis igitur philoſophicis pure ſpeculatiuis abſolute dicẽdum,ꝙ non licet eas addiſcere:niſi in vſum huius ſcientiæ. Niſi forte quis aliquam illarum ſcientiarum diſcat vt melius diſponatur ad diſcendum quædam alia.veluti logicam & naturalem philoſophiam:vt magis proficiat in medicina. Qui enim philoſophicas ſcientias diſcũt finem ſtatuendo in ipſis propter ſcire naturas rerum : non in ordine ad vſum iſtius ſcientiæ, vel per ſe, vel per alios,quos forte docet philoſophia vt promoueantur ad theologiam :iſti ſunt qui ambulant in vanitate ſenſus ſui:qui ſecũdum apoſtolum,Veritatem dei in iniuſtitia detinent.Deus enim veritatẽ illarum ſcientiarũ propter vſum huius ſcientię ab illis vanis hominibus inueſtigari permiſit.vt dictum eſt in quęſtione præcedenti.¶Per hęc patent obiecta.Alię enim ſcientię quæ fines proprios non habent,re vera nõ ſunt homini conceſſæ niſi propter iſtam:& ideo vanum eſt eas diſcere niſi in vſum iſtius,nec licet.quia vt dicitur in ſecundo argumento,qui philoſophicis diligit inſiſtere propter ſe:non poteſt,vel vix poteſt errores euadere verę fidei contrarios.Scientiæ vero quæ habent proprios fines: bene ſunt homini conceſſę aliter ꝗ ad vſum iſtius:& licet eas addiſcere ſine periculo erroris. B Reſponſio.

¶Qꝫ arguitur in oppoſitum,ꝙ bonum per ſe eligendum:Dicẽdum ꝙ per ſe dicitur aliquid eligendum finaliter,vel formaliter.Per ſe formaliter omnis ſcientia & virtus eſt eligẽda:non autẽ finaliter.de quo eſt hic ſermo.ſecundũ ꝙ de hoc habitũ eſt ſupra in queſtione An ſtudendum eſt ſcientię propter ſe.Vnde in ſcientiis liberalibus ſtare propter delectationem illius ſcire quod in eis inuenitur: non ordinando ſcire acquiſitum ex illis ad aliam vtilitatem:& maxime in vſum huius ſcientię,omnino illicitum eſt. C Ad argu.in oppoſitum.

D Queſt.xi. Arg.i. Circa vndecimũ arguitur,ꝙ iſta ſcientia in vſum ſuum habet aſſumere quæcũq;
in aliis ſcientiis ſunt inueſtigata.Primo ſic. Veritas vbicũq; inuenitur,dei eſt &
a ſpũ ſancto. vt dictũ eſt ſupra. Sed omnia quę dei ſunt,in vſum ſcientię huius
2 licet aſſumere:qa eſt ſciẽtia diuina.ergo &c.¶Secũdo ſic.Eccl'iaſtici.xlii.ſcribit in
perſona fidelis deum glorificantis in creaturis. Memor ero operũ domini:& quę
In oppoſitũ. vidi annũciabo in ſermonibus dñi.illi ſunt ſermones huiꝰ ſciẽtię.ergo &c.¶Con
trariũ eſt illud qđ dicit Ambro.in Hexame.De numero cælorũ ordine & motu
& cęterorũ huiuſmodi quę aliena ſunt a ſtudio noſtro & diuinę lectiõis ſerie: his qui foris ſunt re
2 linquamus.hoc non eſſet faciendũ:ſi in vſum huius ſcientię illa eſſent aſſumenda.ergo &c.¶Item
Auguſt.ix.de tri.in principio dicit.Non quicqd ab homine ſciri poteſt in rebꝰ humanis,huic ſciẽ
tię tribuendum.ſed totũ eſſet ei tribuendũ:ſi in vſum eius eſſet aſſumendũ.ergo &c.

E Reſponſio. ¶Dicendum ad hoc,ꝙ ſic eſt in omnibus quæ velut vtilia ſunt ordinata in aliquẽ
finem:ꝙ a fine debent determinari:vt inquantũ ad finẽ vtilia ſunt aſſumantur in eius ꝓſecutione
alias autẽ nõ:quia in vanum alias aſſumerẽtur.Quare cum vt determinatũ eſt ſupra,ea quę ſunt
aliarum ſcientiarũ ſunt aſſumenda ad iſtam tanq̃ vtilia: quæcũq; ergo vera in aliis ſcientiis inue
niantur,ſi cognoſcantur eſſe vtilia huic ſcientiæ,ſecure ab hac ſcientia ſunt aſſumenda:& alia nõ.
Et ideo dictũ eſt ſupra,ꝙ nõ volũtate affectãte: ſed neceſſitate cõpellente aſſumãt . Quęcũq; igiť
vera ſunt in aliis ſcientiis:& cognoſcibilia in vniuerſis creaturis:ad hanc ſciẽtiam aſſumi poſſunt.
ſed aſſumi non debent niſi in gloriam dei,inquãtum fructũ aliquẽ faciunt huic ſcientię:& in pro
ximi profectũ: inquantũ aliquem quãdoq; facilius dicta ſecularium ſcientiarũ ad ſpiritualem vitã
ducũt,q̃ huius ſacræ ſcripturę.ſecundũ ꝙ de primo dicit Eccl'iaſtici.xlii.in perſona doctoris fidelis
ſacrę ſcripturę.Memor ero operum dñi &c.Memor ero.ex aliis ſcientiis in quibꝰ perſcrutãtur ſpe
cialiter.Operũ dñi.Gloſ. Quę ipſe dixit & facta ſunt.Quæcũq; vidi.i.in aliis ſcientiis didici.In ſer
monibꝰ dñi.i.ſermonibꝰ huiꝰ ſacrę ſcripturę:q ſunt ſermones dñi.Memor ero illoꝝ operũ.Et quare
hoc faciendũ,ſequiť poſt aliqua interpoſita.Et gloria dñi plenũ eſt opus eius.i.materia glorificãdi
deũ eſt in omni opere eiꝰ.ꝓpter qđ debẽt aſſumi in ſermonibꝰ eius.& hoc eſt qđ ſequiť.Nõne dñs
F &c.De ſcđo vero dicit Orig.in Homil'.Quomodo Abrahã Cethurã accepit in vxorẽ.Sane(inqt)
pręter hoc qđ ex lege dei edocemur,ſi etiã ex his eruditiõibꝰ q̃ extrinſecus videnť eſſe i ſeculo:aliqs
cõtigimꝰ:verbi cauſa,vt eſt eruditio literarũ artis grãmaticę,vt eſt geometrica doctrina,vel ratio
numeroꝝ,vel etiã dialectica diſciplina:& hæc omnia extrinſecus quæſita ad noſtra inſtituta ꝑdu
cimus:tunc videbimur ex alienigenis in matrimoniũ ſumpſiſſe,vel etiã concubinas:& ſi de huiuſ
modi coniugiis diſputando diſſerendo cõtradicentes redarguendo conuertere aliquos poterimus
ad fidem:& ſuis eorum rationibus & artibus ſuperantes veram philoſophiam Chriſti & verã pie
tatem dei ſuſcipere ſuaſerimus: tunc ex dialectica & rhetorica videbimur quaſi ex alienigena qua
dam,vel concubina filios genuiſſe.

G Ad pri.pri. ¶Ad primũ in oppoſitum de dicto Ambro. Dicẽdum ꝙ illud dixit Ambro. non
quia talia nunq̃ ſint aſſumẽda in vſum huius ſcripturę ſi opus fuerit:ſed quia paſſim nõ ſunt aſ
ſumenda.& licet nulla paſſim ſint aſſumenda,hoc tamẽ potius de talibus dicit: quia rarius habẽt
vſum in hac ſcriptura q̃ alia.Vnde dicit ibidem. Quid mihi quęrere quę ſit mẽſura circuitus ter
rę,quã geometrę æſtimãt ſtadioꝝ.clxxx.quã libẽter fateor me neſcire,ꝙ ſcire nihil ꝓderit. Propter
qđ dicit in figura Leui.ii.Primitias tantũ eorum offeretis ac munera.Gloſ.interli.Elementa & oĩa
quę philoſophi repererunt,quæ diuinis eloquiis neceſſaria ſunt.& Gloſ.margi.Dicit in canti. Mel
& lac ſub ligua tua.vt oſtendať paganorũ ſcientia & Iudæorũ litera eccleſiaſticę doctrinę ſubiecta
eſſe.Horum non vult integrã doctrinam offerri: vnde ait Primitias tm̃ offeretis. Primitias enim
illius ſapientię offerimus:non totã:ſicut Paulus ait ad Ephe. Sicut veſter poeta dicit.Huius genꝰ
ſumus.qđ enim inuenit cõgruum ſcientię dei:non reſpuit:non tamen vltra teſtimonia multiplica
H Ad ſecũdũ. uit:quia placuit deo per ſtultitiã prędicationis ſaluos facere credẽtes.vt infra videbitur.¶Ad ſecũ
dum de dictis Auguſt. Dicẽdum ꝙ aliqua attribuuntur huic ſcientiæ tanq̃ ad integritatem eius
pertinentia. hoc modo non omnia quæ ſciri poſſunt huic ſcientiæ tribuenda ſunt.Alia vero attri
buuntur huic ſcientiæ tanq̃ vtilia & proficua illis quæ pertinent ad integritatem huius ſcientiæ.
Hoc modo omnia quæ ſunt ſcita in aliis ſcientiis bene poſſunt huic ſcientię attribui. Vnde ſcien
dum ꝙ in humanis ſcientiis quædam ſunt noxia & falſa:quę in ſermonibus huius ſcientiæ nunq̃
debent aſſumi niſi vt improbentur.Quędam autem ſunt vera: ſed vana:quia nullũ vſum ad hãc
ſcientiã habẽt:& ideo nunq̃ aſſumi debẽt. Alia vero ſunt vera & huic ſciẽtiæ ꝓficua:& talia aſſu



mi debẽt cum opus eſt.Horum trium diſtinctionem tangit Auguſtinus in ſuo dicto cum ait.Nõ
quicquid ſciri ab homine poteſt in rebus:vbi plurimum ſuperuacuę vanitatis.ecce ſecundum . Et
noxię curioſitatis.ecce primũ.Huic ſcientię tribuendum:ſed illud tantũmodo quo fides ſaluberri
ma,quę ad veram beatitudinem ducit:gignitur,nutritur,defenditur,roboratur.ecce tertium.Sciẽ
dum tamen ꝙ non ſunt aliqua ita vana,ſi tamen vera,ſi huic ſcientiæ ſint proficua: quin ad hanc
ſcientiam ſint aſſumenda:quia tunc non ſunt vana.nihil enim eſt in creaturis quin per ſimilitudi
nem aliquam in diuinam cognitionem ducat.vt infra videbitur.

Circa.xii.arguitur ꝙ omnes alię ſcientiæ æqualem vſum habent ad iſtam. Primo Queſt.xii.
ſic.Hæc ſcientia alias aſſumit in vſum ſuum:inquantum in finem ſuum ordi Argu.i.
nantur.omnes æqualiter in finem eius ordinantur : quia vt in finem vltimum.
ergo &c.¶Secundo ſic.hæc ſcientia alias ſcientias aſſumit in vſum ſuum, ratio 2
ne veritatum quas continent. ſed æqualis eſt veritas omnium verorum : quia
veritas eſt rectitudo quædam. ergo &c. ¶Contra eſt ſecundum prædicta:quia In oppoſitũ.
non aſſumit illa quę ſunt aliarum ſciẽtiarum,niſi ad vſum ſuum ſint vtilia.ſed
non ſunt omnia ęqualiter vtilia ad hanc ſcientiam:vt determinat Auguſtinus ſecundo de doctri.
chriſtiana.ergo &c.

¶Dicendum ad hoc ꝙ illa quę æqualem vſum habent ad aliquid:neceſſe eſt ꝙ ad I
illud ſe habeant eodem ordine ſecundum idem & eodem modo:quia in iſtis conſiſtit comparatio Reſponſio.
nis æqualitas.Nunc autem comparando alias ſcientias ad iſtam ſecundum vſum ſuum: neq; eo
dem ordine,neq; ſecundum idem,neq; eodem modo ſe habent ad eam. Idcirco dicendum ꝙ non
æqualem vſum habent aliæ ſcientiæ ad iſtam.Primo quidẽ non ordinantur aliæ ſcientiæ in vſum
iſtius eodem ordine:quoniam quædam ordinantur ad iſtam mediatius:quædã immediatius . Cũ
enim vt dicit Hug.in prolo.cę.Hierarchiæ, Phĩa oĩnis in tres partes ſecatur:Prima eſt logica, ſub
qua comprehendit omnes ſcientias ſermocinales:quæ non docent cognoſcere res ſed modos ſcien
di alia:de quibus dicit Philoſophus:Quędam non volumus ſcire propter ſe:ſed vt per hęc alia co
gnoſcamus.& ideo ſunt aliis priores:ſecundum ꝙ dicit Boethius. Neceſſe eſt prius oſtendere qs K
modus ſit poſſibilis ad veritatem propoſitam manifeſtandam.Secunda eſt ethica:quæ formã vir
tutum diſponit:& eſt in ſecundo ordine:quia mentem habitibus virtutum ad percipiendum re
rum veritates ſerenat.ſecundũ ꝙ dicit Aug.iiii.de ciui.dei.ca.iii.Socrates primo vniuerſam philo
ſophiam ad corrigendos,componendoſq; mores flexiſſe memoratur : cum ante illum omnes ma
gis phyſicis perſcrutandis operam impendebant. Nolebat enim immundas terrenis occupationi
bus animas ſe in diuina conari : quæ non putabat niſi munda mente poſſe comprehendi : ideoq;
primo purgãdæ vitæ cenſebat inſtandum: vt depreſſis libidinibus ornatus animus naturali vigo
re in æterna ſe extolleret.Tertia vero eſt Theorica:quæ ſola verum in eo qđ eſt & non eſt ſcruta
ri elegit.Huius vt dicit Hug.tres ſunt partes.Prĩa Metaphyſica. Secũda phyſica.Tertia theologia
in quibus contemplatio veritatis quibuſdam quaſi contemplationum gradibus ad ſummum cõ
ſcendit. Prima enim ſpeculatur viſibiles inuiſibiliũ rerum formas.Secũda inuiſibiles rerum viſibi
lium cauſas.Tertia contemplatur inuiſibiliũ ſubſtantiarum inuiſibiles naturas. Et eſt in iſtis qua
ſi progreſſio quædam & profectus mẽtis ad cognoſcẽdũ verũ. per viſibiles enim inuiſibiliũ formas
peruenitur ad inuiſibiles viſibilium cauſas:& per inuiſibiles viſibilium cauſas aſcenditur ad inui
ſibilium ſubſtantiarum cognoſcendũ naturas:vbi eſt ſumma veritatis perfectio:qua nihil altiꝰ eſſe
poteſt animo contemplanti.Non ergo eodem ordine aliæ ſcientiæ vſum habent ad iſtam: ſed quę
dam mediatius:quędam vero immediatius.Immediatius enim ad iſtam ordinantur ſcientię phy L
ſicę.i.naturales cõmuniter dictę continentes ſub ſe metaphyſicam: poſt illas mathematicæ:& poſt
mathematicas morales,& poſt morales ſermocinales.Secũdo etiã modo non ordinantur aliæ ſcien
tiæ in vſum iſtius ęque principaliter.ſ.ſecundum idem.Cum enim vt dicit Auguſt.iiii.de ci.dei.
cap.iiii. ſtudium ſapientiæ in actione & contemplatione verſatur : & actio conſiſtit in amore bo
ni,& contemplatio in ſpeculatione veri:ad partem theologię,quę in actione cõſiſtit,plus valet mo
ralis philoſophia:ad partem vero eius quæ in contemplatione cõſiſtit,plus valet tota phĩa reſidua
Tertio ſimiliter mõ non ordinanť omnes ſcientiæ in vſum huius ſcientiæ eodem modo.Cum eñ
ad ꝑfectũ modũ tractandi ſacram ſcripturã duo ſunt neceſſaria.ſ.modus inueniendi quæ intelligẽ
da ſunt:& modus proferendi quæ ſunt intellecta:vt dicit Aug.i.de doct.chriſtiana quãtũ ad mo
dum proferendi duo ſunt neceſſaria:orationis cõgruentia,& orationis decentia.Quãtũ ad primũ
vtilis eſt grammatica:vt modos locutiõis nos doceat:in quibus vſus nobis deficit.& ſic neceſſaria

eſt nobis ad vſum huius ſcientiæ:ſicut & ad vſum aliarum ſcientiarum:ſed per accidens.ſecundũ
ꝙ dicit Auguſtinus.iiii.de doctri.chriſtiana.Neqꝫ ipſa arte grãmatica, qua diſcitur locutionis in-
tegritas,indigerent pueri, ſi eis inter homines qui integre loquerentur, creſcere daretur & viue-
re.Neſcientes enim vlla nomina vitiorum:quicquid vitiorũ cuiuſlibet ore loquentium audirent
ſana ſua conſuetudine reprehenderent & cauerent. ſicut ruſticos vrbani reprehẽdunt: etiam qui
literas neſciunt.Quantum ad ſecundum vtilis eſt Rhetorica: vt ex ea modos ꝑſuaſionũ ſacra ſcri
ptura accipiat. ſecundum ꝙ dicit Auguſt.iiii.de doctri.chriſtiana. Cum poſita ſit in medio facul-
tas eloquii:quæ ad perſuadenda ſeu praua, ſeu recta valet plurimum : cur non bonorum ſtudio
M comparatur vt militet veritati:cum mali ad obtinẽdas prauas vanaſqꝫ cauſas in vſus iniquitatis,
& erroris vſurpent!❡Circa modum inueniendi quę intelligenda ſunt:duo ſunt neceſſaria.ſcilicet
inuentio verarum ſententiarum:qđ pertinet ad ſcientiam rerum.& inuentio connexionum: qui-
bus quæ vere inuenta ſunt in rebus,eſſe vere inuenta cognoſcant:qđ pertinet ad artem diſputati
uam.ſecundum ꝙ dicit Aug.ii.de doctri.chriſtiana.Aliud eſt noſſe regulas connexionũ:aliud ſen-
tentiarũ veritatẽ.In veritate ipſę ꝑ ſe ſentẽtię cõſiderãdę ſunt:ſed veris certiſqꝫ ſentẽtiis cũ incertę
vera cõnexione iũgunt,ipſę etiã certę fiant neceſſe eſt.❡Circa vſum artis diſputatiuę,Sciẽdũ ꝙ ſe
cũdũ ꝙ dicit Auer. & etiã Aug.de Acad.dupl'r vtẽdũ eſt ea in hac ſciẽtia,ſicut & in aliis.prĩo qa
declarat cõmunes propoſitiones qbus vtitur q̄libet ſciẽtia. Secũdo qa docet modos arguẽdi quibꝰ
declaratur vere inuentum eſſe id qđ aliæ ſcientiæ ex ꝓpriis principiis vere adinueniunt:ſecundũ
ꝙ dicit Phs loquẽs vt logicus in lib.Poſter. Aliarũ ſcientiarũ eſt medium inuenire. Noſtrũ autem
eſt ordinare.De vtilitate ſcientię diſputatiuę ſpecialiter ad iſtam ſcientiam dicit Auguſt.ii.de do-
ctrina chriſtiana.Diſciplina diſputationis ad omnia genera quæſtionum,quę in literis ſanctis ſunt
penetranda & diſſoluenda plurimum valet. Diſputatione autem ſophiſtica maxime cauẽdum eſt
vti in hac ſcientia:& pręcipue litigioſa.quoniã vt ibidem dicit Auguſt. Genus captioſarum con-
cluſionum ſcriptura quantũ deteſtatur illo loco oſtẽdit vbi dictũ eſt:Qui ſophiſtice loquitur odi-
bilis eſt. Cum enim vt dicit.ii. libro ſoli. non melius veritas poſſit q̄ interrogando & reſponden-
do inueſtigari: & vix quiſq̄ inueniatur quem non pudeat conuinci diſputatione: eo pene ſemper
euenit:vt rem bene inductam ad diſcutiendum,inconditus pertinaciæ clamor expendat : & cum
N laceratione animorum plerũqꝫ diſſimulata,interdum etiã aperta.❡Sciendum tamen ꝙ ſophiſtica
rum cõnexionũ rationes etiã vtile eſt ad vſum huius ſcientiæ aſſumere:vt cognoſcantur,& dece-
ptiones prauorum fidelibus non lateant. Cum enim vt dicit Auguſti.iiii.de doctri.chriſtiana, in
principio:illi fallacibus argumentis veritatem oppugnent,& falſitatem aſſerant:iſti vero nec vera
defendere:nec falſa valeant refutare: illi animos audientium in errorem mouentes impellenteſqꝫ
terreant:contriſtent:exhilarent:exhortentur ardenter:iſti pro veritate lenti frigidiqꝫ dormitent:
quis ita deſipiat vt hoc dicat! De vtilitate notitiæ rerum ex ſcientiis naturalibus dicit Auguſti-
nus ſecundo de doctrina chriſtiana.Rerum ignorantia facit obſcuras lectiões,cum ignoramus vel
animantium, vel lapidum, vel hærbarum aliarumve rerum naturas : quæ plerunqꝫ in ſcriptu-
ris alicuius ſimilitudinis gratia ponuntur.De vtilitate vero Arithmeticæ dicit ibidem.Numero-
rum imperitia multa facit non intelligi.& de Muſica ibidem.Non pauca etiam claudit atqꝫ obte-
git rerum muſicarum ignorantia. & ſic de cæteris:ſecundum ꝙ de eis ibidem plura pertractat.
Eſt autem pro generali regula tenendum in omni ſcientia rerum : ꝙ tanto plus valet ad vſum
huius ſcientiæ:quanto plura & apertiora de deo & de rebus diuinis loquitur. Et ideo Auguſtinꝰ
octauo de ciuitate dei,in tractandis ſacris literis vtilitatem philoſophiæ Platonis,philoſophiæ cæ-
terorum philoſophorum anteponit.Quicunqꝫ (inquiens) philoſophi de ſummo deo,& vero iſta
ſenſerunt:ꝙ rerum creatarum ſit effector, & lumen cognoſcendarum, & bonum operandarum:
ꝙqꝫ ab illo nobis ſit & principium naturæ,& veritas doctrinæ, & felicitas vitæ,ſicut Plato & qui
eum bene intellexerunt,eos omnes cæteris anteponimus: eoſqꝫ nobis propinquiores fatemur.

O ❡Ad primum in oppoſitum,ꝙ omnes ſcientiæ æqualiter ordinãtur in finẽ huius
Ad primũ principale. ſcientiæ:Dicendum ꝙ licet æqualiter ordinentur in finem huius ſcientiæ:quo ad hoc ꝙ in ipſum
ordinantur tanq̄ in finem vltimum:non tamen eodem modo:quia non ęque immediate: neqꝫ ſe-
P cundũ idẽ neqꝫ ad idẽ:vt dictũ eſt.❡Ad ſecundum ꝙ æqualiter eſt veritas oĩm ſcientiarum: Dicẽ
Ad ſecundũ dum ꝙ licet ita eſſet:veritas tñ quorundam maiorẽ conformitatẽ habet ad ea q̄ ꝓprie ſunt huius
ſcientiæ q̄ aliorum:& ſecundum hoc diuerſimode bene poſſunt aſſumi in vſum huius ſcientiæ.
Quomodo non ſit veritas æqualis in omnibus, habitum eſt ſupra.



CIrca.xiii.arguitur:ꝙ non omnes aliæ ſcientiæ concordant in veritate eorũ quæ Q
ſunt huius ſcientiæ:neqꝫ econuerſo:ſed ꝙ ſecundum illas ſcientias aliqua falſa Quæſt.xiii.
vera ſunt iudicanda ſecundum iſtam:& econuerſo.Primo ſic.ſuper illud Pſal. Arg.i.
Mirificauit miſericordiam ſuam mihi in ciuitate munita.dicit Gloſ. Mundus
dicitur ciuitas munita:quia ſciẽtia carnali & philoſophica traditione armatus
erat contra dominũ. qđ eſſe non poſſet:niſi veritas mundanę ſapientiæ contra
ria eſſet veritati huius ſcientiæ,quę eſt ſcientia domini:quia non armatur niſi contrarium contra
contrarium.ergo &c.❡Secundo ſic.ſup illud.i.ad Corin.i.Non miſit me deꝰ baptizare ſed euange
lizare:nõ in ſapiẽtia verbi:vt non euacuet crux Chriſti.dicit Gloſ. Quaſi dicat,miſit me euange- 2
lizare non in ſapientia verbi.i.in ſapientia philoſophorum,quæ ſapientia verbi dicitur quia verbo
ſos facit.Per illã eñ ſapientiã euacuat crux Chriſti.i.mors Chriſti:& ĩpoſſibile ſecundũ naturã iu
dicatur:vt deus immortalis moreretur.ſed hoc non eſſet niſi veritas illius ſapientiæ veritati huiꝰ
ſcientiæ contrariaretur.ergo &c.❡Tertio ſic.Illę ſcientię non concordãt in eodem: quæ proferunt 3
iudicia contraria,& ſimul vera:immo falſum apud vnã,verum eſt apud alteram:& econuerſo.iſta
ſcientia & alię comparatę huic ſunt hmõi.ergo &c.Probatio medię eſt.Philoſophus enim ex ſcien-
tia phica medicinali vere iudicaſſet Ezechiã moriturum.Theologus autem ex ſcientia iſta ſi ex ea
diuini conſilii diſpoſitionem vidiſſet: iudicaſſet eum & vere non moriturum:ſed ſuperuicturum.
❡In oppoſitum arguitur.primo ſic.quęcunqꝫ ſunt vera:intantum ſunt vera, inquantũ imitantur In oppoſitũ.
primã veritatem:& falſa inquantũ ab eius imitatione deficiunt:vt dictum eſt ſupra: ſecũdum Au
guſtinũ de vera religio. Vnum autem & idem non niſi vniformiter imitatur eam ſub quacunqꝫ
ſcientia & cuiuſcunqꝫ cognitione cadat. ergo idem ſub quacunqꝫ ſcientia, & ſub cuiuſcunqꝫ co-
gnitione cadat,ſemper eodem modo eſt verum.Quare cum non contingit ſcire niſi verum:quod
verum eſt & ſcitum a ſapiente in vna ſcientia, verum etiam erit a quocunqꝫ fuerit ſcitum : & in
quacunqꝫ ſcientia:& contrarium eius falſum. Non ergo verum in hac ſcientia poteſt eſſe falſum
in alia vel econuerſo.❡Secundo ſic.deus ipſe nouit veritatem cuiuſlibet ſcientiæ, huius & aliarũ. 2
Si ergo idem quod verum eſt in hac ſcientia:falſum eſſet in alia vel econuerſo: Scientia dei eſſet ſi
biipſi contraria circa idem: quia eſſet ſimul vera & falſa: qđ eſt impoſſibile. Nec poteſt reſponde-
ri:ꝙ nõ eſt incõueniẽs:quia hoc eſt ex comparatione ad diuerſas ſcientias:quoniã ſcientia dei non
eſt cauſata ex rebus vel ſcientiis aliis a ſe:ſed a ſeipſo ſcit quæ nouit. ❡Tertio.ſic.ſecũdum ꝙ dicit 3
Philoſophus ſecundo Metaphy. Vnũquodqꝫ ſicut ſe habet ad eſſe:ſic & ad cognitionem & verita-
tem:quia eadem ſunt principia eſſendi & cognoſcendi. Et ſecundum Augu.de vera rel. vnũqđqꝫ
verum eſt in eo ꝙ verum aliquid eſt,& falſum in eo ꝙ falſum nõ ens eſt. & hoc eſt idem cũ eo qđ
ſolet dici:ꝙ verum,& ens:falſum & non ens cõuertuntur.ſed ita eſt ꝙ vnum & idem ex eo ꝙ con
ſideratur a diuerſis aut in diuerſis ſcientiis,non poteſt ſimul eſſe ens & non ens:ens reſpectu vni-
us, & nõ ens reſpectu alterius:quia eſſe quid abſolutum eſt. ergo idem non poteſt eſſe ſimul ve-
rum & falſum.verum reſpectu vnius:falſum autem reſpectu alterius.
❡Dicendum ad hoc:ꝙ veritas propria fidei & ſacrę ſcripturæ capacitatem natu R
ralis rationis excedit:nec poteſt ratio naturalis de ſe extẽdere ſe vt veritates quæ ſunt proprię hu Reſponſio.
ius ſcientiæ,capiat vel percipiat. ſecundum ꝙ dicit Apoſtolus.i. Corinth.ii.Quæ dei ſunt,nemo
cognouit niſi ſpiritus dei.Gloſ.Id eſt ſpũs ſanctus & illi quos cognoſcere facit.vñ ſequitur in Apo
ſto.Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Gloſſ. Vt partum virginis & reſurre-
ctionem.Nihil enim æſtimat poſſe fieri:niſi quod nouit quomodo fiat. Et dicitur animalis animi
ſenſus,qui de deo iuxta corporum phãtaſiam vel rationem philoſophicam iudicat. & ſequitur in
Apoſtolo.Stultitia eſt illi:& non poteſt intelligere.Gloſſ.Secũdum humanum ſenſum.Et q̄uis ita
ſit:quęcunqꝫ tñ vera ſunt iudicio huius ſcientię,falſa eẽ non poſſunt in recto iudicio naturalis ra
tionis: ſi ad ea capienda poſſet naturalis ratio eleuari : ſicut econuerſo quæcunqꝫ vera ſunt iudi-
cio vero naturalis rationis in alia ſciẽtia, in recto iudicio huius ſcientiæ falſa eſſe non poſſunt.Pro
pter quod dicit Philoſophus in principio Ethico. Vero omnia conſonant exiſtentia. Falſo autem
cito diſſonat verum. Vnde etſi quædam quæ in rei veritate vera ſunt, & vera iudicantur recto
iudicio huius ſcientiæ:iudicio alterius ſapientis vt mũdani,falſa eſſe dicũtur:hoc non cõtingit ni
ſi per errorem iudicantis,qui præſumit iudicare quæ facultatem ſuam excedunt: in quibus oĩo
certum iudicium habere non poteſt.Sicut enim cęcum naturaliter impoſſibile eſt cognoſcere vel
iudicare in coloribus quid album,quid nigrũ:ſic hominem in puris naturalibus conſtitutum,qui
naturaliter cęcus eſt quo ad ſpiritualia & ſupernaturalia:licet per gratiam natus ſit illuminari ad

aſpiciendum illa:impoſſibile eſt cognoſcere vel iudicare in eis quæ ſunt ſupernaturalia & propria
huic ſcientiæ, quid verum,& quid falſum,quę bene cognoſcit & iudicat homo ſpiritualis per lu-
men fidei & intellectus,lumine ſuperiori illuſtratus:ſecũdum ꝙ poſt ſupra dicta ſequitur in Apo
ſto.Spiritualis autem iudicat om̃ia:& ipſe a nemine iudicatur.vbi dicit Gloſ.Intelligit & diſcernit
omnia quæ ad iuſtitiam & vitam ſufficiunt certa fide: & ipſe a nullo homine animali intelligitur
vtrum bene an male intelligat.Quia dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt: vt dicitur Ro.i.vbi
dicit Gloſſ.Sapientes in naturis rerum ſtulti facti ſunt in deo. Veritas igitur theologica & ph̃ica
in omnibus concordant: & eſt veritas philoſophica manuductiua ad veritatẽ theologicam & gra
dus ad illam.Vnde rationes quę videntur ex principiis philoſophiæ conſtructæ contrarię veritati
fidei & theologię:non ex veris principiis ph̃ię:ſed ſolum per errorem humanę induſtriæ ſunt con
ſtructę:ſecũdum ꝙ etiã multa ſibimet cõtraria ph̃i in philoſophia ſenſerunt: q̃a humanis ſenſibus
& humanis ratiocinationibus iſta quęſierunt:vt dicit Augu.ix.de ciui.dei.ca.xli.Et ideo quia non
ſunt conſtructę ex principiis philoſophię omnes vere diſſolubiles ſunt. Et ſicut per errorem natu-
ralis rationis ſunt conſtructę:vel circa vera principia philoſophię, vel male extendendo principia
philoſophię vltra id qđ extendi deberent:ſic per directionem naturalis rationis vel ex ſe vel adiu-
torio ſupernaturalis illuſtrationis qua ſupernaturalia cognoſcũtur,omnes poſſunt diſſolui. Vt ſi
arguat aliquis ꝙ natura non poteſt idẽ corporaliter reparare: ergo nõ poteſt fieri reſurrectio mor
tuorum:male extendit principia vera philoſophię naturalis.Multa enim in materia naturali vir-
tute ſuperiori poſſunt fieri:quæ natura non poteſt facere:vt dictum eſt ſupra:vnde debet cõclude
re:ergo actione naturę non poteſt fieri reſurrectio mortuorum:& ibi ſtare.Sed cum concludit ꝙ a
nulla alia virtute hoc põt fieri, philoſophiam excedit:quia hoc ex principiis philoſophię non ha-
S bet:ſed contrarium potius.Ex quo enim ph̃ia docet primum principium omnium eſſe potentiæ
infinitę:licet ignoret quomodo poſſit operari ſupra ſolitum curſum naturę:non debet negare q̃n
ab aliqua virtute ſupernaturali hoc ſit poſſibile fieri:cum ſcit eſſe aliquod agens infinitę virtutis.
Nec etiam ex philoſophia debet aſſerere ꝙ illud nõ poſſit fieri:quia ignorat quomodo fieri poſſit
ſupra conſuetum curſum naturæ:vt demus deum aliquid poſſe: qđ nos fatemur inueſtigare non
poſſe:ſicut dicit Auguſt.in epiſtola ad Voluſianũ.Et forte ſi aliqui pręſumant dicere ꝙ extra cur
ſum conſuetum naturę primũ principiũ nihil poſſet agere:hoc re vera humana temeritas confin-
git:nec recta ratio ex principiis philoſophię dictat.Vnde ſicut temerarius theologus ignorans ea
quæ ſunt philoſophię:multa poteſt reputare falſa in ſciẽtiis ph̃icis quæ t̃n ſunt veriſſima:& crede
re hoc ſe habere ex principiis theologicis:in q̃bus deceptus eſt:ſic econtrario temerarius ph̃s mul
ta põt reputare eſſe falſa in hac ſciẽtia,quę t̃n ſunt veriſſima:& credere hoc ſe habere ex principiis
ph̃icis,in quibus deceptus eſt,vel quæ male ad vera theologica deſtruenda applicat. ſicut Cõmẽt.
ille hęreticus Auer.ſuper.xii.Metaph.impoſſibile reputat deum eſſe trinum & vnum:quia vt di-
cit,non poſſunt eſſe tres niſi in eis numeretur ſubſtãtia.& nõ intellexit quid dixit.Propter qđ di-
cit Aug.in epiſtola quadã ad Marcellum.Si ratio contra diuinarũ ſcripturarũ auctoritatẽ reddit:
q̃libet acuta ſit,fallit veri ſimilitudine:nam vera eſſe non poteſt.Rurſum ſi manifeſtę certęq; ratio
ni velut ſcripturarũ ſacrarum obiicitur auctoritas,non intelligit qui hoc facit, & non ſcripturarũ
T illarũ ſenſum,ad quem penetrare non potuit:ſed ſuum potius opponit veritati. ¶Item Paulinus
in epiſtola ad Augu.Hęretici qui doctrinas dęmoniorum & ſequũtur,& promũt cõceptis ab eorũ
ſpiritu adinuentionibus,quæ non viderunt phantaſmata quaſi viſa fingentes:& peſtiferis diſpu-
V tationib9 corda male credula ſeminãtes:hi ſunt qui non tenent caput.i.Chriſtũ fontem veritatis:
cuius doctrinę quicq̃d aduerſatur,inſanũ eſt. ¶Item Aug.in epiſtola ad Cõſentiũ.Illa ratio quę p
ſuaſit in ea trinitate quę deus eſt,filium non eſſe patri coæternũ:& alterius eſſe ſubſtantię: atq; ali
qua parte diſſimilem,& ex modo inferiorem:Non ideo quia ratio:ſed quia falſa ratio : cauenda &
deteſtanda dicenda eſt.Nã ſi ratio vera eſſet,non vtiq; erraſſet. Quapropter ſicut non ideo debes
omnem vitare rationem:quia eſt & falſa ratio:hoc & de ſapiẽtia dixerim: neq; enim ꝓpterea ſapiẽ
tia vitãda eſt:q̃a eſt & falſa ſapiẽtia.Et dixit Aug.hęc cõtra Cõſentiũ:q̃a ille dixit ꝙ ĩ eis quę ſunt
fidei & ſacrę ſcripturę:nõ rationi ſed auctoritati credendũ eſt:q̃a hęretici nõ erraſſent ſi ſcripturis
X ſacris magis q̃ ſuis rõnibus accõmodare fidẽ mallẽt.Per hęc patent in parte obiecta in contrarium.
Ad pri.prin. Qꝫ ergo arguitur primo ꝙ mundus philoſophica traditione armatus erat cõtra
deũ:Dicẽdum ꝙ aliud eſt dicere ph̃iam:aliud vero philoſophicã traditionẽ.Ph̃ia em̃ eſt vera rerũ
naturaliũ ſcientia:quæ a veris ph̃is ex rebus eſt animaduerſa:nõ ab eis inſtituta , & ſemper ſonat
quantum eſt de ſe nomen ph̃iæ in bonum.Vnde q̃cunq; philoſophi cõſcripſerunt:quę vere ex re



bus animaduerterunt:illa veriſſima ſunt:& contraria deo & dictis eius eſſe non poſſunt:quia crea
turæ ſunt verum opus dei:in quo veritas diuinæ ſapientiæ relucet.Eccli.xlii. Gloria domini ple-
num eſt opus eius.& Eccli.i.Effudit illam ſuper omnia opera ſua. Ph̃ica autem traditio eſt omne
illud qđ in publicis ſcriptis reduxerunt:quaſi ex rebus veridica animaduerſione inueſtigatum:in
q̃bus q̃plurimũ multi ex ipſis errauerũt.Et quo ad illa erronea in q̃bus mundus per ipſos erat in-
ſtructus:quæ contraria erant diuinæ veritati:dicit Gloſ.illa:quia mundus erat philoſophica tra-
ditione armatus contra deum.Vnde illa traditio erat ſapientia mundi:de qua dicit Apoſtolus.i.
Corinth.iii.Sapientia huius mundi,ſtultitia eſt apud deum.Et quomodo deprehẽditur eſſe ſtulti
tia,ſtatim ſubdit Apoſtolus prophetico vtens teſtimonio,dicẽs.Scriptum eſt enim: Comprehẽdã
ſapientes in aſtutia ſua.vbi dicit Gloſ. Comprehẽdã.i.falſos oſtendam,faciendo aliter q̃ ipſi dicũt.
Sapientiam enim illam deus probat eſſe ſtultitiam, faciẽdo qđ mundus poſſe fieri negauit.Vnde
ſapientia mundi non vero nomine:ſed abuſiuo ſapientia dicitur. ſecundũ ꝙ ſuper illud.i.Corint.
primo.Perdam ſapientiam ſapientum.dicit Gloſſ. Non vera ſapientia perditur a domino:ſed fal-
ſi nominis ſcientia,quã ſibi theſaurizant lingua mendacii,& deficiunt ſcrutantes ſcrutinia.Secun
dum enim ꝙ dicitur in Pſal.Dominus ſcit cogitationes hominum:quoniã vanæ ſunt.i.falſę. dicit
Gloſ.ſuper illud:Cõprehẽdam. Vnde talem doctrinam hortatur Apoſtolus fugere cum dicit Co
loſſen.ii.Ne tetigeritis: neq; guſtaueritis: neq; contrectaueritis. quæ omnia ſunt in interitu ipſo
vſu:ſecundum præcepta & doctrinas hominum:quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientiæ
in ſuperſtitione.¶Per idem patet ſecundum:quoniã per veram ſapientiam verorum philoſopho- Y
rum:nihil euacuatur eorũ q̃ ſunt fidei:vt dictum eſt.ſed ſi quid euacuatur, hoc eſt ꝑ falſam falſo- Ad ſecũdũ.
rũ ph̃orũ ſapientiã: quæ dicitur ſapientia verbi,q̃a dicit̃ ſapiẽtia:etſi non ſit, vt dicit Gloſſ. ¶Ad
tertiũ ꝙ aliæ ſcientię & iſta dant contraria iudicia circa idẽ:quę ambo ſunt vera:Dicẽdũ ꝙ eſt qđ Z
dam iudicium circa præſentia & præterita:& illud eſt determinatum:quia circa illa ex natura rei Ad tertium.
eſt veritas determinata:nec vllo modo poſſunt circa idem eſſe contraria iudicia vera. Aliud vero
eſt iudicium circa futura,in quibus eſt veritas quantũ eſt ex natura rei indeterminata: niſi deter-
minatio ei contingat ex ſua cauſa:& ideo non poteſt circa illa in veritate eſſe iudicium determina
tũ aliter q̃ ex ſua cauſa a qua fieri habẽt.Nũc aũt ita eſt: ꝙ in talibus duplex eſt cauſa fieri rei.vna
particularis & proxima:alia vniuerſalis & prima.quę ſic ſe habent inter ſe:ꝙ nõ fit res neq; poteſt
fieri a proxima niſi per primam.econtra autẽ a prima multa fieri poſſunt non per proximã:& hoc
maxime ab illa quę eſt ſimpl'r prima oĩm:q̃ effect9 oĩm cauſarũ proximarũ per ſe põt producere ſi
ne cauſis proximis:licet hoc negarent falſi philoſophi:vt alias videbitur.Propter qđ quęcunq; res
futura quæ nata eſt fieri ab vtriſq;: magis ſequitur hm̃oi cauſam primam q̃ proximam:& magis
iudicãda eſt eſſe futura vel non futura ſecundum cauſam primam q̃ ſecundum proximam:ita ꝙ
ſi ſit futura actione cauſę primę,& ſit non futura actione cauſę proximę,ſimpliciter debet iudicari
eſſe futura,& non futura ſecũdum quid. Vnde verus iudex ex cauſis naturalibus proximis nihil
debet iudicare futurũ:niſi ſub conditione ſi cauſa prima cõgruat cauſæ ꝓximę:aliter enim frequẽ
ter poterit errare:ſicut patet in exemplo propoſito.Ezechias enim quantũ erat ex cauſis proximis
ęgritudinis ſuę moriturus erat:nec tamẽ a medico ex hoc debuit iudicari moriturus ſimpliciter:
ſed ſolum ſub cõditione:ſi cauſa prima ꝓageret curſum:quẽ cũ cauſis proximis ęgritudinis illius
iã agere cœperat.ſed ab inſpectore diuini conſilii,& cauſę primæ potius debuit iudicari victurus
ſimpl'r:quia vidit cauſam primam ſe ſubtrahere debere ab actiõe quã cœperat cum cauſis ægritu
dinis ꝓximis,& ſupnatural'r agere cũ principiis & cauſis ſanitatis cõtra cauſas ægritudinis. Veri
dica igit̃ iudicia huius ſcientię & aliarum circa idem nõ poſſunt eſſe contraria,niſi ſecundũ quid.
Vnde iudicia abſoluta quę ſumuntur a cauſis proximis etiã in voluntariis omiſſa cauſa prima re
probat Iac.in cano.ſua.dicens.Ecce nunc dicitis,hodie aut cras ibimus in ciuitatem illam: & facie
mus ibi annũ: & mercabimur & lucra faciem9: qui ignoratis quid ſit vobis futurũ in craſtinum:
pro eo ꝙ dicatis ſi dñs voluerit:& ſi vixerimus,faciem9 hoc vel illud. vbi de præſumptuoſis dixit
Gloſ.In his omnibus ſuperni iudicis examẽ ad mentem reuocare contemnunt.Qꝫ ergo iſta ſcien-
tia dicit ſecundum diuinum conſilium Ezechiam victurum,verum dixit ſimpliciter:ꝙ vero me-
dicina dixit ipſum moriturum:falſum dixit ſimpliciter:& verum ſecundum quid.& ex hoc dictũ
eſt ſupra:ꝙ iſta ſcientia omnes ſubalternat in dicendo propter quid.

## Articu.VIII.De cauſa finali Theologiæ.

Artic. VIII. Via non ſcimus rem abſq; eo q ſciamus cauſam eius, viſo
de ſcientia Theologię in ſe:& in comparatione ad alias ſcientias: Vidē
dum eſt de ea in ſuis cauſis. Et quia finis mouet efficientē:& efficiens
intendit formam inducere in materia:Ideo circa hoc quæruntur qua
tuor. Primum de fine.Secundum de cauſa efficiente.Tertiū de forma.
Quartū de materia.Etiam quia a fine eſt ſcientiarum vtilitas:& per fi
nem diſtinguūtur ſcientiæ in theoricas & practicas:& ex fine eſt earū
neceſſitas:& conſcribendi eas opportunitas:Ideo circa finem quærun
tur.vi.

Primum:vtrum hæc ſcientia ſit vtilis.
Secundum:vtrum ſit neceſſaria homini.
Tertium:vtrum ſit theorica an practica.
Quartum:vtrum literis erat conſcribenda.
Quintum:vtrum ſimul tota erat conſcribenda.
Sextum:vtrum perfecte conſcripta eſt in duobus teſtamentis.

A Irca primum arguitur:q hæc ſcientia non ſit vtilis.Primo ſic.Nihil eſt vtile ni
Quæſt.i. ſi ex relatione in finem extra.quia ſecundum Auguſti.Vti eſt referre in finem.
Arg.i. Sed inter oēs ſcientias iſta ſola non eſt relata in finem extra ſe: ſed in ſe conti
net finem omnium aliarū ſciētiarū:vt habitū eſt ſupra.ergo &c.¶Secundo ſic.
2 vtile pertinet ad actum voluntatis : quia ſecundum Auguſt. vti eſt aſſumere
aliquid in facultatem voluntatis.ſcientia non pertinet ad volūtatem:ſed ad in
In oppoſitū. tellectum.ergo &c.¶Ad oppoſitum arguitur primo ſic.vtile eſt illud quod re
latum eſt in finem:hęc ſcientia immediate refertur in finem vitæ humanę,quæ eſt viſio dei:vt ſu
2 pra habitum eſt.ergo &c. ¶Secūdo ſic.quod alterum regulat & dirigit:vtile eſt ei.hęc ſcientia eſt
3 huiuſmodi reſpectu aliarum:vt dictum eſt ſupra.ergo &c.¶Tertio ſic.Apoſt.dicit.ii.ad Timo.iii.
Omnis ſcientia diuinitus inſpirata eſt vtilis ad docendum &c.hæc eſt talis.ergo.&c.

B ¶Ad hoc intelligēdum eſt:q vtile dicitur aliquid ex relatione, & profectu ad alte
Reſponſio. rum dupliciter:proprie.ſ.& improprie.Proprie illud dicitur alteri vtile : qđ natum eſt ſumi in fa
cultatem alterius:vt prędominantis. ſicut martellus vtilis eſt fabro.hoc modo iſta ſcientia eſt vti
lis homini:& magis q̄ aliqua aliarum : quia immediatius per ipſam in finem ſuum tendit . Dicit
enim Auicen.q omnes ſcientiæ cōmunicant in vna vtilitate.quę eſt acquiſitio perfectionis huma
næ,præparantis ipſum hoīem ad futurā felicitatem:non vt immediate omnes attingant ad eam:
ſed vt iuuent ſe mutuo:vt ſcilicet vna earum attingat illam immediate,veluti iſta: quia ſine hac
ſcientia nemo beatus eſt:vt dicit Gloſſ.ſuper illud.i.Corinth.ii.Nos ſpiritū dei accepimus,vt ſcia
mus quæ donata ſunt nobis.& per iſtam attingant eam omnes aliæ:inquantum iſta ſumit oēs
alias in vſum ſuum:vt ſupra dictum eſt.Vtilitatem huius ſcientię ad illum finem tangit Apoſto
lus cum dicit.ii.Timo.iii.Omnis ſcientia diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum,ad arguendū,
ad corripiendum,ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum in
ſtructus.& hoc in quatuor conditionibus:reſpondentibus quatuor generibus hominum:quorum
inſtructioni vtilis eſt hæc ſciētia.Eſt eīm vtilis infidelibus,vt in fide informent̄ & ei obediāt.Sic vti
lis eſt ad docendum.Gloſ.ignorantes.Eſt etiam vtilis rebellibus:vt fidei obediant:ad corrigēdum.
Gloſſ.contumaces.& obedientibus:hoc eſt rudibus vt credenda percipiant:ad erudiendum. Gloſ.
rudes.& tepidis:vt credita opere implere ſtudeant:ad arguendum. Gloſſ.negligentes. Improprie
autem ſumendo vtile,iſta ſcientia vtilis eſt aliis ſicut dominans eſt ſeruienti:& regens ad id quod
regitur.hæc enim ſcientia eſt adeo alta ſuper alias: vt aliter eis vtilis eſſe non poſſit:ſicut patet ex
prædeterminatis.

C ¶Ad primum in oppoſitum:q iſta ſcientia non eſt relata in finem extra ſe:Dicen
Ad primum dum q verum eſt alicuius ſcientiæ alterius vitæ huius.Refertur tamen vt in finem ad ſcientiam
in oppoſitū. alterius vitę:quē etſi in ſeipſo cōprehendit:hoc eſt imperfecte:propter imperfectā notitiam quam



tradit de deo:reſpectu illius quæ erit in patria. ¶Ad ſecundum q vtile pertinet ad actum vo D
luntatis:Dicendum q verum eſt: inquantum voluntas eſt vniuerſalis motor : ſuper omnes vires Ad ſecundū
animæ. Vti tamen & vtile pertinet ad actum cuiuſlibet prædominantis ordinantis alterum in
actum, & in finem ſuum : q̄uis voluntas ex hoc q vult quamlibet aliam potentiam ſic vel ſic ali
quo vti:etiā ſic ipſa quodammodo vtatur. ¶Ad tertium in oppoſitum: q iſta ſcientia eſt vtilis E
aliis:Dicendum q verum eſt improprie loquendo:vt dictum eſt : ad modum quo dominus eſt vti Ad tertium.
lis ſeruo: vt determinat Auicen.de vtilitate metaphyſicę ſuę ad alias ſcientias:in primo Metaphy
ſicæ ſuę.

Irca ſecundum arguitur q iſta ſcientia non ſit homini neceſſaria . Primo ſic.Il F
lud qđ naturam rei ſecundum ſuam ſpeciem excedit,non eſt ei neceſſarium:ſi Quęſt.ii.
cut talpæ viſus.iſta ſcientia eſt hmōi: quia excedit facultatem humanæ ratio Argu.i.
nis vt habitum eſt ſupra.ergo &c.¶Secundo ſic.illud non eſt homini neceſſa 2
rium:ſine quo poteſt perfecte attingere ſuum finem vltimum . Homo ſine hac
ſcientia poteſt hoc.ergo &c.Probatio medię eſt.quoniā qui facit quod poteſt ex
humana ratione,poſtq̄ deficit : & non habet qđ faciat vlterius, deus ei⁹ defectū
ſupplet: nec perire permittit.facere enim qđ eſt in ſe,conſulit Gloſſ.ſuper illud Matth.v. Si filius
dei es:mitte te deorſum.Chriſtus autem quod ſuum eſt ,hora neceſſitatis apponendum ꝑmittit:
cū dicit Apoſtolis.Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini.vt dicit Auguſtinus quarto de
doctrina chriſtiana.cap.xiii.ſed illud poteſt facere homo ſine hac ſcientia.ergo &c.¶Tertio ſic.Deu 3
tero.xxxii.dicitur. Dei perfecta ſunt opera.Nō eſt autem perfectum qđ nihil poteſt de ſe in ſibi ne
ceſſarium.ergo cum homo ſit de perfectioribus operibus dei:per ſe poteſt in ſibi neceſſarium. Nō
ergo hæc ſcientia eſt ei neceſſaria:quia de ſe non poteſt in ipſam:vt dictum eſt. ¶Quarto ſic.Ho 4
mo non eſt imperfectior aliis creaturis . ſed omnia ex propriis ſibi naturalibus poſſunt in ſibi ne
ceſſaria.ergo vt prius. ¶Cōtra eſt:quoniam illa ſcientia eſt homini neceſſaria:ſine qua non poteſt In oppoſitū.
placere deo:& ipſum damnari neceſſe eſt. hæc ſcientia eſt huiuſmodi:quia eſt ſcientia fidei : & ſi
ne fide impoſſibile eſt placere deo:vt dicitur Heb.xi.& Marci.vlti.dicitur. Qui vero non credide
rit cōdemnabitur.ergo &c.

¶Dicendum ad hoc:q neceſſitas huius ſcientię dupliciter habet accipi. Vno mō G
do in comparatione ad nos.Alio modo in comparatione ad alias ſcientias. Primo modo propter Reſponſio.
noſtram indigentiam.Secundo modo propter aliarum ſcientiarum inſufficientiam. De neceſſita
te eius ſecundo modo ſuper ſcientias philoſophicas,ſufficienter habitum eſt ſupra : determinan
do quomodo non contingit ſcire omnia ex ſciētiis philoſophicis:vn̄ ſolū de neceſſitate eius primo
modo hic debet eſſe ſermo.¶Sciendum igitur q homo in hoc differt a cæteris creaturis corpora H
libus : q nulla earum ad vlterius bonum ordinatur q̄ attingere poterit ex puris naturalibus ſu
is.Solus autem homo ſic creatus eſt:vt naturaliter habilis ſit eleuari ad vlterius bonum per gra
tiam,q̄ poſſit attingere per naturam.Nunc autem ita eſt q quandocunq; aliquid ordinatur ad ꝑ
fectius q̄ per naturā ſuā poſſit attingere:neceſſariū eſt ſi debeat ad ipſum attīgere,ꝓmoueri actio
ne ſuperioris perfecti in illo ad quod alter eſt promouendus. Nihil enim procedit de potentia ad
actum etiā in his quæ per naturam poteſt attingere : niſi per aliquid ſecundum idem exiſtens in
actu:ſic etiam neceſſe eſt ipſum promoueri ad illud actionee ſuperioris: vt cum ſit in diſpoſitum
& debile ad ſuſcipiendam perfectam actionem & influentiam illius ſuperioris: q illius actionē &
influentiam non recipiat ſtatim perfecte: ſed primo imperfecte : deinde perfectius , vſquequo to
taliter perficiatur.Si enim hoc contingit in actionibus naturæ in recipiendo illud ad quod res ali
qua naturaliter ordinatur,multo fortius ergo & in recipiendo illud ad quod ſupernaturaliter or
dinatur.Cum igitur homo ſic paulatim procedit ad perfectionem in omni cognitiōe:qua per pu
ra naturalia ꝑfici poteſt:vt etiā nullā earū ſtatim ſimul recipe pōt:ſicut patet in diſcipulis qui ac
cipiunt diſciplinas per magiſtrum : in quibus a facilioribus & groſſioribus procedit ad ſubtiliora
& difficiliora quæ ſtatim non poſſet capere diſcipulus:Multo fortius ergo ſic oportet q procedat
gradatim ad perfectionem illius cognitionis qua ſupernaturaliter debet perfici:cum magis ſit in
diſpoſitus & debilior ad ſuſcipiēdum influētiā agentis ad cauſandū in ipſo illud ad qđ ordinat̄ ſu
pernaturaliter, q̄ ad ſuſcipiendum influentiam agentis ad cauſandum in ipſo aliqđ ad qđ ordinat̄
naturaliter.Quare cū homo ordinatur ad hoc:vt ſupnaturaliter perficiatur perfecta cognitione di
uinorum,clara ſcilicet & aperta: ſtatim ꝑ ſtatu huius vitæ eā capere non ſufficit:ſed neceſſe eſt q

agens ſuperius actu perfectum illorum cognitione,aliqua illorũ cognitione imperfecta & obum-
brata primo imbuatur,per quam ad perfectam proficere poſſit. Sicut ergo in diſciplinis diſcen-
ti primo proponuntur quædã,& tamen faciliora:quorum rationes ſtatim capere non poteſt:pote-
rit autem poſtea:& tamen ſine illis non poſſet aſcendere ad altiora : ideo ſecundum philoſophum
oportet eum credere qui diſcit:ſic in claram notitiam dei & diuinorum homo deuenire non po
teſt:niſi ei primo proponantur quædam credenda:quorum rationes ſtatim capere non poteſt : ex
quorum manuductione ad perfectiorem notitiam gradatim perueniat:& ſemper proficiat q̃diu
ſit in hac vita , donec in futuro ad perfectam perueniat viſionem : quæ fidei ſuccedet.Hæc ſunt
K illa quæ docentur per hanc ſcientiam. Ideo dicendum ſimpliciter, ꝙ homini hæc ſcientia ſumme
neceſſaria eſt:& hoc eſt qđ dicitur in collationibus patrũ:collatione.x. Quãtũ operatio noſtra ſeſe
habet cuiuſlibet artis ſiue diſciplinę pfectio:neceſſe eſt vt qbuſdã mollibꝰ,incipiẽs rudimẽtis facilio
ribus primum ac tenerrimis initiis imbuatur:vt quodã rationali lacte nutrita & paulatim educa-
ta ſuccreſcat:atq; ita ſenſim ab imis ad ſumma gradatim conſcendat. quibus cum fuerit planiora
principia & quodãmodo ianuas acceptæ pfeſſiõis aggreſſa:ad penetralia quoq; & excelſa faſtigia
conſequenter & abſq; labore perueniat.Qđ continuo declaratur ibidem per exẽpla,cum ſubditur.
Nam quemadmodũ pnunciare puerorum quiſpiam ſimplices poterit ſimul copulas ſyllabarum:
niſi prius elementorũ characteres diligenter agnouerit?vel quomodo citatam legendi peritiã con
ſequetur qui breues & anguſtas deſcriptiones nominũ necdum idoneus eſt cõiugare? Ex quo cõ
ſequẽter ibidẽ cõcludit.Quapropter huic quoq; ſubtiliſſimę diſciplinę p quã inſtruimur deo iugi
ter inhęrere, nõ dubito q̃dã inſtitutionis ineſſe fundamina:quibꝰ primum firmiſſime collatis poſt
hoc ſuppoſita extollant pfectionis excelſa faſtigia.Huius aũt inſtitutionis fundamina ſunt illa quę
nobis in hac ſcientia traduntur cognoſcenda in præſenti de deo per fidem:vt in futuro cognoſca-
tur a nobis per ſpeciẽ.Niſi eñ illa ex hac ſcientia haberemus:vnde de eis quę ſunt ibi aliqd cogita
remus non haberemus.ſecundum ꝙ Aug.loquens de ſcriptoribus huius ſcientiæ ſub metaphora
mõtium,dicit in principio ſuper Ioan.Oculos noſtros dum leuamus ad ſcripturas:quia per homi
L nes miniſtratę ſunt:leuamus oculos nřos ad montes:vnde veniat nobis auxilium. niſi enim mon-
tes iſta dicerent, vnde omnino cogitaretis non inueniretis. Et licet iſta ſcientia quę ſic homini cõ
ceditur primo de diuinis eſt imperfecta:per hanc tamẽ ordinať ad perfectiorem:propter quã adi-
piſcendam hęc prima conceditur:vt p hanc homo quoquo modo cognoſcens diuina,& ad vlterio
rem cognitionem inflammatus omnino tẽdat,& anhelet ad illam:& totũ ſtudium ſuum ad illam
dirigat:qđ non poſſet facere niſi hanc primo pciperet: quia nemo in aliquid tẽdit amore:qđ nõ fu
it aliquo modo ab eo pręcognitum. Vñ attendendo notitiam diuinorũ quã modo habemus per fi
dem,dixit Chriſtus diſcipulis.Ioan.xv.Omnia quęcũq; audiui a patre m.no.f.v.Attendendo vero
illam quã expectamus p ſpeciẽ,dixit eiſdem.Ioan.xvi.Adhuc multa habeo vobis dicere quæ nõ po
teſtis portare mõ.Nota aũt fecit illa vt ex eis aliquãtulũ cognoſcamus iſta: & cognita diligamus:
M & dilectione pficiendo ad ea quandoq; capienda nos pparemus. Vnde Auguſt . exponens vtrũq;
dictorum verborum ſuper Ioã.ſer.xlii.partis ſecũdę dicit ſic.Chariſſimi non a nobis expectetis au
dire,quæ tunc noluit dominus dicere diſcipulis:quia nõdũ poterãt illa portare:ſed potius in cha
ritate proficite:vt ſpiritualia diligentes ſpũalem vocẽ interiori auditu noſſe poſſitis.Non eñ dili-
gitur qđ penitus ignoratur.Sed cum diligitur qđ ex quacunq; parte cognoſcitur:ipſa efficitur di
lectione vt melius & plenius cognoſcatur.Si ergo in charitate pficiatis,deus deducet vos in oẽm
veritatem:ſic fiet vt illa diſcatis quæ noluit tunc dicere, & ea ipſa quæ per lectiões atq; ſermones
extrinſecus adhibitos didiciſtis:& cum didiciſtis de natura dei non corporea ipſa mente conſpi-
cere atq; percipere valeatis.ſed ſi ille magiſter interior vellet nobis id quod de incorporea luce di
xit:ita dicere ſicut ſanctis angelis dicit,nondũ ea portare poſſemus.Proinde qđ ait,Inducet vos in
omnem veritatem: non arbitror in hac vita in cuiuſq̃ mẽte poſſe impleri . Quis enim viuens in
hoc corpore quod corrumpitur & aggrauat animam, poſſet cognoſcere omnem veritatem: cum
dicat Apoſtolus:Ex parte ſcimus?Sed per ſpm̃ ſanctum fit nobis:vñ nunc pignus accepimus : vt
ad ipſam quoq; plenitudinem veniamus:de qua dicit. Tunc autem videbimus facie ad faciem:&
nunc ſcio ex parte:tũc cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Vñ & debet illud modicum quod nunc
eſt ex parte & imperfectum,multum ab homine reputari.Philoſophi enim qui aliquid ex rebꝰ na-
turalibus de deo & de diuinis ſciebant,illo excitati omnem ſuam notitiam in diuina extẽdere ni
tebantur. Propter quod contra Simonidem qui ſuadebat hominibus ptermittenda diuina : quaſi
humanam cognitionẽ excedẽtia,inquientẽ humana debere ſapere hominem,& mortalia mortalẽ,



dicit phus in.x.Ethic.ꝙ homo debet ſe trahere ad immortalia & diuina q̃tum poteſt.Et ideo
quia proximiora immortalibus ſunt corpora cęleſtia,dicit in ſecũdo cę.& mun.ꝙ cũ de cęleſti-
bus q̃ſtiones poſſunt ſolui parua & topica ratione,conuenit auditori vt vehemẽs ſit gaudium
eius.Et quia adhuc ſunt ſuperiores ſubſtãtię ſeparatę,de illis dicit.xi. de aĩalibꝰ, ꝙ q̃uis parũ
ſit qđ de ſubſtãtiis ſuperioribꝰ pcipimꝰ, tñ id modicũ eſt magis amatũ & deſideratũ oĩ cogni
tione quã de ſubſtãtiis inferioribus habemus . Ecce qualiter philoſophi nobiſcum in idipſum
nitebantur. ¶Ad primum in oppoſitum ꝙ hęc ſcientia excedit hoĩs ſpeciem : dicendũ ꝙ verũ N
eſt:ita ꝙ eã ex puris naturalibꝰ poſſit attingere. Nõ tñ quin naturaliter ſit ordinata:vt ad eã Ad primũ
poſſit attingere per gratiã,vt dictum eſt.ſecundũ ꝙ dicit Augu. Poſſe habere fidẽ & charita- principale.
tem naturę eſt hoĩm:habere autẽ gratia eſt fidelium.¶Ad ſcđm:ꝙ homo ſine hac ſcientia po- O
teſt facere q̃tum in ſe eſt:vt ſuã perfectionem attingat:dicendũ ꝙ verum eſt. Nihilominus ne Ad ſcđm.
ceſſaria eſt hęc ſcientia:quia per ipſam facit deus qđ in ſe eſt.Per notitiam eñ fidei ducit quẽli
bet qui diſpoſitus ẽ ad eã,ſi in ea perſiſtat,ad viſionẽ perfectã,ad quã per phiam ex puris natu
ralibus acceptã non poſſet attingere.¶Ad tertiũ ꝙ dei perfecta ſunt opera,dicẽdũ ꝙ homo eſt P
opus dei dupliciter.Naturale,& ſcđm hoc eſt perfectus quo ad naturalia ad acquirẽdũ ea q̃pfi Ad tertiũ.
ciũt eũ in ſtatu naturę. Et eſt opus dei gratuitũ pfectibile ab eo quo ad gratuita. Prio quo ad
gratuita dona huiꝰ vitę:deinde futurę.iuxta Aug.Nihil deus in nobis pter ſua dona coronat.
¶Ad quartũ ꝙ alia ſibi acquirũt neceſſaria ex naturalibꝰ,dicendũ.ꝙ hõ non põt acquirere ſuã Q
vltimã perfectionem ex puris naturalibꝰ,hoc nõ eſt ex eius imperfectione:ſed perfectione: quia Ad quartũ
ſcilicet ad altius ordinatur q̃ ex puris naturalibus natura ſua poſſit attingere,qđ contingit in
aliis,quę etiã quo ad pura naturalia ſunt ĩferiora hoĩe. Vñ quia hõ ad altius ordinať q̃ natura
ſua ex ſe poſſit attingere,nõ eſt mirũ ſi altiori auxilio ĩdiget & pluribꝰ vt attingat ad finẽ ſuũ
vltimũ ad quẽ eſt,q̃ alia.Nec tamen ſolũ neceſſaria eſt hęc ſcientia propter ea quę nõ poteſt ho
mo ex naturalis rationis inueſtigatione attingere:ſed etiã pter illa q̃ aliquo modo attingere
põt.ſcđm ꝙ de neceſſitate eius quo ad vtraq; infra diceť,loquendo de materia huius ſcientiæ.

CIrca tertiũ arguiť ꝙ iſta ſcientia ſit practica.Primo ſic.Finis practicę eſt ope R
ratio.ſcđo metaphyſicę.& ſcđm Aug.iiii.de ci.dei. Practica ad agendũ vitã Queſt.III.
& mores ptinet.hæc ſcientia principaliter ad operationẽ ordinať,& ad agen Arg.i.
dum vitã & mores.Iac.i.Eſtote factores verbi,nõ auditores tm̃. & apl'us.ii.
Tim.iii.Oĩs ſcriptura diuinitus inſpirata &c̃.vbi ſequitur: Vt pfectus ſit
hõ dei ad omne opus bonũ.ergo &c̃. ¶Scđo ſic.Sacra ſcriptura nihil aliud
eſt q̃ lex diuina. Vnde & diuiditur penes diuiſionem legis diuinę in veteri & nouo teſtamen- 2
to.Lex autem pertinet ad ſcientiam practicam:quia ad mores.ergo &c̃. ¶Tertio ſic.Illa ſcien-
tia eſt practica,cuius finis eſt bonum intellectus practici.hæc ſcientia eſt huiuſmodi ſecũdum 3
Auguſtinum primo de doctrina chriſtiana. Legis & omnium diuinarum ſcripturarũ plenitu
do & finis dilectio eſt,qua fruendũ.& li.ii.In eo ſe exercet omnis ſcripturarũ ſtudioſus nihil in In oppoſi.I.
eis aliud inuẽturus q̃ diligendũ eſſe deũ:& proximũ propter deum.ergo &c.¶Ad oppoſitum
Primo ſic.ſm Boe.de tri.Tres ſunt ptes ſpeculatiuę ſciẽtię,Naturalis,Mathematica,& theolo
gia.¶Scđo ſic.Nobiliſſima ſcientiarum quæ maxime eſt ſui gratia, ſpeculatiua eſt non practi- 2
ca,ſm phm.i.metaphyſicę,theologia eſt huiuſmodi,vt habitũ eſt ſupra.ergo &c̃. ¶Tertio ſic. 3
Sicut habitum eſt ſupra,iſta ſcientia ppriiſſime eſt ſapientia:ſed ſapientia eſt ſupremus habitꝰ 4
ſpeculatiuus ſm phm.x.Ethic.ergo &c̃. ¶Quarto ſic.Philoſophus dicit in.vi.metaphyſicę. Si
aliquid eſt ſempiternum non mobile abſtractum,manifeſtum eſt ꝙ cognitio eius erit in aliqua
ſcientia ſpeculatiua.de tali eſt cognitio in iſta ſcientia.ergo &c̃.
¶Ad queſtionem iſtam dicũt aliqui:ꝙ eſt aliqua ſcientia pure practica:vt illa quę S
docet operanda,& eſt propter opus principaliter:ſicut eſt moralis ſciẽtia:de qua phus dicit ꝙ Opi. aliq.
nõ eſt vt ſciamꝰ ſed vt boni fiamꝰ.Alia vero ẽ pure ſpeculatiua vt q̃ docet ſpeculãda nullo mõ
ordinata ad opus: vt mathematicę,qa ĩ eis nullo modo attendiť modus neq; finis:vt diciť.iii.
metaphyſicę. De iſta igitur ſcientia dicũt ꝙ eſt ſicut media participãs naturam vtriuſq;, par-
tim practica,ptim ſpeculatiua.quia finis eiꝰ,& eſt veritas fidei,& eſt bonitas morũ,& eſt ſimul
ad illuminandum intellectum in fide ad cognitionem veri , & ad inflãmandum affectum in
charitate ad amorem boni,& ita eſt ad fidem inſtruendam,& ad opera fidei exercenda. Quod
non poteſt ſtare.Cum enim hæc ſcientia ſit vtiliſſima inter ſcientias huius vitæ,ad quã & ad
cuius finem omnes aliæ & fines earum reducuntur:vt habitum eſt ſupra : finis autẽ vltimus

diuerſorũ ordinatorũ ad idẽ ſemp debet eſſe vnus & idẽ. vel ſi plures ſint, oportet ꝙ ſemp vnꝰ
ordinet ad alterũ, vt ſic ſit vnicus principalis. Vnicꝰ ergo finis pricipalis neceſſario debet poni
huiꝰ ſcientię, non duo æque principales. Non igiẽ debet ſimul hæc ſcientia dici theorica & pra
ctica: ſed alterũ ſolum, vel principaliter. Qđ aliqui concedunt, dicentes ꝙ principaliter eſt pra
ctica: quia nõ eſt in ea ſpeculatio: niſi propter actionẽ: ſicut oſtendunt obiecta ad partem illã in
ducta. Qđ non poteſt ſtare. Eſt enim finis & bonũ idem: vt dicit. iii. metaphyſicę. & vt dicit. ii.
phy. nõ omne vltimũ finis eſt: ſed optimũ. Licet ergo plura ſint bona ad q̃ aliquid ordinatur, nõ
quodlibet eorum debet dici finis eius: ſed ſolũ id qđ eſt optimũ illorũ: & maxime ad qđ omnia
illa quæ ſunt illius ordinant. Nunc autẽ indubitanter conſtat ꝙ melior eſt ex ſe veri cognitio
q̃ boni operatio: quia non attenditur in moribus operatio boni: niſi vt ſerenetur oculus men-
tis ſedatis paſſionibꝰ, & fiat clarior in ſpeculatione veri. Beati eñ mundo corde: quoniam ipſi
deũ videbũt: vt dicitur Mat. v. ſcđm ꝙ de hoc dictũ eſt ſupra. Operatio igiẽ boni ad hoc eſt: vt
oculus mentis ſanus fiat, & in ſpeculando opus ſanitatis agat: vt primo ſpeculando per fidem,
intãtũ proficiat: vt credita intelligat q̃tum poſſibile eſt in pſenti: & tũc deinde in futuro cre-
dita & intellecta facie ad faciem videat. Vnde Augu. in ſer. de Iacob & Eſau. Tota operatio no
ſtra in hac vita eſt ſanare oculum cordis, vnde videatur deus: ad hoc ſacroſancta myſteria ce-
lebrant: ad hoc ſermo dei pdicatur: ad hoc exhortationes eccleſię morales ad corrigẽdos mores
ad emũdãdas carnales cõcupiſcẽtias: ad hoc agũt quicquid agũt diuinę ſanctęq; literę, vt pur-
T getur illud interius ab ea re quę nos impedit ab aſpectu dei. ¶Nec eſt igitur huius ſcientię du
Reſponſio. plex finis: ſed vnicus: nec practicus: ſed ſpeculatiuus: ad quẽ ordinatur oĩs finis practicus. Sim
pliciter ergo debet dici hæc ſcientia ſpeculatiua & nõ practica. Sicut ergo moralis ſciẽtia ſpecu
latur verum: ſed nõ niſi ad operandum bonũ: non tamen dicitur ſpeculatiua ſed practica: Sic
iſta ſcientia licet aliquo modo reſpiciat opus, quia tamẽ propter ſpeculationẽ, ſimpliciter debet
dici ſpeculatiua. eſt eñ in ea labor operis propter quietẽ ſpeculationis. Vnde ſicut ſcientię pure
practicæ ordinãtur ad ſpeculatiuas, & vniuerſaliter vita actiua ordinatur ad cõtemplatiuam:
Sic qđ in iſta ſciẽtia eſt actionis, ordinatur ad illud qđ in ea eſt ſpeculatiõis. Et debet in nobis fi
nis ſpeculatiuę ſemper eſſe per intentionem voluntatis: licet aliquando finis practicę q̃ritur in
exercitio operis. Hinc dicit beatus Grego. vi. Moral. In contẽplatione principiũ qđ deus eſt: quę
ritur: in operatione vero neceſſitatis faſce laboratur. Et ideo licet ſm Augu. iſta ſciẽtia dici po
teſt, vt in pluribus, practica: & ſcientia non ſapientia, ꝓpter conſiderationẽ & actionem tempo
ralium: ſimpliciter tñ dici debet ſapientia ſpeculatiua propter conſiderationem ęternorũ, quo-
rum regulis temporalia diriguntur. hoc enim eſt de pfectione huius ſapiẽtiæ, ꝙ in ea per illa q̃
ſunt purę ſpeculationis, diriguntur illa quæ ſunt actionis. Q̃to enim virtus aliqua altior eſt:
tãto ad plura vnico ſimplici ſe extendit: vt habetur in lib. de cauſis. in quo iſta ſciẽtia aſſimilat
ſapientiæ diuinę qua deus ipſe notitia purę ſpeculationis omnia operãda cognoſcit & dirigit.
V ¶Ad primum in oppoſitum, ꝙ hæc ſcientia principaliter ad actionem & mores ordinatur: Di
Ad pri. pri. cendũ ꝙ falſum eſt: quoniam, vt dictum eſt, non reſpicit opus niſi propter ſpeculationem. Vn-
de qđ dicit Iac. Eſtote factores. & iterum. Scienti bonũ & non facienti peccatũ eſt illi. Et aplus.
Sit homo dei ad omne opus bonum inſtructus. hoc non eſt, niſi vt hic cor mundetur: & hic cõ
templari incipiamus, ſaltem in ſpeculo & in ęnigmate, & in hoc proficiamus: vt aliquando con
templemur aperta ſpecie, & perueniamus vbi omnis ceſſabit actio, & perſeuerabit contẽplatio:
X quoniam Maria optimam partẽ elegit quæ non auferetur ab ea. ¶Ad ſecũdum ꝙ ſacra ſcriptu
Ad ſcđm. ra eſt lex diuina: dicendum ꝙ verum eſt. non tamen talis lex qualis eſt humana, quia illa ex re-
gulis pure practicis docet operanda: & ideo eſt pure practica. hæc autẽ ex regulis ſpeculatiuis
Y vt dictum eſt, & ideo eſt pure ſpeculatiua. ¶Ad tertiũ ꝙ finis huius ſcientię eſt dilectio dei, &
Ad tertiũ. fruitio boni: Dicendũ ꝙ verum eſt. non tamen ex hoc debet iſta ſcientia dici practica. Eſt enim
duplex bonũ voluntatis. Vnum qđ ab ipſa volũtate pficiẽ: vt eſt actio bona quã in aliud extra
ſe extendit. Sicut eſt quælibet actio directa in finẽ. Aliud vero qđ ipſam voluntatem perficit.
vt eſt operatio pfecta quã ĩtra ſe elicit, & p quã fini vltimo ſe vnit. Primũ bonũ volũtatis perti
net ad ſcientiam practicam: quia in ipſa eſt ſpeculatio vt actionẽ dirigat: quod propriũ practi-
cę eſt. Secundum vero bonum voluntatis pertinet ad ſcientiam ſpecialiter ſpeculatiuã. quia in
ipſa eſt ſpeculatio ſolũmodo, vt voluntati obiectum ſuæ operationis perfecte oſtendat: vt in ip-
ſum ſtatim opatione pfecta tendat, qđ eſt ꝓpriũ ſpeculatiuę ſupremæ: quæ cognitionem ex-
tendit in amorem. Et eſt iſta operatio perfecta voluntatis: dilectio dei & finis vltimus ad quẽ tẽ
dit iſta ſcientia. Qua quidẽ actione voluntatis in preſenti tendit in deum: vt in quodam modo



diſtans a ſe: quia amore imperfecto. In futuro autem ſe penitus immerger eidem amore perfe-
cto: vt ſibi intime coniuncto & vnito. Primum ergo bonum non eſt finis huius ſcientię, niſi fi- Z
nis ſub fine: ſed ſecundum: ad qđ ordinatur primum vt in finẽ vltimũ. & ex hoc habet iſta ſciẽ
tia ꝙ pfectiſſime ſit ſpeculatiua: & nomen ſapientię ſibi appropriet: vt dicatur ſapientia a ſapo
re: quia non ſolum illuminat intellectum in cognitione veri: ſed vlterius inflãmat affectum in
fruitionem boni: bono ſe vniendo, non ſe ad aliquod bonũ operandum vlterius extendẽdo. Sic
enim continet quicquid eſt perfectionis in omni habitu tam ſpeculatiuo q̃ practico: quia finem
omnis veri in cognitione, & finem omnis boni in affectione. Et ideo reſpectu iſtius ſciẽtiæ nul-
la alia poteſt dici ſapientia: ſed iſta reſpectu omnium aliarum: ſecundum ꝙ ſupra determinatũ
eſt. Vnde & quia huius ſcientię ſpeculatio: ſicut & vitę futurę, perficitur in affectiõe dilectio-
nis & fruitionis, dicitur a quibuſdam ꝙ iſta ſcientia debet dici potius affectiua q̃ ſpeculati-
ua: ſed non eſt ita. Denominatio eñ ſcientię debet eſſe a fine ſuo intra, in quo ſtat ipſa cognitio
intra limites ſuos. Nunc autem illud qđ eſt in affectione ſequens huius ſcientię ſpeculationem
finis extra ſe eſt: ſed ipſa ſpeculatio quæ ſtat in cognitione veri in intellectu, eſt finis eius intra
ſe: vt ſciẽtia eſt. & ideo ſimplr̃ & abſolute verius debet dici ſpeculatiua q̃ practica aut affectiua.

Circa quartũ arguitur: ꝙ hęc ſcientia literis non erat conſcribenda. Primo ſic. A
Cognitio quæ ſolo diuino munere habetur, literis non eſt cõſcribenda: quia Queſt. IIII.
literis non conſcribitur ſcientia: niſi vt a nobis addiſcatur. Vnde apoſtolus. Arg. i.
Quęcũq; ſcripta ſunt ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt. Scientia iſta eſt hu-
iuſmodi: quia eſt notitia fidei: quæ ſolo diuino lumine habeẽ: cũ excedit limi
tes naturæ. &. i. Io. ii. Vnctio docet de omibus. ergo &c̃. ¶Secũdo ſic. Illa ſcien 2
tia non eſt literis conſcribenda: quæ habetur ex dictamine legis naturę: ſcien
tia iſta eſt huiuſmodi: quia nõ cõtinet niſi pcepta legis naturæ: vt in principio Decre. & Deut.
xxx. Mandatum qđ ego pcipio tibi non eſt ſupra te: neq; procul poſitum: ſed iuxta te eſt in ore
tuo & in corde tuo. Qđ exponens apoſtolus. Rom. x. dicit. Hoc eſt verbũ fidei qđ prędicamus.
ergo &c̃. ¶Tertio ſic. Si eſſet literis conſcribẽda: hoc non eſſet niſi in vſum hominũ. Cum ergo 3
apud deum non eſt acceptio perſonarum, omnibus quicunq; fuerũt erat conſcribenda. hoc au
tem factum non fuit: quia non fuit conſcripta ante Moyſen. ergo &c̃. ¶Ad oppoſitum argui- In oppoſi.
tur Primo ſic. In omni cognitione quam non habemus a natura indigemus ſcriptura: quia de
facili labitur a memoria: quæ per literam reuocatur. quare cum hęc ſcientia nõ ineſt nobis a na
tura, indigemus ea in ſcripto. ergo &c̃.

¶Dicendum ad hoc: ꝙ in ſacra ſcriptura & ſunt leges viuendi, & decreta creden- B
di. Eſt enim ſacra ſcriptura ad hoc: vt per eam perficiamur in fide & moribus: licet moralis per Reſponſio.
fectio ad fidei perfectionem ordinetur: vt dictũ eſt ſupra. Nunc autem principium cognoſcen-
di ea quæ morum ſunt, in lege naturę nobis naturaliter inditum eſt: quæ eſt ſeminariũ impreſ
ſum ad omnem notitiã operandorũ intellectui practico: ſicut ſupra dictũ eſt ſeminariũ impreſ-
ſum eſſe ad oẽm notitiam ſpeculandorum via rationis intellectui ſpeculatiuo. Principium vero
cognoſcendi decreta credendorũ ex nobis non eſt: ſed per gratiã fidei fidelibus infuſum. Qua-
re cũ ſcđm ꝙ manifeſtũ eſt, de ſe ſcriptura quæcũq; nõ eſt nobis neceſſaria: niſi quia principiũ
cognoſcendi ab intra, non eſt principium ſufficiens ad indicãdum & conſeruandum in prom-
ptu notitiã eorum quæ nobis ſunt neceſſaria pro tempore illo: in quo ſufficere potuit princi-
pium intra tam innatum q̃ infuſum ad indicandum notitiam credendorum & agendorum, &
ad notitiam eorũdem conſeruandum: hæc ſcientia literis conſcribenda non fuit: ſed ſolum con
ſcribenda ab illo tempore quo principium illud intra non potuit ſufficere: & ab illo tẽpore cõ-
ſcripta fuit: ſecundum ꝙ dicit Caſ. in coll. patrũ. coll. viii. Deus (inquit) creans hominẽ natura C
liter ei ſcientiam legis inſeruit: quæ ſi fuiſſet ab homine obſeruata ac cuſtodita, nõ vtiq; neceſ-
ſarium fuiſſet aliam dare quã literis promulgaret. Erat enim ſuperfluum exterius offerri in re
medium qđ adhuc interius vigebat inſertum. Quã primus ille homo potuit euidenter attin-
gere, ſuiſq; poſteris cum certa ratione tranſmittere. Vnde ſuper illud Exod. xxxiii. Proiecit de
manu tabulas & confregit. dicit Orige. in Homi. Significatur ꝙ dñs primũ hominẽ ratione &
ingenio decorauit: cor ſapiens & intelligẽs dedit: vt ſine difficultate & errore ſcire & implere
poſſet. Hoc ergo faciendo quaſi tabulas quaſdã ſcripſit & dolauit: ſed eas cõfregit homo cũ dia
bolo acquieuit. Iubetur ergo iterum tabulas dolare ad recipiẽdum pręcepta dei. i. latitudinem

cordis ꝑparare:qđ homo nondũ litera legis naturæ animo deleta,ſine litera exterioris ſcripti
facere potuit:& exẽpla operis poſteris tanq̃ tabulas legis pro ſtatu illo ſemper poſteris reliquit:
vt tabulas literæ nõ ſcribere oportuerit. Vnde ſuper illud Exođ.xxiiii.Dabo tibi tabulas: dicit
Gloſ.in fortibus fixa intentione cuſtodienda:quorũ exempla cũ nobis imitanda proponũtur:
quaſi ſcripta ĩ lapide lex oſtẽdit.Hic vt dicit Caſſian⁹,Mãdata legis abſq; literę cognitiõe ante
legem,immo ante diluuium omnes ſanctos obſeruaſſe cognoſcimus,ſecũdum ꝙ exempla indu
cit de Abel,Enoch,Sem,& Iaphet,Abrahã,Loth,& Iob.quæ propter diſpendium prętereo.Sed
generaliter addit ꝑ omnibus dicens.Quem ſanctorum legimus ante legem vllũ legis non ob-
ſeruaſſe mandatum?Quis illorum non cuſtodiuit?Audi Iſrael deus tuus vnus eſt? Quis non
impleuit illud,Non facies tibi ſculptile:neq; vllam ſimilitudinem? Quis illorum non obſerua-
uit,honora patrẽ & matrẽ,vel illa quę ĩ Decalogo ſequunẽ,Nõ occides,Nõ adulteraberis, Nõ
facies furtum , Non falſum teſtimonium dices , Non concupiſces vxorem proximi tui , aliaq;
D his multo maiora,quibus non ſolum legis:ſed etiam euangelii impleuere mandata. Ex quibus
vlterius procedendo:intentũ concludit dicẽs.Illi igitur habentes naturalis atq; inſitę legis ſa-
nam atq; integram diſciplinam,nequaq̃ lege hac extrinſecus addita,literiſq; deſcripta: quæ in
adiutorium illi naturali data eſt,indigebãt.Ex quibus apertiſſima ratiõe colligiẽ:vt dicit: nec
iſtam legem cõſcriptam literis dari ab initio debuiſſe.Erat eñ hoc ſuperfluũ fieri,ſtante adhuc
naturali lege:nec ad integrum violata.Hanc eñ legẽ Seth paterna traditione ſuſcipiens,& per
ſucceſſiones poſteris tradẽs,donec diuiſus a ſacrilega propagatione Cham perdurauit.quoniã
eam ſancte ſuſcepit:ita etiã vel ad dei cultũ vel ad vtilitatem vitæ communis exercuit. Cum
vero impię generationi fuiſſet permixtus, & filiis Seth libidinis inſtigatione tranſgreſſis man-
datum:qđ ab exordio mundi naturali inſtitutione fuerat cuſtoditum:neceſſe fuit per literam
legis poſtea reparari,lege naturali iam corrupta vſu libertateq; peccandi.Et tunc primum ad-
iutrix lex ſcripta appoſita eſt, erudiẽs eos ne ab illa diſciplina in qua naturaliter fuerãt inſtitu-
ti,diſcedant:ne penitus litera legis naturalis extingueretur.Et ideo dicit apoſtolus:quia iuſtis
non eſt lex poſita:quia naturaliter ea quæ legis ſunt,faciunt:ſed iniuſtis & ſceleratis & pecca-
toribus.ſecundum ꝙ dicit Chryſoſtomus ſuper illud Mat.vii.Ecce centurio.Scripturæ ad prę
iudicium peccatorum factę ſunt,non ad neceſſitatem ſanctorũ:quia rectis & fidelibus ſcriptu-
ræ neceſſarię nõ ſunt:ſed iniuſtis.Magiſtra enim omnis iuſtitiæ ipſa natura eſt hominum.Vn
de dicit Auguſtinus in ſermone quodam. Præſumebant homines de ſuis viribus:& faciendo
quicquid ſibi licere arbitrabantur:peccabant in lege dei occulta.Vnde & lex iſta manifeſta pro
mulgata eſt eis:qui omnino ſibi rei non eſſe videbantur.Sic ergo nec in ſtatu innocentiæ: nec
ſtatim poſt peccatum debuit iſta ſciẽtia ſcriptis commendari:ſed ſolum tunc cũ lege naturali
quaſi deleta per eam non ſufficiebant ſe homines iuuare. & ſi tranſgreſſores illi primi natu-
ralis legis non meruiſſent ſine vlla excuſatione,aquarũ diluuii inundatione puniri: & tempus
pœnitentię eis fuiſſet indultum,ſtatim fuiſſet tempus conſcribendi legẽ in literis.ſed quia tũc
non niſi Noe iuſtus ſuperſtes manſit cum ſuis:quaſi in quo viguit iudiciũ naturalis legis ſuf-
ficienter pro ſe & pro ſuis,non fuit opus adhuc ſcripturam condere:ſed tunc noua populi in-
ſtitutione facta per Noe,& filios eius expectatũ eſt: quouſq; ſecundũ genus humanum in pro-
fundo peccatorum pelago ſe demergeret: & tunc educto de populo barbaro , populo ad legis
ſuſceptionem idoneo:tunc primo tempus fuit per Moyſen in ſcripto tradi mandatorum legis
E edicta.Intelligimus ergo ꝙ deus ab initio hominem & in naturalibus & in gratuitis perfectũ
creauit:& in corpore & in anima.In corpore,quia factus erat perfectus homo: vt ſtatim poſſet
generare.Et in anima,tam quo ad cognitionem naturalem , q̃ quo ad cognitionem ſuperna-
turalem. Quo ad cognitionem naturalem, quia ſciuit ex naturali induſtria omnia quæcunq;
ex primis principiis naturaliter notis tã in actiuis q̃ ĩ ſpeculatiuis ſciri poſſunt.Quo ad cogni
tionem ſupernaturalem : & eorum quæ naturalem cognitionem excedunt: quia in iis quæ de
deo & de rebus diuinis cognoſcenda erãt per fidẽ,pro ſtatu illo perfectius nouit q̃ nos pro ſta
tu poſt peccatum noſſe poterimus.Intelligimus etiã de poſteris eius ſi in ſtatu innocẽtiæ ꝑmã
ſiſſet.ꝙ ſcđm incremẽtũ viriũ ad ꝑfectũ in omni ſcientia naturali & gratuita ꝑfeciſſent,quã ſi-
ne obliuione conſeruare faciliime potuiſſent. Propter qđ in ſtatu illo non erat oĩno literis cõ-
ſcribendũ:qđ legis erat. Poſt peccatũ etiã,quouſq; per peccatorũ exuberãtiã legis lr̃a quaſi de
corde hoĩs erat deleta:ſufficiebat oĩno lr̃a legis naturalis ꝑ naturã ſcripta ĩ corde hoĩs,& lr̃a le
gis ſuꝑnaturalis ſcripta ꝑ gratiam,Nec oportuit vnã vel alterã ſcribere lr̃is exterioribus : ſed



poſt peccati exuberantiam illud neceſſe ſolum erat fieri : vt dictum eſt: & hoc ad memoriam
& ad faciliorem notitiam.Sicut ergo ab ipſo Adam notitia legis naturalis diffundi potuit per F
poſteros quouſq; per peccatum fuit obumbrata:vt reparatione egeret per legis literam : ſic ab
ipſo notitia huius ſcientiæ quo ad decreta credendorum diffundi potuerit : quouſq; ſimiliter
per peccatum fuit obumbrata: vt egeret per legis literam reparatione. Hinc dicit apoſtolus
Roma.vii.in perſona illorũ quibus lex data erat. Concupiſcentiã neſciebã:niſi lex diceret.Non
concupiſces.Gloſ.Dicit eſſe peccatum vel tam magnum peccatum.

¶Ad primum in oppoſitum,ꝙ cognitio quæ habetur diuino munere non eſt con G
ſcribenda:dicendum ꝙ verum eſt,donec munus illud maneat in ſuo robore & vigore : hoc eſt Ad pri. [illegible]
donec mens tenebris peccatorum inuoluatur.ſecũdum ꝙ dicit Chryſoſtomus in principio ſu-
per Matthęum.Quantum erat ex lege naturæ,oportuerat non indigere auxilio literarum:ſed
tam in omnibus habere vitam mundam,vt illarum vice gratia ſpiritus ſancti vteretur:& ſicut
atramento paginæ:ita corda noſtra inſcriberentur a ſpiritu. Quia vero hanc a nobis excluſi-
mus gratiam,vel ſecundas diuitias expetamus. Nam Noe, Abrahę, eiuſq; poſteris Ioſeph &
Moyſi non per literas : ſed per ſemetipſum locutus : quia ſcilicet corda eorum munda re-
perit. Poſtq̃ vero omnis populus non ſolum gentium:ſed & Iudęorum in ima delapſus eſt,
tunc iam literæ dantur ac tabulæ per quæ legis naturalis admonitio miniſtretur. ¶Ad ſe- H
cundum ꝙ iſta ſcientia eſt de dictamine legis naturæ:dicendum ꝙ verum eſt ſumendo largo Ad ſcđm.
modo naturam:vt appelletur id nobis ineſſe a natura,qđ a nobis non eſt per nos acquiſitũ:ſed
nobis inditum ſiue naturæ impreſſum:vt ſunt principia agendorum legis naturæ:ſiue natu-
ræ infuſum:vt ſunt principia credendorum. Sic enim Adam habuit iſtam ſcientiam ex dicta-
mine legis naturæ vt dictum eſt.Vel vt appelletur natura naturale principium ad acquirẽdũ
aliud vel ſuſcipiendum. ſic omnes poſteri eius omnes alias ſcientias & iſtam habuerunt & ha
bent.Habent enim naturalia principia acquirendi ſcientias humanas,& ſuſcipiẽdi influentias
ad percipiendum ſcientiam diuinam. ſecundum ꝙ de hoc ſufficienter habitum eſt ſupra. &
ſic Caſſianus large ſumit naturam in dicto ſuo: & Chryſoſtomus ſimiliter.Et licet hoc modo
ſcientia iſta eſt legis naturæ:quia tamen principia eius & pręcepta erant rubigine peccatorum
quaſi deleta:vt in eis legere nõ ſufficeret homo:indiguit vt ſingula reſpiceret diſtincte literis
conſcripta:quæ alias in illis regulis ſine literis eſſent cõſpiciẽda.Vnde nec fides ſufficit in no-
bis ſingula credenda monſtrare:ſed oportet ea ex litera reſpicere:vel a doctore audire. Secũdũ
ꝙ ſcimus centurionem Cornelium: q̃uis exauditas orationes eius & eleemoſynas reſpectas ei
angelus nunciauit, Petro tamen traditum imbuendum: per quem non ſolum ſacramenta ſuſ
ciperet, ſed etiam quid credendum,quid ſperandum,quid diligendum eſſet audiret: vt dicit
Auguſtinus.i.de doctrina chriſtiana:& tamen per fidem interius a deo prius illuſtratus fuiſſe
creditur. ¶Ad tertium ꝙ erat conſcribenda in vſum hominum, dicendum ꝙ verum eſt:ſed I
pro tempore cum opus erat: vt dictum eſt. ¶Ad primum in oppoſitum ꝙ labilis eſt memo- Ad tertiũ.
ria,& ideo indigemus ſcriptura:dicendum ꝙ verum eſt:ſed hoc non habet niſi ex inundantia K
peccatorum.Vnde nec in ſtatu innocentiæ,nec ſtatim poſt peccatum hoc contingebat.& ideo Ad argu. i.
nec illis temporibus erat hæc ſcientia conſcribenda:ſed aliæ vt dictum eſt. oppo.

CIrca quintum arguitur,ꝙ hæc ſcientia tota ſimul & perfecta erat conſcribẽ L
da,non vna prius:vt vetus teſtamentum:altera poſterius:vt nouũ teſtamẽ Queſt.V.
tum.Primo ſic. Natura facit ſemper qđ melius eſt , ſcđm ꝙ eſt poſſibilius: Arg.i.
vt dicit philoſophus.multo fortius ergo & auctor naturæ,qui melior eſt &
perfectior.ſed melius fuit recipere ſcientiam ſimul totam perfectam q̃ par-
tem, & hoc erat poſſibile dare auctori huius ſcientiæ:deo ſcilicet.ergo &c̃.
¶Secundo ſic:Quãto ſcientia perfectior eſt:tanto melius & facilius inſtruit. ſed propter hoĩs 2
inſtructionẽ iſta ſcientia cõſcripta eſt.vt dictũ eſt.ergo tota ꝑfecta debuit cõſcribi.¶Contra eſt In oppoſi.
apoſtolus cum dicit primę Corinth.decimoquinto.Non prius qđ eſt ſpirituale q̃ qđ animale.
ſed qđ animale q̃ qđ ſpirituale.vetus teſtamentum eſt animale,nouũ ſpirituale.iuxta apoſtoli
intentionem ibidem.ergo &c̃.¶Item Gal.iii.Lex pędagogus fuit in Chriſto:vt ex fide iuſtifice 3
mur.i. in nouã legem fidei Chriſti.Sed pędagogus debet pręcedere illum cui⁹ eſt pędagogus.
Vetus ergo teſtamentum prius debuit cõſcribi q̃ nouum. quare cum ambo ſint partes huius
ſcientiæ:non ſimul debuerunt conſcribi:ſed partes ſucceſſiue.

M ¶Dicendū ad hoc: ꝙ cū vt dictum eſt:ſcientia iſta non niſi in vſum & auxiliū ho-
Reſponſio. minū literis deſcribēda erat:eo modo & tpe deſcribēda erat quo vſui hoīs magis cōpetit. Nūc
autem ita eſt:vt patet ex dictis:ꝙ homo per hanc ſcientiā ab imperfecto ducēdus eſt ad pfectū:
qd̄ oportuit fieri gradatim a minus perfecto aſcendendo ad magis perfectum. Et hoc non tan-
tum in cognoſcendis:vt declaratum eſt ſupra eodem articulo,queſtione tertia:ſed etiā in agē-
dis:vt iam reſtat declarare. Cum enim vt dictum eſt queſt. proxima hoībus ſubmerſis in pro-
fundo peccatorum ſcientia iſta conſcribenda erat:qui omnino inhabiles erāt ad perfectiora ope
ra virtutum exercenda : ſed ſufficiebat eis ſi ab initio poſſent vſum peccatorum dimittere :
& tunc demum ad opera perfectionis & virtutū anhelare:Idcirco eis ab initio iſta ſcientia per
fecte deſcribi non debuit:ſed aliquis gradus in ea:vt in minori aſſuefacti ad magis perfectum
ſuſcipiēdū fierent idonei. vt ſic primo pars illa q̄ faciliora & minus pfecta deſcriberet, in veteri
teſtamento:deinde cōſequēter illa quæ difficiliora & pfectiora edicta cōtinet, in nouo teſtamē-
to traderetur: vt per primam partem fugere peccata diſceret timore pœnę:per ſecūdam virtu
tes amare zelo iuſtitię. Propter quod dixit apoſtolus. Ad nihil pfectū ducit lex: ſed pædagog⁹
noſter fuit in Chriſto. Hinc eſt ꝙ dicit̄ in collatione p̄dicta. Quia lex naturalis corrupta fuerat
vſu libidineq; peccandi appoſita eſt adiutrix naturæ legis Moſaicę ſeuera diſtrictio:vt vel me-
tu pœnæ præſentis non penitus litera ſcientiæ naturalis extingueretur , quæ tantum du-
rare debuit quo priſtinæ legis naturæ poſſent ſuſtinere mandata,quæ in lege euangelii erant
diuulganda. Quoniam vt dicit Ambroſius ſuper Lucā, Iob, Melchiſedech, Abraham, Iſaac, Ia-
cob per fidem ſine lege viuebāt. Pręuenientes enim legem patriarchę ſancti p̄ceptorum vincu-
lis abſoluti libera & cōſimili nobis euangelii gratia refulſerūt. & ſequitur. Multo melius egiſ-
ſet circunciſus populus:ſi vitam maiorum voluiſſet imitari. Sic em̄ fuiſſet vna ædificatio prio
N rum ac ſequentium. Sed quia primum illū vitę actū poſterioris infirmitas non potuit implere
tanq̄ medius paries interiectus eſt: ne continua bonorum morum ædificatio rumperetur. Et
ideo vt dicitur in dicta collatione:non erat poſſibile euāgelicam perfectionem tradi ante legis
cuſtodiam. Non enim poterant audire, Qui te pcuſſerit in dextera maxilla prębe illi & alterā,
qui cōtenti non erant tali ęqualitate iniurias pprias vindicare, ſed telorū vulnera pro alapa le
uiſſima rependebāt:& pro vno dente aīas percutientiū expetebāt. Sed nec dici illis poterat, Di
ligite inimicos veſtros:in quibus magni fructus dicebant̄ vt amicos ſuos diligerēt , declinarēt
vero ab inimicis : & ſolo ab illis odio diſſiderēt:nec opprimere illos & occidere feſtinarēt. Mo-
ſaicę igit̄ iuſtitię modus a talibus prius cuſtodiendus erat: non excedere in vindicta modum,
ne plus rependat quiſq; q̄ acceperit, & tunc demū nouę legis gratiam valet ſuſcipere, vt nō ſo-
lum vindictam non expetat:ſed etiam totam remittat:inſuper & iniuriāti beneficia cumulet.
ſcd̄m illud. Si ſitit inimicus tuus, potū da illi. Quia vt dicit Auguſtinus. i. de ſer. do. in monte.
Magnus hic iuſtitię gradus oculū pro oculo, dentē pro dēte:quib⁹ nominib⁹ ſignat̄ modus: vt
iniuria vindictā non tranſeat:& hęc eſt quædā pacis inchoatio. Perfecta vero pax eſt talē peni-
tus nolle vindictā. Inter ergo illud primū qd̄ pręter legem eſt:vt maius malū pro minore red-
datur: & hoc qd̄ dominus diſcipulis dicit:ne pro malo vllum reddatur malum, mediū quēdā
locum tenet:vt tantū reddatur q̄tum acceptū eſt. Per qd̄ a ſumma diſcordia ad ſummam con
cordiam:pro tēporū diſtributrione tranſitus factus eſt:vt homo per legem Moyſi adiutus, ipſa
tanq̄ pędagoga vtatur:& ad legis naturę p̄cepta nō ī tabulis lapideis:ſed in tabulis cordis ſcri
pta reuertatur. dicēte dño p Hieremiā prophetā: qd̄ & aſſumit apoſtolus. Heb. x. Ecce dies ve-
niunt, & cōſummabo ſuper domū Iuda & ſuper domū Iſrael teſtamentum nouum:nō ſecūdū
pactum qd̄ pepigi cum pluribus eorum in die qua apprehendi eos : vt educerem eos de terra
ægypti:ſed hoc erit pactum meum:dabo legem meam in viſceribus eorum:& in corde eorum
ſcribam eam. Eſa. xi. Lex mea in corde ipſorum. Gloſ. interli. Euangelium. Vnde ſtatim deficien
te lege naturæ nō erat deſcribenda lex euangelii, ſicut nec Chriſtus eam ſcripſit:quia non erat
literis conſcribenda:vt diſcatur:ſed ſolum prędicationibus proponenda: vt in cordib⁹ homi-
num ſcripta legatur. Sed quia poſt prędicationem euāgelii (vt dicit Chryſoſtomus) ſicut prio
res a lege naturæ:ſic & poſteriores multi a recto calle euangelicę prædicationis detorſerant,
eius rurſus quæ conſtat ex literis eguerunt:& opus erat vt ſcriberentur euangelia : quæ non
O niſi ad naturalis legis recordationem erant diuulganda. ¶Ad primum ꝙ auctor naturæ facit
Ad primū qd̄ melius eſt:dicendum ꝙ verū eſt quando eſt poſſibilius & congruentius. Nunc autē non ita
principale. conueniens & congruum fuit homini totam ſimul conſcribere: vt per partes:ſicut dictum eſt.
Ad ſcd̄m. ¶Ad ſecundū ꝙ ſcientia perfectior perfectius & facilius inſtruit, dicendū ꝙ verum eſt, quando



recipiens ad perfectionem ſcientię eſt diſpoſitus. ſed quando eſt indiſpoſitus, īperfectior ſcientia
facilius & perfectius ſm̄ ſuum ſtatum inſtrueret eum, vt dictum eſt.
CIrca ſextū arguitur ꝙ ſacra ſcriptura nō eſt perfecte cōſcripta in duobus te- P
ſtamētis:ſed ꝙ reſtat tertia pars cōſcribenda. Primo ſic. In quolibet genere im Queſt. VI.
perfectū expectat perfectionem per aliquid ſui generis. Perfectum em̄ & imper- Arg. i.
fectū ſunt vnius naturę ſm̄ phūm. vii. metaphyſicę. Et Chryſo. ſup illud Mat.
v. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra &c̄. dicit. Cōmendat legem antiquā, eā con
fert nouę, cuius ſane illā eſſe quaſi cognatam docet, & omnino germanā. Plus
enim ac minus eiuſdem eſſe generis manifeſtū eſt. Hæc ſcriptura in vtroq; te
ſtamēto imperfecta eſt, ſm̄ apoſtolū. i. Corin. xiii. Ex parte cognoſcimus. ergo expectat perfectio
nē p aliquid ſui generis. hoc nō eſt niſi aliqd ſcientię huius vitę, qd̄ ad eā ptinet, quia ſciētia vi
tę futurę oīno eſt alterius generis. ergo &c̄. ¶Scd̄o ſic. Io. xvi. dixit Chriſtus. Adhuc multa ha- 2
beo vobis dicere:ſed non poteſtis portare modo. Cum autē venerit ille ſpiritus veritatis doce-
bit vos omnem verita tem. Sed ex nouo teſtamento non cognoſcimus veritatem aliam q̄ Chri
ſtus diſcipulis dixerat & fecerat:& adhuc non omnem illā, ſecundū ꝙ dicitur Io. vlti. concludē
do finē euangeliorum. Sūt autem & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula,
nec ipſum arbitror mundū capere eos qui ſcribendi ſunt libros. ergo reſtat ad integritatē hu-
ius ſcripturę, qd̄ per ſpiritū ſanctum annūciandum eſt. ¶Contra. ſi eſſet aliquid adhuc conſcri In oppoſi.
bendū, illud euangeliū mereret̄ dici, quia eſſet melior & certior futurorū annunciatio q̄ facta
ſit, q̄ ſemper euangeliū meretur dici ſm̄ Chryſoſt. in principio ſuper Mat. Sed tale quid reſtare
nō poteſt conſcribendū, ſcd̄m ꝙ dicit Apl̄us Gal. i. Euangelium non eſt aliud, niſi ſunt aliqui
qui vos cōturbant, & peruertere volunt euangelium Chriſti. ergo &c̄.
¶Dicēdum ad hoc: ꝙ opinio aliquorum erat:& dicitur abbas Ioachim illius fuiſ Q
ſe opinionis:ꝙ promiſſio illa de miſſione ſpiritus ſancti. Io. xvi. nondū cōpleta erat tempore Reſponſio quorūdam
apoſtolorū. Et ꝙ ipſe ſpiritus adueniens nouum euāgelium conderet:in quo omnino legem di 1
uinā perficeret. Vnde & tribus diuinis perſonis & tribus tēporibus ſibi ſuccedētibus dicebant 2
cōgruere tria teſtamēta:vt vetus teſtamētū pręcedens dicatur patris:nouū filii:& tertiū futu
rū ſpiritus ſancti. Vnde & Manichęus dixit illā ſpiritus ſan. promiſſionē in ſe cōpletam fuiſſe:
& p̄dicationē noui euāgelii ab eo recipiendā eſſe:vt dicit Aug. cōtra epiſtolā Fundamēti. Cōſi
militer & plures alii qui ſectas errorū ſibi cōgregauerūt:vt Mahumetus fecit:quoꝝ nō erat in
tentio, niſi peruertere euāgelium Chriſti:vt dicit apl̄us. Quorū errores p̄uidens apl̄us, omnes
tales volentes noua ſcripta euangelio addere, quaſi lex euangelica eſſet impfecta, ponit ſub ana
themate, cum dicit. Gal. i. Sed licet nos aut angelus de cęlo euāgelizauerit vobis p̄terq̄ qd̄ euā
gelizauimus vobis anathema ſit. & vt amplius cōfirmet, repetit idē dicēs:Sicut p̄dixi, & nunc
iterū dico de iſtis. Si quis vobis euangelizauerit p̄ter id qd̄ accepiſtis anathema ſit. In dicto illo
rū error erat & vanitas quo ad duo. Primū quo ad hoc ꝙ dicebant ſpūs ſan. pmiſſionē in apl̄is
nō fuiſſe implerā. Iterū vero quo ad hoc ꝙ dicebāt per ſpiritū ſanctū nouū euangeliū ad perfe-
ctionē euāgelii Chriſti eſſe condendū. ¶Contra primū eſt illud qd̄ dicit Chriſtus. Io. xv. Cū ve R
nerit ſpūs paracletus quē ego mittam vobis a patre:ille teſtimoniū perhibebit de me, & vos te Obiectio
ſtimoniū perhibebitis. i. ille teſtimoniū perhibebit per vos & in vobis. ſcd̄m ꝙ dicit Ioā. xiiii. Ego cōtra. i.
rogabo patrē:& aliū paracletū dabit vobis:vt maneat vobiſcū in ęternū ſpiritus veritatis. & ſe
quit̄:vos autem cognoſcetis eū, quia apud vos manebit, & in vobis erit, & Luc. vlti. Ego mitto
pmiſſum patris mei in vos:vos autē ſedete in ciuitate quouſq; induamini virtute ex alto. Vn
de dicit̄ Io. vii. Nondū erat ſpūs datus, quia Chriſtus nō erat glorificatus. q. d. ſi Chriſtus eſſet
glorificatus, ſtatim ſpūs eſſet datus. Et ideo pmiſſionē quā dudū fecerat, iterauit in aſcenſione
pmittēs eū eis de ppiquo, ſcd̄m ꝙ dicit̄ Actuū. i. Vos autē baptizabimini in ſpū ſancto nō poſt
multos hos dies. Qd̄ impletū eſt Actuū. ii. vbi dicit̄ ꝙ cū complerētur dies pētec. &c̄. vbi quia
manifeſtiſſime cōuincunt̄ negabāt aliqui eorū actus apoſtolorū eſſe de canone, ī quo manifeſte
eis cōtradicit Aug. cū i. li. cōtra epl̄am Fundamēti dicit loquēs de actib⁹ aploꝝ. Cui libro neceſ
ſe eſt me credere:ſi credo euāgelio:qm̄ vtrāq; ſcripturā mihi ſilr̄ catholica cōmēdat auctori
tas. ¶Cōtra ſcd̄m eſt illud qd̄ dicit Chriſtus Mat. v. Non veni ſoluere legē, ſed implere. Nunc S
aūt non impleſſet, ſi adhuc aliquid quo implenda eſſet reſtaret. Vnde ſup hoc dicit Chryſo. In Contra. ii.
priorū augmētū & cōplemētū erāt q̄ dicebant̄ a Chriſto. fuiſſent aūt ī cremētū, ſed nō in cōple
mētū:ſi aliquid reſtaret. Et ꝙ oīno nihil reſtabat addēdū, ſup dicta Chriſti, vt iuſtitia legis īple
ret, manifeſte appet ex eis q̄ xp̄s docuit. Cū em̄ vt docet Aug. de ſer. d. ī mōte , magn⁹ gradus

iniurię eſt maleficiũ reddere ꝑ bñficio:ſũmus vero gradus pſectę iuſtitię eſt beneficiũ reddere
pro maleficio:Inter quos ſunt multi gradus medii iniuſtitię, & multi iuſtitię, qui ſunt mino=
ris iniuſtitię & iuſtitię,ſecũdũ ꝙ minor iuſtitia erat pœna Talionis veteris teſtamẽti , oculum
pro oculo,dentẽ pro dente,vbi modus vindictę modũ non excedit iniurię:illũ autẽ gradũ iu=
ſtitię ſummę Chriſtus in ſummo docuit:vt vlterior modus iuſtitię nec ſit,nec excogitari poſ=
ſit,qñ.ſ.docuit ꝙ nulla omnino vindicta eſſet expetenda: ſed beneficiũ pro maleficio redden=
dũ,& nõ qualecũq; beneficiũ pro qualicũq; maleficio:ſed pro ſummo maleficio qđ erat pſecu=
tio inuidorũ inimicoꝝ vſq; ad mortẽ,reddere ſummũ beneficiũ.ſ.animã pro eis ponere:& pro
ipſis occiſoribus exorare,& veniã eis impetrare,Orate(inquit)pro perſequẽtibus & calũnian=
tibus vos.Et ꝙ ille ſit gradus vltimus ex lege charitatis ꝓcedẽs manifeſtum eſt.Si eñ iuxta di
ctũ Chriſti maiorẽ charitatẽ nemo habet,q̃ vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis:Multo
fortius nemo maiorem charitatem habet,q̃ vt animã ſuã ponat pro inimicis ſuis . Iſtud ergo
T eſt vltimũ & vltra qđ nihil pſecti⁹ addi põt,& ꝑ hoc euãgelica pſectio a Chriſto tradita imme
diate fini vltimo cõiungit,vt nulla lex vel iuſtitia poterit eſſe immediatior. Et ideo dicit Heb.
iii.Participes Chriſti effecti ſumus. Si tñ initium ſubſtãtię eius vſq; in finẽ firmũ teneamus.&
vii.Nihil ad perfectũ perducit lex.Inductio vero melioris ſpei per quã proximamus ad deũ.In=
tantũ melioris teſtamẽti ſponſor factus eſt Chriſtus.&.x. Habentes itaq; fratres fiduciã in in=
troitu ſanctorũ in ſanguine Chriſti, quã initiauit nobis viam nouã & viuentẽ per carnẽ ſuam
accedamus cũ vero corde in plenitudine fidei. Et ita cũ deductio mũdi proceſſit ſcđm tres le=
ges ꝑ tres ſtatus hoĩm,legẽ naturę,legẽ Moyſi,& legẽ euangelii Chriſti:nullus ſtatus vitę hu=
ius perfectior eſſe poteſt,ſtatu nouę legis,& euangelii Chriſti. Vnde durabit vſq; ĩ finẽ,ſcđm ꝙ
de ſtatu generationis fideliũ Chriſti expoſuit Chryſoſto. illud Matth.xxiiii. Dico vobis quia
V non ꝑteribit generatio hæc donec oĩa fiant.& loquitur de illis quę fient in fine mundi.Eſt ergo
Reſponſio. ſacra ſcriptura nõ ſolum in ſe perfecta,ſed & perfectiſſime cõſcripta:vt nihil reſtet cõſcribẽdũ,
ſicut dictum eſt ſupra.

X ¶Ad primũ in oppoſitũ ꝙ imperfectũ perficiendũ eſt ꝑ aliqd ſui:Dicendũ ꝙ imꝑ
Ad primũ principale. fectio priuatio quædã eſt perfectionis.Nunc autẽ vt vult phus.v.metaphyſicę,Priuatio alicui⁹
dicitur eſſe in aliquo:cũ nõ habuerit qđ natũ eſt eſſe in alio pſectiori ſe.ſecũdũ ꝙ dicit ꝙ plã=
tæ carent ſenſu, qui inuenitur in aĩali,& ꝙ talpa caret viſu,q̃uis nõ eſt nata viſum habere: ſi=
cut alię ſpecies aĩalis.Et ſecundũ hunc modũ vult phus.iii.de aĩa.ꝙ q̃dã aĩalia ſunt pſecta:vt q̃
hñt oẽs ſenſus.Quędã vero impſecta,vt q̃ carẽt aliquo vel aliquib⁹ ſenſibus. Alio mõ dicit pri
uatio eſſe in aliquo qđ caret eo quod natũ eſt habere ſecundũ ſuã ſpeciem. Sicut eſt cęcitas in
hoĩe.Et ſecundũ hunc modũ dicitur aliquid proprie imperfectũ primo modo,quo imperfectum
nõ eſt innatũ in ſe recipere perfectionẽ eius,reſpectu cuius dicit imperfectũ.Sicut planta nõ eſt
nata habere ſenſum,neq; talpa viſum. Hoc modo ſcripturę ſacrę ſciẽtia eſt imperfecta reſpectu
viſionis apertę.Sicut dicit apl'us. Ex pte cognoſcimus.& ideo tale imperfectũ non eſt natũ per=
fici per aliud: ſed adueniente perfectiori omnino euacuari.Secundũ ꝙ dicit ibidem apl'us.Cum
venerit qđ pſectũ eſt,euacuabit qđ ex pte eſt.Hinc Orig.ſuꝑ illud Leui.iiii. Quicquid autẽ ter
tius dies inuenerit ignis aſſumit.Duos(inquit)dies,puto duo teſtamẽta poſſe intelligi, in q=
bus liceat oẽ verbũ qđ ad deũ ꝑtinet requiri & diſcuti,& ex ipſis oẽm ſciẽtiã rerũ capi.Si quid
ſuꝑfluxerit qđ diuina ſcriptura nõ decreuit,tertiã ſcripturã nõ debere ſuſcipi,q̃ hic dies tertia
noĩat:ſed qđ ſupereſt igni tradam⁹,& deo reſeruemus:quia in p̃ſenti vita deus ſcire nos oĩa no
luit,quia nũc ſcimus ex parte.&c̃.Impſectũ autẽ ſecũdo modo eſt illud qđ natũ eſt pſici ꝑ illud
qđ innatũ eſt habere ſm ſuã ſpeciem:ſicut homo cęcus ꝑ viſum. Hoc mõ ſciẽtia veteris teſtamẽ
ti eſt impſecta,pſectibilis ꝑ ſciẽtiã noui teſtamẽti ſuperuenientẽ : cũ qua eſt cognatę naturę, vt
dictũ eſt ſecundũ Chryſo.quæ nõ euacuat omnino per nouũ ſuperueniens:ſed manet ſub ipſo
in eſſe perfectiori.quia vt dicit Gloſ. Matth.v.dum fuerit addita ad perfectionem: & hæc ple=
nius agunt quę ſunt p̃miſſa ad ĩchoationẽ. Tota vero iſta ſciẽtia cõflata ex veteri teſtamẽto &
nouo,iſto modo impſectiõis nullã oĩno habet impſectionẽ,ſed eſt tota & pſecta.quia ſcđm ꝙ di
cit Primus modus totius.v.metaphyſicę,ab ea nõ diminuit aliqua pars eorũ quibus dicit totũ
Y .i.eoꝝ quę ſunt pſectionis humanę ſciẽtię in vita iſta:vt determinatũ eſt ſupra. ¶Ad ſecũdum
Ad ſcđm. ꝙ ex euangelio Chriſti non habetur oĩs veritas quã promiſit Chriſtus docturũ ſpiritũ ſan.di=
cẽdũ ꝙ verũ eſt materialiter nõ formaliter.Non eñ ꝓmiſit ſpiritũ docturũ aliquã aliã veritatẽ
aut pſectiorẽ q̃ ipſe docuerat:ſed poti⁹ explanaturũ illã quã ĩ veteri teſtamẽto & ĩ ſua doctrina



euãgelica ĩexpoſitã reliqt:& appoſiturũ ſuꝑ illa dicta vet.teſt.q̃ in euãgelio nõ appoſuit Chri
ſtus:quoꝝ ĩtellectũ apl'i tũc nõ potuerũt portare nõdũ ſpũ repleti. Et hoc eſt qđ ipſe dicit Io.
xiiii.Hęc loquut⁹ ſum vobis apđ vos manẽs:paraclitus aũt ſpũs ſctũs quẽ mittet pater ĩ noĩe
meo,ille.v.d.o.& ſuggeret vobis oĩa q̃cũq; dixero vobis.Et ideo dicit eis Matth.vlti.Eũtes do
cete oẽs gentes .Et ſequit.Docẽtes ſeruare eos oĩa q̃cunq; mãdaui vobis. Et ecce ego vobiſcũ
ſum omnibus diebus vſq; ad cõſummationẽ ſeculi.Doceri ergo debet doctrina Chriſti:& ad
doctrinę eius exemplũ exponi tã vetus q̃ nouũ teſtamentũ:& apponi quãtũ ſpirit⁹ ſanctus di
ctauerit vſq; ad conſummationẽ mũdi. Vnde ſciendũ ꝙ doctrina euãgelica ſe habet ad doctri
nã veteris teſtamẽti vt eius ĩpletiua.Scđm ꝙ dixit Chriſtus Matth.v.Non veni ſoluere legẽ:
ſed adimplere.Impleuit aũt eam quantũ ad doctrinã pertinet,dupliciter. Vno mõ quo ad ceri
monialia:alio mõ quo ad moralia.Quo ad cerimonialia eorũ obſeruantias ſpiritualiter interp̃
tando:& literaliter euacuando.Quo ad moralia imperfectũ in ipſis perficiendo:qđ.ſ.omiſſum Z
erat ſupplẽdo.Et ſic doctrina euangelica nõ tam erat impletiua q̃ expoſitiua legis veteris te=
ſtamenti,perfectũ modũ obſeruantię vniuerſorum pręceptorũ legalium explicando.Euãgeliũ
enim expoſitio eſt legis.vt dicit Gloſ.Leui.x. Vnde dicit Chryſoſtomus ſuper Matth. editio=
ne ſecunda. Scđm modum viuẽdi Chriſtus legem impleuit duobus modis. Primũ exteriores
quidẽ legis figuras ſoluens: interiores autẽ eius virtutes adimplens . vtputa in lege præcepit
oẽ opus ſeruile in ſabbato quẽq̃ facere nõ debere. Spũaliter autẽ ſcđm euãgelii veritatẽ opus
ſeruile peccatum eſt. omne autẽ opus bonũ non eſt ſeruile,ſed liberale: & animæ fit:licet ipm
videatur in prima facie corporale. Vides ergo quia Chriſtus ſabbatis operãs adimpleuit legẽ:
non ſoluit:manifeſtauit:non occultauit.Deinde adimpleuit legẽ in minimis iſtis. ſcđm ꝙ pla
nius exponit hoc in prima editione.d. Nõ in interitũ priorũ:ſed in augmentũ potius & com
plementũ erant quę dicebantur a Chriſto. Erant autẽ in complementũ quo ad p̃cepta negati &
ua de iniuriã non inferendo:amplius prohibendo q̃ in lege erat prohibitũ . Quo vero ad præ
cepta affirmatiua:plus p̃cipiendo q̃ in lege erat præceptũ. & hoc tam in iniuriis ſuſtinendis,
q̃ in beneficiis conferendis.ſcđm ꝙ de impletione præceptorũ negatiuorũ dicit Chryſoſtom⁹.
Illius quippe ſentẽtię q̃ dicitur:Non occides:haud interemptio,ſed adimpletio magis atq; mu
nitio eſt dicere. Nõ iraſcaris. Omniũ ſimiliter cæterorũ adimpletio atq; munitio facta eſt per
Chriſtum nõ interemptio. De præceptorum vero impletione tam in beneficiis conferendis
q̃ in iniuriis ſuſtinendis dicit Chryſoſtomus.Non iam vſitatũ miſericordem requirit: ſed etiã
tunica te exui iubet ad tegendum alterius nuditatẽ: neq; ſimpliciter remittẽtẽ, ſed illũ quoq;
qui alteram maxillam p̃beat ferire cupienti. Doctrina vero apoſtolica ad doctrinã euãgelicam
nullo modo ſe habet vt eius impletiua:impſectũ aliquid exiſtens in ipſa ſupplendo & addendo
vel expoſitione ſpũali aliqd literale euacuãdo:ſicut doctrina euãgelica dicta eſt ſe habere ad do
ctrinã veteris teſtamenti.Sed doctrina apl'ica ſe habet ad doctrinã euãgelicã & mediãte illa ad
doctrinã veteris teſtamẽti cõſequẽter:vt explanatiua quorũdã eorũ q̃ obſcure ĩ illis dicta ſunt
in ſenſu literali:& vt interpretatiua eorũdẽ ſcđm ſenſum myſticũ, allegoricũ, tropologicũ,vel
anagogicũ.Specialiter autẽ ſe habet ad vet⁹ teſtamẽtũ eodẽ mõ ſicut ſe habet doctrina euãgeli
ca cerimoniales obſeruãtias ſpũaliter interp̃tãdo:& defectũ moraliũ ſupplẽdo.Hęc oĩa facit vi
ce doctrinę euãgelicę ipſam in oĩbus imitando.Chriſtus eñ nõ oĩa obſcura lr̃aliter nec in teſta
mento veteri:nec in ſua euangelica doctrina expoſuit:ſed aliqua tñ:& ad exemplar eorũ reli=
quit apl'is cętera exponenda.Similiter nec omnẽ moraliũ præceptorum imperfectionem dictis
ſuis impleuit:ſed q̃dã:& ad exemplar illorũ cętera dimiſit apl'is ſupplenda.Et ſic vltima expoſi
tio & perfecta in corpore canonis eſt doctrina apoſtolica. Vnde ſuꝑ illud Leui.ii.Panes abſq; fer
mento.dicit Gloſ.Verba apoſtolorũ ſunt panes:lagana prophetarũ.Quanto eñ panes laganis
ad nutrimentũ ſunt aptiores:tãtũ p̃cellunt verba apoſtolorũ, verbis prophetarũ.Concorditer
ab illis de Chriſti miſeratione ſcriptũ eſt.Sed apoſtoli plenius ſcripſerunt:qui completum oſtẽ
dunt qđ illi nũciauerũt futurũ.Et ideo pauca figuratiua:& plurima clare dicta cõtinet. ſcđm
ꝙ dicit Auguſtinus de opere monachorũ . Magis ꝓprie q̃ figuratiue pene omnia ſe habent in
epiſtolis apoſtolicis.& ſic perfecta ars & ſciẽtia eorũ quæ cõtinentur in doctrina apoſtolica,tra
dita eſt in doctrina euangelica.Nec eſt doctrina apoſtolica alia ſcđm formã a doctrina euange
lica:ſed q̃ſi ſcđm materiam ſolũ,inquãtũ artem exponendi obſcura & ſupplendi omiſſa tradi=
tam in doctrina euangelica doctrina apoſtolica applicat ad plures materias. Et ſic ex euãgelio
Chriſti formaliter habetur oĩs veritas quã pollicitus erat per ſpiritũ ſanctũ apoſtolos doctu=
rum. Vnde ſcire quomodo illa euãgelica doctrina iuxta artem quam in ea tradidit Chriſtus

eſſet applicanda ad plures materias dictis modis,erat illud qđ Chriſtus apoſtolis promiſit cū
dixit.Adhuc multa habeo vobis dicere &c. Propter qđ ſub eodem teſtamēto formaliter cadit
apoſtolica doctrina cum euangelica:quia quicquid artis & perfectionis eſt ī ſciētia apoſtolica:
totū eſt in ſcientia euāgelica:licet non ad tot materias applicatū.Nō ſic autē quicqd eſt artis
& perfectionis in doctrina euāgelica:inuenitur in vete.teſta.Et ideo oīno eſt aliud nouū teſta.
a veteri:& eſt aliter doctrina apl'ica in doctrina euangelica,q̄ doctrina euangelica in doctrina
vet.teſt.Immo vniuerſaliter doctrina tota noui te.eſt ī doctrina vet.teſta. Eſt em̄ doctrina no.
teſt.in veteri,non tm̄ ſicut explicitū in īplicito:& planū in obſcuro:ſed etiā ſicut perfectū ī im
perfecto.Doctrina vero apl'ica eſt in euāgelica nō ſicut pfectū ī īpfecto:ſed ſicut explicitū ī iex-
plicito:& ſicut exēplatū in exēplo.Eſt etiā aduertēdū ꝙ p illum etiā eūdem modū quo doctri-
na apoſtolica ſe habet ad euangelicam & ad doctrinā vet.teſt.ſe habet doctrina doctoꝝ Augu
ſtini,Ambroſii,& cęterorum ad totam doctrinā canonicā: licet non æquale pondus auctorita
tis obtineat:quia non cōſtat eccleſiæ doctores aliquos catholicos in ſpiritu ſancto fuiſſe loquu
tos:ſicut cōſtat ipſi apl'os in eo fuiſſe locutos.Sicut enim Chriſtus plurima reliqt apl'is exponē
da & ſupplenda ad exemplar eorum quę ipſe expoſuit & ſuppleuit in doctrina euangelica: Sic
apoſtoli in ſua doctrina dimiſerunt plurima exponenda & ſupplenda doctorib9 ad exēplar eoꝝ
quæ ipſi expoſuerūt & ſuppleuerūt ī ſua doctrina.Scđm ꝙ dicit Beat9 Gregori9 in Homil.de
ſemine,quā Chriſtus p ſe expoſuit.Idem dn̄s p ſemetipſum dignatus eſt exponere qđ dicebat:
vt ſciatis rerum ſignificationes q̄rere in his quæ per ſemetipſum noluit explanare. Et de expo
ſitis per apoſtolum dicit Orig.in Homil.de nuptiis Abrahę cū Cethura. Semper (inquit) no-
bis ſanctus apoſtolus occaſiones p̄bet intelligētię ſpiritualis:& licet pauca,tamē neceſſaria ſtu
dioſis oſtendit indicia:quibus ꝙ lex ſpiritualis ſit in oībus,cognoſcit. Vñ illud.Adhuc multa
habeo &c.dictū erat apoſtolis non tam ꝓ ipſis q̄ ꝓ ſuis ſucceſſoribus.Licet em̄ apoſtoli primi-
tias ſpiritus ſancti receperint:virtutem tamē eius oēs poſteri fideles recepturi ſunt vſq; in fi-
nem mūdi:& p ipſam ſacrā ſcripturā tractaturi:& opere impleturi.ſcđm ꝙ dicit Chryſoſtom9
Hoc eſt quippe mirabile,ꝙ Chriſtus non ſolū legē īpleuit ipſe,ſed idē illud nobis quoq; facere
donauit.Qđ apl's ſignando dicebat peccatum illum damnaſſe in carne:vt iuſtificatio legis im
pleretur in nobis:qui non ſcđm carnem ambulamus.Et iterum. Legem ergo deſtruim9? abſit.
Sed ſtatuimus.Sicut ergo apoſtoli expoſuerūt ſcripturas non expoſitas a Chriſto,ad exemplar
eorum quæ ipſe expoſuit: Sic catholici doctores ea quæ nec Chriſtus, nec apoſtoli expoſue-
runt,ad exemplar illorū quæ ipſi expoſuerūt,debēt vſq; in finem mūdi exponere:nec antiquis
expoſitiōibus cōtenti eſſe. Propter qđ dicit Orig. Ge.xxvi.ſup illud,Senuit aūt Iſaac. Tente-
mus facere illud qđ ſapientia cōmonet dicēs:Bibe aquam de tuis fontibus & de tuis puteis:&
ſit tibi fons tuus ꝓprius.Tenta ergo & tu auditor habere puteum proprium, & fontem pro-
priū vt & tu cum apphenderis librum ſcripturarum:incipias & ex ꝓprio ſenſu ꝓferre aliquē
intellectum:& ſcđm ea quæ in eccleſia didiciſti,tenta & tu bibere de fonte ingenii tui. Eſt in
te natura aquæ viuę:venę perennes & irrigua fluenta,rationales ſenſus:ſi modo non ſunt ter
ra opta.Sed ſatage terram tuam fodere:purgare ſordes.i.ingenii tui amoue deſidiam: & tor-
porem cordis tui excute.Audi quid dicit ſcriptura:Punge oculum,& producet lachrymam:
punge cor & proferet ſenſum.Purga ergo & tu ingeniū tuū,vt aliquādo ēt de tuis fontib9 bi
bas.Si enim accepiſti a Chriſto verbum vitæ & fideliter accepiſti:fiet in te fons aquę ſalientis
in vitam æternam.Cui concordat illud Senecę.Nihil æſtimo latentes ſub aliena vmbra ſemp
nunq̄ auſos conſcribere qđ diu didicerūt habere generoſum. Turpe enim eſt ſeni ac proſpiciē
ti ſenectuti ſemp ex cōmentario ſapere.Propter qđ dixit Zeno.Quouſq; ſub alieno moueris:
aliqđ & de tuo ꝓfer.Vñ Boethius de diſciplina ſcho.Miſerrimi eſt ingenii ſemp inuentis vti:
& nunq̄ inueniendis.Sed intelligendū ꝙ non eſt vtēdum inueniendis,neq; aliqđ eſſe in eis niſi
iuxta regulam inuentorū.Vnde Orig.ſup illud Exo.xxxv.Separate apud vos primitias dño.
Non poteris aliquid de ſenſu tuo offerre deo:niſi prius quę ſcripta ſunt corde cōcepis:niſi in-
tentus fueris:& diligens audieris.Nō concipit corde niſi qui vacat ore mēte liber & tot9 intē
tus.qđ cū fecerit,dignū eſt vt quādoq; ad cōplēdū ſacrę ſcripturę ædificium, quilibet aliquid
de ſuo offerat.Iuxta illud qđ ſubdit ibidē.Iuſtum eſt vt in templo dñi inueniatur quiſq; ha-
bere portionē ſuā.Non em̄ latet dn̄m quiſq; quid offerat.Q; glorioſum ſi dicat in templo dñi
aurum illud quo arca teſtamenti tegitur, illius eſt: argentum ex quo baſes & columnę ſunt
illius eſt & cętera quęcunq; per ſingula, q̄ indecorum: q̄ miſerum: ſi dominus viſitans taber-
naculum nihil muneris tui inuenerit:nihil a te oblatum cognoſcat.Sic ergo vult dn̄s vt qli-



bet de ſuo offerat:vt ſic totum ædificium continue creſcens tandem perfectū fiat. & hoc tam
cognitione doctrinę,q̄ opere vitæ.Iuxta illud qđ dixit Chriſtus.Matth.v.Donec tranſeat cęlū
& terra, Iota vnū aut vnus apex non peribit de lege donec oīa fiant. Cūq; omnia hæc fuerint
facta:tūc erit finis.Scđm ꝙ dr̄ Matth.xxiiii. Prędicabit hoc euangeliū regni ī vniuerſo orbe:&
tunc veniet cōſummatio. Et ideo Chriſtus in principio ſuę p̄dicationis dixit.Pœnitētiā agite
appropinquabit em̄ regnū cęloꝝ.Vñ cū nō ſolū p̄dicatū fuerit euangeliū per orbē vniuerſum
Chriſti nomen diuulgando:qđ impletū fuit tēpore apoſtolorū: ſed etiā cū effectu pœnitentiā
recipiendo:vt in omni gente eccleſię ædificent,& ab aliquibus in illis colatur Chriſtus: qđ nō
dū erat factū tempore Auguſt.vt dicit in epl'a ad Eſichium. qđ forte impletū fuit poſtmodū
conuerſis tēporibus beati Greg.papę inſulis oceani. Cūq; non ſolū hoc factū fuerit, ſed etiam
expoſitū:& opere impletū qđ reſtat exponendū & implendū:tūc erit cōſummatio & finis mū
di. Citra aūt cōtinue augmētatur ſacrę ſcripturę intellectus,& expoſitio.Iuxta illud qđ dicit
Beda ſup illđ Exo.xxv.Duo quoq; Cherubim. Scriptura ſpirituali ſciētia plena ē:quę ex quo
fieri cœpit:augetur ſemp & multiplicat. Vñ pertrāſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia.
Moyſes nāq; ampliorē patriarchis habuit ſciētiā. Vñ. Ego q apparui Abrahę,Iſaac,& Iacob,
& nomē meū Adonai,nō indicaui eis.ſubaudi, ſicut tibi. Dauid quoq; ait.Sup oēs docētes me
intellexi.Apl'os quoq; maiora prophetis noſſe declarat dn̄s.d.ī Luca.Multi ꝓphetę & reges cu
pierunt videre q̄ vos videtis &c.Recte ergo Cherubim ſciētia multiplicata dicit: ꝙ in vtroq;
teſtamento magis ac magis ex tēpore cognitio veritatis fidelibus innoteſcit.

## ¶Arti.IX.de auctore ſeu effectore Theologiæ.

Sequitur de cauſa efficiente huius ſcientię.i. de auctore. Arti.IX.
Et quia auctori ſcientiæ ſuccedit doctor eiuſdem, & doctori reſpō
det auctor:Ideo circa hoc tria ſunt inquirenda.
Primum de auctore.
Secundum de doctore.
Tertium de auditore.
Et quia ab auctore ſuo ſcientia ipſa habet auctoritatem: ideo circa
hoc quęruntur duo.
Primum de auctore huius ſcientię.
Secundum de eius auctoritate.
¶Item quia propter auctoritatem dei creditur etiā huic ſcientiæ:
Ideo circa hoc quęruntur tria.
Primum:vtrum idem ſit auctor vtriuſq; teſtamenti.
Secundum:vtrum deus ſit auctor ſacræ ſcripturæ.
Tertium:vtrum propter dei auctoritatem principaliter credendum eſt ſacræ ſcripturæ.

Circa primum arguitur:ꝙ non ſit idem auctor vtriuſq; teſtamenti.¶Primo A
ſic.Sapientis non eſt mutare qđ ſtatuit:quia variatio actionis eſt nota īpro Queſt.I.
uiſionis.Cum ergo varium & diuerſum eſt nouū teſtamentū a veteri: qui Arg.I.
ſtatuit vetus,nō ſtatuit nouū.¶Secūdo ſic.eiuſdē nō eſt ſtatuere cōtraria. 2
Statuta nouę legis cōtraria ſunt ſtatutis veteris legis.ibi em̄ dicit: Oculū
pro oculo:hic dr̄:Qui te percuſſerit in vnā maxillam,p̄be ei & alterā. ergo
&c.¶Tertio ſic.ab optimo p̄cepta crudelitatis nō procedūt,ſed miſericordię:p̄cepta veteris te 3
ſtamēti ſunt crudelitatis:vt patet,oculū ꝓ oculo.Cū ergo optimus ſit auctor noui teſtamēti:
qđ patet in p̄ceptis miſericordię q̄ ſunt in nouo teſtamēto:ille nō eſt auctor veteris.¶Quarto 4
ſic.Matth.v.Sit ſermo veſter eſt ē:nō nō.qđ amplius eſt a malo ē. ſed āpli9 erat qđ ī lege erat
p̄ceptū,cū dictū eſt.Reddes dño iuramēta tua.ergo illud erat a malo.Sed qđ a malo eſt:nō eſt
a deo bono ſtatutū.ergo &c.¶Quinto ſic.ille non eſt auctor bonus qui non dat p̄cepta bona:
talis erat auctor vete.teſt.Eze.xx. Ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non 5
viuent:& pollui eos in muneribus ſuis.ergo &c.¶Contra.ſup illud apoſtoli ad Gal.Abraham In oppoſi.
duos habuit filios.dicit Chryſoſt.Sicut ergo diuerſę ſunt fœminæ,ſed vir vn9 vtriuſq;:Sic &
duo ſunt teſtamenta:vnus vero vtriuſq; legis eſt conditor.

¶Dicendū ſcđm ꝙ recitat Auguſtinus in li.de hęreſibus.Manichęi deū qui legē B
per Moyſem dedit:& Hebręis locutus eſt:dicūt nō eſſe verū deū:ſed vnū ex principibus tene- Reſpōſio.

brarum:& illum condidiſſe vetus teſtamentū. Deū autē verū condidiſſe nouū nō vetus. quorū
rationes ad hoc ſupra inductę ſunt. Quorū error tam abſurdus eſt: ꝙ improbatione non indi
get neqꝫ dignus eſt. Non enim eſt ſapientis contra quālibet poſitionē fatuam diſputare. cōſtat
enim ꝙ inimicus humani generis princeps tenebrarum leges ſalubres hominibus nō daret:
maxime q̄ ipſum hominē ad ſeruiēdū deo vero ordinarent. Cum etiā ſcd̄m Manicheos contra
rii erant principes tenebrarum, & deus lucis: & adinuicē nō ceſſabant pugnare: Sed potius ſi
poſſet talis p̄cepta legis peruerteret. Quare cum hmōi leges & pręcepta plurima de vno vero
deo colendo: & proximū diligendo contineat vetus teſtamentū: nullo modo fatendū eſt: ipm
eſſe conſcriptum ab aliquo principe tenebrarum: vel contrario vni deo vero. Propter q̄d dicit
Chryſoſt. ſi hęc ab initio diaboli lex fuiſſet: nūq̄ intātū profeciſſet. niſi enim illa p̄iſſent: non tā
facile iſta fuiſſent ſecuta. Si a diabolo eſſet vetus teſtamentū: nequaq̄ ſimulacra coli vetuiſſet:
ex aduerſo aūt ſui cultū etiā p̄cepiſſet. hoc enim diabolus fieri volebat. Firmiter ergo credēdū
eſt ab illo eſſe conſcriptum & editum vetus teſtamentū a quo et nouū. Maxime cū ſcd̄m Au
guſtinū. xvi. de ci. d. Vetus teſtamentū non eſt aliud niſi noui occultatio: & nouū nō eſt aliud
niſi veteris reuelatio. & ideo dicit ſuper Io. Ille dedit legem qui dedit gratiam. Sed legem per
ſeruum miſit: cum gratia ipſe deſcendit. Vnde dicitur Numeri. xxxii. de tabulis veteris teſta
mēti: quia ſcriptura dei erat ſculpta in tabulis. Nos igit̄ (vt dicit Chryſoſtom⁹ ſup Matth.)
vnū atqꝫ eundem vtriuſqꝫ teſtamenti aſſerimus conditorem: qui ad varias hominū vtilitates
vtrūqꝫ teſtamentū diuerſis tp̄ibus diſpenſauit. Q̄d manifeſte teſtat⁹ eſt Hieremi. xxxi. cū dixit
in p̄ſona domini. Feriā domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum: non ſcd̄m pactum quod pe
pigi cum patribus veſtris &c. Qui ergo pepigit cum patribus in veteri teſtamēto, pactum fe
cit cum filiis in nouo teſtamento.

C Ad pri. prin. ¶ Ad primū in oppoſitum: ꝙ ſapientis non eſt mutare q̄d ſtatuit: Dicendum ꝙ ſa
piens aliquādo aliquid ſtatuit ꝑpter id q̄d eſt in ſe rectum & perfectum: aliud vero ſtatuit qa
congruū & vtile alii. Q̄d ſtatuit primo modo non mutat. Sic aūt ſtatuit p̄cepta nouę legis: cui
nulla alia ſupuētura ſunt: vt dictū eſt ſupra. Q̄d vero ſtatuit ſcd̄o mō, bene mutat. Sicut me
dic⁹ ſtatuit dietā cōualeſcēti, quā mutat cū cōualeſcēs cōfirmatus eſt ī ſanitate: & ſic ſtatuit
deus vetus teſtamētū tanq̄ veteri populo cōgruū: cui nō poſſet cōpetere nouū, q̄d poſtmodū
cōpetens fuit nouo pp̄lo, vt dictū eſt ſupra. Et hoc ē q̄d dicit Augu. de vera rel. Quicūqꝫ ideo
negat vtrūqꝫ teſtamētū ab vno deo eſſe: qa non eiſdē ſacramētis tenet̄ populus nr̄: qb⁹ Iudęi te
nebant̄, poteſt dicere nō poſſe fieri vt idē paterfamilias iuſtiſſimus aliud impet eis qb⁹ ſeruitu
tem duriorem vtilem iudicat, aliud eis quos in filiorum gradū adoptare dignat̄. Si aūt pręce
pta vitę mouent: ꝙ in veteri lege minora ſunt, in euangelio maiora: et ideo putant nō ad vnū
deum vtraqꝫ pertinere: potius putent ſe perturbari cum medicus alia per miniſtros ſuos ima
becillioribus præcipiat: alia per ſeipſum, valentibus. Vt enim ars medicinę cū eadem maneat:
neqꝫ vllo pacto ipſa mutetur: mutat tamen præcepta: quia mutabilis eſt valetudo: ita & diui
na prouidentia cum ſit ipſa oīno immutabilis, mutabili tamen creaturæ ſubuenit, & p̄ diuer
D Ad ſcd̄m. ſitate morborū alias alia iubet ac vetat. ¶ Ad ſcd̄m: ꝙ idē non ſtatuit cōtraria: dicendū ꝙ ſcri
ptura in nullo continet contraria. tunc enim contineret falſa: cum contraria nō poſſint ſimul
eſſe vera: licet illud opinati ſunt Manichęi: ſcd̄m plura capitula quę inducūt, quaſi contraria
vtriuſqꝫ legis, q̄ Auguſtin⁹ oſtēdit cōcordātia in. l. cōtra Adamantiū & cōtra Fauſtū. Vn̄ q̄d
ibi pręcipitur, oculum pro oculo, non eſt contrariū illi q̄d hic dicitur. Si quis te percuſſerit in
vna maxilla: prębe. &c. Nam vt dicit Chryſoſtomus, illud præcepit vt percuſſori timorem in
cuteret: Hoc vero præcepit vt percuſſum ad tolerantiam præparet: percuſſorem ſupplicio ter
rendo: & percuſſum virtute patientię cōſolidādo. & hoc congruebat vtriqꝫ tēpori & vtriqꝫ po
E Ad tertiū. pulo: vt patet ex ſupradictis. ¶ Ad tertium: ꝙ ab optimo non procedunt præcepta crudelita
tis: dicendū ꝙ licet lex antiqua dicta ſit lex crudelitatis propter edicta dura valde: tamen erat
lex benignitatis: aſpiciendo ad intentionem legiſlatoris: & ſtatum populi veteris. Vnde Chry
ſoſtomus loquens de præcepto Talionis dicit. Illud præcepit non vt mutuo nobis oculos eru
amus: ſed vt innocentes manus contineamus. Nihil enim aliud intendebat legiſlator per præ
cepta vtriuſqꝫ teſtamenti: q̄ homines ad pacem & ad concordiam trahere: ad quam illos opor
tebat compellere tanq̄ induratos peccatis timore pœnę: & ita per dura præcepta: Iſtos autem
tanq̄ virtuti aptos: ad idem competebat trahere amore iuſtitiæ: & ita per præcepta lenita
tis. Vnde & Auguſtinus de vtilitate credendi. Illam legem dicimus vtiliter eſſe latam: ꝙ



homines qui reuocari a peccatis ratione non poterant, tali lege coercendi erant. ſ. pœnarum
quæ videri a ſtultis poſſunt minis & terroribus. a quibus gratia Chriſti cum liberat, legem il
lam non damnat: ſed obtemperare ſuæ charitati non ſeruire timori legis inuitat. Lex enim pe
dagogus noſter in Chriſto erat. Ille igitur pędagogum dedit hominibus quē timerēt, qui ma
giſtrum poſtea quē diligerent. ¶ Ad quartū: Q̄d amplius eſt, a malo eſt: Dicendū ꝙ ly a malo F Ad quartū
non ſupponit ibi pro legis inſtitutore: vt dixerunt Manichæi: ſed pro inſtitutionis occaſione:
quia vt dicit Chryſoſtomus: accipientium legem infirmitas exigebat. Et ſimiliter vt dicit ſup
Matth. v. nunc iurare a malo eſt. i. ab infirmitate non iurātis: ſed qui iurare cogit. Vel ſtat ibi
pro legis imperfectione. Vnde Chryſoſtomus. Sic Chriſtus a malo eſſe dixit: non vt oſtenderet
ex diabolo eſſe, veterem legem: ſed vt vehementer ab antiqua vilitate reuocaret. Sicut ma
milla nutricis cum omne ſuum impleuerit officium, & puerum ad menſuram firmioris æta
tis adduxerit: inutilis iam eſſe videtur: & parentes qui prius eam neceſſariam eſſe filio iudica
bant, illam irriſionibus proſequūtur. ¶ Ad quintum: ꝙ dedit eis pręcepta bona: Dicendum ꝙ G Ad quintū
præcepta veteris teſtamenti erant non bona ſimpliciter propter legis permiſſiones quæ ma
lę erant ſimpliciter: et ideo nō obſeruādę in noua lege: videlicet vt cū libello repudii vxorē di
mittere, odio habere inimicū, & cætera huiuſmodi. Illi tamen populo bona erāt: quia congruē
tia ei: & ideo p̄miſſa. Velut econtrario (vt dicit Chryſoſtomus) portari in humeris in prima
ætate bonum eſt: poſtea vero miſerrimum: lacte nutriri ad mamillam, in initio vtile: poſtea ve
ro pernicioſum. Vel ſcd̄m aliā Gl. Eze. xx. Præcepta quę erant bona in ſe: mala erant tranſgreſ
ſoribus. Sicut & lex bona mala erat tranſgredienti. & hoc per occaſionem: vt dicitur Ro. vii.
vel ſcd̄m aliā Gl. illud intelligitur de præceptis cerimonialibus: quæ poſt idololatriam Iudęo
rum deo iuſſa ſunt offerri potius q̄ idolis: quæ non erant per ſe bona: nec tamen mala quando
deo offerebantur. & ita ſemper in bonum & a bono deo ſunt data.

CIrca ſecundum arguitur: ꝙ homo debet dici auctor huius ſcientiæ: non H Queſt. II.
deus. Primo ſic. Ille debet dici auctor ſcientiæ, cuius teſtimonio ſcientiæ cre Arg. 1.
ditur: quia ſecundum Auguſtinum: quod credimus debetur auctoritati. Sed
hominis teſtimonio creditur huic ſcientiæ. ergo &c. Probatio mediæ eſt per
Auguſtinum. xi. de tri. vbi dicit. De inuiſibilibus quæ a noſtro ſenſu interio
re remota ſunt his nos oportet credere, q hęc in illo incorporeo lumine diſ
poſita didicere: illi erant homines, prophetæ, apoſtoli, & eorum ſucceſſores. ergo &c. ¶ Secūdo 2
ſic. Ille non dicitur auctor operis qui exemplar oſtendit ad q̄d faciendum eſt: ſed qui opus ad
exēplar deſcribit. Sicut patet in artificiali imaginis deſcriptione: & in ſcientiis philoſophorū.
de quibus dicit Apoſtolus. Roma. i. Deus illis reuelauit. quarū ipſi tn̄ auctores dicunt̄: quia re
uelata deſcripſerūt. Quare cū hāc ſcientiā deus ſolū reuelauit velut exemplar ad q̄d eandem
deſcripſerūt, auctores vere hui⁹ ſciētiæ debēt dici: ergo nō deus. Qꝫ deus filius ſiue Chriſtus:
arguitur per Auguſtinum: qui dicit. xi. de ciuitate dei. Idem ipſe deus & homo prius per pro
phetas: deinde per ſemetipſum: poſtea per apoſtolos: quantum ſatis iudicauit loquutus, ſcri
pturam condidit quæ canonica appellatur. Sed talis debet dici auctor: & alii miniſtri: ergo
&c. Qꝫ ſpiritus ſanctus, videtur per illud quod dicitur. ii. Pe. i. Non voluntate humana ali
quando allata eſt prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti dei homines. eiuſ
dem autem inſpiratione locuti ſunt & conſcripſerunt hanc ſcientiam: ille autem cuius inſpi
ratione ſcientia cōſcribitur debet dici auctor eius. ergo &c. Qꝫ pater: arguitur per illud quod
dicitur Ioannis. vii. a Chriſto. Mea doctrina non eſt mea: ſed eius qui me miſit. Qui illū miſit
pater eſt: doctrina ergo Chriſti principaliter eſt patris, cuius principaliter eſt doctrina, ille au
ctor eius eſt. ergo &c.

¶ Dicendum ad hoc: ꝙ in artificialibus vbi eſt vnus artifex qui opus dirigit & I Reſponſio
regulat: & alius manu opans ſcd̄m regulas ab artifice traditas: manu opans non dicit̄ auctor
opis: ſed artifex. Maxime ob hoc, qa hic rationes & regulas operandorū nouit: ille autē non: vt
dicitur in primo Metaph. Similiter ergo erit in aliis artibus & ſcientiis. ꝙ ſcd̄m ꝙ deſcribens
artē nouit vel nō nouit regulas artis, ſcd̄m hoc debet dici auctor artis: vel non auctor: vt ille
qui p ſe nouit rōnes & regulas artis: quas alteri deſcribēdas dictat & ꝓponit: & q eas de ſe no
uit, debet dici auctor principalis & primus ſcientię: non autē qui eā īmediate deſcribit. Nunc

autem ita eſt ꝙ rationes & regulas huius ſcientię ſolus deus p ſe & de ſe nouit:nec potuit creatura vlla ex puris naturalibus ad eas attingere: ſed ſolū ſcdm regulas & rationes eius ſibi inſpiratas a deo prophetę & apoſtoli eam conſcripſerunt:& conſcribere potuerūt.Scdm ꝙ dicit Auguſtinus in principio ſuper Ioan.circa expoſitionē illius.In principio erat verbum. Dicere (inquit) vt eſt quis poteſt?audeo dicere fratres mei:nec ipſe forſitan Ioānes dixit vt eſt:ſed vt potuit:quia de deo homo dixit:& quidem inſpiratus a deo.Sed tamen homo quia inſpiratus, dixit aliquid.Si nō inſpiratus eſſet:dixiſſet nihil.Quia vero homo inſpiratus: non totū quod eſt dixit: ſed quod potuit homo dixit.Et vt hoc intelligatur eſſe generale in omnibus doctoribus & ſcriptoribus ſacrę ſcripturæ:continuo ſubiungit.d.Erat em̄ iſte Ioannes de illis montibus:de qbus ſcriptū eſt.Suſcipiant mōtes pacē populo:& colles iuſtitiā.Quę eſt iuſtitia quā colles accipiūt?fides:quia iuſtus ex fide viuit.Montes ſunt excelſę animę.Colles ſunt paruulæ animę.Non autem acciperent minores animę fidē:niſi maiores animæ quæ montes dictę ſunt:ab ipa illuſtrarent̄:vt poſſint puulis traiicere qđ poſſint capere.Solus ergo deus proprie poteſt dici auctor huius ſcientiæ. Quia tn̄ vt dicit ibidem,per homines miniſtratę ſunt ſcripturæ,q eas conſcripſerunt,& contemplati ſunt ipſam ſapientiā quantū potuit humanis cordibus contingi:& ſic regulas artis huius quā conſcripſerunt, perfectiſſime intellexerunt: ſicut inferius amplius declarabitur:non ſolū organa & canalia: vt per quæ tranſierunt verba huius ſciētię: aut tāq̄ manu artifices ſiue pictores inquātū ipſam conſcripſerunt: imo veri licet ſecūdarii debent dici auctores ex theſauro artis ſibi infuſæ eam deſcribentes. Sicut deſcripſerunt phi artes ex theſauro artis a ſe acquiſitę.Reducitur autem auctoritas huius ſcientiæ ad diuinam auctoritatem:non phicę:licet omnes quadā illuſtratione diuina ſunt acquiſitę:vt dictū eſt ſupra quia iſta ſine omni humani ingenii cooperatione primo habita eſt ex ſola auctoritate diuinę inſpirationis. Scientiæ autē phicę non ſine coopatione humani ingenii in ſua prima inuētione.

K Vn̄ & quo ad hoc infallibilis eſt veritas huius ſciētię: qa habetur ex ſola diuina auctoritate: Fallibiles aūt ſunt in pluribus ſciētię phicę: quia dependēt ab inueſtigatione rōnis hūanę. Propter qđ dicit Aug.ii.ſup Ge.ꝙ maior eſt huius ſcientię auctoritas q̄ omnis humani ingenii pſpicacitas.Intātū etiam dependet veritas huius ſcientię a diuinę auctoritatis inſpiratione: vt non ſolum homines conſcribentes hanc ſcientiam per inſpirationē cōciperent ſentētias conſcribendas:ſed etiā verborū qualitatem ac formā.Scdm ꝙ dicit Gl.ſup illud.ii.Pe.i. Nō volūtate humana allata eſt aliqn̄ ꝓphetia &c.Attendite(inquit) prophetico ſermoni.Nā a deo eſt.Qđ poteſt probari:quia prophetia nō eſt talibus verbis & tali modo locutionis ſcripta quali vtūtur homines in locutione ſua:& quali ſeculares literæ ſunt cōpoſitę.Et vere nō erat locutio ꝓphetarū ſcdm ſuā vel audientiū:ſed ſcdm voluntatem ſpiritus ſancti qui loquebatur in illis. Sicut em̄ ī ꝓphetarū poteſtate nō erat ſemp hr̄e ſpiritū,ſemp futura pdicere:Ita nō erat poteſtatis eorū vt qcūq̄ vellent,docerent.Sed ea ſola docebant quę a ſpiritu didicerant.Deus igit̄ principalis & ſolus vere eſt auctor huius ſcientiæ:licet per hominē ſit deſcripta:vt poſſit quo

L ad hoc hō dici auctor ei⁹ ſcđari⁹ & miniſterialis.Et ꝙ deus principalis auctor dr̄ hui⁹ſcię, hoc diuerſimode attribuitur toti trinitati & ſingulis perſonis in trinitate. Dicit̄ em̄ auctor principalis deus trinitas:quia actio reuelationis ſiue inſpirationis,eo ꝙ eſt reſpectu creaturę, cōmunis eſt toti trinitati.Sed quia hoc qđ agūt filius & ſpiritus ſanctus:ſicut & hoc qđ ſunt,habēt a patre:ideo principalitas auctoritatis huius ſciētię:ſicut & cuiuſlibet alteri⁹ diuini opis,attribuēda eſt deo patri.Scdm ꝙ dr̄ Matth.xvi.Caro & ſanguis non reuelauit tibi:ſed pater meus qui eſt in cęlis.vbi dicit Gl.Qui illuminat mentes ſanctorū.Ipſa autem ſciētia q̄ p reuelationē cōſcripta eſt:quia appropriatur filio:& filr̄ ipſa reuelatio: quo ad hoc prīcipalis auctoritas huius ſcientiæ attribuitur filio.Ipſa etiā reuelatio quia non niſi ex dono procedit: qđ appropriatur ſpiritui ſancto:quo ad hoc auctoritas hæc attribuitur ſpiritui ſancto.Et ſcdm hoc diuerſimode deo attribuitur auctoritas huius ſcientiæ.

M ¶Ad primū in oppoſitum:ꝙ hominis teſtimonio creditur in hac ſcientia: dicēdū
Ad primū princip. ꝙ verū eſt:ſed non ꝓpter ſe:ſed ꝓpter diuinā auctoritatē circa ipſum:manifeſtantē ſe in ſignis & miraculis.Scdm ꝙ dicit̄ Matth.vlti.Illi autē pfecti prędicauerūt vbiq̄ dn̄o cooperante:&
N ſermonē confirmante ſequentibus ſignis.Et ideo non ipſi auctoritas attribuenda eſt. ¶Ad ſe-
Ad ſcdm. cundum:ꝙ non eſt auctor oſtendens exemplar operis:ſed opans iuxta illud:dicēdū ꝙ verum eſt quādo eſt oſtendēs exēplar purum:nec oñdit regulas operandi:ſed eas habet penes ſe operās.Sicut cum pictori oſtenditur imago: ad quam ipſe aſpiciens per artem depingendi quam habet penes ſe, depingit conſimilem.Sic & philoſophis oſtenſum eſt exemplar creaturæ factæ



ſcdm artem diuinę legis:in qua animaduerterunt rationes & regulas artiū phicarum de creaturis.Et ideo licet deus illis reuelauit,exemplar creaturę eis oſtendendo, & naturalem induſtriā inueſtigandi tribuēdo:etiā forte cū hoc & eos radio lucis increatę illuſtrādo:ſine quo veritas cōſpici nō pōt, vt habitū eſt ſupra: proprie tn̄ dicunt̄ auctores ſuarū ſciētiarū:qa rōnes ſuarū ſcientiarū eis explicite ſine ꝓprię indagationis induſtria non reuelauit: Sicut reuelauit rationes hui⁹ ſciētię ꝓphetis & aplis.Et ideo auctores hui⁹ ſciētię principales dici nō poſſunt: ſicut dicunt̄ phi ſuarū ſcientiarū. Alię rationes patent iuxta dictam determinationem.

Circa tertiū arguitur:ꝙ ꝓpter dei auctoritatē nō eſt credendū huic ſcientię. O Quęſt.iiii.
Primo ſic.Fides q̄ fit ab aliquo principio p mediū,fit ſcdm exigentia medii. Arg.i.
Vn̄ ſi maior ꝓpoſitio ſit de neceſſario:& minor de cōtingēti:quia maior nō facit fidē de cōcluſione niſi p minorem:cōcluſio nō eſt niſi de cōtingēti. Iſti ſciētię fides nō adhibetur ꝓpter dei auctoritatē:niſi mediāte teſtimonio hominū:quare cū hoīes decipi & decipere poſſunt:nō eſt huic ſciētię credēdū
ex auctoritate dei:cū ſit mediāte taliū teſtimonio.¶Secūdo ſic.ꝓpter qđ vnūqđq̄,& illud ma 2
gis.hui⁹ ſcientię nō credit̄ deus auctor niſi quia hoīes hoc teſtant̄.ſ.prophetę & apoſtoli. ergo in hac ſciētia magis credit̄ hominū teſtimonio,q̄ dei auctoritati.quare cū per hominū teſtimo
niū abſolutū nō eſſet ei credendū:nec ꝓpter dei auctoritatē eſt ei credendū.¶Tertio ſic.ꝓpter 3
incertū auctorē nulli ſciētię ē credēdū. Hoc em̄ eſt leuitatis.Eccli.xix.Qui cito credit:leuis eſt corde. Sed ꝙ deus ſit auctor huius ſcientiæ incertū eſt:cū nulla certa ratione vel ſigno nobis
hoc conſtat.ergo &c.¶Contra eſt illud Aug.ſcđo ſup Ge.Maior eſt huius ſcientię auctoritas In oppo.
q̄ omnis humani ingenii perſpicacitas.Sed talis auctoritas nō poteſt eſſe ei niſi a deo auctore: qui ſolus eſt ſuper humanū ingeniū:vt vult Auguſtinus.ergo &c.

¶Dicendū ad hoc,ꝙ quæſtio iſta nihil aliud q̄rit,q̄ vtrū rationale ſit hominē cre- P
dere deū fuiſſe auctorē huius ſcientię:cū(vt videt̄ fatuis) nullā rationē hoc credēdi habeam⁹ Reſponſio.
Quorūdā em̄ opinio fuit hęreticorū: ꝙ ſolis teſtimoniis credere,vel homini,vel ſcripturę,ſine reddita ratione fatuū eſſet.ſicut recitat Auguſtinus in principio dialog. ad Felicianū. Et iſti erant Manichęi:qui idcirco irridebant veritatē catholicę fidei: eo ꝙ in ea iuberētur homines credere : non autē quid eſſet verū certiſſima ratione docerētur.vt dicit in retractatione ſuper libro de vtilitate credēdi:in quo ſufficiēter diſputat contra illū errorē: oſtēdēs quoniā hoc dicere nihil aliud eſt q̄ ad veram religionē ſacrilegā viam q̄rere: oſtēdens etiā cū hoc ꝙ recte catholicę diſciplinę inſtitutū eſt:vt accedentibus ad religionē fides perſuadeatur ante oīa:ſcdm
ꝙ probari debet diſputādo de fide.Nos tn̄ quibus credere perſuadetur ſine ratione tradita de Q
credēdis:nō ſine rōne credere debemus:qua.ſ.rationale nobis videatur eſſe credēdum & pſuadenti:& illi cui perſuadetur.ſcdm ꝙ dicit Auguſtinus de vera reli.Temporaliū rerū fides magis credendo q̄ intelligendo valet.Sed noſtrū eſt conſiderare quibus vel hominibus vel libris credendū eſt:ad colendum recte deū.Et quia cū dictis alicuius non per rationē ſed per ſolam fidem creditur:hoc maxime fit ꝓpter auctoritatem dicentis: reſtabat igitur (vt dicit de vtilitate credendi)videre quęnam eſſet illa auctoritas:cum in tantis diſſenſionibus ſeſe quis illam traditurum pollicetur: cum nomē ſapientię etſi nemo palam audeat,pleriq̄ tamē ex obliquo ſibi vendicant:licet de rebus ipſis quarum cognitione conſtat ſapientia,inter ſe diſſentiant.Et hoc eſt qđ quęrit noſtra quęſtio:an ſit rationale credere deū fuiſſe auctorem huius ſcientię:cū oſtenſum ſit ſupra quęſtione proxima:ꝙ hoc ponendum eſt.quia ſi illud conſtiterit:palam eſt
qd dicendū ad ꝓpoſitā q̄ſtionē.ſ.ꝙ ꝓpter dei auctoritatē huic ſumme credēdū eſt: quia nulla R
eſt maior ea.Scdm ꝙ dicit Auguſtinus de vtilitate credēdi.Fateor me iā Chriſto credidiſſe:& in animo induxiſſe id eſſe verū qđ ille dixit:etiam ſi nulla ratione fulciatur. & vt dicit in fine de Aca.Mihi certum eſt prorſus nuſq̄ a Chriſti auctoritate diſcedere.Non em̄ reperio valētiorē.Qz rationale aūt ſit credere auctorē huius ſciētię fuiſſe deū,Auguſtinus de vera rel.oſtēdit ex quatuor.Primo ex miraculorum operatione in eius prędicatione: quia, vt dicit, miraculis conciliauit auctoritatem : auctoritate meruit fidem : fide attraxit multitudinem : multitudine obtinuit vetuſtatem: vetuſtate roborauit religionem deus in Chriſto viſibiliter operans:quæ naturæ excedunt facultatē,cæcos illuminando:morbos curādo:dæmonia pellendo: mortuos ſuſcitando: ſecreta conſcientiarū rimando: mentes idiotarū ad ſecretiſſima ſapiētiæ illuminādo:& ad diuerſa linguarū gn̄a loquēdū ſubito inſtruēdo:& cętera hmōi. Primo rōnabiliter auctoritatē p hoc ſibi cōpauit:vt ſibi crederet̄ ī eis q̄ ſupnaturaliter cogitāda doceret.

Scđo ex hoc maxime rationabile eſt credere huius ſcientię auctorem fuiſſe deum in Chriſto: ꝙ
nihil terrenum, nihil qđ carnis & voluptatis erat prædicauit: ſed quę paupertatis,abſtinētiæ
& aſperitatis:& ꝙ nihil eorum quę ſenſus attingit,ꝓ deo colendum docuit.Tertio patet idem
ꝙ ſcđm doctrinam eius impitum vulgus credit & p̄dicat:ſeruat ꝑpetua ieiunia:contemnit cō
iugia:cruces ac flāmas negligit:patrimonia paupibus diſtribuit. Quarto patet idē eo ꝙ tā hu
milem doctrinā Chriſti per apoſtoloꝝ itinera:per martyrū contumelias,cruces, & ſanguinē:ꝑ
ſanctorū p̄dicatā vitam totus fere mūdus conuerſus eſt:qđ per phos & eorum doctrinam pſpi
S cacem fieri non potuit. Scđm ꝙ dicit Auguſtinus de vera rel. Sapientes quos phos vocant
ſcholas habebant diſſidentes & templa cōmunia.Non enim populos vel ſacerdotes latebat de
deorum natura q̄ diuerſa ſentirent: cum ſuam quiſꝗ opinionem publice confiteri non formi
daret:atꝗ omnibus ſi poſſet perſuadere moliretur:omnes tamen cū ſectatoribus ſuis ad ſacra
cōmunia nullo ꝓhibente veniebāt.Et ſatis apparet aliud eos in religione ſumpſiſſe cū populo:
aliud eodē ipſo populo audiente defendiſſe priuatim.Non enim ſic iſti nati erāt,vt opinionē
populorum ſuorum ad verum cultum veri dei a ſimulacrorū ſupſtitione: atꝗ ab hui9 mūdi
vanitate conuerterent.Illud tamē fidentiſſime dixerim pace horum omniū qui eorū libros per
T tinaciter diligunt:Chriſtianis tēporibus quęnam religio potiſſimū tenenda ſit? Si enim Plato
ipſe viueret : et ſi quis eius diſcipulus cum ſibi ab illo perſuaderetur:non corporeis oculis ſed
pura mente veritatē videri:ad quā percipiendam nihil magis impedire,q̄ vitā libidinibus de-
ditam:quamobrē ſanandū eē animū ad intuēdum incōmutabilem formam:ab eo q̄reret: vtrū
ſi quiſq̄ exiſteret vir magnus atꝗ diuinus qui talia populis perſuaderet credenda,ſaltem ſi pa-
cipere non valerent eū diuinis honoribus dignū iudicaret?Reſponderet(credo) ille non poſſe
ab homine hoc fieri: niſi quē forte ipſa dei ſapientia ab ipſa rerū natura exceptū: nec hominū
magiſterio,ſed intima illuſtratione a cunabulis illuſtratū tanta illuminaret gratia:tāta firmi-
tate roboraret:tanta deniꝗ maieſtate ſubueheret:vt omnia cōtemnendo quæ praui homines
cupiunt: & omnia perpetiendo quæ horreſcunt:& omnia faciendo quę mirātur:genus huma
nū ad tam ſalubrē fidem ſummo amore,atꝗ auctoritate conuerteret. & cętera quę prolixe pa-
tractat vſꝗ ibi:Nā tertio vitio curioſitatis,legāt in originali qui voluerint.Hęc ergo & hmōi
ad rationabiliter credendū huic ſciētię ꝓpter dei auctoritatē ſufficiētia debent eſſe indicia:nō
ſolū ꝓ tempore eccleſię primitiuę,ſed etiam ꝓ toto eccleſię diſcurſu vſꝗ in finem: licet de cę-
tero non fiant.quia vt dicit de vera reli.facta ſunt tunc opportunitate:vt his multitudine crē
V dentium congregata atꝗ ꝓpagata:in ipſos mores vtilis conuerteretur auctoritas. Mores em̄
tātū valent ad obtinendū hominū mentes:vt etiā quæ in his praua ſunt improbare citius at
ꝗ deteſtari q̄ deſerere poſſimus." Et licet per prophetas & apoſtolos intermedios iſta doctrina
tradita ſit,& auctoritate eorū diuina auctoritas nobis in eis credita eſt,tamē ꝓpter Chriſti au
ctoritatē,immo dei in Chriſto,ei ipſi principaliter credēdū eſt. qm̄ ita eſt in agētibus ꝑ ordinē
ad aliquē effectum determinatū:ꝙ nullū mediorū dicit̄ eē agens per ſe:niſi quia agit in virtu-
te primi agentis,aliter em̄ iudicaretur agens per accidens.Primū em̄ ſemper eſt cauſa eorum q̄
ſunt poſt:vt calidum in igne eſt prima cauſa calefaciendi:& ꝑ conſequēs cauſa calefactionis in
vnoquoꝗ.vt dicitur.ii.Metaph.Et ideo primū dicitur eſſe magis agens & principalius. ſcđm
ꝙ dicit prima ꝓpoſitio de cauſis: Omnis cauſa primaria plus influit in effectū q̄ cauſa ſecūda
ria.Quare cū vnūquodꝗ ſicut ſe habet ad eſſe:ita & ad cognitionem: ſicut effectus nō habet
eſſe per mediū niſi ꝓpter primū:ſimiliter certa cognitio non habetur de effectu ꝑ aliquod me
diorum niſi ex virtute primi agentis.Ita ꝙ ꝑ illud magis & principalius certitudo notitię ha
betur de eodem q̄ per aliquod aliud. Quare cū ſacra ſcriptura directa ſit humano generi a
deo per medios prophetas & apoſtolos & eorū ſucceſſores : certitudo notitiæ veritatis huius
ſcientiæ non poteſt attribui alicui mediorū niſi qa in ipſo cognoſcit̄ primū dirigens.ſ.virtus
diuina refulgens in miraculis circa medios ad nos ſcientiam iſtā deferentes. Ideo abſolute di-
cendum ꝙ huic ſcientię principaliter credendum eſt ꝓpter dei auctoritatē,& nulli alii niſi in
quātū ex virtute dei refulgente circa ipſum conſtet eum mediatorem dei in hoc fuiſſe.

X ¶Ad primū in oppoſitum,ꝙ agens primū non facit fidem niſi ſcđm exigentiam
Ad primū princip. medii: Dicendum ꝙ eſt medium quod virtutem primi contrahit : & ad ſe trahit. In talibus
primū non facit fidem niſi ſcđm exigentiam medii.Sicut agens primū in naturalibus nō agit
niſi ſcđm exigentiam medii:quia medium habet propriam virtutē agēdi qua determinat pri-
mū.Eſt autē aliud mediū qđ determinat̄ per virtutē primi:qđ nec agit niſi virtute primi: qa



non habet virtutem propriam niſi determinatam ſecundum exigentiā primi. ſicut in ſyllogiſmis
vbi eſt maior de neceſſario quæ determinat minorem de ineſſe vt ſequatur concluſio de neceſſario
Tale agēs licet de ſe nullam faceret certitudinem,quale eſt ſecundum ſe omne humanum teſtimo
nium:per virtutem tamen primi agentis circa ipſum bene facit fidem:& etiam ipſum primum per
mediū:ſicut cōtingit in propoſito,vt dictum eſt.¶Ad ſecundum,ꝙ deus non creditur eſſe auctor Y
huius ſcientiæ niſi quia homo hoc teſtificatur:dicendum ꝙ non creditur deus eſſe auctor huius Ad ſcđm.
ſcientiæ quia homines hoc teſtati ſint inquantum homines nudo teſtimonio humano:ſed inquan
tū circa eos effulſit virtus diuina:& ita deus eis & ſibi ipſi in eis teſtimoniū perhibuit.Q; autē cre
dimus poſterioribus circa quos non apparent virtutes diuinę,hoc eſt quia non prædicant alia q̄ q̄
illi in ſcriptis certiſſimis reliquerunt: quæ conſtat per medios in nullo fuiſſe vitiata ex conſenſio-
ne concordi in eis omnium ſuccedentium vſꝗ ad tempora noſtra.¶Ad tertium ꝙ deum eſſe au- Z
ctorem huius ſcientiæ incertum eſt:Dicendum ꝙ non eſt verum.huius enim fidem faciūt illa quę Ad tertiū
circa primos prædicatores huius ſcientiæ operatus eſt,qui hoc teſtificati ſunt:& etiam quæ opera
tus eſt circa vniuerſalem eccleſiam vſꝗ ad tēpora noſtra: propter quæ credēdum eſſet ipſi eccleſiæ
etſi non eſſet teſtimonium ipſius ſcripturę.ſecundum ꝙ dicit Auguſt.contra epiſtolam fundamē-
ti.In catholica eccleſia vt omittam ſynceriſſimā ſapiētiā multa ſunt quæ in eius gremio iuſtiſſime
me teneant:tenet conſenſio populorum ac gentium:tenet auctoritas miraculis inchoata,ſpe nutri
ta,charitate aucta,vetuſtate firmata:tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli cui paſcendas oues poſt reſur
rectionem domin9 commēdabat,vſꝗ ad pręſentem epiſcopum ſucceſſio ſacerdotum:tenet poſtre-
mo ipſum catholicę nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas hęreſes ſic iſta eccleſia ſola obti
nuit.Non eſt igitur incerta dei auctoritas circa hanc ſcripturam:nec leuitatis eſt ei credere.

Art.X.de auctoritate ſacrę ſcripturę.

SEquitur de auctoritate huius ſcientię:& quia de eius aucto Art.X.
ritate ſuper alias ſcientias patet ſufficienter ex habitis ſupra,comparā-
do eam ad alias:reſtant hic quęrēda de auctoritate eius reſpectu aucto
ritatis eccleſiæ & rationis naturalis,tria.
Primum:vtrum magis credendum eſt auctoritati huius ſcientię q̄ ec-
cleſiæ,an econuerſo.
Secundum:vtrum magis credendum eſt auctoritati huius ſcientiæ,q̄
rationi naturali.
Tertium:vtrum auctoritas huius ſcripturæ poſſit eſſe contraria ratio
ni naturali.

CIrca primum arguitur ꝙ auctoritati eccleſiæ magis eſt credendum q̄ auctorita- A
ti huius ſcripturę Primo ſic,magis credendum eſt teſti q̄ illi cui perhibetur teſti Quæſt.i.
monium.huic ſcripturę ꝓhibet teſtimoniū per eccleſiam.ſecūdum ꝙ dicit.ii.Ti- Arg.i.
mo.ii.Tu ergo fili confortare in gratia.Gloſ.Fidei & ſapientiæ in te ſeruanda:&
aliis annūcianda.Quę eſt ī Chriſto Ieſu:& quæ audiſti a me per multos teſtes:
hæc cōmenda fidelibus hominibus qui idonei ſunt & alios docere.ergo &c.¶Se- 2
cundo ſic.Auguſt.dicit contra epiſtolam fundamenti.Ego euangelio non crede
rem niſi me catholicę eccleſiæ cōmoueret auctoritas.ſed illi magis eſt credendum ſine quo alteri
non crederetur.ergo &c.¶Contra.i.Ioan.v.Si teſtimonium hominum accipimus , teſtimoniū dei In oppoſi.
maius eſt.teſtimonium autem dei eſt teſtimonium ſacrę ſcripturæ,in qua ipſe loquitur.ergo &c.
¶Dicendum ꝙ iſta quęſtio de credendo auctoritati eccleſiæ vel ſcripturæ non in- B
telligitur niſi in teſtificando ea quæ ſunt fidei.In eis autem quæ ſunt fidei ita eſt ꝙ eccleſia & ſacra Reſpōſio.
ſcriptura in omnibus concordāt:& idē teſtificant̄.ſ.veritatē fidei,in qua ambob9 rōnabile eſt crede
re.Scripturę quidē propter auctoritatē Chriſti,quā veris ꝑſuaſionib9 cōſtat eſſe in ea,vt in quęſtio
ne præcedenti oſtenſum eſt.Eccleſię vero propter ea quæ homo videt in ea.ſecundum ꝙ dicit Au
guſt.contra epiſtolā fundamēti.In catholica eccleſia &c.vſꝗ ibi.Apđ vos aūt nihil horum.de quo
ſupra in quæſtione proxima,& infra in quæſtione ſequenti. Videndū eſt ergo cui eorum magis in
eis quæ ſunt fidei credēdum ſit,q̄uis omnino concordent;vt ſi forte cōmunitatem quæ reputabi
tur fore eccleſia, & ſacram ſcripturam diſcordare in aliquo aliquando contingeret ,ſcire poteri-
mus cui eorum ſecurius adhęrendum ſit.Cum igitur credere reſpicit credentem,& id cui credē-
dum eſt,credere alteri eorum magis pōt intelligi vel ex parte rei creditę,vel ex pte credentis.Si ex
parte rei creditæ,diſtinguendum eſt.Aut enim intelligitur cōparatio ſcripturæ ad eccleſiam quæ

vere ē ecclesia & merito & reputatiōe. Aut reputatione tm̄. Primo mō oīno credēdum est ęqualiter
C ſcripturæ & ecclesię: quia in nullo diſcrepare poſſunt. Secundo autem modo dicendum ꝙ ſimplici
ter & abſolute magis credendū est ſacræ ſcripturæ q̄ ecclesiæ: quia veritas ipſa in ſcriptura immo
biliter & ĩpermutabiliter ſemper cuſtoditur: nec permittitur cuiq̄ addere, ſubtrahere, vel mutare.
Vnde ſuper illud Matthęi. v. Non veni ſoluere legem: ſed adimplere: Chryſoſtomus dicit de Iudęis
Etſi legem illi nec cogitationibus nec operibus implerent, ipſas tamen literas volebāt auctoritate
immobili permanere. nihil enim eſt aliud adiungi illis. In ꝑſonis autē ecclesiæ mutabilis ē & varia-
bilis, vt diſſentire fidei poſſit multitudo illarū: & vel per errorem vel ꝑ malitiam a fide diſcedere: li
cet ſemper eccl'ia in aliquibus iuſtis ſtabit. Quātū ē ergo ex pte credētis reſtat q̄ſtio, cui magis ho-
mo credere debet, ecclesiæ an ſcripturæ. Vbi primo ſciēdum ſecūdū ꝙ tactum eſt in ꝓcedēti q̄ſtio-
ne, ꝙ licet credere debeamus ſine ratione reddita de credendis: quia rationem præcedit auctoritas:
& fides præterit intellectum: tamen oportet nos conſiderare quibus hominibus vel libris creden-
dum ſit ad colendum recte deum. ſicut Auguſtinus dicit de vera relig. Ecclesiæ ergo vel ſcriptu-
ræ quantum eſt ex parte credentis credēdum eſt magis ſecundum ꝙ recta ratio ſuaſerit rationabi
liter alteri illorum credendum magis. Aliter enim credere vni potius q̄ alteri temeritatis & leui
D tatis eſſet. ¶Eſt igitur ſciendum: ꝙ circa fidem duo ſunt conſideranda: & ipſe habitus fidei: & ipſa
credibilia quæ ſubſunt ei per ipſum cognoſcenda. & vtrūq; eorum dupliciter: vel quo ad fieri & ge
neratione eorum, vel quo ad eorum complemētum & ꝑfectionē. De habitu fidei quo ad fieri eius
& generationē cū a deo immediate ſolo dono gratuito infuſus eſt: nihil ad quęſtionem: niſi quo ad
hoc ꝙ ꝑ ſcripturæ inſpectionem vel ecclesiæ ſtatū & conuerſationē homini aliquo modo poſſit ra-
tionabiliter perſuaderi vt ei videatur aſſentiendum eis quę ſcriptura dictat aut ecclesia prædicat:
& ſic aliquo modo diſponitur de cōgruo ad ſuſceptionem habitus fidei munere diuino. Et q̄a ad il
lis aſſentiendum rectę rationi efficacius ſuadent facta in ecclesia iuſtorum q̄ in lege conſcripta, ſe-
cūdū ꝙ dicit Leo papa in ſermo. de beato Laurentio: Etſi facilis ad exhortādum ſit ratio, efficax ad
ſuadendum: validiora tm̄ ſunt exempla q̄ verba & plenius eſt opere docere q̄ ſermone. hoc mō acce
dens ad fidem magis debet credere auctoritati ecclesiæ q̄ ſcripturæ eius quā apud eam inuenit: q̄a
facta poſſunt eum magis certificare q̄ nuda verba nōdū intellecta. Vnde per hunc modum cōuer-
ſus fuit beatꝰ Aug. ſecūdū ꝙ dicit cōtra epiſtolā fundamenti. Euangelio non crederē niſi me catho-
lica ecclesię commoueret auctoritas. Quibus obtemperaui dicentibus, Crede euāgelio. Vnde ꝙ ad
prędicationem beati Ambro. conuerſus fuit ſecundū ꝙ recitat in lib. confeſ. ſuarum, hoc non erat
quia veritatem euangelii prędicauit: ſed quia catholicis euangeliū ꝓdicantibus prius credidit. vt
dicit ibidem contra epiſtolam fundamenti. quibus vt credatur maxime in eis quæ ſunt fidei, plus
ſuadent facta q̄ verba. vnde & dixit Iudæis Chriſtus in euangelio. Si mihi non creditis operibus
E credite. ¶Per hūc eundem modum etiam quo ad primam notitiam eorum q̄ credenda ſunt, plus
ecclesiæ q̄ ſcripturæ credēdum eſt: q̄a licet habitus fidei diuinitꝰ infuſus ſit quo potēs eſt hō cogno
ſcere credendorum veritatem & eis aſſentire: tm̄ vt homo cognoſcat particularia credenda, opor-
tet ꝙ ei proponātur vel interius occulta inſpiratione, vel exterius ecclesiæ prędicatione. In quo ma
gis valet prædicatio ecclesiæ q̄ inſpectio ſcripturæ: quia diſtincta magis in ea fit articulorum expli
catio. Hic eſt ꝙ dicit de Cornelio Act. xiii. in Gloſ. ꝙ fidē habuit, & per eā deuenit ad opera. Quia
tamen quæ particulariter credenda erant ignorauit, ad eum imbuendum miſſus eſt Petrus: nō au
F tem ſcriptura aliqua oſtenſa eſt ei. Quo ad primam igitur fidei generationem & ſuſceptionem ma
gis valet ecclesiæ auctoritas q̄ ſcripturę. & ideo rationabile eſt hominē primo accedētem ad fidē
primo & magis credere ecclesię q̄ ſcripturę: & ꝓpter ecclesiā Chriſto & eiꝰ ſcripturę. Propter qđ di
cit Auguſt. loquens de conuerſione ſua in lib. de vtil'. cre. Nullis me video credidiſſe niſi populorū
atq; gentium confirmatæ opinioni ac famæ admodum celeberrimę. Cur non igitur apud eos po
tiſſimum diligētiſſime requiram quid Chriſtus præceperit, quoꝝ auctoritate cōmotus Chriſtum
G aliquid vtile pręcepiſſe iam credidi? Vnde quia ad primam fidei generationē ſumme valet auctori
tas ecclesiæ: & humanum teſtimonium: dicitur. Ro. x. Quomodo credēt ei quē nō audierūt? Quo-
modo audient ſine ꝓdicante? vbi dicit Gloſ. q. d. non credent niſi audiāt. Et in rei veritate nec olim
aliquis credidit qui non aliquo modo audiuit vel interiori inſpiratione vel exteriori prædicatio-
H ne. Ad fidem autem iam genitam confirmādam & corroborādā in fideli, maxime valet auctoritas
intellecta ſacrę ſcripturę: cui fidelis adhęret: etſi videret illos ꝑ quos fidē accepat a fide reſilire: & ꝑ
ĩpoſſibile totā ecclesiā ĩ aliis a fide diſcedere. vt poſſit dicere illđ qđ Samaritani ad Chriſtū vocati ꝑ
mulierē poſtq̄ Chriſtū audierunt dixerūt ad eā. Dixerunt eñ illud Io. iiii. Iā nō ꝓpter tuam loque
lam credimus, ipſi enim audiuimus & ſcimus: quia hic eſt vere Saluator mundi. vbi dicit Gloſ.



ſuper illud. Et māſit ibi. Sic quotidie apud illos qui foris ſunt: intrat Chriſtus per mulierem. i. eccle
ſiam: & credunt ꝑ iſtam famam: inde apud eos manet. ſ. ꝑſens in ſacra ſcriptura, in q̄ ipſe immedia
te loquitur fidelibꝰ. vnde dicitur in alia gloſſa. Prius audierunt famam: poſtea cōpererunt ꝑſentem
Nec ſatis eſt, ſed apud ſe manere faciūt, vt ipſius verbis inſtruanť: quę præferunt verbis mulieris.
Sic certe fidelis ſacra ſcriptura cognita, & in ipſa Chriſto inuēto: plus verbis Chriſti in ea credit q̄ I
cuicūq; prędicatori, q̄ etiam ecclesiæ teſtificāti: quia propter illam iam credit ecclesię: et ſi ipſa q̄dē
cōtraria ſcripturæ diceret ipſi nō crederet. & ideo talis robur fidei in auctoritate huius ſcientię ꝑ-
fectiſſime conſiſtit. Propter qđ dicit Auguſt. i. de doct. Chriſtia. Titubabit autē fides: ſi diuinarum
ſcripturarum vacillat auctoritas. Et ex hoc etiā cōtingit ꝙ fideles quanto magis in intellectu huiꝰ
ſcientiæ ꝓficiunt, tanto firmiores in fide & magis catholici fiunt. ſecundū ꝙ dicit Auguſt. contra
epiſtolam fundamenti. Intelligentia quāto magis proficiūt, tāto magis catholici eē firmanť. ¶Per Ad obie-
hęc patent obiecta. Prima enim duo obiecta procedunt in primo membro. obiectum vero in oppoſi cta.
tum procedit in ſecundo, vt patet inſpicienti.
CIrca ſecundū arguitur ꝙ plus credēdū eſt auctoritati huius ſciētię q̄ rationi na- K
turali Primo ſic. Auguſt. dicit. i. ſup Gene. Maior eſt ſcripturę auctoritas, q̄ oīs Quęſt. ii.
humani ingenii perſpicacitas. Sed oīs ratio noſtra humani ingenii ꝑſpicacitati Arg. i.
innitiť. Maior ergo ē auctoritas huiꝰ ſcripturę q̄ ſit q̄libet rō. ſed maiori teſtimo-
nio magis eſt credendū. ergo &c. ¶Secundo ſic. illi magis eſt credendū vbi eſt cer 2
tius iudiciū veritatis: quia ibi eſt fortius teſtimoniū. certius iudiciū veritatis eſt
huius ſcientiæ q̄ in quacunq; ratione. certitudo eñ iudicii veritatis in auctori-
tate huius ſcientię eſt: quia concordat intellectui diuino. rectitudo aūt eſt iudicii in ratione: q̄a cō-
cordat intellectui humano: & maior eſt certitudo ex concordantia intellectui diuino q̄ humano:
quia iſte errare poteſt, ille nequaq̄. ergo &c. ¶In oppoſitum arguiť primo ſic. nō crediť alicuiꝰ teſti In oppoſi.
monio niſi quatenus ꝑ ipſum conſtat de veritate rei. ſed magis conſtat de veritate rei ꝑ rōnē q̄ per primum.
auctoritatem, q̄a ſecundū Auguſt. ꝙ credimus debeť auctoritati: ꝙ ſcimꝰ debeť rationi: & magis
conſtat de re ſciendo q̄ credēdo. ergo &c. ¶Secundo ſic. nullus credit auctoritati cuiq̄ niſi quia cō- 2
ſtat ſibi ꝙ rōnabile ſit ei credere: hoc aūt nulli cōſtat niſi rōne q̄ ꝑſuadeť ei q̄a auctoritati illi eſt cre
dēdū. ꝙ ergo hō credit auctoritati: hoc eſt ꝓpter rationem. ſed propter qđ vnūquodq; tale, & illud
magis. ergo &c.
¶Dicendum ad hoc: ꝙ licet ſecundum Auguſt. de vera religione auctoritatē ratio L
penitus non deſerit cum ratione conſiderať cui credēdū: Summa enim eſt ipſius iam per rōnem co Reſponſio
gnitæ perſpicuæ veritatis auctoritas: ſine qua non valet auctoritas, vt dicit in ſermone de aſſum-
ptione: Proprie tamen loquēdo ratio & auctoritas in hoc differunt. qm̄ auctoritas inquantum au
ctoritas fidem ſolummodo flagitat. Ratio aūt vt rō eſt, intelligētiam format. Eſt igiť ad q̄ſtionē in
telligendū ꝙ q̄ſtio iſta de credendo plus auctoritati ſcripturæ vel rationis humanę, non intelligiť
niſi in fidē faciendo de credibili aliquo. Nunc autē ita eſt vt in ſequenti quæſtione determinabitur
ꝙ cum ſint circa idē recta ratio & fides, omnino concordant: & ambobus rationabile eſt credere. Fi
dei aūt ſcripturę & ecclesię rationabile eſt credere propter dicta in ꝓcedenti q̄ſtione. Rōni ſiquidē
rationabile eſt credere: quia ei naturaliter teſtimoniū ꝓhibet mēs humana bene diſpoſita. Vñ ſi for
te ꝑ noſtram ignorantiam vel intellectus debilitatem aliquando diſcordare videantur, videndum
eſt cui eorum ſecurius adhęrendum ſit. Et etiam cum ratio eſt recta & omnino concordat ſacræ
ſcripturę, propter qđ illorum magis aſſentiēdum eſt illi in quo concordāt, eſt quęſtio. ¶Et eſt diſti M
guendū vt ſupra, ꝙ de duobus alteri magis eſſe credēdū pōt intelligi vel ex pte rei creditę, vel ex ꝑ
te credentis. Quātū eſt ex parte rei creditę: dicēdū eſt ſimpliciter ꝙ magis credēdū eſt auctoritati
ſcripturę q̄ cuicūq; naturali rōni: quia ſcriptura ex rectitudine diuinę veritatis cōſcripta eſt: quæ
in infinitum excedit rectitudinem humanæ rationis. vnde & ſcriptura cōtinet veritates natura-
lem rationem excedentes. Quātum vero eſt ex parte credentis maiorem dubitationem habet q̄ſtio
cum eñ, vt dictū eſt in ꝓcedenti quæſtione, noſtrum eſt conſiderare cui magis eſt credendum: &
hoc non poſſumus facere niſi ſecūdum ea quæ nobis ſuadenť: igiť magis credēdū eſt ſcripturę vel
rōni. ſecundum ꝙ ratio alteri eoꝝ ſuaſerit magis eſſe credēdum. Et eſt hic diſtiguendum de ratio
ne cui credendum eſt. Aut enim eſt rō veridica q̄ euidētē veritatē rei oſtēdit: ita vt nullo modo
intellectus de ea poſſit venire in dubium: aut non. Si primo modo, tunc ipſa ratio ſola nobis ad cre
dendum ſibi ſuadet ſufficienter ex ipſiꝰ rei euidētia quā nobis oſtēdit, cōtra quā nulla valet ꝑſua
ſio: nec poteſt talis ratio niſi in veritate fundari. cui ſi litera ſcripturæ videatur eſſe contraria, hoc
non eſt niſi quia male eſt intellecta. & tunc magis credendum eſt rationi naturali q̄ auctoritati

ſcripturę,quo ad illum ſenſum quē litera prætendit contrariū rationi: & querendus eſt alius quo
uſq; inueniatur ille q rōni congruit:& ſi nō ſtatim poſſit inueniri,non ꝓpter hoc omnino literam
N veritatem habere negandū eſt,vt dicēdū eſt infra. ¶Si vero litera ſcripturæ congruat tali rationi:
aut ergo ſufficienter nobis pſuaſum eſt ꝙ in ſcriptura viget diuina auctoritas: aut non.Si ſic:cum
diuinę veritatis rectitudo maior ſit q̄ rectitudo cuiuſlibet rationis hūanę naturalis,magis credē-
dum eſt propter auctoritatem ſcripturæ q̄ propter rationem naturalem.Si ſecundo modo,ſic quā
tum eſt ex parte credentis magis credendum eſt rationi q̄ cuiuſcunq; ſcripturæ auctoritati: quia
ratio veridica euidentius rei veritatem oſtēdit intellectui q̄ quæcūq; auctoritas. & ſecundū hanc
viā proceſſit tertia rō.Vn̄ Auguſt.in epiſt.quę dicit̄ fundamētū,cōtra Manichęos qui ꝓmittebāt
euidenti rōne ſeſe manifeſtaturos veritates eorum quæ credenda ſuadebant:& in hoc p̄ferebant ſe
auctoritati omnium eorum quæ in eccleſia catholica continebantur, enumeratis illis quibus ipſe
perſuaſus erat conſentire eccleſiæ catholicę,& dimittere Manichęos,concludens dicit.Iſta ergo tot
& tanta nominis chriſtiani clariſſima vincula recte hominem tenent credentem in eccleſia catholi
ca,etiā ſi propter noſtræ intelligētię tarditatem vel vitę meritū veritas nōdum ſe aptiſſime oſten
dat.Apud vos aūt vbi nihil hoꝶ eſt qd̄ me īuitet aut teneat,ſola pſonat pollicitatio veritatis.Quę
gdem ſi tam manifeſta mōſtratur vt in dubio venire nō poſſit,p̄ponēda eſt omnibus illis rebus q-
bus in catholica teneor.Si aūt tm̄modo ꝓmittit̄ & non exhibet̄,nemo me mouebit ab ea fide quæ
aīm meum tot & tantis nexibꝰ chriſtianæ religionis aſtrīgit.Et de vera rel'. Nunc agit̄ quibus cre-
dendum ſit anteq̄ quiſq̄ ſit idoneus ineundę rōnis de diuinis & inuiſibilibus rebus.Nam & ipi rō
ni purgatioris animę q̄ ad perſpicuam veritatem puenit,in eminētia nullo mō auctoritas humana
p̄ponit.Propter qd̄ cōtingit ꝙ multa poſſunt ſuſtineri quaſi nō contraria fidei,veritate ſacræ ſcri-
pturæ ſuper hoc non clare intellecta, vel ſuper hoc nihil determinante: quę poſtmodum cum cer
ta ratione cognita ſint eſſe falſa, iudicāda ſunt fidei eſſe contraria.ſecundum ꝙ dicit Auguſt.i.ſu-
per Gene.ad literam.Eſſe lucem corporalem ante cęlum,cui ſuccedere nox potuit:tādiu non eſt cō
tra fidem donec veritate certiſſima refellat̄:& tunc iudicandū eſt eſſe contra fidem qd̄ in rei verita
te prius erat cōtra:ſed nō apparuit:& ideo nō iudicabat̄ eſſe cōtra.Et quo ad hoc( dicit Auguſt.)
tādiu non eſt cōtra fidē:licet poſtmodū īcipiat eē cōtra fidē.vn̄ cōtinuo ſubdit.Qd̄ ſi factū fuerit,
nō hoc habebat ſcriptura diuina:ſed hoc ſenſerat hūana ignorātia.¶Sed ad talē rōnē(nō dico ſolū
O de credibilibus q̄ naturalem rationē excedunt:et ideo ad ea ratio naturalis attingere non pōt:ſed
etiam de credibilibꝰ quę naturali rationi ſubſunt)aut impoſſibile,aut ſumme difficile ē peruenire
ſecundum ꝙ dicit Auguſt.ad Renatum in libro de quantitate animæ.Si cupiditatem iſtam refre
nare non potes qua tibi pſuaſiſti ratione peruenire ad veritatem, multi & longi circuitus tibi to-
lerandi ſunt vt te ratio non adducat niſi ea q̄ ſola ratio dicenda eſt.i.vera ratio:& non ſolum vera,
ſed ita certa & ab omni ſimilitudine falſitatis aliena (Si tamen vllo modo ab homine inueniri po-
teſt) vt nullæ diſpoſitiones falſæ aut veriſimiles ab ea te poſſint traducere.Vn̄ ſi per īpoſſibile di-
lucida veritate ratio aliqd oſtenderet cuius contrarium ad literam ſacra ſcriptura teneret,aut eiꝰ
infrīgeretur auctoritas,aut myſtico intellectu exponeretur.Eo enim ſolummodo ſcientię eſt aucto
ritas: quia ei ſubeſt veritas.Vn̄ Auguſtinus in epiſtola prima ad Hiero.Si ad ſcripturas ſacras ad
miſſa fuerint vel officioſa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? quæ tādem de ſcripturis
illis ſententia proferetur cuius pondere contentioſę falſitatis obteretur īprobitas?quaſi dicat.nulla
Vnde quicquid ī ſacra ſcriptura verū nō poteſt habere ſenſum literalē,pro vero ſenſu myſtico po-
nitur & exponēdum ē.ſcd̄m ꝙ dicit Auguſt.iii.libro de doctrina Chriſtiana. Cum ſenſus ad pro-
prietatem verborum ſi accipiatur abſurdus eſt,quęrendum vtiq; ne forte illo vel illo tropo dictū.
P Si igit̄ dilucida veritate ratio aliquid oſtenderit:qd̄ etiam auctoritate ſcripturæ continetur:dum
tamen non eſt nobis ſic perſuaſum in ſcriptura vigere diuinam auctoritatem vt in dubium ve-
nire non poſſit, magis de eo fides rationi adhibenda eſt q̄ auctoritati: quanto intellectus notitia
quæ eſt ex ratione, euidentior eſt notitia fidei quę eſt ex auctoritate.Si vero om̄ino perſuaſum fue
rit diuinam auctoritatem in ſcriptura iſta vigere vt magis auctoritati ſcripturæ credatur : tunc
faciendum eſt ſecundum ꝙ conſulit Auguſt.dicens in eodem. Quis ſcripturæ conſentit niſi qui
audit vel legit pie deferens ei cultum auctoritatis?vt qd̄ obſcurum vel abſurdum illi ſonat non in
de concitet contradictionum certamina : ſed oret vt intelligat:beniuolentiam tamen & reueren-
tiam tantæ auctoritati exhibendam eſſe meminerit.de quibus infra habebitur amplius. Si ve-
ro ratio ſiue propria ſiue aliena ſit talis ꝙ non ſic euidenter,& euidentem rei veritatem oſtendit
vt circa eam non contingat hominem hæſitare : ſed magis ei credit perſuaſus veriſimilitudine q̄
viſa veritate: magis credendum eſt omnino auctoritati huius ſcientiæ, q̄ cuicunq; ratio-



ni humanæ, etiam ſi in eodem concordent. Si enim ratio talis diſcordet, omnino reſpuenda eſt:
quoniam etſi vtriq; credat homo, neutri tamē credit de ipſa re per eius euidentiam certificatus:
ſed ſolum alterius vel proprio teſtimonio ſuaſus.& ideo illi magis credendum, cuius fortius eſt te
ſtimonium.Teſtimoniū autem veritatis huius ſcripturæ eſt veritas diuina cui īnitit̄,& ipe deus.
Teſtimoniū aūt rōnis talis eſt mens ipſa humana:quæ iudicat rem ſic ſe habere vt ratio ipſa cōclu Q
dit:licet res nō euidēter appareat.Nunc aūt ita eſt ꝙ veridica ratione pſuaſum debet eſſe mēti cu
iuſcūq; fidelis, vt quātūcūq; viuaci ratione aliquid ſibi veriſimile appareat,dū tn̄ veritatem euidē
tem non faciat,ꝙ circa idem magis credēdū eſt diuino teſtimonio in hac ſcriptura.qa de teſtimo-
nio diuino certus debet eſſe ꝙ non poſſit errare: de teſtimonio autē mentis ſuæ quandocunq; non
oſtenditur ei liquida veritas,certus debet eſſe ꝙ errare poterit.Propter quod dicit Auguſtinus.ii.
ſuper Geneſim. Hoc eſt verum quod diuina dicit auctoritas: potius q̄ illud quod humana infir-
mitas coniicit.Et notabiliter dicit coniicit:quia quicqd ratione percipit quæ liquidā veritatem nō
oſtendit,potius coniicit q̄ intelligentia capit. Propter qd̄ dicit de mo. eccleſię. Potius audiamꝰ ora
cula noſtraſq; ratiunculas diuinis ſubdamus affatibus.Et hoc neceſſario cōtingit in omnibꝰ rōni-
bus circa pure credibilia quęcūq; excedūt naturalis rōnis intelligentiam.quantūcūq; em̄ ratio effi
cax de eis ab homine proponatur,liquidā eorū veritatē non poteſt oſtēdere:quia etſi non deſit,ho
mo tn̄ etſi ei diuinitus ꝓponatur illam cape non ſufficit in vita iſta.ſecundū ꝙ dicit Auguſtinus
ſuper Ioan.par.ii.ſermo.xliii.Ea quæ in doctrina religionis in quorumlibet hominum notitia legi
mus,ſi vellet eo modo nobis Chriſtꝰ dicere,ſicut ea dicit angelis ſanctis,quinam portare homines
poſſent?Sufficiat autem fortificato intellectu in vita futura:vbi veritates omnium eorum quę nūc
credimus, euidentiſſima & certiſſima ratione ſciemus.ſecundum ꝙ dicit Auguſt.de quantitate
animę.In ipſa viſione atq; contemplatione veritatis q̄ eſt perfruitio ſummi & veri boni,plane nūc
ego audeo tibi dicere :nos ſi curſum quē nobis deus imperat conſtantiſſime tenuerimus,peruētu-
ros p veritatē dei atq; ſapientiam ad illam ſummam cauſam, ſummum auctorem, primum prin-
cipium omnium : quo intellecto tunc agnoſcemus q̄ vera credenda imperata ſunt : q̄ opportune
ac ſaluberrime apud matrem eccleſiam nutriti fuimus:vt certius non ſit nobis ſolem cum occide
rit oriturū.Quia ergo vt in ſequēti quęſt.dicet̄:veritas rationis & ſcripturæ non poſſunt eſſe con- R
traria,veridica ratio quæ liquidam veritatem oſtendit circa ea quæ ſubſunt naturali rationi,prę-
ualet auctoritati ſcripturæ quo ad literam quę contrarium prętendit:ita ꝙ literali ſenſui non de-
bemus inhęrere:ſed myſticum quærere:quia non literalem illum ſenſum intēdit ſcriptura,etſi qn̄
q; illum firmat ſibi humana ignorantia.Vnde quia naturali ratione liquida conſtat ꝙ terrę moles
non poteſt ſuperferri aquis,illud Pſal.Qui fundaſti terram ſuper aquas.non literaliter vt tota mo-
les terrę natando aquis innitatur exponendum eſt:quia hoc falſum eſſe rerum natura indicat:ſecū
dum quā elemēta ī ſuis locis ab auctore naturę naturaliter ordinata ſunt:in quo ordine ſic res ad
miniſtrat vt eas proprios motus agere ſinat, vt dicit Auguſt.vii.de ciuita.dei.ſed potius myſticū
intellectum ibi ſcriptura intendit,vt infra dicet̄ in q̄ſtionibus de doctore ſciæ huiꝰ.Scripturę autē
huius auctoritas vbi de eius mēte homo certus eſt, pręualet omni humanę rationi: etſi congruat
ei:& illā om̄ino euacuat quæ cōtrarium prætendit.illa enim omnino veridica eſſe non poteſt : ſed
falſa & ſolubilis:etſi infirmitati mentis hūanæ tam veridica videat̄ vt eā ſoluere non poſſit.ſecūdū
ꝙ dicit Auguſtinus de baptiſmo paruulorum.iii.cōtra Donatiſtas.Ego(inquit) etſi refellere iſto
rum argumenta non valeam video tamen inhęrēdum eſſe his quæ in ſcripturis ſunt apertiſſima
vt ex his reuelent̄ obſcura.Quia igit̄ ſcd̄m Aug.i.de doct.Chriſt.titubabit fides ſi diuinarū ſcriptu S
rarum vacillat auctoritas,quiſquis auctoritati ſcripturæ ſacræ reſiſtit,plus credens ſuis rationibꝰ
q̄ illi,tanq̄ hęreticus fidem impugnat.Et ſi forte aliqui fidem chriſtianam profitentes,contra illa q̄
ex ſcriptura tenet eccleſia, rationibus ſuis philoſophantes ſcripturam tanq̄ veridicam defendere
velint:dicendo vbi rationibus ſuis contrariari videtur, non eſſe intellectam:ſicut ſecundum Au-
guſtinum non intelligūt eam qui dicunt terrę molē aquis ſuſtineri:quia dicitur in Pſal.Qui funda
ſti terram ſuper aquas.hoc reuera eſt valde temerarium dicere.Cum enim non habent rationem
ſic euidentem contra illa quæ eccleſia tenet ex ſcriptura : ſicut habēt contra id ꝙ moles terræ T
ſuſtineatur aqua:quod non diceret tota eccleſia: etſi forte aliqui errantes in ſcriptura deberent
credere in illis expoſitoribus ſcripturæ potius q̄ ſuæ rationi. ſecundum ꝙ dicit Auguſtinus de
vtilitate credendi. Si vnaquęq; diſciplina q̄q̄ vilis & facilis,vt percipi poſſit doctorem aut ma-
giſtrum requirit, quid temerariæ ſuperbiæ plenius q̄ diuinorum ſacramentorum libros ab inter-
pretibus ſuis nolle cognoſcere? Et ideo dicit Gloſſa.Matthæi decimoquarto in principio. Re-
gnum Dei,doctrina euangelii:cui obedire ſimpliciter ſine vlla retractatione debemus.Sicut puer

nõ contradicit doctorib⁹. Et Aug. i. de ſermo. do. in mõte. Dũ ſe auctoritati diuinę ſubdit aĩa, inde venit ad diuinarum ſcripturarum cognitionem. vbi oportet ſe mitem præbere pietati: ne id qđ iperitis videtur abſurdum vituperare audeat: & peruicacibus concertationibus efficiatur indocilis. Ideo etiã dicit in fine de vtilitate credẽdi. Quid eſt aliud ingratũ eẽ opi atq́ꝫ diuino auxilio q̃ tãto labore ꝑdicatę veritati velle reſiſtere! Poſtq̃ ergo homo catholicam fidem profitendam ſuſceperit, iſti ſcientiæ iuxta expoſitiones eccleſiæ, & interpretum catholicorum eius omnino debet credere q̃ſi diuino oraculo etiam ſine ratione reddita: & nullo modo humana ratione contraire. Qđ ſi fecerit, dubitandum non eſſet quin tanq̃ hæreticus in fide hæſitet. Homo igitur quiſq́ꝫ fidelis qui per fidem ſuam huic ſcientiæ credendum fore ſtatuit: & ſcriptis ĩ ea, & hoc non niſi ꝓpter diuinũ teſtimonium quaſi diuino oraculo editis, magis debet credere auctoritati huius ſcripturæ q̃ cuiq̃ rationi quantũcunq́ꝫ viuaciter aliquid perſuadere videatur. Et ideo auctoritas canonis ſacræ ſcripturæ ſcriptis quorumlibet hominũ quantũcũq́ꝫ rõnabiliter loquẽtium, & rationibus viuacibus dicta ſua probãtium, ꝓferri debet. ſecũdum ꝙ probãtur hęc Decretorum diſt. ix. per plurima capitula: & maxime per Auguſt. in capitulo Quis neſciat: & duobus capitulis ſequentibus.

V

Ad obiecta. ¶Per dicta patent omnia obiecta, pręter vltimum in quo aſſumitur ꝙ non creditur huic ſcientiæ niſi propter rationem. Ad qđ eſt dicendũ: ꝙ ratio dupliciter poteſt ſe habere ad auctoritatem huius ſcientiæ. Vno modo quia inducit̃ ad probandum id qđ cauet̃ auctoritate huius ſcripturæ. Alio modo quia inducit̃ ad perſuadẽdum ꝙ auctoritati huius ſcripturę credẽdum eſt. Propter rationem primo modo inductam non credit̃ huic ſcientiæ: immo magis econuerſo, inquantum. ſ. auctoritas huius ſcientiæ regula debet eſſe omnis rõnis & humanæ ſcientiæ, vt dictũ

X eſt ſupra. De ratione autem inducta ſecũdo modo, intelligendũ ꝙ credere auctoritati huius ſcientiæ ꝓpter rationem poteſt intelligi dupliciter: aut tanq̃ ꝓpter cauſam ꝑ ſe & ſufficientem, ſufficiẽter probantem homini ꝙ credere debeat auctoritati eius: aut tanq̃ ꝓpter ꝑſuaſionem ad credẽdũ ei inducentẽ. Primo mõ nõ eſt verũ ꝙ ꝓpter rõnẽ credit̃ auctoritati hui⁹ ſciẽtię: q̃a nõ poſſet eſſe rõ hũana ad hoc ſufficiẽs. tũc ei poſſet eẽ ſufficiẽs rõ hũana ad ꝓbãdũ de quolibet articulo fidei ꝙ hõ deberet eũ credere. Secũdo aũt mõ reuera credit̃ auctoritati huius ſcientiæ ꝓpter rationẽ. non eñ credit homo huic ſcientię: neq́ꝫ ei exhibet auctoritatẽ niſi quia ratione aliquali ſuaſum eſt ei, & rõnabile videt̃ ꝙ ipſi credere debeat. ſine tali ei rõne nõ crederet hõ aliquẽ articulũ fidei. Tali etiã perſuaſione dicit Auguſt. ſe inductum ad tenendum ſe intra eccleſiam: & non eſſe conuertendum ad Manichęos. contra epiſtolam enim fundamẽti alloquendo Manichęos dicit ſic. Vt omittã ſynceriſſimam ſapientiã quã in eccleſia catholica eſſe non creditis, multa ſunt alia quæ in ei⁹ gremio iuſtiſſime me tenent: tenet conſenſio populorũ ac gentium: tenet auctoritas miraculis ĩchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata: tenet ab ipſa ſede Petri apoſtoli cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionẽ ſuã dominus commendauit, vſq́ꝫ ad præſentẽ epiſcopum ſucceſſio: tenet poſtremo ipſum catholicæ nomen: qđ nõ ſine cauſa inter tam multas hęreſes ſic iſta eccleſia ſola obtinuit: vt cum oẽs hęretici catholicos ſe dici velint, q̃renti tñ peregrino aliquo vbi ad catholicam conueniatur, nullus hæreticorum vel baſilicam ſuam vel domum audeat oſtendere. & tunc ſe-

Y quitur auctoritas ſupradicta. Iſta ergo tot &c. Breuiter ergo tali ratione debent nobis eſſe perſuaſa cuncta quę rationabiliter tenem⁹. Vnde illud qđ tenemus cũ propheta: Niſi credideritis nõ intelligetis: dicit Auguſtinus contra Conſentiũ, ꝙ ratione tenemus, ſecundum ꝙ de hoc habet̃ au-

Z ctoritas infra in quæſtione an lumen fidei requiratur ad notitiam huius ſcientiæ. Quando autem creditur alicui auctoritati primo modo propter rationem, ſequitur ꝙ magis creditur rationi: quando autem creditur alicui auctoritati propter rationem ſecundo modo, illud nequaq̃ ſequit̃: q̃a illa regula Si ſimpliciter ad ſimpliciter &c. nõ tenet niſi ĩ illis quę ſunt cauſę per ſe. vnde iam factus fidelis ſimpliciter & abſolute magis credit fidei & auctoritati huius ſcientię q̃ cuiq́ꝫ perſuaſioni: per quã forte inductus eſt ad credendum, vt dictum eſt in quæſtione proxima.

A
Quęſt. iii.
Arg. i.

CIrca tertium arguitur ꝙ auctoritas huius ſcientiæ poſſit eſſe contraria rationi. Primo ſic. illa bene ſunt contraria quæ contraria ſuadent. auctoritas huius ſcientiæ & ratio ſunt hmõi: quia ratio ſuadet nihil fieri poſſe niſi quod eſt ſecũdum naturam: Auctoritas autẽ huius ſcientiæ ſuadet fieri poſſe aliquid contra naturã. quia ſuper illud primę Corinth. ii. Si quis inter vos videt̃ eſſe ſapiens in hoc ſeculo, ſtultus fiat. dicit Gl. Et deum contra naturã credat poſſe qđ mũdus fieri poſſe negat, ergo &c. ¶Secundo ſic. in epiſtola Conſentii ad Auguſt. di-





citur de hæreticis. Non ſic errarent ſi ſcripturis magis q̃ ſuis rationibus accommodare fidem mallent. Ducit ergo eos ratio in errorem contra dicta ſcripturæ. Sed quod ducit in errorem contra id qđ ſub auctoritate alterius continetur eſt contrarium auctoritati illius. ergo &c. ¶In oppoſitum ẽ illud Auguſt. ad Marcellum. Si ratio cõtra diuinarum ſcripturarum auctoritatem redditur quãtũcunq́ꝫ acuta fuerit veri ſimilitudine fallit. Nam vera eſſe non poteſt. Sed non eſt ratio ſi non ſit vera: immo ſophiſma. ergo &c. In oppoſi.

B
Rñſio. ¶Dicendum ad hoc, ſuppoſito ꝙ huic ſcientiæ non ſubiacet niſi verum, vt probatur multis cap. ix. diſt. Decretoꝝ. Aliter enim nulla eſſet eius auctoritas, vt dictum eſt in quæſtione præcedenti. Suppoſito etiam ex ſupra determinatis in quęſtione, an veritas huius ſcientię cõtrarietur veritati alicuius alterius ſcientiæ: ꝙ quæcunq́ꝫ vera ſunt iudicio & auctoritate huius ſcientię, falſa nullo modo eſſe poſſunt iudicio rectæ rationis & naturalis: ſed ſi ea quę ſunt huius ſcientiæ, ab aliquo falſa eſſe credũt̃ & cẽſent̃, hoc eſt ꝑ errorẽ iudicii & defectũ rõnis rectę. His ĩquã ſuppoſitis, cum ex eis manifeſtum ſit ꝙ tam auctoritas huius ſcientię q̃ ratio quę recta & vera dici poteſt, veritati innitantur: & ſecundum Philoſophum, verũ vero cõtrariũ eſſe nõ põt: abſolute dicendum, ꝙ auctoritati huius ſcripturę ratio nullo modo poteſt eſſe cõtraria. immo omnis ratio recta ei conſonat. quia vero omnia conſonant, vt dicitur. i. Eth. Siqua autem ratio inueniatur contrariari auctoritati huius ſcientię, non vera neq́ꝫ recta ratio: ſed falſa ratio & ſophiſma debet iudicari. ſecundum ꝙ ſufficienter probatum eſt pluribus rationibus ĩ q̃ſt. ſupradicta. Et Aug. in fi. i. ſuper Gene. Reſpõdendum eſt (inquit) hominib⁹ q̃ calumniari libris noſtrę ſalutis affectant, vt q̇cq̇d de ipſa rerũ natura veracib⁹ documentis demonſtrare potuerint: oſtẽdam⁹ noſtris literis nõ eſſe cõtrarium: quicq̇d aũt his noſtris lr̃is. i. catholicę fidei de q̇buſlibet ſuis voluminib⁹ cõtrariũ ꝓtulerint: aut aliqua falſitate oſtẽdamus, aut nulla dubitatione credamus eſſe falſiſſimum: & quantum valemus ita defendamus ad literam, vt qui non rationabiliter moti ꝓpter animi prauitatẽ vel hebetatẽ credere iſta detractẽt: nullam tñ inueniãt rõnem vnde falſa eſſe cõuincãt: ſicut dicit lib. viii. in prin.

C
Ad pri. princi. ¶Ad primum in oppoſitũ, ꝙ auctoritas huius ſciẽtię & ratio ſuadent contraria, dicẽdũ ꝙ nõ eſt verũ niſi de rõne erronea. Q̄ꝫ aũt aſſumit̃ ꝙ auctoritas ſuadet deũ poſſe agere cõtra naturam: cuius contrariũ ſuadet ratio, quæ non ſuadet ſecundum naturam: Dicẽdum ꝙ ſicut ſcđm Phum. ii. Phy. natura dicitur materia, & natura dicitur forma: & ſecũdum ꝙ dicit. i. de gñatione, materię proprium eſt pati: formę aũt agere: Conſimiliter a natura quę eſt forma, dicitur natura actio procedẽs ſecũdũ curſum pricipioꝝ naturaliũ actiuoꝝ: & cõtra hmõi naturã dicit̃ eẽ illa actio q̃ agit cõtraria tali actioni: & a natura q̃ eſt materia, dicit̃ natura paſſio recepta ſecundũ capacitatẽ principioꝝ naturalium paſſiuoꝝ: & contra hmõi naturã dicit̃ illa paſſio q̃ eſt contraria receptioni naturali. Prĩo mõ de⁹ bñ agit cõtra naturã: q̃a contrariũ effectũ illi ad quẽ pricipia naturalia actiua naturę nitunt̃ ducere, vt patet ĩ Ezechia, quem pricipia actiua naturalia corruptiõis deducere nitebant̃ ad mortẽ: & deus eũ reſtituit ad ſanitatẽ actiõe cõtraria actioni naturę. Sed nõ eſſet recta ratio quę cõcluderet contrariũ huius. ſ. ꝙ de⁹ non potuiſſet eum ad ſanitatem reducere: nec poſſet eſſe aliqua actio ad hoc ſecũdũ naturã: quia iſta actio dei eſt ſupra actionẽ naturę: & licet ipſa ſit cõtraria alicui actiõi naturali: non tñ ſequit̃ ꝙ recta rõ ſcđm naturã poſſet eſſe cõtra ipſam: q̃a vna actio naturalis bñ põt eſſe cõtraria alteri ambabus exiſtẽtib⁹ ſcđm naturã: vt ſunt generatio & corruptio: & tñ cõtra neutram põt eẽ rõ vera ſcđm naturã. Scđo aũt modo de⁹ nihil agit cõtra

D naturã: q̃a nihil agit in reb⁹ naturalibus nec agere põt, qđ natura nõ põt ꝑ pricipia naturalia receptiua ſuſcipere, quibus creatura ſubiicit̃ ꝑfecta obediẽtia actioni creatoris: ita ꝙ ſi aliq̇d impoſſibile eſſet naturã in ſe recipe, impoſſibile eſſet oĩno deũ id in rerũ natura agere: q̃a qđ deus agit in rerũ natura, natura ipſa hoc recipit: & nõ recipit niſi qđ poſſibile ẽ eã recipe: q̃a nõ eſt act⁹ niſi cui⁹ ẽ potẽtia, vt dr̃ de ſom. & vi. Vñ ſi recta rõ ſcđm naturã oſtẽderet ꝙ natura ñ poſſet tale q̇d ĩ ſe recipe reuera nec de⁹ illud poſſet agere. Nũc aũt nec eſt recta rõ ſecũdũ naturã ꝓbãs naturã nõ poſſe recipe: aut deũ non poſſe agere id qđ ĩ veritate põt agere & natura recipe. Vñ licet deus ĩ natura agit qđ natura agere nõ poſſet: nihil tamẽ agit in ea cõtra eã: q̃a nihil agit ĩ ea qđ ipſa non põt recipere & ſic qđ agit ĩ ea q̃ſi cõtra vnã naturã, agit ſcđm aliã naturã: nihil aũt agit cõtra naturã ſimpliciter & oĩno. Vñ ſup illđ Ephe. iii. Quę ſit diſpẽſatio ſacramẽti abſcõditi ĩ deo. dicit Gloſ. Habet eñ de⁹ in ſeipſo abſconſas quorũdã factoꝝ cauſas quas rebus conditis nõ inſeruit, eaſq́ꝫ implet nõ illo opere prouidẽtiæ quo naturas ſubſtituit vt ſint: ſed eo quo illas adminiſtrat vt voluerit, quas vt voluit condidit. In mundo enim ſunt abſconditæ rationales cauſæ omnium rerum quæ naturaliter fiunt: ſicut abſconditus erat Leui in lumbis Abrahæ. Sed in deo ſunt abſconditæ cauſæ

eorum quæ per gratiam fiūt:ſiue eorum quæ ad hæc ſignanda mirabiliter non naturaliter fiunt,
vt ꝙ de oſſe viri dormientis facta eſt mulier. & in locum coſtę non coſta:ſed caro ſuppleta eſt:non
habuit hoc prima conditio rerum vt fœmina ex eo ſic fieret:ſed hoc habuit ꝙ ſic fieri poſſet:ne cō
tra cauſas quas voluntate inſtituit:mutabili voluntate aliquid faceret. Reuera non habuit prima
conditio rerum vt fœmina ſic de coſta fieret.ſ.actiue, virtute qua natura id facere poſſet : ſed ha-
buit vt ſic de coſta fieri poſſet.ſ.paſſiue.habuit enim in ſe potentiam qua reciperet qđ natura in ea
agere non poſſet:ſed virtus diuina ſupernaturalis.vnde ad plura eſt natura in potentia paſſiua q̄ ī
actiua.Eſt etiam deus ad plura in potentia actiua q̄ ſit natura in potentia paſſiua. Plura enim po-
teſt per ſe facere q̄ natura habet recipere:vel q̄ ſint illa quæ ex ea fieri poſſunt.contra id qđ imponi
tur Philoſopho.xi.metaphyſicæ,licet nunq̄ illud dixit.ſ.ꝙ omnes formæ quæ ſunt in motore pri-
mo in actu,ſunt in materia prima in potentia.hoc enim eſt falſiſſimum.nulla enim fortaſſis ſpecies
animalis perfecti eſt in materia in potentia , cuius non ſunt aliqua indiuidua in actu:quia ſecun-
dum Philoſophū in lib.de Plan.natura non ceſſat nec ceſſauit generare aīalia & plantas & cun-
ctas ſuas ſpecies.Et dicit.xi.metaphyſicę,ꝙ perfecta in omni genere entis priora ſunt imperfectis:vt
animal ſemine ex quo generatur . Conſtat autem ꝙ poſſibile eſt deo nouas ſpecies animalium &
plantarum quales mundus non habet in ſe, de nouo creare:licet inaniter philoſophātes hic cōtra-
dicerent:dicēdo deum nihil noui poſſe facere immediate neq̧ aliquid aliud facere in mundo q̄ qđ
iam fecit.De quibus poſſumus dicere illud Pſal. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes:ſed nō vt
E lex tua.¶Ad ſecundum:dicēdum ꝙ ratio ducit hęreticos in errorem contra auctoritatem huius
Ad ſcd̄m. ſciētiæ : Dicendum ꝙ dictum illud ſuam expoſitionem ſecum portat & ſolutionem rationis.non
em̄ dicit ꝙ non erraret ſi ſcripturis magis q̄ rationibus mallēt accōmodare fidem:ſed ſignāter ad
dit ſuis: vt p hoc intelligamus rationes illas q̄ ſunt deficientes.Rōnes enim verę nō ſunt hęretico-
rum pprię neq̧ noſtrę:ſed ipſius veritatis & dei:quia deus veritas eſt.ſecundum ꝙ dicit Augu.
ſuper Ioan.ſer.v.exponens illud Euang.Qui loquitur mēdaciū de ſuo loquitur.Non em̄(inqt)ha
bet homo de ſuo niſi mendacium & peccatum . Si quid autem habet homo veritatis ac iuſtitiæ
de deo loquitur.&.xii.confeſ.Veritas tua:nō mea eſt nec illius aut vlli⁹:ſed oīm noſtrū.Si ambo vi
demus verum vbi quęſo id videmus?Nec ego vtiq̧ in me nec tu in me:ſed ambo in ipa quę ſupra
mentes noſtras eſt incōmutabili veritate.ſecundum ꝙ hoc expoſitum eſt ſupra.Vel pōt dici ꝙ ad
literam Cōſentius ęſtimauit ꝙ in ſacra ſcriptura rationes non erant adducendæ:ſed cauēdę quaſi
eſſent omnino cauſa erroris:& contrarię auctoritati:& dictis ſacræ ſcripturæ:non diſcutiendo ra-
tionem veram a non vera.Vnde etiam Auguſt.in quadam epiſtola ad ipm ſup hoc eū rephēdit di
cens. Non ratio:ſed falſa ratio cauenda & deteſtanda eſt.Nam ſi ratio vera eſſet, non vtiq̧ erraſ-
ſent hæretici propter eam. & addit. Quapropter ſicut non debes omnem vitare ſermonem qa eſt
& ſermo falſus:ita non debes vitare omnem rationem quia eſt & falſa ratio.

## Art.XI.de Doctore Theologię.

Art.XI. SEquitur de doctore huius ſcientiæ circa quem inquirenda
ſunt ſeptem.
Primum:vtrum ſolus deus ſit doctor huius ſcientiæ.
Secundum:vtrum mulier poſſit eſſe doctor ſeu doctrix eius.
Tertium:vtrum iuuenis poſſit eſſe doctor eius.
Quartum:vtrum vir religioſus.
Quintum:vtrum homo peccator.
Sextum:vtrum primi doctores eius ſimplices & idiotæ eſſe debebant.
Septimum:vtrum doctores ſequentes inſtructi debebant eſſe in ſcien-
tiis ſecularibus.

CIrca primum arguitur ꝙ ſolus deus ſit doctor ſacræ ſcripturæ.Primo ſic.Aug.
dicit.iiii.de doct.Chriſt.In ipſis hominibus & angelis nemo recte diſcit quę per-
F tinent ad viuendum cum deo, niſi fiat a deo docilis . docilis a deo nemo fit niſi
Quęſt.I. deo docente quę pertinent ad viuendū cum deo.q̄ ptinēt ad viuēdū cū deo ſunt
Arg.1. ea quæ ſunt ſacræ ſcripturæ.ergo q̄ ſunt ſacrę ſcripturę nemo diſcit niſi deo do
2 cente.¶Secundo ſic.qui non poteſt in minus non poteſt in id qđ eſt magis. Mi-
nus eſt docere q̄ diſcere:quia docens debet eſſe in actu eius ad qđ eſt diſcens in
potentia.ſed homo ex ſe nō pōt hanc ſcientiam diſcere : ſed ꝙ eam diſcat hoc habet ex deo,vt vi-
In oppoſi, debitur infra.ergo ꝙ eam doceat non poteſt hō ex ſe:ſed hoc ſolum eſt dei docere.ergo &c. ¶Cō-



tra eſt illud Eph.iiii.Et ipſe dedit alios paſtores & doctores in ędificationem corporis.i.eccleſiæ in-
ſtructionem.& hoc non niſi in hac ſciētia de qua ibi loquit.ergo &c.i.Et.Timo.ii.dicit Apoſtolus
vocans ſe doctorem huius ſcientiæ.Veritatem dico non mētior,doctor gentiū in fide & veritate.
¶In hac quæſtione an deus doceat hanc ſcientiam non eſt dubium:ſed in hoc eſt G
dubitatio maior an homo doceat ipſam:& quomodo eam deus doceat in om̄i actu diſcendi:& quo Reſolutio
modo homo.Ad quorum intellectum ſciēdum iuxta ſuperius determinata,ꝙ deus dicitur doce-
re in quolibet actu diſcendi etiam in illis quæ naturaliter cognoſci poſſunt:quia inſtrumenta na-
turalia diſcēdi mēti hūanę miniſtrat,quibus om̄ia etiam quę naturaliter ſunt cognoſcenda diſcit
& rerum veritates cognoſcit. inter quæ ſunt intellectus poſſibilis & lumen agētis: & maxime effi
gies primæ veritatis præſidens mēti,vt ſupra expoſitum eſt. Ad diſcendū autem ea quæ ſunt ſup
naturaliter cognoſcēda,vt ſunt ea quæ ſunt fidei & huius ſcientiæ iſta non ſufficiunt per ſe:ſecū
dum ꝙ ſufficiūt ad diſcēdū illa quæ naturaliter ſunt diſcenda.Immo cū his requiritur lumen ſu-
perius īfuſū ampli⁹ illuſtrās:vt ſub illo verum ſupnaturale diſcere poſſit:qđ nequaq̄ diſcere poſſet
ſub ſolo lumine naturali intellectus & cōmuni præſidentia primæ veritatis. Tale autem eſt lumē
fidei in cognoſcendo ea quæ ſunt fidei:& ſi aliquid ſit ſuperius cognoſcibile ad qđ lumen fidei nō
ſufficit ad veritatem illius perſpiciendam,adhuc ſecundum ꝙ infra videbitur,illuſtratio aliqua cla
rior & ſuperior requiritur.¶Et tūc dicendū ad quæſtionem. cū ſacræ ſcripturę veritas excedit no
titiam naturalis rationis:quia eſt de eis quæ ſunt fidei,vt dictum eſt ſupra:& etiam dicetur infra H
ad quorū notitiam deus lumen fidei ſupernaturale infundit menti humanæ,ſub quo naturale iu-
dicatorium illuſtrat intātū vt ſufficiat in illis veritatem pſpicere:ſicut ergo in ſcientiis naturalib⁹
dicitur ſolus deus docere maxime pſidendo mēti, vt dictū ē ſupra:ſiliter dicet ſolus de⁹ docere hāc
ſcientiam mēti imprimendo lumē fidei,vel aliquam aliam illuſtrationem in ea faciēdo, quæ vt in-
fra dicetur ſufficiat ad veritates credibilium mēti humanę manifeſtādas.Sed ex parte hoīs ī diſcē-
do hanc ſcientiam & alias aliter cōtingit & aliter.In ſcibilibus em̄ ſcientiarum rerum naturalium
hō ex rebus naturalib⁹ mediantibus ſenſib⁹ colligere pōt notitiā terminoꝝ,& per ſe ex illis forma
re conceptus cōplexos:ī qbus per ea q̄ naturaliter ſibi indita ſunt,aſſiſtēte gn̄ali illuſtratione diui-
na,de q̄ dictū eſt ſupra:cognoſcere pōt veritatē primoꝝ principioꝝ.ex qb⁹ vlteri⁹ pōt elicere noti-
tiā poſterioꝝ.Et ideo determinatū fuit ſupra,ꝙ hō p ſe ſola īueſtigatiōe ex puris naturalib⁹ſine oī
doctore exiſtēte poteſt ſibi acquirere ſcientiam rerum naturaliū:& omnium eorum quæ ſubſunt
iudicio naturalis rationis.In doctrina autē huius ſcientiæ ſecus eſt.q̄q̄ em̄ terminos incomplexos
credēdoꝝ cognoſcit homo p ſe anteq̄ poteſt aliquod complexum ex illis credere:qui enim pri⁹ ni-
hil intelligit credere non poteſt:vt qui non intelligit generali notitia quid homo,quid pati, quid
Chriſtus,nō poteſt credere Chriſtum hominem paſſum.ſecundum ꝙ dicit Auguſt.4.de trinita.
Credimus dn̄m Ieſum Chriſtum natum de virgine quæ Maria vocatur:quid autem ſit virgo, &
quid naſci:& quid ſit nomen proprium non credimus:ſed prorſus nouim⁹.Complexiones tamen
determinatas credibilium particularium non poteſt homo per ſe ſibi formare,vt in eis diſcernat ra
tio an conſentiendum eis ſit an non, etiam ſuſcepto habitu fidei. niſi cum hoc articuli ei ab aliquo
tanq̄ credendi proponerētur & ſuaderētur:& hoc vel adeo interius per inſpirationem:ſicut Paulo
inſpirauit notitiam Euang.aut ab homine vel ab angelo exterius per prædicationem & ſacræ ſcri-
pturæ inſtructionem.Et ideo dicit Auguſt.ſer.i.ſuper Ioan.Per homines miniſtratę ſunt ſcripturæ
niſi em̄ iſta dicerent,vnde omnino cogitaretis non inueniretis.Et licet deus poſſit interiori inſpi-
ratione ſufficienter inſtruere in eis quæ fidei ſunt & ſacræ ſcripturæ:vult tamen illud fieri p homi
nem quantum per ipſum fieri poteſt.vnde nec vult hoc per angelum facere vt homini reuerentiā
aliquam exhibendam oſtendat:& homines fortius vinculo charitatis cōiungat.Igitur quia ſacram I
ſcripturam ordinate & diſtincte proponere, & omnino ea quę ſunt fidei docere eſt quodammodo:
modo quo homini docere competit,vt dictum eſt ſupra:concedere oportet ꝙ hominem contingit
aliquo modo hanc ſcientiam docere ſicut & alias. Quia tamen eius non eſt intellectū ad intelligē
dum aliquo modo illuminare:ſed ſolius dei,multo ꝙminus in hac ſciētia q̄ in aliis:quo ad hoc ſim
pliciter ſolius dei eſt docere hanc ſcientiam:ſicut & quālibet aliam:& multo ſpecialius, vt dictum
ęſt.Vnde Auguſt.poſtq̄ dixit ꝙ p homines miniſtratæ ſunt ſcripturæ,dicēs.Niſi enim iſta dicerēt
vnde omnino cogitaretis non inueniretis.immediate adiunxit vocando ſcriptores ſacræ ſcripturę
montes.Ergo ex mōtibus(inqt) venit nobis auxilium vt iſta audiretis:ſed nōdum poteſtis intelli
gere qđ audiſtis:inuocate auxiliū a domino qui fecit cælum & terram: quia montes ſic potuerūt
loqui vt non poſſent ipſi illuminare:quia & ipſi illuminati ſunt audiendo.Ioannes qui ſupra pe-
ctus domini diſcubuit,de pectore domini bibit qđ nobis propinaret:Sed propinauit verba,itellectū

aūt inde debes capere vnde & ipſe bibebat qui tibi ꝓpinauit, vt inde impleas pectꝰ,vnde impleuit
ille.Hic etiā dicit Orige.ſup Exo.Quis eſt ille quē replet deꝰ illo ſpū quo repleuit Moyſen & Aarō
vt eodem ſpiritu illuminatus poſſit quę per illos ſunt geſta differere:Aliter eñ non arbitror expla
K nari,niſi eodē ſpiritu quo geſta ſunt diſſerant.¶Dicendū igitur ꝙ ſimpliciter ſolus deus docet hāc
Reſpōſio. ſcientiam,quia ipſe ſolus dat eā intelligi,quod eſt proprie eam docere.vnde Aug.ſuper Ioā.ſer.vii.
Nemo dicat quia alius dedit legem & alius docet eam.Ipſe eñ illā docet qui eam dedit. Quo ad
aliquid aūt vt dictum eſt:non ſolum deus docet eam hominem:immo etiam & homo.quod & po-
teſt angelus facere,licet alio modo q̃ deus,vt dictum eſt ſupra de modo docēdi ſimpliciter. Et hoc
eſt quod dicit Aug.primo de doctri. chriſtiana. Cornelium Centurionem q̄uis exauditas oratio-
nes eius & eleemoſynas reſpectas ei angelus nunciauit, Petro tamen traditum ſcimus imbuēdum
per quem non ſolum ſacramenta perciperet,ſed etiā quid credendū,quid ſperandū, quid diligēdū
eſſet:audiret.Et poterāt vtiq; omnia hęc per angelū fieri,ſed abiecta eſſet hūana cōditio,ſi per ho-
mines hoībus deus verbum ſuū miniſtrare nolle videret. Quomodo eñ verū eſſet qđ dictum eſt:
Templū dei ſanctū eſt qđ eſtis vos:ſi deꝰ de humano templo reſpōſa nō redderet, & totū qđ homi
nibus diſcendū tradi vellet,de cœlo atq; per angelos perſonaret:Deinde ipā charitas quę ſibi hoīes
inuicem nodo vnitatis aſtringit,nō haberet aditum refundendorū & quaſi miſcendorū ſibi animo
rum,ſi hoīes ab hoībus nihil diſcerent.Et certe ſpadonem illum qui Eſaiā ꝓphetam legens non in
telligebat,neq; ad angelū ſed ad apoſtolū miſit : neq; per angelū ei id qđ non intelligebat expoſitū
aut diuinitus in mente ſine hoīs miniſterio reuelatum eſt:ſed potius ſuggeſtione diuina miſſus
eſt ad eū: ſeditq; cū eo Philippus qui nouerat Eſaiā ꝓphetam,eiq; humanis verbis & lingua qđ in
ſcriptura illa tectū erat aperuit.

L ¶Ad primum in oppoſitum ꝙ nemo diſcit hanc ſcripturam niſi fiat a deo docilis
Ad primū dicendū ꝙ verum eſt interius ad intellectum huius ſcientię illuſtrando & lumen fidei infunden-
principale do.per hoc tñ non excludit miniſteriū hominis per qđ docet exterius vt dictū eſt.¶Ad ſecūdum
M ꝙ hō nō poteſt ex ſe diſcere hanc ſciētiā,quare neq; docere: dicendū ꝙ verum eſt ſine adiutorio in
Ad ſcđm. teriori diuini luminis,nihilominꝰ tñ per hoc non excludit quin homo miniſterialiter doceat exte-
rius:Semꝑ tñ deo principaliter docente interius in omni actu docendi vt dictum eſt ſupra.

N CIrca ſecundum arguitur ꝙ mulier poſſit eſſe doctor huius ſcientię. Primo ſic.
Quęſt.2. Prouer.iiii. Vnigenitus fui coram matre mea & docebat me.id aūt qđ docebat
Arg.1. erat huius ſcientię,vt patet ibidē.ergo &c.¶Secundo ſic.non eſt minoris gratię
prophetare q̃ docere:immo & prophetarum eſt docere publice ea q̃ eis reuelan
2 tur.1.ad Cor.xiiii.Qui prophetat hominibus loquit ad ędificationē. mulieribus
cōceſſum eſt ꝓphetare,vt Marię ſorori Moyſi.Exo.xiiii.Debborę Iudic.iiii.Oldę
3 iiii.Reg.xxii.Annę.Lu.i.ergo &c.¶Tertio ſic.i.Pet.iiii.Vnuſquiſq; ſicut accepit
gratiam in alterutrū adminiſtrantes.ſed mulieres quādoq; gratiā ſcientiæ huius accipiunt:ergo
aliis debent adminiſtrare,qđ non poſſunt facere niſi docendo.ergo &c. vnde Maria & Martha cū
In oppo. apoſtolis genera linguarū acceperunt:& publice ſicut apoſtoli docuiſſe & prędicaſſe legunt.¶Con
tra eſt illud apoſtoli.i.Ti.ii.Docere mulierem non permitto.

O ¶Dicendum ad hoc:ꝙ iſta quæſtio & ſequentes differunt a præcedenti. Illa eñ q̃
Reſolutio ſiuit de potentia abſoluta facti,cuius eſt poſſe docere:an ſolius dei,an quodā modo hoīs & angeli.
Iſtę vero quęſtiones quęrūt de potētia iuris & auctoritatis:an.ſ.ſtatus quarundā perſonarum per-
mittat ꝙ officiū doctoris habeāt.Rñdēdū igit ad iſtas q̄ſtiones quātū ad potentiā docēdi nō de fa
cto,ſed de iuris ꝑmiſſione.Planū eſt ei ꝙ de facto q̄libet hō ſciēs ſiue vir ſiue mulier,ſiue ſenex ſiue
P iuuenis,ſiue religioſus ſiue ſecularis,ſiue clericꝰ ſiue laicus poteſt docere q̃ nouit.Dicendū igit ad
iſtā ꝓpoſitā q̄ſtionē & cōſimiliter ad alias,ꝙ docere poteſt aliquis ex officio vel ex beneficio.Vt aūt
aliquis poſſit docere ex officio quatuor in eo requirunt,duo reſpectu doctrinę,& duo reſpectu illo
rum quibus diſpenſanda eſt doctrina. Primū eſt docendi cōſtantia,ne de facili a veritate cognita
doctor ſe diuertat.Secundū eſt exequendi efficacia, ne per infirmitatē ab opere deſiſtat. Tertium
eſt docētis auctoritas, vt auditores ſibi credendo obediant.Quartū eſt ſermonis viuacitas, vt vitia
corrodendo ad virtutes impellat.Propter primū Chriſtꝰ.Mat.v.primos doctores cōparat luci quę
non tenebreſcit:propter ſecundū ciuitati quę nō deficit:propter tertiū lucernę quę ſuper candela
Q brum ponitur:propter quartū ſali quo caro a putredine præſeruatur.¶Quantū ergo ad iſtā quæ-
Reſpōſio. ſtionē dicendū,ꝙ contraria his quatuor inueniunt in mulieribꝰ,ꝓpter qđ mulier ex officio docere
non poteſt:& ideo nec doctor eſſe huius ſcientię.De primis duobus dicit gloſ.Luc.vlti.Quia cōſtā



tiā prædicandi non habet infirmior ſexus:& ad exequendum infirmior ē:mandat viris officiū euā
gelizādi.Mulier vero p̄dicandi ſeu docendi conſtantiā non habet:quia de facili a veritate ſeducit.
Et ideo poſtq̄ dixit Apoſtolus.i.Timo.ii.Docere mulierem non permitto:poſt modicum ſubiunxit
quaſi ꝑ cauſa.Adam non ē ſeductꝰ:mulier autem ſeducta in p̄uaricatione fuit.Mulier ſecundo exe
quendi officium doctoris non habet efficaciam:quia ſexus fragilitatem patitur,qui non ſufficit in
publico diſcurrere & laborare.Et ideo ibidem etiam cum dixiſſet: Docere mulierem nō permitto:
ſtatim addidit:Sed eſſe ī ſilētio.Mulier tertio doctoris auctoritatem habere nō pōt ꝓpter ſexus cō
ditionē qui non habet exequendi libertatem:quia ſub alterius debet eſſe poteſtate.Geñ.iii.ſub po-
teſtate viri eris:& ipſe dominabitur tui.Et ideo cum mulieri officium docendi inhibuiſſet,dicēdo
Docere mulierem non permitto,immediate adiūxit:Neq; dominari in virū . vbi dicit Gloſ.Vnde
etiā auctoritatē docendi ei negauit. Et poſtq̄ dixit primæ Corinth.xiiii.Nō permittit eis loqui:im
mediate adiunxit:Sed ſubditas eſſe ſicut lex dicit.vnde ꝙ ſumeret auctoritatē p̄ſidentis,indecens
eſſet ei & verecūdum valde.& ideo addit Aplꝰs.Turpe eſt aūt mulieri in eccleſia loqui. vbi dicit
Gloſ.Quia contra diſciplinam eccleſiaſticam eſt. Mulier quarto viuacitatem ſermonis non habet
ad mortificandum:ſed magis prouocandum peccata,& ideo ſuper illud.Docere mulierem nō per
mitto,dicit Gloſ.Si eñ loquit magis īcitat ad luxuriā & irritat.& ideo dicit Eccleſiaſtici.ix.Collo R
quium illius quaſi ignis exardeſcit.Gloſ.In corda auditorꝝ. ¶Loquendo autē de docere ex benefi-
cio & charitatis feruore , bene licet mulierem docere ſicut & quemlibet alium ſi ſanam doctri-
nam habeat:& hoc priuatim:& in ſilentio:& non in publico & in facie eccleſię.Hoc eñ ſolum licet
docentibus ex officio:& tali modo docere ſolūmodo ei prohibet.Vnde cum dixiſſet Apoſtolus pri
mæ Corinth.xiiii.Poteſtis omnes ꝓphetare vt omnes diſcant:ne crederet aliquis ꝙ hoc liceret mu
lieri in publico ſicut viro,intulit. Mulieres in eccleſia taceant. Non enim permittitur eis loq. Ve-
rum ē in eccleſia ſecundum ꝙ dicit Gloſ.ſuper illđ.ad Timo.Docere mulierem non permitto.Ni-
hilominus tamen alibi in priuato eis ꝑmittitur docere ea quæ licet eas diſcere:& hoc maxime mu
lieres alias & puellulas:viros autē nō.tū quia ſermo earū viros ad libidinem inflammaret,vt dictū
eſt.tum quia hoc eſt turpe & inhoneſtum viris.ſecundum ꝙ dicit Hiero.ad Paulinam . Diſcūt ꝑ
pudor a fœminis qđ viros doceant.& hoc niſi ſit mulier ſpeciali gratia prædita: vt fuit virgo bea-
ta quæ Apoſtolos in ſilentio docuit.ſecundum quod Auguſtinus in ſermone quodam de virgi-
nis natiuitate:loquēs de apoſtolorum & eius diſciplina, dicit.Ipſi per reuelationem ſpiritus ſancti
edocti fuerunt omnem veritatem.Incomparabiliter tamen manifeſtius ac eminentius ipſa per eun
dem ſpiritum ipſius veritatis intelligebat profunditatem,ac per hoc multa eis per eam reuelaban-
tur:quæ in ſe non ſolum ſcientia ſed ipſo effectu,ipō experimento didicerat de myſteriis eiuſdē do
mini Chriſti.

¶Ad primum in oppoſitum:ꝙ dixit Salomon de matre ſua, Docebat me:dicēdū S
ꝙ hoc erat doctrina priuata qua mater erudiuit filium tāq̄ minorē: qđ licuit:quia talibus etiam li Ad pri.
cet conuerſari cum fœminis:nec turpe eſt eis neq; ad libidinem earum ſermonibus prouocantur. princip.
Melius dicendum ꝙ illi verbo docebat non ſupponit ly mater,ſed pater.vnde litera ſic iacet. Filiꝰ T
fui patris mei tenellus & vnigenitus coram matre mea:& docebat me. Gloſ.interli. Pater . ¶Ad Ad ſcđm.
ſecundum: ꝙ licet mulierem prophetare , quare & docere : Dicendum ꝙ prophetia data eſt mu-
lieribus non ad publicam inſtructionem:ſed priuatam.& ſi vt per eam viros doceat:hoc eſt ex gra
tia ſpeciali, quæ non reſpicit ſexuum diſtinctionem.ſecundum ꝙ dicitur Colꝰ.iii.Induite nouū ho
minem qui renouatur ſecundum imaginem eius qui creauit illum vbi non eſt maſculus neq; fœ
mina. Viris autem data eſt ad publicam īſtructionem. Et ideo , vt dictum eſt, poſtq̄ prophetiam
apoſtolis omnibus conceſſit,ſpecialiter mulieribus publicam doctrinam abſtulit nō viris,vt dictū
eſt.¶Ad tertium ꝙ vnuſquiſq; ſecundum ꝙ accepit gratiam adminiſtret:Dicendum ꝙ hoc licet V
ſed vnicuiq; ſecundū ꝙ decet.ſ.mulieribꝰ priuate & viris publice.& ideo ſequit ibidem.Sicut boni Ad tertiū
diſpēſatores multiformis gr̄ę dei:tanq̄ ex virtute quā adminiſtrat deꝰ vt ī oībus honorificet deus.
Vnde & ſi ex ſpeciali gratia det mulieri vt publice prędicet:hoc tunc licet ei quia gratia,vt dictū
eſt,diſtinctionem ſexuum non reſpicit.tali enim gratia conceſſum eſt mulieribus publice prophe-
tare in ve.teſt.in virorum contumeliam:quia effœminati facti erūt:ſicut & fœminis conceſſum
eſt publica regimina ſuper viros gerere:& ſimiliter in primitiua eccleſia propter meſſis multitu-
dinem & metentium paucitatem conceſſum eſt mulieribus Marthæ & Mariæ publice prædicare
&.iiii.Philippi filiabus publice prophetare. ſecundum ꝙ habetur Act.xxi.

X
Queſt.3. Irca tertiũ arguiť ꝙ iuuenis poſſit eſſe doctor huius ſciẽtię.Primo ſic. Apoſtolꝰ
Arg.1. dicit.i.Tim.iiii.Pręcipe & doce.nemo adoleſcẽtiã tuã contẽnat.ſed contẽnenda
eſſet niſi liceret adoleſcẽtem docere.ergo &c.¶Secundo ſic.Dañ.iii.dicitur. Suſ
2 citauit dñs ſpiritũ pueri iunioris,qui dixit. Reuertimini ad iudiciũ meũ.ſed nõ
In oppo. liceret eũ iudicare quẽ nõ liceret docere.ergo &c. ¶In cõtrariũ eſt Gl.vlti.Mat.
iii.quæ loquitur ſic.Ioannes pręðicabat & baptizabat.ſ.qñ Chriſtus.xxx.annorũ
erat,oſtendẽs nullũ ſacerdotẽ vel pręðicatorẽ debere fieri niſi virilis ętatis.Sicut
Ioſeph tricenarius regimẽ Aegypti ſuſcepit:Dauid regnare eadẽ ętate inchoauit:Ezechiel ꝓphe-
tiam ꝓmeruit.p̃dicatio aũt & prophetia cũ doctrina eodem curſu currunt.ergo &c.

Y
Reſpõſio. ¶Dicendum ad hoc. cum ſecundum philoſophum ſapientis eſt ordinare, eius eſt
ſingula q̃ in vſum humanũ aſſumũtur ſic diſpenſare,vt tunc vnũqđqꝫ in vſum ꝓferat qñ iuxta re
ctę rationis iudiciũ magis valet.vnde & ſecundũ Philoſophũ, vnũqđqꝫ in tẽpore in quo magis va-
let magis eſt eligendũ,vt fortitudo in iuuentute q̃ in ſenectute,quia magis indigent in ſe refrena
ri motꝰ paſſionũ.ſapientia econtrario:quia ſedatis paſſionibus melius ea vti poteſt ſenex q̃ iuuenis
Quare cũ docere ſecundũ Philoſophũ opus ſit ſapientis & ſapientię, quo doctor ſapientia ſua vtiť
ad aliorũ inſtructionẽ,officia docendi,& maxime hanc ſcientiã quę vere omniũ ſcientiarũ ſapiẽtia
eſt,& poſt oẽs alias docenda,vt dictũ eſt ſupra,non niſi in ętate prouecta aſſumendum vel alicui in
iungendũ eſt:& ſic regulariter iuuenis non debet eſſe doctor huius ſciẽtiæ.Vnde & ſuper hoc eſt
priuilegiũ theologorũ Pariſienſium continens ꝙ nullus poteſt incipere in theologica facultate niſi
fuerit ad minus.xxxv.annorũ.Propter qđ & illi doctores qui ſpũ ſctõ repleti ad docẽdũ venerũt,vt
Ezech.Dauid,Ioan.baptiſta,& etiã ipſe Ieſus Chriſtus dei virtus & dei ſapientia,vt in hoc hoĩbus
cõuenirent,& exemplũ darent,vſqꝫ verſus tp̃s illud officiũ docendi diſtulerũt.ſecundũ ꝙ dicit bea
tus Grego.ſuper Eze.Qꝫ Eze.xxx.anno ſpiritũ ꝓphetię acceperit,indicat nobis aliquid conſideran
dũ.quia iuxta rationis vſum doctrinę ſermo nõ ſuppetit niſi ętate perfecta.Vnde & ipſe dñs ętatis
ſuæ anno.xii.in medio doctorum in templo ſedens non docens,ſed interrogãs voluit inueniri. Vt
eñ non auderent hoĩes in infirma ętate pręðicare,interrogare hoĩes eſt dignatus in terra,q per di-
uinitatem ſuam ſemp angelos docet in cœlo.Propheta igiť vt oſtendať cuius ętatis ſit in pręðica-
tione,ætatis ſolidę eſſe deſcribitur:quatenus ei cũ vita & ſpiritu omnia quę ad p̃dicandũ cõgruũt
concordare videanť.Eſt autẽ expediens & vtile vſqꝫ ad illã ætatem opus doctoris differre:tanq̃ in
Z quo vſus eius iuxta regulã rectę rationis magis valet,& propter ipſum doctorẽ,& ꝓpter ipſos au-
ditores:vt eũ ex doctrina ſua neqꝫ proueniens ęmulorũ vituperiũ deprimat,neqꝫ laus adulatorum
eleuet.qa(dicit Gre.)ad exemplũ nõ ſunt oſtendẽda niſi q̃ firma ſunt.Prius eñ cõualeſcere debet
mens,atqꝫ ad vtilitatẽ proximorũ poſtmodũ demõſtrari,cũ iam nec ꝑ laudẽ eleuata corruat,nec ꝑ
vituperationẽ percuſſa cõtabeſcat.Hoc autẽ ne fiat in quolibet doctore multũ timendũ eſt,ſecũdũ
ꝙ dicit Chry.ſup illud Mat.v.Vos eſtis ſal terræ.Non eñ(inquit)oportet vos maledicta hominũ
timere tñ:ſed & laudes.quas ſi audire cupiatis tunc vere infatuati eſtis atqꝫ conculcãdi. Qꝫ ſi oĩ
doctori quantęlibet ętatis ſit & maturitatis hęc ſunt timenda, magis ergo & iuueni. & ideo dicit
Gre.Cum prima ſunt adoleſcẽtię vel iuuẽtutis noſtræ tẽpora,nobis adhuc a p̃dicatione ceſſandũ
eſt:vt vomer noſtrę linguę ꝑſcindere non audeat terrã cordis alieni. quouſqꝫ eñ infirmi ſumus cõ
tinere noſmetipſos debemus:ne dũ tenera bona citius oſtendimus amittamus:quia & arbuſta plã
tata ſi prius in terra radicata non fuerint, manu tacta citius areſcunt,at ſi ſemel radicem fixerint
manus tangit,& tñ nihil officit:venti ĩpellunt nec lędunt.Valet aũt propter ipſos auditores: qm̃
propter ętatẽ doctori maiorem reuerentiã ferunt, & vberiorẽ fructum ſapientię expectant,quia ra
tione ętatis pręſumitur ꝙ in ipſis vberior ſapientia inueniať.ſecundum ꝙ dicit Iob.xii.In antiquis
eſt ſapientia,& in multo tẽpore prudentia.Gloſ.interline.Vnde infirma ætas etiã cum recte ſapit
ad p̃dicandũ non debet proſilire.Illa eñ dicta in radice ſapientię ſunt ſolidata,quæ ꝑ viuẽdi vſum
etiã actuum experimento cõualeſcunt.Vnde & dicit Philoſophus. Nemo iuuenes eligit duces,qa
non conſtat eos eſſe ſapientes.Doctores aũt ſunt duces diſcipulorũ quaſi ignorantiũ & cęcorũ.Ro.
ii.Confidis te eſſe ducem cęcorũ,lumen eorum qui in tenebris ſunt,eruditorem inſipientium,ma-
giſtrum infantium.

& ¶Ad primum in oppoſitũ de Timo.dicendum ꝙ q̃uis ętas requiritur in doctore
Ad primũ regulariter vt dictũ eſt:ſi tñ iuuenis dono gratię ſpecialis ita pręditꝰ eſſet,& in ſe cõfirmatꝰ, ne ca
principale ſus in eo timẽdus eſſet,& cũ hoc de eius ſapiẽtia conſtaret,ex priuilegio ſpeciali doctor eſſe poſſet:
maxime ſi neceſſitas eum requireret,ſicut contingebat in Timo.qa in eo mores & cõuerſatio ętatẽ



ſupplebant.Vnde cum ſapientiam cõpetentem adoleſcẽs habuerit ex gratia priuilegii ſpecialis,epi
ſcopus ordinari & doctor inſtitui potuit.vñ Apoſtolus ſtatim poſtq̃ dixit Adoleſcentiã tuã nemo
contemnat,eũ ad exempli honeſtatem inuitat:& per hoc idoneum eum fore ad illud oſtẽdit dicẽs.
Eſto exemplum fideliũ in verbo,in cõuerſatione,in fide,& in caſtitate.vnde Gloſ.Monet eũ per oĩa
exemplum aliis eſſe , vt ĩ adoleſcente mirabilis eſſe videatur & grauis diſciplina,vt actus eius ex-
cuſarent ætatem:& non quaſi iuuenis:ſed ſenior habereť & erubeſcerẽt maiores natu ſi non ſe ex
hiberent iuxta formam eius cõuerſatione & moribus graues. Nec ſolum quia talis erat eum tam
cito promouit Apoſtolus:ſed quia eccleſia eo opus habuit: quia tunc quando eccleſia erat nouel-
la plantatio,paucos ad opus prælati & doctoris habuit idoneos.Greg.reſpõdet aliter:vt.ſ.adoleſcẽ
tia ſtet pro iuuentute declinante ad ætatem virilem,dicens.Etſi Timo.dicitur, pręcipe hoc.i.doce.
Nemo adoleſcentiam t.cõtem.Sciendum eſt ꝙ in ſacro eloquio nõnũq̃ adoleſcentia iuuentus vo-
catur.vnde ſcriptum ẽ.Lętare iuuenis in adoleſcẽtia tua.¶Ad ſecundum de Dañ. Dicendum con &
ſimiliter ꝙ doctrina & mores in ipſo ſupplebant ætatẽ.vnde ſuper illud Suſcitauit ſpiritum,dicit Ad ſcđm.
interl.Nõ dedit:quia iam in eo erat:ſed propter ętatis tenuitatẽ quieſcebat:& occaſione data ſuſci
tauit eum.erat aũt occaſio: quia aliter oportuiſſet innocẽtẽ damnari ſenibus Iudęorum infatuatis
vnde ipſe cõtinuo dixit.Sic fatui eſtis filii Iſrael non iudicantes:neqꝫ qđ verum eſt cognoſcentes cõ
demnatis filiam Iſrael.& illi ſtatim dixerunt ei.Veni ſede in medio noſtrum & iudica nobis:qa de
us dedit tibi honorem ſenectutis.Gloſ.interl.Sed nõ ætatis de qua Sap.iiii.Senectus venerabilis ẽ:
non diuturna neqꝫ numero annoꝝ computata.cani ſunt ſenſus hominum:& ætas ſenectutis vita ĩ
maculata.vbi dicit Gloſ.interli.Quia nõ ætas corporis:ſed maturitas mentis:& morum probitas
laudatur:quia ille canus eſt qui bene ſenſatus : ſenex eſt bene qui mundus & ſimplex.¶Et nota ꝙ
ſi hoc modo aliquẽ iuuenem in doctorẽ quandoqꝫ legamus aſſumptũ,hoc tamen regulariter ĩ exẽ
plum trahendũ nõ eſt.ſecũdum ꝙ dicit Gloſ.Lu.iii.Chriſtus.xxx.anno baptizať:facit miracula:do
cet:vt reprimat temerarios qui omnem ætatem ad hęc officia idoneam credunt.qđ non eſt ita:niſi
aliquando dei miraculo cõtingat: vt Hieremię & Danieli.Et Grego.ait.Nec mouere quempiã de
bet ꝙ Hieremias & Daniel ꝓphetię ſpiritũ pueri perceperunt:quia miracula in exẽpla operationis
nõ ſunt trahenda.Oĩpotẽs eñ deus & linguas infantium facit diſertas:atqꝫ ex ore infantium & la
ctentiũ perficit laudem. Sed aliud eſt qđ nos de doctrinę vſu atqꝫ diſciplinæ dicimus:aliud qđ de
dei miraculo ſcimus.

Irca q̃rtũ arguiť ꝙ vir religioſus nõ debeat eſſe doctor huiꝰ ſciẽtiæ Prĩo ſic.xvi. A
q.i.c.i.dicit Niceno Synodus.Monachũ ꝑ oĩa ſingulariť agere oportet. doctoris Queſt.4.
officiũ eſt nõ ſingulariť agere:ſed cũ mltis.ergo &c. ¶Scđo ſic.dicit Greg.ĩ regi Arg.1.
ſtro.Nemo põt eccleſiaſticis obſeqis deſeruire & ĩ monachorũ regula ordinate ꝑ 2
ſiſtere:docere obſequiũ eccleſiaſticũ eſt vnũ de p̃cipuis.illđ aũtẽ nõ debet facere,
ꝓpter qđ ĩ regula nõ põt ꝑſiſtere.ergo &c.¶Tertio ſic.Hieronymꝰ ad Hyperiũ 3
& Deſiderium. Monachus nõ doctoris:ſed plangentis habet officiũ.docere aũt
nõ debet hanc ſciẽtiã q nõ poteſt habere doctoris officium.ergo &c. ¶Quarto ſic.vii.q.i.dicit ca. 4
Pręcipit.Monachorũ vita ſubiectionis habet verbũ & diſciplinatꝰ nõ docẽdi.¶Cõtra eſt illud Hie- In oppoſi.
ro.ad Ruſticum.Si clericatꝰ titillat diſcas qđ poſſis docere multo tẽpore diſcas q̃ poſtea doceas.

¶Iſta quæſtio nihil aliud inquirit q̃ an ſtatus religionis repugnet ſtatui doctoris B
ita ꝙ ſimul non poſſit quis eſſe religioſus & doctor:ſuppoſito ꝙ alioq ſit idoneus & literatus.Dice Reſol.q.
re ſimpliciter ꝙ nulli religioſo liceat officium doctoris aſſumere,nõ ẽ verum.Ne beatũ Grego.aut
beatum Aug.Anglorũ epiſcopũ & Ioannem Dam.& q̃plurimos alios negemus officium docto-
ris habuiſſe,aut feciſſe cuiꝰ officiũ exercere nõ debebant.cõſtat eñ indubitáter oẽs iſtos docuiſſe &
religioſos fuiſſe.Diſtinguẽdum igitur ex parte monachoꝝ ſub monachis oẽs religioſos cõphen-
dendo.qm̃ cum idem eſt monachus & clericus,aliqd põt ei conuenire ĩquãtũ monachꝰ& aliqd in-
quantum clericus.Inquantũ enim monachus officium non habet doctoris ſiue docentis, ſed plan
gentis,vt dicit Hiero.in tertio argumento.qui per illud dictum ſuum noluit excludere qn mona
chus poſſit eſſe doctor : ſed voluit diſtinguere inter officia monachi & clerici : oſtendendo quid
cuiqꝫ officio conueniat,vt dicit Gratianus.xvi.queſtio.i.c.Superiori.vnde vt ibidem dicit.vſqꝫ ad
tempora Zoſimi papæ monachi ſimpliciter fuerunt monachi.ſ.laici & non clerici.Si vero loqua-
mur de monachis inquantum clerici vel aliquo modo literati , reuocanda eſt diſtinctio illa in
præcedenti q̃ſtiõe habita ꝙ docere poteſt aliquis vel ex officio vel beneficio. Si enim monachus ſa
nam habeat doctrinam, inquantum hmõi bene licet eum docere ex beneficio:ſed priuatim conſo-

cios ſuos monachos multo magis q̄ mulierem. Cui iſtud conceſſum eſt ſupra. Loquendo vero de
C docere ex officio, Sciendum ꝙ docere poteſt aliquis ex officio auctoritatis paſtoralis, aut auctori-
tatis magiſtralis. Primo modo publica prædicatione. Secundo modo publica lectione. Ex officio
aūt auctoritatis paſtoralis poteſt aliqͥs docere populū p̄dicatione, vel quia habet auctoritatē paſto-
ralē ordinariā vel cōmiſſam. Secūdo modo bene licitū eſt religioſum vel monachū docere populū
prælati a quo miſſus eſt de conſenſu abbatis ſui: ſed non vltra commiſſionē procedere. ſecundum
ꝙ dicit Gregorius in Regiſtro. Si quiſpiam monachorū ad clericatus officium acceſſerit, non ibi
aliquā habeat vlterius poteſtatem. Auctoritate autem paſtorali ordinaria non licet eum docere o-
mnino ſicut neqꝫ prædicare, niſi ipſe aſſumptus ſit in prælatum, & tunc videndum eſt an licet re-
ligioſum docere, & an licet eum prælatum eſſe. Et conſtat eum poſſe prelatum eſſe non diſceden
do a priori voto, cū ad hoc fuerit electus & ordinatꝰ, vt probat Grat. pluribꝰ ca. xvi. q. i. ante illū. §.
D Reſpōſio. His omnibus. ¶ Idcirco dicendum ꝙ religioſus poteſt eſſe doctor auctoritate paſtorali: ſed tunc ab
ſoluitur ab obſeruantiis quæ ſpecialiter ſolent obſeruari in monaſteriis: quia ambo non poſſent ſi-
mul cuſtodiri. ſicut dicit Grego. in. ii. argumento. Satis enim incongruū eſt (vt idem dicit) ſi cum
vnum ex his pro ſui magnitudine diligenter quis non poſſit explere, ad vtrūqꝫ videatur idoneus
Si vero neutro modo habeat auctoritatem paſtoralem nullo modo licet eum docere populum pu
blica prædicatione, quia non licet eum prædicare omnino cuiuſcunqꝫ ſit literaturæ. ſecundum ꝙ
dicit Leo papa. xvi. q. i. c. Addidimus. Præter domini ſacerdotes nullus audeat prędicare ſiue mona
chus ſiue laicus ſit ille, cuiuſlibet ſcientiæ glorietur, niſi forte intus fuerit diuina gratia ad hoc cō-
monitus. ſicut refert beatus Gregorius de beato Benedicto qui homines montis Caſſiani ad fidē
adduxit. & de quodam Equitio cui angelus in ſomnis apparuit, & eum ad prædicandum miſit. vt
dicit Grat. cauſa prędicta in. c. Hoc idē. Si vero loquamur de docere auctoritate magiſtrali per le-
ctionem: dicendum ꝙ hoc modo docere ſumme competit religioſis, & ſacram ſcripturam expone-
re. q̄to magis iuxta dictamen ſacræ ſcripturæ diſtrictius debent viuere! Sic enim inuicem ſacram
ſcripturam docuerunt ſancti eremitę & expoſuerunt, ſicut patet in collationibus patrum. Per hęc
patent obiecta.

E Ad primū principale ¶ Ad primum ꝙ oportet monachum ſingulariter agere: dicendum ꝙ doctoris of
ficium prædicando auctoritate paſtorali ordinaria non eſt ſingulariter agere, quia habet cum hoc
illos quos docet gubernare. Docere autem omnibus modis aliis, quia eſt ſine regimine, non repu-
gnat ei qđ eſt ſingulariter agere. Vel dicendum ꝙ loquitur de monacho vt monachus, non autē
F vt clericus. ¶ Per idem dicendū ad ſecundum, ꝙ nemo poteſt eccleſiaſticis obſequiis deſeruire, ſcili
Ad ſcđm. cet populum gubernando, & in monachorum regula ordinate perſiſtere, ſcilicet quo ad clauſtri
obſeruantias. poteſt tamen quo ad illa quæ ſunt ordini ſubſtantialia. & tam hæc q̄ illa bene poteſt
G obſeruare cum officio docendi, dum tamen non ſit ei cura regiminis annexa. ¶ Similiter etiam pa
Ad tertiū tet tertiū. docere em̄ nō eſt officiū monachi vt monachi: ſic em̄ eſſet laici niſi ex beneficio ad modū
mulieris ſi ſanam habeat doctrinam. Eſt tamen bene monachi inquantū clerici literati & edocti, iu
H xta determinatum modum. ¶ Similiter patet quartū. monachus em̄ niſi prælatus vel miſſus a prę
Ad q̄rtū. lato non habet officium docentis prędicando, ſed diſcipuli & ſubiecti. poteſt tn̄ bene habere officiū
docentis legendo vt dictum eſt.

I Queſt. 5. Arg. 1. CIrca quintum arguitur ꝙ doctor huius ſcientię non debeat eſſe iuſtus. Lucæ. ix.
de illo qui non ambulat cum Chriſto, quem apoſtoli a docendo voluerunt ꝓhibe
re, dicit Chriſtus. Nolite prohibere. Ille autem malus erat, ex quo Chriſto non ad
hęſit: eſſet autem prohibendus ſi non liceret docere niſi iuſtum. ergo &c. ¶ Secū-
2 do ſic. Philipe. i. dicit apoſtolus. Quidam ex contentione Chriſtum annunciant
non ſyncere, exiſtimantes preſſuram ſuſcitare vinculis meis. De iſtis conſtat ꝙ
mali erant, quod etiam teſtatur gloſ. & tamen Apoſtolus gaudere ſe dicit pro eo
ꝙ docuerunt. Quid enim? (inquit) dum omni modo ſiue per occaſionē, ſiue per veritatē Chriſtus
annuncietur, & in hoc gaudeo, ſed & in hoc gaudebo. Hoc autē non dixiſſet Apoſtolus niſi liceret
In oppo. 1. tales docere. ergo &c. ¶ Oppoſitum arguitur primo ſic. ſuper illud Matthęi. x. Simonem qui voca-
tur Petrus. dicit gloſ. Petrus agnoſcens, Simon obediens, Andreas virilis: qđ doctoribus conuenit,
quia hi ſoli ſunt in magiſterio apti qui ſapientiæ luce illuſtrantur, & pręceptis dei obediūt, & aliis
viriliter ſuggerunt. Doctores autem non debent eſſe niſi apti ad docendū & magiſterio. ergo &c.
2 ¶ Secundo ſic. Chryſoſtomꝰ ſuper illud Matthęi. v. Qui ſic fecerit & docuerit magnus vocabitur.



dicit. Docere ſine opere condemnat docentem. ſed nulli licet facere qđ eum condemnat. ergo &c.

¶ Ad quæſtionē iſtam an iniuſtus & peccator poſſit eſſe doctor huius ſcientiæ: an K
non debeat eſſe niſi iuſtus: Dicendum ꝙ doctor dicitur aliquis quia potēs docere: aut quia docen Rñſio.
di officium habēs. Primo modo dicitur aliquis doctor ex habitu ſcientię, quo eſt talis in actu qua-
lem poteſt facere diſcipulum, qui eſt talis in potentia ſolum. Cū ergo talē habitum non amittit ex
actu peccandi: ſicut nec eum ex actu virtutis acquirit, niſi diſpoſitiue inquantum habitus virtu
tum diſponunt ad ſcientiæ acquiſitionem, vt vult Commen. ſuper. vii. Phry. hoc modo doctor hu
ius ſcientiæ poteſt dici malus & peccator: quia pōt ita ſanam doctrinam habere vt iuſtus, & perfe-
ctiori habitu huius ſcientiæ informatus eſſe. Se habet enim hoc modo doctor ad inſtruēdum aliū
ſecundum habitum huius ſcientiæ: ſicut artifex quidam ad operandum artificium ſecundum ha-
bitum artis. De artifice aūt dicit Philoſophus in fine primi politicę: ꝙ non oportet eum habere vir
tutem. ad hoc enim ꝙ ſit bonus faber potēs facere bonos cultellos nulla virtus moralis in eo reqri
tur, ſed ſolum perfectio artis fabrilis. Secūdo modo dicitur aliquis doctor: quia ei cōmittitur & ꝑ
mittitur officium publice docendi. Cum igitur officium tale committi nō debet niſi illi quem ex
pedit docere: & ſolum talis debet in officio tali permitti: ſicut nec medicus debet in ciuitate ꝑ-
mitti practicare aut ordinari ad hmōi officium niſi expediat ciuitati: ſicut ergo medicus in ciui-
tate quantumcunqꝫ peritus non deberet poni in officio vſus medicinæ neqꝫ in eo ꝑmitti niſi ſic
eſſet diſpoſitus vt vtilis eſſet ęgrotis ad recuperandum ſanitatem: ita ꝙ ſi eſſet ita iracūdus vt oēs
ęgrotantes ad iram prouocaret, qua neceſſe eſſet eos periclitari: quantumcunqꝫ eſſet peritus &
daret bonas medicinas: non tamen deberet ꝑmitti practicare in ciuitate: Sic eſt de doctore huius
ſcientiæ: ꝙ quantūcunqꝫ quis peritus eſt in ſacra ſcriptura ſi officium doctoris exercere non poſſet
niſi cū ꝑiculo audientium, nullo mō deberet permitti docere: nec eſſe doctor huius ſciētiæ. Quia
igitur ꝙ aliquis docere poſſit hoc habet ex habitu ſcientiæ: ꝙ vero ſine periculo audientium ſci-
licet ad profectum eorum docere poſſit, hoc habet ex fama bonę vitæ: Idcirco in doctore qui de iu
re & ex officio poſſit & debeat docere hanc ſcientiam, duo requiruntur: ſcientia qua docere poteſt
& vita qua ſalubriter docere poteſt: & hoc ideo: quia doctor ſacræ ſcripturæ ſicut inſtrumentū eſt
& organum verbi dei in docendo fideles ad eorum & propriam ſalutem ſiue vtilitatem. Vnde ſu
ꝑ illud Matth. iii. Vox clamātis. Gloſ. Ioānes eſt vox: Chriſtus verbū qđ clamat in Ioāne. Sic aūt eſt
in organo ſiue inſtrumento, ꝙ determinatur quo ad diſpoſitionem formalem & materialem ī ipſo
a fine & a materia circa quā operatur. Sicut patet in ſerra inſtrumēto artificiali: quia enim habet
ſecare materiam duram ligneam, debet eſſe ex materia dura ferrea. qa vero habet eam linealiter di
uidere ſecando, debet eſſe dētata, vt determinat Philoſophus. ii. Phy. ita ꝙ ſi eſſet in materia molli
nō poſſet ī materia dura agere neqꝫ ſecare. Si vero nō eſſet in forma dentata non poſſet ſecando fi-
nem aſſequi: & linealiter ligna diuidere. Nūc autē in ꝓpoſito materia ſubiecta circa quā habet age- L
re actum docendi doctor ſacrę ſcripturę, fideles ſunt ī eccleſia quos debet iſtruere. finis vero ad quē
agit, ſalus eſt ſiue vtilitas propria & aliorum ex inſtructione. Quantū ergo eſt ex parte materię de
bet eſſe inſtructus, vt ſit inſtructio principium materiale in ipſo doctore. Quātum vero eſt ex par
te finis ad quem habet agere diſpoſitio formalis in ipſo, ſit vitæ ſanctitas qua ipſe primo faciat quę
aliis facienda docet. Si enim inſtructus non eſſet, docere non deberet: nec poſſet. ſecundum ꝙ ſuꝑ
illud Iac. iii. Nolite plures magiſtri fieri. dicit Gloſ. Niſi tm̄ diſcreti & in ſcripturis docti. Qui em̄
indoctus officium docendi vſurpat: & Chriſtum nō ſyncere nūciat: maiorem damnationem mere
tur. Sicut neqꝫ ſerra ſi eſſet ex materia molli poſſet ligna diuidere. Si vero eſſet inſtructus: ſed nō
in opere iuſtus: tunc etſi fideles inſtruere poſſet, ad vitæ ſanctitatem informare vel in ipſa cōtine-
re nō poſſet. ſecūdū ꝙ dicit Chryſoſtomus ſup illđ. Vos eſtis ſal terræ. Doctor om̄ibus virtutibus
debet eſſe ornatus, vt pigros circa bona opera valeat promouere magis ſuo exemplo q̄ voce. Bona
conuerſatio ſacerdotis ſine verbo tenet quidem ſanctos in ſanctitate per ſuum exemplum: adduce-
re vero ignorantes ad ſcientiam veritatis non poteſt. Verbum adducere quidem ignorantē ad ſciē
tiam veritatis & ſine conuerſatione bona poteſt: tenere aūt in fide vel ſanctitate abſqꝫ bona conuer
ſatione non poteſt. Magis vero ſcandalizat. Reuera etſi bonos valde adducere poſſet ad cognitio- M
nem veritatis, malos tamen magis a veritate auelleret. ſecundum ꝙ dicit ſuper illud. Sic luceant
opera veſtra bona. Qui non facit (inquit) quod docet, non alios docet: ſed ſeipſum condemnat.
Et melius eſt facere & non docere q̄ docere & non facere: quoniā qui facit etſi tacuerit aliquos cor
rigit ſuo exemplo: qui autem docet & non facit: non ſolum neminem corrigit: ſed ad hoc mul-

tos ſcandalizat.Quis enim non moueatur ad peccandum,cum viderit ipſos doctores pietatis pec-
catores &c.ſecundum ꝙ ibidem pertractat.Hinc etiã dicit Grego.i.paſt.In ipſo magiſterio lingua
confunditur,quando aliud agitur & aliud docetur,quia qđ verbis prædicãt moribus impugnant.
Et ideo cuius vita deſpicitur,reſtat vt eius prædicatio contemnatur:econtrario autem illa vox li-
bentius auditorũ cor penetrat,quã dicentis vita commendat:quia qđ loquendo imperat,oſtẽden-
do adiuuat vt fiat. Vnde ſicut ſerra non dentata ad finem regulariter ſecandi attingere non poſ-
ſet.Sic nec doctor ſi ſanctitatis conuerſatione non fuerit informatus alios ſalubriter inſtruere po-
teſt.Dicendum ergo ꝙ doctor idoneus huius ſcientiæ non ſolum debet eſſe inſtructus vt vera do
ceat,ſed bonus & iuſtus vt eadem faciat.Et ideo ſuper illud Actuum.i.Cœpit Ieſus facere & do-
cere.dicit Gloſ.Bonũ doctorẽ iſtruit,quia qđ docet facit.id eſt pri⁹ eſt facere,poſtea docere:ne ver
bum opere deſtruatur.Vnde ſuper illud Matthæi.v.Vos eſtis ſal terræ.dicit Chryſoſtom⁹. Prius
vocauit eos ſal,poſtea lux,quia primum eſt bene viuere:ſecundum autem bene docere. Nam per
bonam conuerſationem aſcenditur ſine dubio ad ſcientiam, per ſcientiam autem neſcio ſi ad bo-
nam conuerſationem omnino peruenitur. Perpendi quidem ſcientes ſine timore dei multos : ti-
mentem autem deum ſine ſcientia vidi nullum.peccator ergo aut iniuſtus non debet eſſe doctor
N huius ſcripturę. ℂVerũtamen diſtinguendum eſt propter argumenta & dicta ſanctorũ circa hoc
ꝙ malus & peccator eſt aliquis,aut contra veritatem doctrinę ſentiens ſicut hęreticus, aut contra
veritatem doctrinę agens ſicut peccans in moribus.Malus & peccator primo modo non debet do
cere omnino neq; eſſe doctor huius ſcientiæ, tum quia excommunicatus eſt, tum quia auditores
corrumperet.& ideo dicitur Canticorum.ii.Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vi-
neas.Gloſ.Debellate & deprehendite hęreticos,quia pręcipitia faciunt & ſunt nociui.Secundo mo
do peccator fidelis eſt & ſanam doctrinam habet,ſed vitam non habet.de quo diſtinguendum.
quia aut eſt occultus & bonæ famæ:aut diffamatus eſt ſuper mala vita & manifeſtus.Si ſit occul-
tus, aut ergo peccat ex ipſo actu docendi, quia docet ad quæſtum, aut vanam gloriam: aut eſt
peccator ex actu alio.puta inuidus vel cupidus,& huiuſmodi.Primus ſeipſum occidit,& ideo non
debet q̃tum eſt de ſe docere,ſed ſeipſum retrahere.Vnde ſuper illud Philip.i.Dum eñ omni mo-
do &c.dicit Gloſ.Species doctorum diſtinguit bonorum & malorum,qui omnes Chriſtum annũ-
ciant:ſed non eodem modo.Mali enim nec ſimplici nec veraci animo Chriſtum annunciant: boni
O autem puro & fide ſyncera:omnes tamen euangelio proficiunt.& ſequit̃ in gloſſa.Tres inuenimus
perſonas,paſtoris,mercenarii,furis. Paſtor in veritate veritatem annunciat. Mercenarius vero oc-
caſione veritatem annunciat. Fur & latro veritatem negat & tollit. Diligendus ergo eſt paſtor,
tolerandus eſt mercenarius, cauendus eſt latro. Mercenariũ appellat qui ad quæſtum prædicat.
Furem vero hæreticum qui falſa prædicat.Paſtorem autem qui vera & propter deum prædicat:
Sicut dictũ eſt de doctore fure qui hæreticus eſt & peccat in doctrina:ſimiliter dicunt aliqui de ſe
cundo:dicendo ſcilicet de mercenario & omni qui peccat in moribus, & eſt occultus, ꝙ quilibet
peccator quantumcunq; occultus in docendo id cuius contrarium agit peccat.& ideo docere non
debet,quia nemo debet facere quo ſeipſum condemnat. Sed hoc non videtur rationabile. Si enim
peccator exiſtens in peccatis per bona opera de genere bonorum poteſt ſe diſponere ad gratiam
de congruo:inconueniens eſt dicere eum in illo peccare.Cum ergo poteſt facere,& expedit ei alia
P opera de genere bonorum quæ vergunt in vtilitatem proximi : multo fortius & opus docendi
quod multo magis vergit in proximi vtilitatem q̃ plura aliorum. Si ergo ſit peccator occultus
in moribus non ex actu docendi:nec contra veritatem doctrinę ſentiendo,vt non ſit excommuni-
catus:dicendum ꝙ talis licet occulte agat cõtrarium ei qđ docet,quia in hoc vtilis eſt aliis, & hoc
eſt ſibi proficuum ſicut & alia opera miſericordiæ facta in mortali, bene licitum eſt ei docere,&
poteſt eſſe doctor.Hinc dicit Anaſtaſius papa diſ.xix.in ca.Secundum.Nõ quæratur quis vel qua
lis prædicet:ſed quid prædicet.Qui vero ſuper vita mala manifeſtus eſt & diffamatus, ille quan-
tum eſt ex parte ſui omnino docere non debet, quia ſcandalizat. ſecundũ ꝙ dicit Chryſoſtomus.
Qui cum ſeipſum docere nequiuerit alios emendare conatur,irriſioni expoſitus eſt plurimorum
cum verbis eius clariores hominum voces reclament.ſecundum ꝙ dixit Chriſtus primis doctori-
bus Matthæi.v.Vos eſtis ſal terræ : & ſi ſal euanuerit in quo ſalietur? ad nihilum valet vltra niſi
vt mittatur foras,& conculcetur ab hominibus. Gloſ. interline.Irridentur a carnalibus dum con-
temnitur eorũ vita,& ideo maiorem ſibi damnationẽ acquirunt.De iſto tñ ſciendũ:ꝙ ſi ſanã doctri
nam habeat, quouſq; ab eccleſia permittit̃,& ab officio nõ repellit̃,quãtũ ex eſt parte fideliũ audiri



poteſt & debet. Iuxta illud qđ dominus dicit Matth.xxiii. Super cathedram Moyſi ſederunt
Scribę & Phariſęi.omnia ergo quæcũq; dixerint vobis ſeruate & facite.ſcđm opera eorũ nolite
facere.Super cathedrã ſe.Gl.Docentes doctrinã quã Moyſes docuit.Quęcũq; dixerint.Gl.Ad
cathedram pertinentia.Seruate & fa.Gl.Corde & opere:propter cathedram:non ꝓpter vitam.
Si vero ab eccleſia repellantur:tunc nec omnino ſunt audiendi.ℂAd prima duo argumẽta pa Q
tet reſponſio ex dictis: q̃a procedunt de doctore mercenario:qui ꝓpter aliorum vtilitatem do Ad pri.
cere poteſt ꝑmiſſus.quãtũ tñ eſt ex ꝑte ſui docere non deberet:quia officium doctoris non tã prin.
requirit verba q̃ facta:vt dictum eſt. ℂPrimũ argumentũ in oppoſitum procedit de illo qui R
perfectus debet eſſe doctor:& de iure quãtũ eſt ex ꝑte ſui.nihilominus tñ qui non eſt talis q̃lis Ad pri. in
ibi deſcribitur bene poteſt eſſe doctor ex permiſſione:ſicut dictum eſt. ℂAd ſecundum:ꝙ do- oppoſitũ.
cere ſine opere ſe condemnat:Dicendum ꝙ verum eſt:maxime cum ſcandalizat.Et ideo quan Ad ſcđm.
tum eſt ex parte ſui doctor talis eſſe non debet.quia tamen ab eccleſia permiſſus eſt:docere po
teſt & audiri:vt dictum eſt.

CIrca Sextum arguitur: ꝙ primi doctores huius ſcientiæ ſimplices & idiotę S
eſſe non debebant.Primo ſic.tales debebant eſſe primi huius ſapiẽtię docto- Queſt. VI.
res:per quos mundus facilius ad fidem poſſit conuerti: quia ad hoc docebãt Arg. 1.
hanc ſcientiam fidei.Mundus autẽ facilius potuit conuerti per tales quales
erant ſapientes huius mundi.ergo &c.Probatio minoris per Chryſoſtomũ:q
dicit ſup illud Matth.ii.Vidim⁹ ſtellã ei⁹.&c.Miſſi(inq̃t) ad totius orbis ſa-
lutem magiſtri de cuiuſlibet ipſorum more gentis modos ſibi aſſumũt do-
cendi.Sed mos cõmunis gentiũ tunc erat non credere niſi quod naturali ratione poſſet inue-
ſtigari. ſcđm ꝙ ſuper illud.i.Corin.i.Iudęi ſigna q̃runt,gręci ſapiẽtiã.dicit Gl. Quęrũt.ſ.vtrũ
qđ prędicatur natura patiatur. ℂSecũdo ſic.Illa ſcientia q̃ ſoli auctoritati nõ naturali rationi 2
innititur,neq; docetur niſi vt ei credatur,per illos debuit primo doceri ꝑ quos maxime ei cre-
deretur.tales erant ſapientes mundi:non idiotę:quia illis ſolet credi:iſtis non.ergo &c.ℂIn cõ In oppoſi.
trarium eſt Gl.Io.i.quæ dicit.Nathanael peritiſſimus ſcripturarũ,quia doctiſſimus,non eſt in
apoſtolatum electus.Omnes enim apoſtoli primo de idiotis ſunt aſſumpti. ſcilicet vt confun-
dantur ſapientes.

ℂDicendum ad hoc: ꝙ proculdubio primi doctores huius ſcientiæ ſimplices & T
idiotę electi ſunt. Scđm ꝙ dicit Auguſtinus.xxii.de ci.dei. Ineruditos liberalibus diſciplinis: Reſponſio.
& omnino quantũ ad iſtorũ doctrinas attinet impolitos,non peritos grãmatica, non armatos
dialectica,nec rhetorica inflatos:piſcatores Chriſtus cũ retib⁹ fidei ad mare ſeculi pauciſſimos
miſit:atq; ex omni genere tã multos piſces:& tãto mirabiliores quãto rariores:etiã ipos p̃hos
cepit.Et quare tales Chriſtus mittere debuit & voluit:triplex eſt ratio. quarum Prima eſt: ꝙ
ſcientia iſta quia non innititur humanę rationi:neq; humano teſtimonio, ſed primæ veritati:
vt dictum eſt ſupra: per tales debuit doceri ab initio:per quos ſumme poſſet apparere auctori
tas primę veritatis in ea:nec eã eſſe fulcitam alicuius humanę rationis aut inuentionis indu-
ſtria.tales erant ſimplices & idiotę.Contra tales eñ nulla erat ſuſpitio: ne humana inuẽtione
eã cõfinxiſſent:& ne naturali ratiõe populo eã ad credẽdũ ſuaſiſſent. ſicut fuiſſet ſi ꝑ ſapiẽtes
mũdi eam ab initio docuiſſet.Vnde Greg.exponens illud Iob. Ligabit eum ancillis ſuis. dicit V
xxxiii.Moral.Bene dñs Leuiathã nõ ſeruis ſuis: ſed ancillis ſe ligare aſſeruit:quia ad noſtram
redẽptionẽ veniens:& ſuos cõtra mũdi ſapientiã ꝑ̃dicatores mittens:relictis ſapientibus inſi-
pientes,relictis fortibus debiles,relictis diuitibus pauperes elegit.Vnde in euangelio domin⁹
Nathanael laudat:nec tñ in ſorte ꝑ̃dicãtiũ numerat:quia ad ꝑ̃dicandũ tales venire debuerãt:
qui de laude propria nihil habebant:vt tanto ſolius veritatis cognoſceretur eſſe qđ agerent:
quanto & aperte cerneretur quia ad hoc agendũ idonei non fuiſſent. Vt ergo mira potentia
per ꝑ̃dicatorum linguas clareſceret:mirabilius actum eſt vt eorũ prædicãtiũ nulla eſſet. Idcir X
co ergo hæc ſcientia ꝑ ſimplices & idiotas:& nõ ꝑ alios ab initio doceri debuit: vt ex eoꝝ ſim
plicitate & doctrinæ efficacia in cõuertendo totũ mũdũ cõfunderent̃ ſapiẽtes:& relicta vana
mũdi ſapientia:ad veram ſapientiã dei diuerterẽt:& ſic per verã ſapientiã falſam ſapientiã de
strueret.Et hæc eſt ratio quã aſſignat Apl's.i.Corin.i. Non me(inquit) miſit deus baptizare:
ſed euangelizare:non in ſapiẽtia verbi:vt nõ euacuet̃ crux Chriſti.Gl.i.non in ſapientia p̃hoꝝ
in lepore & ornatu verborũ:quia ꝑ̃dicatio Chriſtiana nõ indiget pompa & cultu ſermonis:ne
videat̃ eſſe ex verſutia & calliditate humanę ſapiẽtię:nõ ex veritate. Ibi eñ cõpoſitio verboꝝ
quęrit̃,vbi teſte virtute nõ cõmẽdat ſe ipſa veritas.ſicut in ſapientia mũdana.Sequit̃ in aplo.

Scriptum eſt enim. Perdam ſapiẽtiã ſapientiũ,& prudentiã prudentiũ reprobabo. vbi ſapiẽs?
vbi ſcriba,vbi inquiſitor huius ſeculi?Gl.Id ſcriptũ eſt in Abdia.Sapientiã mũdanã & pruden
tiã eliminabo a ꝑdicatoribus euangelii: vt tales ſapientes inter ꝑdicatores non recipiã.Scriba
eſt,qui de moribus & artibus ꝑcepta dat. Inquiſitor qui ſecreta naturę rimatur.tales non reci
pit deus inter ꝑdicatores:ſed ſtultos.Vnde ſequit. Nonne ſtultam fecit deus ſapientiã huius
mũdi?Nã quia in dei ſapientia nõ cognouit mũdus per ſapientiã deũ,placuit deo per ſtultitiã
prędicationis ſaluos facere credẽtes.Gl.i.per ꝑdicatores imperitos mũdanę ſapientię,qui ſtulti
Y videbantur.¶Secũda ratio eſt:quia ſi ſapientes,potẽtes,& nobiles electi fuiſſent:non ſolũ fidei
& ſcientiæ hæc virtus ꝑdicationis: ſed conditioni talium aſcriberetur: vt dicit præcedẽs ra-
tio.ſed & ipſi propter tales conditiones ſuas ad hoc viderentur electi:& ita ex hoc in ſe ſuper-
Z birent.Ne igitur hoc contingeret:tales nõ elegit:ſed ſimplices,pauperes,& infirmos. ¶Tertia
vt mundi ſapientes confunderet:qui non potuerunt ad ſuam ſectam ſaltem vnam conuertere
gentem:quando viderunt ad apoſtolos per eorum prædicationem conuerti totũ mundũ.Has
rationes duas ſimul aſſignat apoſtolus cum dicit.i.Corin.i.Videte enim vocationem veſtram
fratres.quia non multi ſapientes ſcd̃m carnem,non multi potentes,non multi nobiles,ſed quę
ſtulta ſunt mundi elegit deus,vt confundat ſapientes:& infirma mundi elegit deus vt cõfun
dat fortia:& ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus,& ea quæ non ſunt,vt ea quę ſunt
deſtrueret:vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.Gl.i. Videte per quos inſipientes &
infirmos vos vocati eſtis: qui tñ confuderunt ſapientes & fortes. Venit humilis deus q̃rens
humiles non altos: quia etſi primum elegerit pauperes, infirmos,& indoctos, non tñ reliquit
ſapientes,diuites,& nobiles:Sed ſi eos eligeret primos:merito taliũ rerum ſibi viderẽtur eligi:
atq; inflati de his rebus ſalutem humilitatis non reciperent.Ideoq; non elegit reges:vel ſenato
res:vel phos:vel oratores:immo elegit plebeos:pauperes:ĩdoctos piſcatores. Niſi fideliter præ
A cederet piſcator:non humiliter ſequeretur orator. Vnde Auguſt. i.ꝑ ſup Io.ſer.vii.Si doctus
eligeretur fortaſſis ideo diceret ſe electum:quia doctrina eius meruit eligi. Domin⁹ igit Ieſus
Chriſtus volens ſuperborum frangere ceruices:non quęſiuit per oratorem piſcatorem: ſed de
piſcatore lucratus eſt imperatorem. Magnus Cyprianus orator:ſed prior Petrus piſcator:per
quẽ poſtea crederet non tm̃ orator:ſed etiam imperator.Nullus nobilis primo electus eſt:nul-
lus doctus:quia infirma mundi elegit vt cõfunderet fortia. Eratq; Nathanael magnus & ſine
dolo,hoc ſolo non electus ne cuiq̃ videretur dominus doctos elegiſſe.Et de verbis apoſtoli ſer.
xxvi.Petrus piſcator fuit:& modo magnam laudem habet orator ſi poterit ab illo intelligi pi
ſcator.Si enim eligeret primitus Chriſtus oratorẽ,diceret orator:eloquentiæ meæ merito ele-
ctus ſum. Si eligeret ſenatorẽ: diceret ſenator,dignitatis meæ merito electus ſum.Si eligeret
imperatorem:diceret imperator:poteſtatis meæ merito electus ſum.Quieſcant & differantur
iſta paululum: quieſcant:non omittantur:ſed aliquantulum differantur cum poſſunt gloria
ri de ſemetipſis in ſemetipſis.Da mihi(inquit) illum piſcatorem:da mihi idiotam:da mihi im
peritum:da mihi cui non dignatur loqui imperator: nec quãdo emit piſcem: ipſum(inquit)
da: hunc ſi impleuero manifeſtum eſt ꝙ ego facio: q̃q̃ & imperatorem & ſenatorem & orato-
rem ego ſum facturus:ſed citius piſcatorem.Poteſt ſenator gloriari de ſemetipſo : poteſt ora-
tor:poteſt imperator: nõ poteſt niſi de Chriſto piſcator.Prius ergo veniat piſcator:per ipſum
B melius adducetur imperator.Sed quid eſt?nũquid Paulus doctus electus eſt?Reuera vtiq;:ſed
doctrinam ſuam ſubiecit:qđ facere oportuit.ſecundum ꝙ ſuper illud,Perdam ſapientiam. di-
cit Gl.Inter prædicatores: inter quos eſſe voluit: ſapientiam illam abiicere oportuit.Et cum
hoc Paulus fuit iuuenis : vnde doctum ipſum fore nondum conſtitit: nec doctrina ſua vſus
fuit.ſecundum ꝙ ipſe dicit.i.Corin.ii. Ego cum veniſſem ad vos fratres: veni non in ſublimi-
tate ſermonis aut ſapientiæ annuncians vobis te.Chriſti &c.Gl.Qui erã ſapiens,fui quaſi nõ
eſſem ſapiens:vt logicis rõnibus vterer:aut phicis ſpeculationibus illud confirmarẽ.ſed in ſer
mone meo oſtendi me habere ſpiritum & virtutem in miraculis faciẽdis:vt fides noſtra nõ at
tribuatur homini:ſed deo:quia non in verbis:ſed in virtute eſt:non humana ratione compre
henſibilis:ſed ſpiritus efficacia credibilis.ſecũdum ꝙ apoſtolus ad Hebr.ii.loquens de initio
prædicationis fidei:dicit.Quę cum initium accepiſſet enarrandi per dominũ ab eis qui audie
runt, in nos confirmata eſt conteſtante deo ſignis:& prodigiis: & portentis : & variis virtu-
C tibus:& ſpiritus ſancti diſtributionibus ſecundum ſuam voluntatem. Et hoc totum factum
eſt:vt vis prædicationis: non humanæ ſapientiæ:ſed diuinæ virtutis eſſe oſtenderetur.ſcd̃m
ꝙ ibidẽ dicit Gl. Per qđ oſtẽdit ꝙ verbũ prædicationis nõ ſimpliciter eſt eis creditum:ſed per



ſigna & prodigia.Ideoq; dum credimus,nõ illis:ſed deo credere declaratur:non ſcd̃m meritũ
hominũ:ſed ſecũdum ſpiritus volũtatem.Et hoc eſt qđ dicit Apoſtolus ĩ dicto verbo.Et ego
(inquit) cum veniſſem ad vos fratres:veni non in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ annun
ciãs vobis teſtimoniũ Chriſti.Non enim me iudicaui ſcire aliq̃d inter vos niſi Ieſum Chriſtũ
& hunc crucifixũ:& ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos: & ſermo &
prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis : ſed in oſtenſione ſpiritus &
virtutis:vt fides noſtra non ſit in ſapientia hominũ:ſed in virtute dei. vt expoſitum eſt ſcd̃m
Auguſtinũ.Vel poteſt dici de vocatione Pauli ſapiẽtis, ſcd̃m ꝙ dicit Gl.ſuper illud.Nõ mul
ti nobiles &c. Non ait (inq̃t) nulli: forſitan pro ſe:qui ſolus inter apoſtolos ſeculariũ literarũ
peritus:& terrenarũ opũ diues.& Romanæ dignitatis parentela conſpicuus fuit : qui tñ hęc
nihil pendit:nec vſus eſt eis.ſcd̃m ꝙ iam oſtenſum eſt.
¶Ad primũ in oppoſitũ:ꝙ mũdus facilius potuit conuerti per ſapiẽtes:Dicẽdum D Ad pri. prin.
ꝙ non eſt verum: quia per ſapientiam mũdi nõ potuiſſet mundus deũ cognoſcere neq; recipe
verbũ fidei: ſed ſolũ per virtutẽ ſpũs opantis ĩterius ꝑ gratiã,& exterius ꝑ miraculoꝝ poten-
tiam.Ne ergo id qđ fieret per ſpiritus virtutẽ,aliquo modo aſcriberetur humanæ ſapiẽtię,pla
cuit deo per ſtultitiam ꝑdicationis.i.per prædicatores imperitos ſaluos facere credentes:vt di
citur.i.Corin.i.Vnde dicit Auguſtinus in principio de vera rel.Non ſic iſti Socrates & Plato
nati erant: vt populorum opinionem ad cultum verũ dei veri a ſimulacrorũ ſuſpitione atq;
ab huius mũdi vanitate conuerterent. Et (vt dicit ibidem) ſi quęſitum fuiſſet a Platone an
ille homo eſſet diuino honore dignus : qui talia populo perſuaderet qualia eccleſiæ ꝑ Chriſtũ
& apoſtolos ſunt ꝑdicata:reſpondiſſet nõ potuiſſe ab homine hoc fieri niſi quẽ ipſa dei virtus
atq; ſapiẽtia:nec hoĩm magiſterio:ſed intima illuſtratione illuſtraret:vt dictum eſt ſupra.Vñ
ad hoc ꝙ ſuaderent cuiq; ſcd̃m morẽ ſuũ: ſufficiẽter ſuadebat eis ſpiritus: nec oportebat eos
ad hoc aliter fuiſſe edoctos.¶Ad ſecũdũ:ꝙ huic ſapiẽtiæ plus crederetur per ſapientes mũdi: E
Dicẽdũ ꝙ verũ eſt ſi apoſtoli propria auctoritate eam docuiſſent. Sed quia docuerunt eam in Ad ſcd̃m.
diuina virtute per ſapientię ſpectamina operante interius,per miraculorũ opera fulgente exte-
rius:vt etiã ipſi ſapientes mũdi ſtupefierent:per hoc magis creditũ eſt idiotis: quia nulla erat
contra eos ſuſpitio:quin ſolũ diuina virtute non humano ingenio ea ſuaſiſſent: quæ fuiſſent
contra ſapientes mũdi aliquo modo.Vnde & talis conuerſio mũdi maximũ veritatis fidei eſt
argumentũ.Hinc eñ dicit Chryſoſtomus.Quę ſapientes ſeculi ne per ſomnũ quidẽ imaginari
aliquãdo potuerũt,hæc iſti cum aſſeueratione manifeſta annũciant: atq; perſuadent ſubiugan
tes fidei nõ duos:nõ viginti:nõ centũ:aut mille:aut decẽ millia:ſed vrbes & gentes,terram ac
mare, Græciã ſimul ac Barbariam, habitabiles partes orbis ipſumq; deſertũ:& certe ea pſua-
dent:quæ naturã noſtram longe videntur excedere.Hęc autẽ a piſcatoribus ꝑdicata ſunt, ex-
agitatis vndiq; & ſepius verberatis,abſq; vllo loquentibus cultu & arte verboꝝ:& imperiti &
eruditi: & ſerui:& liberi:& reges:& milites:& Gręci:& Barbari cũ reuerentia ſuſceperunt.Et
ideo dicit Apoſtolus.ii.Corin.x.Arma militię noſtrę non ſunt carnalia:ſed potentia deo ad de
ſtructionẽ munitionũ:conſilia deſtruentes & omnẽ altitudinẽ extollẽtẽ ſe aduerſum ſciẽtiam
dei:& in captiuitatem redigẽtes omnẽ intellectum in obſequiũ Chriſti. Arma militiæ noſtræ.
Gl.Virtutes & miracula,per quæ in ꝑdicatione militamus. Sed potentia deo.i.per deũ. Oẽm
altitudinẽ.i.profunditatẽ ĩtellectus tam legiſperitorũ:q̃ phoꝝ.In obſequium Chriſti.i.vt fidei
Chriſti cui ante repugnauerũt,humiliter obediant.Vnde & in talib⁹ armis etiã Chriſtus mi
litauit: nec aliter doctrinã ſuã confirmare voluit. Scd̃m ꝙ dicit Chryſoſtomus ſuper Matth.
Nec ideo credebatur Chriſtus facere virtutes:quia veritatem prędicabat: ſed ideo credebatur
veritatem prædicare:quia poterat facere virtutes.

Circa Septimũ arguit: ꝙ nec doctores poſteriores ꝑiti debent eſſe vel inſtructi F
ſapientia ſeculari:ſed ſimplices.Primo ſic. Vbi eadẽ eſt cauſa,& idẽ effectus. Quęſ.VII.
Sed eadem eſt cauſa eſſendi ſimplices poſteriores doctores & priores: vt pa- Arg.1.
tet:quia ſicut fidei generatio diuinę virtuti eſt aſcribenda:ita & eius conſer-
uatio: & ſicut illi ſi ſapientes vocarentur conditioni ſuæ poſſent vocationẽ
ſuam aſcribere: ita & iſti.ergo &c.¶Secũdo ſic.non plus virtutis requirit ad 2
minus q̃ ad maius. immo potius minus.Sed plus eſt fidei initium fundare,q̃
fundatã multiplicare:quia ſcd̃m phm,Principiũ maximũ & difficillimũ eſt ĩ vnoquoq;.Quare
cũ ad fidei fundationẽ nõ req̃rit primos doctores peritos eſſe & inſtructos: ſed magis cõtrariũ
vt dictũ eſt:multo fortius nec ſequentes doctores requiritur ꝑitos eſſe: ſed contrariũ magis.

In oppoſi. ¶In contrariū eſt illud Aug.iii.de doc.Chriſtia.in fine. Vnuſquiſq; de ſocietate gētiliū exiens
liberales ſcientias debet ab eis aſſerere ad vſum iuſtū p̄dicandi euāgelii.& ſup illud Exo.v.Ve
eamus viā triū dierū in ſoli.Gl.Triū dierū iter ꝓficiſcimur,ſi rōnalē,moralē,naturalē ſapiētiā
de rebus mūdialibꝰ auferētes ad inſtituta diuina cōuertimꝰ. Sed poſt primos doctores multi
taliū ad fidē de ſocietate gētiliū exierūt edocti ſciētiis liberalibus,facti doctores huiꝰ ſciētię,vt
Dionyſius,Victorinus,& cęteri hmōi. ergo nō ſimplices eſſe debebāt: ſed potius edocti.
G Reſponſio. ¶Dicendum ad hoc: ꝙ ſicut in cognitione naturali innata eſt nobis via a cauſa-
tis & compoſitis rerū naturalium & temporaliū ad cauſas earū ſimplices:tanq̄ a nobis notio-
ribus in notiora naturę:& hoc ꝓpter occultationē cauſarū rerū naturaliū:quarū effectus pa-
tent:ſic multo fortius in cognitione rerū ſupnaturaliū æternarū:tum quia elōgata ſunt a no-
ſtro intellectu:tum quia cōſuetudine cognitionis tēporaliū multū impedimur a notitia æter-
norū. Oportet igitur illorū diuinorū notitiā ī nobis incipere a notioribus nobis.Illorū autem
notitia triplex eſt:quædā credendo:quædā intelligēdo:quædā aperte videndo. Quarū prima
eſt inferior & nobis magis proportionabilis:& diſponit ad ſecūdā:quia Eſaię.vii.dicitur. Niſi
credideritis,nō ītelligetis.& ambę diſponūt ad tertiā.Primę duę ſunt vitæ huius:tertia vero
eſt vitę futuræ.Nūc autē ſcd̄m Auguſt.qd̄ credimus debetur auctoritati:qd̄ autē ītelligimus
debetur rōni.auctoritas eñ rationi viam p̄parat:ratio autē ad intellectū cognitionēq; pducit.
Sciētia ergo iſta quæ eſt rerū æternarū:vel ad æternitatē relatarum, primo in toto genere hu
H mano velut in vno homine,debuit per fidei auctoritatem fundari: & deinde per rationem in-
tellectus patefieri:quæ in futuro per apertam viſionē debebit manifeſtari.Sicut ergo primi do
ctores in fundando hanc ſcientiam fidei ſolum debebant diuinę auctoritati inniti: & ideo eſſe
ſimplices & immunes ab omni ſcientia mundana quæ innititur rationi: vt dictū eſt in ꝓxima
queſtione:Sic poſt eius fundationē in diuina auctoritate doctores eius ſequētes ad ducēdum
credentes in intellectū & cognitionem creditorum,debebant inniti rationi. Sicut enim primo
rum doctorū principale opus fuit fidem ſuadere:ſic opus poſteriorū principale eſt fidē perſua-
ſam quantū poſſibile eſt homini in via intellectā facere: vt qd̄ mūdus per priores doctores cre
dit,per poſteriores intelligat.& iſte erat congruus ordo:quia niſi p rius credidiſſet: poſtmodū
intelligere nō potuiſſet:ſcd̄m illud p̄dictū Eſaię.vii.Niſi credideritis:non intelligetis. Qd̄ ex-
ponens Aug.dicit in ſer.xxxvii.ſup Io.primę ptis. Ideo credis quia nō capis:ſed credēdo fis ido
neus vt capias.Nam ſi non credis,nunq̄ capies:quia minus idoneus remanebis.Fides ergo mū
I det te:vt intellectus impleat te.Et reuera tunc primo homo fit idoneus vt ad doctoris officiū
accedat:cum fide purgatus diuinorum intellectum perceperit.dicente Orig. ſuper.xvi.Geneſ.
Si fideliter percipiatis auditu, operatur in vobis Iſaac.i.Chriſtus purgat corda veſtra a terre-
nis ſenſibus:& videntes myſteria in diuinis ſcripturis eſſe latentia,& in intellectu proficitis &
in ſpiritualibus ſenſibus incipietis etiam ipſi eſſe doctores: & procedēt ex vobis flumina aquæ
viuæ.Quare cum ratio manuducens ad intellectum & cognitionem ęternorum vtplurimū
eſt ex ſcientiis liberalibus:de rebꝰ creatis:oportet poſteriores & modernos auctores inſtructos
eſſe in ſciētiis ſecularibus de creaturis.Inuiſibilia eñ dei per ea q̄ creata ſunt intellecta conſpi
ciuntur.vt dicitur Ro.i.Et vt dicit Chryſoſtomus ſup illud Matth.vii.Et ecce Centurio.Scri
ptura infallibilis de deo, creatura eſt rerū omniū:quia nihil creatū eſt in mundo: per qd̄ non
manifeſtiſſime deus oſtenditur.In quoꝝ conſideratione(vt dicit Auguſtinus de vera rel.)nō
vana curioſitas exercenda eſt:ſed gradus ad ſemper manentia faciendus(qd̄ vt dicit de quāti
tate animæ)his facilius cōtingit qui bene eruditi ad hoc accedunt:non ſtudio inanis gloriæ:
K ſed diuino amore veritatis accēſi.Nam exercet animū hoc genus diſciplinarum ad ſubtiliora
cernenda:ne luce illorum repercuſſus ea ſuſtinere non valens,in tenebras quas fugere cupie-
bat,refugiat:& affert(ni fallor)argumenta certiſſima quibus qd̄ fuerit inuentum atq; confe
ctum impudentem habeat dubitationem.Idem de ordine libro ſecundo.Ego ſi quid meos mo
nere poſſum,quantum mihi apparet,quantūq; ſentio,cenſeo illos diſciplinis omnibus erudien
dos.Aliter proprie iſta intelligi nullo modo poſſunt. Phia rationem promittit:quę non modo
nō contēnere iſta myſteria:ſed ſola intelligere vt intelligenda ſunt,cogit.Nullūq; aliud habet
officium quæ vera,& (vt ita dicam) germana philoſophia eſt,q̄ vt doceat quod ſit omniū re
rum principium ſine principio: quantuſve in eo maneat intellectus quē vnū deum omnipo-
tentem, patrem & filium,& ſpiritum ſanctum docent veneranda myſteria.Oportet igitur ſe-
L quentes doctores nō ſimplices eſſe:& idiotas: ſed peritos & inſtructos.Vnde qui primo elegit
ſimplices & indoctos: pauperes & ignobiles:non reliquit ſapientes:diuites ; & nobiles ; quos



etſi non elegit primos: elegit tñ ſecūdos.Vnde dicit beatus Greg.xxxiii.Moral.Prius collegit
indoctos:& poſtmodū phos: & non p oratores docuit piſcatores:ſed mira potētia p piſcatores
ſubegit oratores.Eſt tñ diſtinguēdū ex pte eorū q̄ in ſecularibus ſciētiis edocētur: qm̄ eorum M
quę tractātur in ſecularibus ſciētiis q̄dā ſunt quorū notitia etiā pertinet ad iſtam ſcientiā: vt
eſt prima rerum creatio:& alia q̄plurima quæ de creaturis ſunt credenda.Alia vero ſunt quo
rum notitia multū adminiculatur ad declaranda & defendenda ea quæ pertinent ad iſtā ſciē
tiam:vt ea quæ conſiderantur in aliis ſcientiis de anima & de potentiis eius,& plurima conſi
milia.Sunt etiā alia quæ nec ad iſtam ſcientiam pertinēt:nec adminiculantur ad eam.vt ſunt
illa in quibus ſentire contraria nihil fidei obeſt oīno:vt ſunt menſura quantitatis ſolis, lunæ,
terræ:& q̄pluriū hmōi.Eſſe peritum in ſciētiis ſecularibus quo ad omnia iſta,eſt ſupereminē
tis ſcientiæ in ſacro doctore.Non enim neceſſe eſt ad hoc ꝙ ſit doctor idoneus ſacræ ſcriptu-
ræ, ſcire illa quæ ſunt de tertio genere. ſcd̄m ꝙ de notitia taliū dicit Auguſtinus in epiſtola
ad Petrum preſbyterum de origine animæ. Non magnū (inquit) doctrinæ arbitror detrimē
tum iſta neſcire:et ſi de corporū quidē generibus ſubtiliter diſputetur, hoc maiore difficulta
te q̄ vtilitate perdiſcitur. Vnde omniū taliū notitiā vt de numero,& ordine,& motibus cęli:
& cæterorum hmōi,ſcd̄m ꝙ dicit Ambro.in Hexam̄.quia aliena ſunt a noſtro ſtudio & a di-
uinę lectionis ſerie:his qui foris ſunt relinquamus.Vidētur igitur mihi multū iniuriari phis
& ſacrę ſcripturę metas tranſcēdere:qui de talibus q̄ſtiones in ſcholis theologicis p̄ſumūt mo
uere.Hinc dicit Ambr.in Hexam̄.Quid mihi q̄rere q̄ ſit mēſura circuitus terrę &c.vt īfra de
materia iſtius ſciētię.Vnde talia q̄ ſunt a noſtro ſtudio aliena:quia modicū aut nihil admini-
culātur ad ea q̄ ſunt fidei:& aliena ſunt a ſerie lectionis diuinę:quia ſacra ſcriptura non tenet
ea inter credenda:nec adminiculantur principaliter ad illa:nō oportet ſcire doctorē idoneum N
ſacræ ſcripturæ.Scire autē illa quæ ſunt de primo genere.ſ.quę cadunt de creaturis inter cre
denda,licet de eis determinant ſeculares ſcientiæ:ſimiliter & illa quę ſunt de ſecundo genere:
quę licet ꝓprie non ptineant ad materiā ſacrę ſcripturę:nec cōputātur inter credēda: multū
tñ eoꝝ notitia adminiculatur ad declarādū & defendēdū ea q̄ ſunt huius ſcientię: vel etiā ad
impugnādū:quia cōtrarioꝝ eadē eſt diſciplina:Scire inquam talia ptinet ad idoneū doctorem
ſacrę ſcripturę: & quo ad iſtoꝝ notitiā debet eē pitꝰ ī ſciētiis ſecularibꝰ quo ad illa q̄ de eis ſci
re:nō pōt ex tractatu huiꝰ ſciētię.Propter qd̄ dicit Aug.ī pri.iii.de doc.chriſt.Homo q volūta
tē dei &c. vt infra de auditore:an debeat eſſe inſtructus in ſciētiis ſecularibꝰ.Eſt aūt triplex ra Q
tio ꝓpter quā iſti ſecūdi doctores:nō ſimplices:ſed inſtructi eſſe debēt in ſciētiis ſecularibꝰ, vt
dictū eſt.Prima,vt errores ſapiētię mūdanæ contrarii veritati fidei cognoſcant & improbent.
ſcd̄m ꝙ dicit Hieronymꝰ de fidelibꝰ ſciētias phicas diſcētibꝰ.Diſcūt(inqt)nō vt ſequāt:ſed vt
iudicēt atq; cōuincāt.Scd̄a:vt veritates cōtētas in eis agnoſcāt:& ī vſum doctrinę fidei cōuer
tāt.Decret.d.xxxvii.§.Cur ergo.Quidā eas ad eruditionē addiſcūt:vt errores gentiliū legēdo
deteſtētur:& vtilia q̄ in eis īueniūt ad vſum ſacrę eruditionis deuoti īuertāt: Tales laudabili
ter ſeculares literas addiſcūt.Tertia:vt poſtq̄ circa eos diuinæ auctoritatis miracula deficiūt:
quę primos doctores & eoꝝ doctrinā honorabiles reddebāt:ſaltem eis peritia rationis aſſiſtat:
ne deſpicabiles a ſapientibus mūdi habeant:& p eos ſcientia fidei ab infidelibus blaſphemetur
quia vt dicit Auguſtinꝰ de ordine li.ii.loquens de ſciētiis ſecularibus,Quiſqs (inquit) iſta ne
ſciens:non dico de ſummo illo deo:ſed de anima ipſa ſua q̄rere aut diſputare voluerit:tātū er
rabit quantū errari plurimū poteſt. Vñ Hieronymus ſup epiſtolā ad Tit. Riſui patet aduer-
ſus phos diſputās ſi ignorat dogmata phorū. Diſcat ergo ea mēte doctrinā Chaldaicam:qua
Moyſes omnē ſciētiā Aegyptiorū didicerat.Et Auguſtinꝰ.i.ſup Ge.ante finē. Plerūq; accidit:
vt aliqs de cęlo:de terra:de cęteris mūdi huiꝰ elemētis:de motu & cōuerſione:vel etiā magni
tudine & interuallis ſyderū:de defectibus ſolis & lunę:de circuitibꝰ annorū & tēporū:de na-
turis aīaliū:fructuū:lapidū:& hmōi cęteris etiā nō Chriſtianꝰ ita nouerit: vt certiſſima rōne P
vel expiētia teneat.Turpe aūt eſt nimis & pniciosum:ac maxime cauēdū:vt Chriſtianū de his
rebus quaſi ſcd̄m literas Chriſtianas loq̄ntē:ita delirare audiat:vt(quēadmodū dicit)toto cę
lo errare cōſpiciēs riſum tenere vix poſſit. Et nō tā moleſtum eſt ꝙ errans homo,ſed ꝙ aucto
res noſtri ab eis qui foris ſunt:talia ſenſiſſe credūtur: & cū eorum exitio,de quorū ſalute ſata
gimus,tanq̄ indocti reprehendūtur atq; reſpuunt. Cū eñ queq̄ Chriſtianorū in ea re quam
optime norint errare deprehenderint: & vanā ſententiā ſuā de noſtris libris aſſerere: quo pa-
cto illis libris credituri ſunt de reſurrectione mortuorum:de ſpe vitæ æternæ: de regno cęlo-
rum:cum de his rebus quas experiri:vel percipere potuerunt: fallaciter putauerint eſſe con-

Q ſcriptos! De quo ponit exēplū lib.ii.poſt principiū,dicēs.Cauendum ne forte quia ſcriptum in Pſal.eſt.Fundauit terram ſuper aquas. arbitretur aliquis noſtrū aduerſus de ponderibus elementorum ſubtiliter differentes iſti teſtimonio ſcripturæ eſſe nitendū:quia illi nō retenti auctoritate literarum noſtrarum:& neſcientes quemadmodum dictum ſit:libros ſanctos facilius irridebunt q̄ illud repudiabunt : qđ vel certis rationibus perceperunt: vel experimentis certiſſimis probauerunt.Illud nanqꝫ in Pſal.aut figuratiue dictum recte accipi poteſt:Terram fidem ſimplicem paruulorum dictam:quæ per baptiſmum ſolidatur: aut ad literā ſublimia terrarum:vel tegmina ſpeluncarum:quæ ſuperiora ſunt aquis. Opportunum eſt ergo doctores poſteriores huius ſcientiæ inſtructos eſſe literis ſecularibus : ne contra veritates ibi compertas aliquid quaſi ex libris noſtris proferamus.Quid enim (vt ait Auguſtinus) moleſtię,triſtitiæve ingerāt prudentibus fratribus temerarii præſumptores, ſatis dici nō poteſt:cum ſiquādo de praua & falſa opinione ſua reprehendi & conuinci cœperint ab eis qui auctoritate librorum noſtrorum non tenentur:ad defendendum id qđ leuiſſima temeritate vel pertinaciſſima falſitate dixerunt, eos libros ſanctos vnde id probent proferre conantur:non intelligentes neqꝫ quæ loquuntur:neqꝫ de quibus affirmant.

R Ad primū princip. ¶Ad primum in oppoſitum:ꝙ eadem eſt cauſa,poſteriores eſſe ſimplices & priores: Dicendum ꝙ falſum eſt.Priorum enim erat fidem fundare in auctoritate diuina fulgentibus miraculis.Iſtorum autē eſt credita cognita facere perſpicuis rationibus. Et ideo ſicut miracula quæ in illis fulſerunt:in iſtis defecerunt:quia fundata fide opus eorum non erat:ſic rationes quæ in poſteris luxerunt: in illis opus non habebant:vt dictum eſt.Sed dicet aliquis:ꝙ ſicut fides diuina virtute ſola generata eſt in principio : ſic & in omnes poſteros generatur & conſeruatur:ergo ſicut miracula erant neceſſaria ad generationem fidei in illis: ita & ad generationem & ad conſeruationem in iſtis.Dicendum ꝙ fidei generatio & cōſeruatio in poſterioribus diuinæ virtuti interius operanti per gratiam aſcribenda eſt:ſicut & generatio in prioribus:non tamen operanti exterius per miraculorum ſplendorem in noſtris doctoribus: ſed per lucem bonorum operum quę debent ſuccedere miraculis.Scđm ꝙ dicit Chryſoſtomꝰ in principio.ii.partis ſuper Matth.Sacerdotis eſt vt doceat.Et quia miraculorum faciendorū non eſt ſemper neceſſitas, doctrinam ſuam bona vita quaſi miraculis factis commendat. Idem ſuper illud.Videns Ieſus turbas aſcendit in montē.Bona conuerſatio ſacerdotis ſine verbo tenet quidem ſanctos in ſanctitate per ſuum exemplum:verbum adducere ignorantem ad ſciētiam veritatis ſine conuerſatione bona poteſt,tenere autem in fide vel ſanctitate abſqꝫ conuerſatione bona non poteſt:magis vero ſcandalizat. Nec poteſt cōuerſatio fidei vel poſteriorum doctorū vocatio vllo modo eorum induſtrię aſcribi: quia certum eſt hoc qđ dicunt nō eſſe verum niſi ex auctoritate priorū:quā in ſcripturis ſuis nobis reliquerūt. Vñ poſtq̄ deus fecit qđ in ſe eſt fidē fundādo:homo debet facere qđ in ſe eſt ipſam manifeſtando:& ad hoc totis viribus ſtudere:vt dictum eſt ſupra:quia ipſa ſapiētia dicit : Qui elucidant me:vitam æternā habebūt:nec

S Ad ſcđm. ſolum ſapientiæ claritatē elucidando ſed & ſanctitatem vitæ confirmando:vt dictum eſt.¶Ad ſecundū: ꝙ plus erat fidem fundare q̄ declarare vel cōſeruare:Dicendum ꝙ verū eſt.& ideo plus virtutis requirebat fundatio,nō humanæ:ſed diuinæ vt dictum eſt.

## Artic.XII.de auditore Theologiæ.

Artic.XII. SEquitur de auditore ſacrę ſcripturę:circa quē q̄runt̄ duo.

Primum:qualis debet eſſe auditor huius ſcientiæ.

Secundum:quomodo poterit eam addiſcere.

¶Circa primum vero queruntur octo.

Primū:vtrum mulier poſſit eſſe auditor ſacræ ſcripturæ.

Secundum:vtrum iuuenis.

Tertium:vtrum homo peccator.

Quartum:vtrum volens inhęrere naturali rationi.

Quintum:vtrum non inſtructus in ſcientiis ſecularibus.

Sextum:vtrum omnis homo debet eſſe auditor huius ſcientiæ.

Septimum:vtrum quilibet homo ad auditum eius eſt admittendus.

Octauum:vtrum quilibet fidelis ad audiendum eam eſt admittendus.



A Quęſt.I. Arg.i. CIrca primū arguitur:ꝙ mulier poſſit & debeat eſſe auditor huius ſciētię.Primo ſic.qui tenet̄ aliqua ſcire:poteſt & debet ſciētiā audire ex qua illa ſciunt̄ quia niſi audiēdo nō poſſet ſcire illa.mulier tenet̄ ſcire illa q̄ ſunt neceſſaria ad ſalutē:q̄ nō ſciunt̄ niſi ex hac ſciētia : quia ſcđm Aug.ipſa eſt eoꝝ q̄ ſunt neceſſaria ad ſalutē.ergo &c.¶Scđo ſic.Nullū ipfectū debet impediri a pſecutione ſuę pfectionis:Mulier eſt impfecta in ſciētiis & virtutibus ſicut & vir,q̄ pueniūt ex auditu huiꝰ ſciētię.Prouer.ii.Audiat ſapiētiā auris tua.Et ſequit̄. Tūc itelliges timorē dñi:& ſcientiā dei inuenies.ergo ab auditu huius ſciētię impediri non debet.Poterit ergo eſſe auditor eius.

In oppoſi. ¶Contra.cum iſta ſcientia non legatur niſi lectione publica: quē nō licet diſcere in publica lectione,nō licet audire hāc ſciētiā.mulierē nō licet diſcere i publica lectione.ſcđm illud.i.Cori.xiiii.Mulieres ſi qd volūt diſcere domi viros ſuos interrogēt.Gl.Tm̄.

B Reſponſio. ¶Dicēdū ad hoc:ꝙ nō eſt aliquis auditor ſciētię cuiuſcūqꝫ niſi vt inſtruat̄ in eis q̄ ſunt ſciētię.Et qcūqꝫ eſt inſtruēdus in ſciētia aliqua vel in eis q̄ ptinēt ad ipſam,debet eſſe aliquo mō auditor eiꝰ.Quare cū huius ſciētię ſunt q̄cūqꝫ ſunt neceſſaria ſciri ad ſalutē tā viro q̄ mulieri ſiue in vita,ſiue i moribus:& in his duobus qlibet homo eſt inſtruendus: vñ & pdicatio apl'i de iſtis duobꝰ erat.ſcđm ꝙ ſup illud.i.Corin.ii. Nō iudicaui me ſcire aliqd inter vos: niſi dominū Ieſum Chriſtū.dicit Gl. Sciendū ꝙ Chriſtū pdicat non ſolū qui fidē eius aſtruit: ſed & q mores qbus in ea viuit̄,inſtruit.Non ergo ita accipiēdū eſt qđ hic dixit Apl'us:tāq̄ ea tm̄ dixerit quæ ſunt credēda de Chriſto:ſed etiā q̄ obſeruanda ſunt aut in vita: aut in moribus ei q accedit ad compagē corporis Chriſti.Neceſſe eſt ergo ponere ꝙ qlibet Chriſtianꝰ etiā mulier debeat eſſe auditor huiꝰ ſciētię.

C Verūtamē intelligēdū,ꝙ ſcđm Aug.ix.de ci.d.in his q̄ ſunt fidei & morū homo dupliciter pōt inſtrui.Vno mō vt ſciat tm̄ quid credēdū:& qd agendū ppter adipiſcendā vitā æternā.Alio mō vt ſciat qm̄ hoc ipm opituletur piis: & cōtra impios defendatur.Hoc ſcđo mō nō debet eſſe aliquis huiꝰ ſciētię auditor vt inſtruatur i ea, niſi cuius eſt ſcire pfunda huiꝰ ſciētię:& ea publice aliis ſuadere: & contra aduerſarios defendere Quare cū hoc nō licet facere mulierē:tū qa nō licet eā publice docere:vt dictū eſt ſupra: imo ppter debilitatē ingenii muliebris nō eſt poſſibile eā ad tātā pfectionē huius ſciētię puenire:imo pfundādo ſe i ſcrutādo occulta huiꝰ ſciētię,potiꝰ errādo deficeret q̄ pficeret.Sic.n.ſciēdo vt dicit Aug.hac ſciētia nō pollēt fideles plurimi:q̄uis fide polleāt plurimi: & pauci ſic ad eā ſciēdā pueniūt:vt dicit cōtra epiſtolā fundamēti. Hoc ergo mō mulierē nō licet eſſe auditorē huius ſciētię.Primo aūt mō.ſ.vt ſciat qd credēdū,& qd agēdū tm̄,iterū diſtinguēdū,ꝙ in hoc

D iſtrui pōt dupliciter. Vno mō vt ſciat hō ex ea q̄ ſaluti ſuę ſunt neceſſaria:ſcđm ſtatū ſuū ſibi cōgruētia.Alio mō,vt cū hoc etiā ſciat ex ea q̄ ſcđm ſtatū ſuū ei ſunt icōpetētia.Hoc ſcđo mō adhuc nō licet mulierē eſſe auditorē huiꝰ ſciētię: vt inſtruat̄ ex ea in illis q̄ ſcire eā nō expedit ſcđm ſtatū ſuū.Vñ doctor diſcretus debet mulieri pponere ex hac ſciētia ſolūmō:q̄ ei opus eſt ſcire:& expediēs: & nō vlteriora:etiā ſi ea diſcere velit:quia curioſę ſunt ad ſciēdū mulieres q̄ eis ſcire nō expedit.Hoc ēt Gl.eis phibet ſup illđ.i.Tim.ii.Mulier i ſilētio diſcat.Nihil (inqt) iterrogās diſcat qđ ignorat.Qđ ignorat dico.ſ.ignorātia piculoſa ad ſalutē.de qua dicit Apl's Ignorans ignorabit̄.Vñ multū fatue agunt qui mulieres vltra id qđ decet & expedit eas ſcire ex hac ſciētia inſtruūt:& maxime q eis occulta ſcripturę pandūt:& in vulgari ſermone ſacros libros eis trāſferūt ad legēdū.Audire aūt hanc ſciētiā ad ſciendū ea q̄ ſunt ei neceſſaria ad ſalutē:& expediētia ſcđm ſtatū ſuū:bene licitū ē mulieri:imo opportunū:ſicut & cuilibet hoim.

E Sed tūc diſtinguēdū ē de audiēdo hāc ſciētiā: quia aūt cōtigit eā audire in lectione:qua ſeries ſacrę ſcripturę exponit̄:vel in pdicatione:qua qđ expediēs eſt de ſacra ſcriptura pponit̄.Primo mō nō licet oīno mulierē eſſe auditorē huiꝰ ſciētię.tū qa in lectione pponunt̄ & exponunt̄ ardua & ſecreta ſciētię q̄ nō expedit mulierē audire. tū qa nō licet mulierē hoc mō in publico diſcere.Scđm illud.i.Tim.ii. Mulier i ſilētio diſcat.Scđo mō.ſ.in pdicatione tā publica q̄ priuata licet mulieri hanc ſciētiā audire:quia in pdicatione nō ſunt pponēda vlteriora: q̄ q̄ expediūt ſcđm cōmunē ſtatū ſaluti humanę.De hoc mō audiēdi dicit̄ Deut.xxxi.Leges verba libri huius corā oīnī Iſrael:tā viris q̄ mulieribꝰ: paruulis & aduenis:vt audiētes diſcāt & timeant dominū:& cuſtodiāt impleantqꝫ oēs ſermones legis huiꝰ. Qꝫ ſi vlterius aliqd velit addiſcere nō debet publice pdicatorē interrogare:ſed domi in ſecreto virū ſuū:vel quēcūqꝫ aliū q debet in hoc eſſe ei loco viri.Et hoc eſt quod dicit Apl'us.i.Corin.xiiii. Mulieres in eccleſia taceant. Si quid autē volunt diſcere viros ſuos interrogent.& hoc domi tm̄:vt dicit Gl.Turpe aūt eſt mulierem in eccleſia loqui.Gl.Quia contra diſciplinam eccleſiaſticam eſt.

F ¶Per dicta patet ad primum argumentum reſponſio. bene enim licet mulierem
Ad primũ princip. eſſe auditorem huius ſcientię ad ſciendum ſibi neceſſaria: non alia: & hoc non lectione publica
ſed prędicatione ſiue publica: ſiue priuata. ¶Ad ſecundũ: ꝙ mulier eſt imꝑfecta ſicut & vir
G reſpectu eorũ quæ ſunt ſcienda ex hac ſcientia: Dicendum ꝙ verũ eſt: ſed non eſt ita diſpoſita:
Ad ſcđm. vt ꝑ notitiã eorũ quæ ſunt huius ſcientię perficiatur ſicut vir, vt dictũ eſt. Et ideo nõ ꝑ-
mittitur ei vt ſtudeat ad ꝑficiendũ ſe ꝑ notitiã hui⁹ ſciẽtię in hac vita: niſi quatenus ſufficit
ei vt ꝑueniat ad gloriam ſempiternã: in qua ꝑficietur omne qđ imꝑfectũ eſt hic.

H
Queſt.II. Arg.i. Circa ſecũdum arguitur: ꝙ iuuenis non debet eſſe auditor huius ſciẽtiæ. Pri-
mo ſic. maior requirit maturitas & compoſitio in auditore huius ſcientię q̃
cuiuſlibet ſcientiæ ſecularis: quia eſt ſcientia Chriſtianæ religionis. Sed phs
2 dicit in primo Eth. ꝙ politicę ſciẽtiæ nõ eſt ꝓpri⁹ auditor iuuenis. ergo &c.
¶Secun do ſic. Apoſtolus dicit Heb. vi. Perfectorum eſt ſolidus cibus. ſolidus
In oppoſi. cibus eſt ſacra ſcriptura, vt ibi exponit Gl. & hoc maxime eis qui eã audiũt:
Perfecti autẽ non ſunt iuuenes: ergo eã audire non debẽt. ¶Cõtra eſt illud
Eccli. vi. Fili a iuuentute accipe doctrinã: & vſq; ad canos inuenies ſapiẽtiã. Gl. Qui in iuuen-
tute ſtudet ſanę doctrinę: & in ſenectute dulces fructus metet ſapientiæ. hæc eſt ſana doctrina
a qua expectantur fructus ſapientiæ. ergo &c.

I
Reſponſio. ¶Ad hoc dicendum ſcđm iam dicta: ꝙ loquendo de auditore huius ſcientiæ per
prædicationem ad cognoſcendum credẽda & oꝑãda, prout compeťunt iuueni ſcđm ſtatum
ſuũ: ipſe debet eſſe auditor huius ſcientiæ: nec ab iſto modo audiendi eã aliqua ętas aut ſexus
excluditur. Loquendo autem de auditore a magiſtro ꝑ lectionem ad inueſtigãdũ ſcđm ſeriẽ
ſcripturæ eius occulta myſteria: intelligendũ ꝙ ſicut ſeruus dicitur aliquis proprius & cõue
niens & vtilis dño: q in oĩbus dño ſuo ſe conformat: & obſequit̃: & correſpondet ei in oĩbus
volũtati ſuæ: Seruus autẽ non ꝓprius & incõueniẽs & inutilis q ſe dño ſuo nõ cõformat: neq;
obſequit̃: neq; reſpondet ei in oĩbus voluntati ſuæ: cõſimili modo dicit̃ aliqs auditor ſciẽtię ali
cuius ꝓprius: qui ſciẽtiæ aptus eſt: & in oĩbus ſciẽtiæ ſe cõformat. Dicit̃ aũt auditor nõ pro-
prius, q ſcientiæ nõ eſt aptus neq; cõformis oĩno. Loquẽdo ergo de iuuene inquantũ nominat
ætatẽ minorẽ: qa ratione ætatis lubricus eſt ad vitia: & labilis ĩ ſciẽtia. ſcđm ꝙ dicit̃ Threñ. iii.
ſup illđ. Bonũ eſt viro. Magnũ (inqt Gl.) eſt iuueni ſe a vitiis abſtinere: & lubricę ac ꝑplexę vię
errorẽ fugere. Hęc. n. ętas fragilis eſt: & labilis ĩ ſciẽtia: temeraria. Scđm hoc ergo iuuenis rõne
.ſ. ætatis incõueniẽs & inutilis eſt auditor ſciẽtię huius. Incõueniẽs inquãtũ eſt mẽte & rõne
K inſtabilis: & imꝑfectus. Inutilis inquãtũ eſt ad vitia ꝓcliuis. Quo ad primũ ſciẽdum ꝙ pro-
prius & cõueniẽs auditor huius ſciẽtię debet eſſe talis vt ꝓfundas veritates eius cape poſſit:
& iudicare de his q̃ audit in ſciẽtia, bene dicta accipiẽdo: & cõtraria refutãdo. Hoc aũt nõ põt
facere niſi firm⁹ & ſtabilis ĩ rõne & ĩtellectu: & q notitiã habet aliquã fixã de his q̃ determinat
ſciẽtia. quia vt dicit̃ in principio Eth. nullus bene iudicat: niſi qui nouit. Sed iuuenis ratione
ætatis mente & ratione nõ eſt ſtabilis: nec habet fixã notitiã eorũ quæ ꝑtinent ad hanc ſciẽtiã
quæ maxime ſunt cognoſcibilia fidei. Ideo iuuenis incõueniẽs & inidoneus auditor eſt lectio-
nis huius ſcientiæ: in qua difficiliora tractant̃. ſed prius indiget (ſcđm ꝙ dicit Aplus Hebr.
v.) vt doceatur quæ ſunt elementa exordii ſermonis dei: quia ei lacte opus eſt: non ſolido cibo.
Et ſunt elementa exordii ſermonis dei ſcđm Gl. Simplex doctrina articulorum fidei: quaſi lac
infanti: cui non eſt opus ſolidus cibus. i. doctrinæ quæ eſt de arcanis dei. quia vt dicit cõſequẽ
ter Apoſt. omnis q lactis eſt ꝑticeps: expers eſt ſermonis iuſtitiæ. q ſcđm Gl. perfectis cõuenit
Paruulus eñ eſt: & ideo ſcđm Gl. ſicut puulus q non diſcernit cibos perit ſumendo noxios:
ſic indoctus: q nec bonorũ nec malorũ valet apphẽdere rationẽ, perit cũ ſolida doctrina ei ꝓpo
L nitur: quã capere nõ valet: quia ſumit malũ quãdoq;: & damnat bonũ. Et ideo ſermo lectionis
huius ſcientiæ quo agit vt non ſolũ credatur: verũetiã intelligat̃: ſciatq; qđ dicitur: facilius il-
los premit q̃ paſcit: quoniã vt cõſequẽter addit Apoſtolus, Perfectorũ eſt ſolidus cibus: qui ꝑ
conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali. quod ſcđm Gl. inexerci
tati mente non poſſunt. Et ideo quodam fidei lacte prius nutriendi ſunt, prædicationis verbo
& in notitiam ſimplicẽ literæ ſacrę ſcripturę ad fidei fundationẽ ĩbuẽdi: Sicut Iudæi inſtruũt
M pueros ſuos ĩ veteri teſtamẽto. Qđ ẽt facere vtile eẽt anq̃ puer Chriſtian⁹ ad aliquã aliã ſciẽ
tiã diſcẽdã poneret. ſcđm ꝙ dicit Aug. i. de doc. chriſ. Ille (inqt) erit diuinarũ ſcripturarũ ſoler
tiſſimus indagator: qui primo eas legerit: notaſq; habuerit, etſi nõdũ intellectu, iã tñ lectione,



Nã cæteras ſecurius leget fide charitatis inſtructus: ne pręoccupẽt imbecillẽ animũ, & pericu-
loſis mẽdaciis atq; phãtaſmatibus illudẽtes pręiudicent aliquid contra intelligẽtiã ſanam. &
in fine eiuſdẽ. Cum quiſq; cognouerit finem pręcepti eſſe charitatẽ de corde puro & cõſcien-
tia bona, & fide non ficta, omnem intellectũ diuinarũ ſcripturarũ ad iſta tria relaturus: ad tra-
ctationem illorũ librorum ſecurus accedat. Per hunc modũ dicit phus in principio Ethico. ꝙ
iuuenis nõ eſt proprius auditor ciuilis ſcientię: quia eſt inexꝑtus actuum qui ſunt ſm vitam
ex quibus procedũt rationes ſcientię moralis. Vnde ſicut ibi iuuenis non eſt cõueniẽs auditor
ſcientię ciuilis: quia inexꝑtus eſt actuum ſm vitam: Sic non eſt hic conueniens auditor hui⁹
ſcientię: quia nõ eſt validus & exercitatus ſcibilium quę ſunt ſm fidem. Quomodo autẽ eſt au-
ditor inutilis inquantũ eſt paſſionũ inſecutor, patebit in ſequenti quęſtione proxima.
¶Per dicta patent duo prima argumẽta. Bene enim probant ꝙ non debet eſſe iu N
uenis auditor lectiõis hui⁹ ſciẽtię, ad intelligẽdũ credita & ſcripturę abſcõdita: niſi virtus ſup Ad argu.
pleat ætatẽ: vt confirmatus in fide ſit canus mẽte: licet nõ ętate. Auditor tamen debet eſſe præ pri.
dicationis vel lectionis literalis ſimplicis cognitionis ad credẽda diſcernendum nõ intelligẽdũ:
vt ſupra dictũ eſt. Et ideo dicit Gloſ. ſuper illud Omnis qui lactis eſt particeps. Spirituales (in-
quit) iſta carnalibus nõ omnino taceant propter catholicã fidem quæ omnibus ꝑ̃dicanda eſt:
nec tñ ſic diſſerant: vt volentes eos ꝑducere ad intelligentiã non capacẽ. facilius eñ facient ſa-
ſtidiri in veritate ſermonẽ: q̃ in ſermone ꝑcipi veritatẽ. ¶Per idẽ patet ad argumẽtũ in oppo O
ſitũ: Fili a iuuẽtute accipe doctrinã. Qđ bñ exponit Gloſ. i. ſanã doctrinã. & hoc quo ad ſimpli Ad argu. i
cem notitiã credendorũ, & ex hoc in prouecta ętate aſcendnedo vt ſtudio auditionis expoſi- oppoſitum
tionis huius ſciẽtię intelligãtur credita: & in ſenectute metat dulces fructus ſapientię. ſ. puras
veritates ſcientię huius ꝑcipiẽdo. Vñ ſequit̃ ibidẽ. Quaſi is q arat & q ſeminat: accedet ad eã.
Arat quidem mẽtẽ ad fidẽ parãdo, ſeminat verbũ fidei ſtudio lectionis vt fructificet cõfouẽdo.

Circa tertiũ arguit̃ ꝙ homo peccator debeat eſſe auditor huius ſcientiæ. Pri- P
mo ſic. Aegroto maxime cõpetit medicina. Mat. ix. Nõ eſt opus valẽtib⁹ me- Queſt. III. Arg. i.
dicus: ſed male habentibus. auditio huius ſciẽtiæ eſt medicina cõtra morbũ
peccati. Sap. xvi. Neq; herba neq; malagma ſanauit eos: ſed ſermo tuus dñe
qui ſanat oĩa. ergo &c̃. ¶Secundo ſic. Ille debet maxime eſſe auditor huius 2
ſciẽtię, propter quẽ data eſt. Aliter eñ fruſtra eſſet data propter ipm. Data
eſt autẽ principaliter propter peccatores. i. Timo. i. Iuſtis non eſt lex poſita: ſed impiis & peccato
ribus. ergo &c̃. ¶Contra eſt: qm̃ magis debet eſſe idoneus auditor huius ſciẽtię q̃ cuiuſlibet ſe- In oppoſi.
cularis. ſed peccator paſſionum inſecutor nõ eſt idoneus vt ſit auditor ſcientię ciuilis: ſicut di
cit phus. i. Ethic. ergo &c̃.
¶Dicendum ſecundũ ꝙ dictum eſt ſupra: ꝙ iſta ſcientia non ſolum docet ea quæ Q
ſunt fidei: vt deũ cognoſcamus: ſed etiam ea quæ ſunt vitę & morum: vt boni fiamus. Et ideo Reſponſio.
nõ ſolum requirit auditorem ſibi conuenientẽ: vt cõſequatur finẽ ſcientiæ in cognoſcẽdo ea q̃
ſunt fidei: ſed etiã vt cõſequatur finẽ eius in agendo ea quæ ſunt vitę & morũ. Ab vtroq; autẽ
horũ in audiẽdo deficit malus & peccator: quia ex quo malus eſt: nõ agit q̃ ſunt vitę & morũ.
& per hoc excęcatur ne cognoſcere poſſit credenda q̃ dictant agẽda. ſecũdũ ꝙ dicit Chryſo. ſup
illud Mat. xxii. De reſurrectiõe autẽ mortuorũ nõ legiſtis. Putas ne (inqt) ſacerdotes Saducęo
rũ non legebant ſcripturas: ſed cognoſcere nõ poterãt in eis: quia nolebãt viuere digne deo. Ta
lis eñ eſt ſcriptura nolẽti viuere ſm deum: quẽadmodũ ſi aliquis agricolę non habẽti volunta-
tem pugnãdi exponat bellicam diſciplinã: aut econtra viro bellatori nolenti colere terras agri
culturã exponat. ſi tota die audiat verba expoſitionis illius, nihil intelligere aut cõprehendere
põt: qa nec habet deſideriũ diſciplinę illius. vbicũq; enim fuerit deſideriũ hoĩs illic dirigitur &
ſenſus ipſi⁹. & ideo dicit ſup illud Mat. xxi. Interrogabo vos & ego. Cęcitas ſpiritualis eſt mali-
tia cordis. Sicut aũt cęcus non poteſt aſpicere in ſplendorẽ luminis: Sic nõ poteſt intelligere hõ
malignus myſteria pietatis. Iuxta illud. In maliuolam animã &c̃. Malitia aũt vt dicit phus. vii.
Ethic. corrumpit principium per qđ fit recta æſtimatio de fine & eius quæ ſunt ad finem. Et R
ideo dicitur de peccatoribus. Sap. ii. Excęcauit eos malitia eorum: & neſcierunt ſacramẽta dei.
Hinc dicit Chryſo. ſuper illud Mat. vi. Nolite theſaurizare. Mentis cõfuſione cęcati non facile
poſſunt ea quæ ſunt diſcenda percipere. Hinc dicit etiam phus. i. Ethico. de auditore ſcientiæ
ciuilis, qđ multo fortius debet intelligi de auditore huius ſcientiæa. Paſſionum (inquit) ſecu-
tor exiſtens inaniter audiet & inutiliter. Inaniter. i. ſine vlla efficaci, inquantum deficit a fine

huius ſcientiæ:qui eſt tam credendorum q̃ operandorum cognitio. Inutiliter,inquãtum finẽ
intentũ ſcientię non conſequitur:qui eſt operatio iuxta ea quæ ſunt cognita.Licet em̃ iſta ſciẽ-
tia principaliter ſit ſpeculatiua,docet tamen operanda.& ideo oportet cognitioni operatiões ap
ponere.Si autem neutrum ſequatur,vani & fruſtra ſunt ſermones & auditus.Vnde dicit Cõ-
mentator ſuper primũ Ethic.Oportet auditorem ſi debet proprie & conueniẽter audire,exiſte
S re extra paſſionum ſeruitutem.Etenim iuuenis non tantũ propter ętatem non eſt proprius &
conueniens auditor,q̃tum propter detentionem a paſſionibus:quoniam vinculo malarum co-
gitationum grauatus & ad terrã aſpiciens,ad bonũ reſpicere non poteſt:ſcilicet neqꝫ in cogno
ſcendo,neqꝫ in agendo.Verũtamen intelligendum eſt ſecundũ Auguſtinũ de doctrina chriſtia
na.Cũ ſcientia iſta medicina ſit,qua ſubuenitur morbis humanarũ voluntatum : & ſicut dicit
Chryſoſtomus ſuper Matthęum,Sicut medicina languenti corpori:ſic verbum prodeſt animę
ęgrotanti:& ſicut medicina corporalis dupliciter cõſideraẽ.Vno modo,vt eſt directiua ſiue cõ
T ſeruatiua ſanitatis.Alio modo,vt eſt curatiua ęgritudinis:Similiter & iſta ſcientia.Primo mo-
do auditor huius ſcientiæ nõ poteſt eſſe niſi iuſtus:ſecũdũ ꝙ dicit Chryſo.ſup illud Mat.Vi-
dẽs Ieſus turbas aſcendit in montem.Sup mõtẽ(inquit)ſanctitatis aſcendit qui vult audire pie
tatis doctrinam,quoniam in via morum per hanc ſcientiam dirigi non poteſt:niſi qui in ea in-
uentus eſt.& ſic iſtius ſcientię auditus vtilis eſt ſolum iuſtis ad directionem in via morum &
credendorum.Qui enim boni ſunt ante auditum huius doctrinę ex fide & iudicio legis natu-
ræ & conſuetudine bene operandi,non habẽdo,aliter regulam artificialẽ qua regulentur & mẽ
ſurentur,per auditum ſermonum huius ſcientiæ habent regulam artificialem qua dirigantur
in operandis & credendis: certificati ex ſermonibus huius ſciẽtiæ quæ bene & quę non bene ſe
habent.Et ideo dixit Dauid in pſal.in perſona iuſti. Vtinã dirigãtur vię meę ad cuſtodiendas
iuſtificationes tuas.& ſtatim ſubiungit de directione. Tunc non confundar cum perſpexero in
omnibus mandatis tuis.Gloſ.Qui autem in eis non perſpicit:in quo errat neſcit.Secundo mo
do.ſ. inquãtũ eſt ſicut medicina ęgritudinis curatiua,hoc modo ſumme competit prauo & ſe
cutori paſſionum,ſiue ſenex ſit ſiue iuuenis:ꝙ ſit auditor eius . ſecundum ꝙ dicit Commen-
tator ſuper primum Ethic. Neqꝫ prauis omnino inutilis eſt. Si enim non confeſtin eis ex ipſa
profectus obuiat:ſed tamen cognoſcentes in quanto malo depreſſi ſunt:& q̃ longe ſunt a me-
liori:niſi omnino ſint ſine intellectu,habebunt quẽdam appetitum ad directionem,& ita paula
tim addentes forte perfecte ad melius tranſponentur. Videbitur enim incõueniens corpora a
V ſua curatiua iuuari:Animas autẽ rationes habẽtes ex propria medicina non iuuari. Et ideo di
cit Chryſoſtomus ſuper illud Mat.vi.Lucerna corporis tui oculus tu9 eſt. Te ad viſum redire
impoſſibile eſt : niſi prius didiceris:quomodo cęcatus es.Quomodo ergo es cęcatus ? de mala
concupiſcentia quæ pupillam mentis tuæ, quaſi malignus quidam humor influxit, denſamqꝫ
nebulã prorſus operata eſt.Sed & diminui atqꝫ diſpergi hanc nebulam facile eſt, ſi radiũ doctri
nę Chriſti voluerimus admittere.Et quid(inquit)mihi prodeſt huiuſmodi audire vocem quã
do concupiſcentię vinculis teneor aſtrictus? ſed & ipſam concupiſcentiam diſſoluere maxime
poteſt aſſiduus auditus.Idem ĩ fine libri ſecũdi. Et quid(ait)lucri eſt quãdo quis audit & nõ
attendit adimplere quę dicta ſunt?Non paruus eſt etiã ex ipſo profectus auditu. Nam qui au
dit,& ſemetipſum ſępe reprehendit:& altius ingemiſcit,eo quandoqꝫ perueniet:vt ſtudeat etiã
adimplere qđ didicit.Quia vero nec quia peccauit,cognoſcit:quando a peccatis recedet? quan
do ſemetipſum culpabit?quando emẽdare conabiẽ? Cũ vero ex auditu huius ſcientię quia pec
cauit,cognouerit: tũc primo corrigere ſe poterit velle.ſecundũ ꝙ dicit Orige.ſuper Exođ.Cũ
parũ quid agnitionis acceperit,tunc præcipue geſtorũ ſuorũ tenebras videt: tũc errorũ ſuorũ
caliginẽ ſentit:vt extinguãtur in eo primogẽita Aegypti.Et hoc fit obſeruãdo quæ lex pręci-
pit.Et ideo dicit Dauid in pſal.In quo corrigit adoleſcẽtior viã ſuã?& rñdet.In cuſtodidẽo ſer
mones tuos. Et plius ĩ pdicamẽtis. Prauus ad meliores exercitatiões deduct9 & doctrinas,vel
modicũ aliqd pficiet vt melior fiat. Si autẽ ſemp vel modicũ cremẽtũ acceperit:palã quia aut
X perfecte mutabitur:aut ſatis multum crementum ſumet.Verũtamen de malis & peccatorib9
diſtinguendũ.Aut em̃ omnino ſunt indurati in malitia:vt non ſit ſpes de eorum conuerſione.
aut ſpes de eis poterit haberi.De iſtis intelligẽda ſunt iã dicta.De primis aũt dicẽdũ ꝙ omni-
no inutile eſt eis doctrinæ huius auditores eſſe:quia ex auditu doctrinæ detrahunt & deterio
res fiunt.Vnde dominus Mat.iiii.Nolite ſanctum dare canibus:neqꝫ margaritas mittere ante
porcos.vbi dicit Chryſoſtomus.Canes,hic ſignificãt homines in ĩpietate viuẽtes:ſpemqꝫ omni
no conuerſionis in melius non habentes:porci, in luto luxuriæ iugiter cõmorantes:quos do-



minus ſuper huiuſmodi doctrina pronunciat indignos . Fiunt quippe peiores poſtq̃ didicerint
ſecreta:temerarii magis ea ignota reuerentur.Per hæc patent in parte obiecta.
¶Ad primum ergo in oppoſitum:ꝙ audire hanc ſcientiam maxime competit pec Y
catori,ſicut ęgroto:dicendum ꝙ verum eſt inquantum eſt curatiua ęgritudinis. Inquantũ au Ad primũ
tem eſt directiua ſanitatis,eſt principaliter propter iuſtos & ſanos. ¶Per idem patet ad ſecun- principale. Z
dum.quomodo autẽ ſit ppter peccatores poſita,nõ iuſtos: ſuas habet q̃ſtiões per ſe inquirẽdas. Ad ſcđm.

CIrca quartũ arguitur : ꝙ volens inhęrere iudicio naturalis rationis non poſ- A
ſet auditor huius ſcientiæ eſſe.Primo ſic.i.Corinthi.ii.dicit apoſtolus. Aĩalis Queſt.IIII.
homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei.Stultitia enim eſt illi , & nõ po- Argu.i.
teſt intelligere . cuiuſmodi ſunt illa quæ ſunt huius ſcientiæ : & vt ibi dicit
Glo.Animalis homo dicitur qui de deo iuxta corporum phãtaſias,vel ratio-
nẽ philoſophicã iudicat. ergo volẽs inhęrere iudicio naturalis rationis nõ po
teſt intelligere quæ ſunt huius ſcientiæ:ſed ei ſtultitia videtur.talis non po-
teſt eſſe auditor huius ſcientię:quia auditorem in omni ſcientia oportet credere.ergo &c̃. ¶Se 2
cundo ſic.Omnis auditor ſcientiæ debet iudicare quę audit in ea.Et ideo dicit philoſophus ꝙ
iuuenis non eſt auditor politicę ſcientię:quia non poteſt iudicare de actibus ſecundum vitam.
Sed volens inhęrere iudicio naturalis rationis non poteſt iudicare de eis quæ ſunt huius ſcien
tiæ.ſecundum ꝙ dicit Gloſ.ſuper illud.i.Corinthi.ii.Spiritualis omnia iudicat, & ipſe a nemi-
ne iudicatur.Ideſt(dicit Gloſſa)Spiritualis diſcernit omnia quæ continet diuina ſcriptura, tñ
de deo ſecundum imagines corporum,vel humanã philoſophiam non ſapit, & ipſe a nullo ani
mali hoĩe intelligitur,vtrum bene an male intelligat.ergo &c̃. ¶Cõtra eſt,quoniam ille eſt cõ- In oppoſi.
ueniens auditor huius ſcientiæ qui diſpoſitus eſt vt credibile fiat ei intelligibile: quia vt vult
Auguſtinus in principio ſuper Ioan.ad hoc exponitur ſcriptura:vt intelligatur.talis eſt inhæ-
rens iudicio naturalis rationis:quia ſecundum Auguſtinum ꝙ credimus debetur auctoritati,
ꝙ intelligimus debetur rationi.ergo &c̃.
¶Dicendum ad hoc:ꝙ inhærere naturali rationi contingit dupliciter . Vno mo- B
do vt homo nulli aſſentiri velit,niſi quod naturali ratione poterit attingere , limitem cogno- Reſpõſio.
ſcendorum ab homine infra naturalem rationem ponendo . Alio modo vt limitem cogni-
tionis humanæ infra naturalem rationem non includat : ſed etiam illi rei cui fides ſuper na-
turalem rationem aſſentiendum eſſe dictat,ſine omni contradictione , & abſqꝫ omni naturali
ratione conſentiat, & ſi quid naturali ratione nouerit , in obſequium fidei adducat, nec in ali-
quo propter id quod ſibi ratione apparet , contradicat . Inhærens naturali rationi Primo mo-
do omnino eſſe auditor huius ſcientię non poteſt.Ipſe enim vere animalis eſt,de quo dicit apo
ſtolus.Animalis homo nõ percipit ea quę ſunt ſpiritus dei.vbi dicit Gloſ. Vt partum virginis
& reſurrectionem.Nihil enim æſtimat poſſe fieri,niſi quod nouit quomodo fiat.Vnde non po-
teſt ſcire ſpiritualia,quia improbat ſtatim audita:& ex hoc deterior fit, & amplius excęcatur,
& pręcludit ſibi viam intellectus.Quia vt dicit Auguſtinus contra Adamantiũ,q̃diu ſcriptu
ram lacerare conantur,nullo modo intelligere permittuntur.Idem in eodem.Sancta ſcriptura
non temerarios & ſuperbos accuſatores,ſed diligentes & pios lectores deſiderat.Vnde Chryſo
ſtomus ſuper illud Mat.vi.Nolite ſanctum dare canibus:dicit de talibus aduerſantibus: ne ad
audiendum hanc ſcientiã recipianẽ.Quia ergo(inquit)diſcere naturali ratione illa nõ poſſunt
vel ignorantia reuerẽtur.neqꝫ enim porcus aliquis cuius precii Margarita ſit,agnouit : & hoc
igitur quia neſcit, ideo non conculcat . Nihil enim amplius affertur iis qui huiuſmodi ſunt,
cum audiunt,niſi culpa cumulatior.Siquidem ab illis ſancta temeranẽ,contraqꝫ nos potius ar
mãtur.Propter qđ dominus dixit.Ne forte conculcent eas pedibus ſuis: & conuerſi diſrũpant
nos.Et nota ꝙ in illo vnico verbo , Nolite ſanctum dare canibus:neqꝫ margaritas mittere an- C
te porcos,ſententiã dat pro iſta quæſtione & pręcedenti:per porcos intelligendo carnales, pro
pręcedenti quæſtione : per canes animales : pro iſta quęſtione. Neutri enim veritatem huius
ſcientiæ capiunt,& ſoli tanq̃ indigni repellendi ſunt.Illi ne operibus contrariis contemnãt.Iſti
ne rationibus apparentibus impugnent.Vnde Auguſtinus libro ſecundo de ſermone domi-
ni in monte. Canes pro oppugnatoribus veritatis:porcos pro contẽptoribus poſitos nõ incon
grue æſtimo.vtrũqꝫ aĩal immundũ eſt,canis & porcus.Cauendum igitur eſt ne quid aperiatur
ei qui non capit.Melius enim quærit qđ clauſum eſt,qa id qđ apertum eſt,aut infeſtat aut ne-
gligit.Neqꝫ vero alia cauſa reperitur cur ea quę magna ſunt non aperiantur,præter odium &

contẽptum,quorum propter vnum,canes:propter alterum,porci nominati ſunt. Vnde pro ra
tione quare hęc ſunt eis abſcondenda , ſubdit ibi dominus dicens pro porcis,Ne forte concul-
cent eas pedibus ſuis,& pro canibus dicit,Et conuerſi diſrumpãt nos. Reuera non eſt alia cau
ſa propter quã aliqui ſint indigni auditores huius ſcientiæ.Mulier enim & iuuenis non repel-
luntur ab auditu huius ſcientię quia indigni,ſed quia inſufficientes ſolũ & inidonei,vt prędi-
ctum eſt.Inhęrens autem rationi ſecundo modo,ille eſt multũ cõueniens auditor: quia q̃d au
dit & fide credit,manuductione rationis citius intelligit.Cognitio enim naturaliũ gradus eſt
ad cognitionẽ ſupnaturaliũ,quia eñ aĩa per ſeipſam diuina videre nõ poteſt,nullo gradu in re
D bus humanis ad diuina capeſſenda interpoſito per quẽ niteretur,ineffabili miſericordia dei tẽ
Ad obiecta porali diſpenſatione per creaturam mutabilẽ ei ſubuenitur:vt dicit Auguſt.de vera reli. ¶Per
hęc patẽt rationes vtriuſq; partis.Primę eñ duę ſunt ad vnam partem.Tertia vero ad aliam.

E
Quęſt.V. CIrca quintũ arguit:ꝙ auditor huiꝰ ſciẽtię debet eẽ inſtructus in ſciẽtiis ſecu
Arg.i. laribꝰ. Primo ſic. Illa notitia q̃ gradus eſt ad cognoſcẽdũ diuina:ſine quo ad
diuinorũ notitiã hõ aſcendere non poſſet,debet eſſe inſtructus auditor huiꝰ
ſciẽtię.qa aliter ĩ ea nõ pficeret.Sciẽtię ſeculares ſunt hmõi,quia docent no-
titiam creaturarũ,quę ſunt gradus ad cognitionem diuinorum,vt dictũ eſt
ſecundũ Auguſt.in pręcedenti quęſtione.ergo &c̃.¶Secundo ſic.Illa notitia
2 cuius defectus obtundit acumen auditorũ huius ſcientię ne in ea proficiant, auditores huius
ſcientię eſſe debent inſtructi.Sed ſcientię ſeculares ſunt huiuſmodi. ſecundũ ꝙ dicit Beda ſu-
per librum reg.Turbat(inquit)lumen legentium,& deficere cogit,qui eos a legendis ſeculari
In oppoſi. bus libris omnino exiſtimat prohibendos. ergo &c̃. ¶Contra. ille non eſt conueniens auditor
huius ſcientię,cui nõ placet deo eam reuelare:quia aliter eam fruſtra audiret, niſi deo placeret
intellectũ eius ei reuelare:quia eã non poteſt intelligere:vt dictum eſt ſupra,& infra dicet. ſed
deo non placet eam reuelare ſapientibus ſeculariũ literarum.ſecundum illud Mat.xi.Abſcon-
diſti hęc a ſapientibus & prudẽtibus:& reuelaſti ea paruulis.Ita pater,qm̃ ſic placitum fuit an
te te.Vbi dicit Gloſ.Ne quis quęrat cur humiles elegit:ſapientes reprobet.
F ¶Dicendum ad hoc,ꝙ auditor huius ſcientię poteſt ipſi intendere dupliciter.ſecũ
Reſponſio. dum ꝙ dictum eſt ſupra,ſm Auguſtinũ.xiiii.de tri.Vno modo:vt ſolũmodo ex ea diſcat quid
credendũ & quid agendum quãtum ſibi ad futuram vitam adipiſcẽdã ſufficiat.Alio modo vt
ex ea diſcat quantũ hoc ipſum q̃d in ea diſcit,piis opituletur,& cõtra impios defendat. Audi-
torẽ ergo primo modo nõ oportet eſſe inſtructũ ſcientiis ſecularibus:quia hic ſcriptum habet
ſufficienter in ſuperficie doctrinam ſimplicem credendorũ & agendorũ,qua ſicut lacte paruu-
los nutriat,& quã quilibet ſine induſtria ſecularium literarum capere poteſt.Auditor vero ſe-
cundo modo ſi ad perfectionem & magiſterium maxime modernis temporibus huius ſcientiæ
tendere velit:neceſſario debet eſſe inſtructus ſcientiis ſecularibus ad cognitionem creaturarũ,
ſcd̃m ꝙ ſupra de doctore dictũ eſt.Aliter enim in multis deficiet,niſi ſpecialiter diuinitus illu-
ſtretur.Abſcondita eñ myſteria huius ſcientię & quęſtiones altiſſimę multa indigẽt manudu
ctione ex propriis creaturarũ:vt humanus intellectus illa ſine ea capere non valeat. Et ideo di
cit Augu.in pri.iii.de doctrina chriſtiana.Hõ qui volũtatẽ dei in ſcripturis ſanctis diligẽter in
quirit,primitus in cognitione quarũdam rerũ neceſſariarum ne vim naturãve earũ quæ pro-
pter ſimilitudinẽ adhibentur,ignoret,veniat ille inſtructus ad ambigua ſcripturarũ diſcutien
G da atq; ſoluẽda. Et ideo pcipit Synodus.xxxvii.diſt.ca.De quibuſdã. dicens.Ab vniuerſis Epis
ſubiectis plebibus & aliis locis in quibus neceſſitas occurrerit,omnino cura & diligentia adhi-
beatur:vt magiſtri & doctores conſtituantur,qui ſtudia literarũ liberaliũq; artium dogmata
aſſidue doceant:quia in his maxime diuina manifeſtanẽ & declaranẽ mandata.Eſt autem cui-
libet diſcenti & audienti hanc ſcientiam in fide & charitate vtilis notitia ſcientiarum ſecula-
rium & creaturarum ex ipſis propter quatuor. Primũ quia ex ipſis ingeniũ acuitur ad faciliꝰ
arcana huius ſcientiæ penetrandum.ſecundum ꝙ dicit Beda ſuper lib.Reg. Turbat acumen
legentiũ qui eos a legendis ſecularibus libris omnino exiſtimat prohibendos. Nã vt dicit Au-
guſtinus de quãti.animę,exercet animum hoc genus diſciplinarum ad ſubtiliora cernenda:ne
luce illoꝝ repercuſſus,& eam ſuſtinere nõ valens,in eaſdẽ tenebras quas fugere conabatur,re-
H fugiat.Item Orige.exponẽs illud Gene.xxvi.Quomodo Abimelech,Ochozath,& Phicol,venę
rũt ad Iſaac,dicit.Qui tres(vt ego arbitror)imaginem totius philoſophię tenent, quę in tres
partes diuiditur,Logicam,Phyſicam,Ethicam.i.rationalem,naturalem,moralẽ.Quę poſtq̃ ex-



poſuit,exponẽs cõſequẽter quõ Iſaac fecit eis conuiuiũ magnũ,dicit.Quia hoc conuiuium ſa-
pientibus exhibet, idcirco dicitur ꝙ non paruum,ſed magnum conuiuium fecit . & tu ſi non
ſis adhuc paruulus lacte indigens:ſed exercitatos deferas ſenſus , & eruditione plurima præ-
miſſa ad intelligentiam verbi dei capacior venias,fit tibi conuiuium magnum: miniſter verbi
loquitur tibi ſapientiam,quæ inter perfectos profert ſapientiam: de myſteriis abſconditã pro-
fert tibi.Reuelabit tibi Chriſtum,ſecundũ ꝙ in eo ſunt Theſauri ſapientiæ & ſcientię abſcon-
diti.Sapientia non iugulat hoſtes ſuos:tantũ eſt vt nos ingreſſi conuiuium ſapientię non rur-
ſum nobis indumẽta inſipientiæ deferamus,non infidelitatis veſte circũdati,nec peccatorũ ma
culis fuſcati:ſed in ſimplicitate & puritate cordis amplectamur verbũ dei,& diuinę ſapientiæ
famulemur. Secũdũ,quia ex ipſis error ſeculariũ magiſtrorum cognoſcitur & declinaẽ. ſecun- I
dũ ꝙ dicit Ambro.ſup Luc.Legimus aliqua nõ vt teneamus,ſed vt repudiemus. Tertiũ,qa ex
ipſis cognita veritate naturę creaturarũ,errores declinanẽ in detrimẽtũ fidei catholicę vergẽ
tes.Ignorãtes eñ creaturarũ naturã creaturã deũ eſſe opinati ſunt,putãtes eſſe a ſeipſo,q̃d nõ
habet eſſe niſi ab alio.De qbus dicit Sap.xiii.Ignẽ aut ſpiritũ,aut citatũ aerẽ,aut gyrũ ſtellarũ
aut nimiã aquã,aut ſolẽ & lunã rectores orbis terrarũ deos putauerũt. Q̃d veri phĩ cognoſcẽ
tes creaturarũ naturas omnino reprobauerunt. ſecundũ ꝙ dicit Auguſt.in prin.de vera reli.
de Socrate.Admonebat(inquit)illos qui mundũ iſtum viſibilem ſummũ deum opinabantur,
turpitudinis ſuę:docens eſſe cõſequẽs:vt quilibet lapis tanq̃ ſummi dei pticula iure coleretur
Q̃d ſi execrarẽtur,mutarent ſententiam,& vnum deum colerent,a quo totũ mundum iſtum
fabricatum cognoſcerent.& hoc non cognouerunt:quia naturam creaturę ignorabant. q̃d eñ
natura rei non patitur,non ei attribuitur,niſi quia ipſa ignoratur.Vnde ex ignorãtia creatu-
rę,creaturę q̃d dei erat attribuebãt.ſecundũ ꝙ dicitur Sap.xiii.Incõmunicabile nomen lignis
& lapidibus impoſuerunt.Vnde & propter idẽ Manichęi duo rerum ponebant principia,cuiꝰ
cauſa non erat niſi ordinis creaturarũ ad creatorẽ ignorãtia. propter q̃d dicit Augu.de orig.
animę.Error circa creaturã redundat in falſam de deo ęſtimationẽ,& hominũ mẽtes a deo ab-
ducit,ĩ quẽ fides adducere nitiẽ. Quartũ eſt,quia ex creaturarũ cognitiõe faciliꝰ ad dei cogni- K
tionẽ,ac diuinorum eleuamur.ſecundũ ꝙ dicit Auguſtinus de ordine libro ſecundo.Ego ſi q̃d
meos monere poſſum,quantum mihi apparet,quantumq; ſentio,cenſeo illos diſciplinis omni-
bus erudiendos.Aliter quippe iſta ſic intelligi vt luce clariora ſint,nullo modo poſſunt.Si au-
tẽ pigriores ſunt aut aliis negotiis pręoccupati,aut iam duri ad diſcẽdũ, fidei ſibi pſidia parẽt.
Duplex enim eſt via quã ſequimur cum rerum nos obſcuritas mouet:aut rationem, aut certe L
auctoritatẽ.Phĩa rationẽ promittit,& vix pauciſſimos liberat , quos tamen non modo nõ con-
tẽnere illa myſteria,ſed ſola intelligere vt intelligenda ſunt,cogit.Nullumq; aliud habet nego
tium quę vera &(vt ita dicam)germana phĩa eſt,q̃ vt doceat q̃d ſit omnium rerum principiũ
ſine principio,quãtuſq; in eo maneat intellectus, quidve inde in noſtrã ſalutẽ ſine vlla degene
ratione manauerit,quẽ vnũ deum omnipotentem,patrem & filium & ſpiritũ ſanctũ docent ve-
neranda myſteria.Hinc eſt etiam q̃d dicitur Sap.xiii.A magnitudine enim ſpeciei & creaturæ
cognoſcibiliter poterit creator horum videri . Ex magnitudine enim videri poteſt dei virtus.
ſecundum ꝙ dicitur ibidem.Si virtutem & opera eorum(ſcilicet creaturarũ) mirati ſunt, in-
telligãt ab illis qm̃ qui hæc fecit eſt illis fortior.Semper enim virtutem facti excedit virtus fa-
cientis.Ex ſpecie vero ſapiẽtia dei videri põt.Effudit enim illam ſuper omnia opera ſua.Eccl̃i.i.
Et ideo dicit Chryſoſt.ſuper illud Mat.vi.Conſiderate lilia agri.Cuius(inquit)rei gratia tan-
to etiam hęrbas decore veſtiuit:vt ſuã ſcilicet ſapientiam creator oſtẽderet, copiamq; virtutis
vt vndiq; illius gratiã diſceremus.Non cęli tantumodo gloriam dei narrant,verũetiam terra.
Id etiam maximas deſignat diuinę diuitias ſapientię,quando etiam in hęc quę ſunt viſibilia tã
tũ decoris effudit.Ex ipſa vero creatura videri poteſt dei bonitas.quicqd eñ bonitatis vndiq;
in creatura diſperſum eſt,ab illo neceſſario eſt,ĩ quo totũ quicquid eſt bonitatis,vnitũ eſt.Sap̃.
xiii.Etenim cũ in operibus illius conuerſenẽ,inquirũt & pſuaſum habent qm̃ bona ſunt quę vi
dentur. Si enim tantũ potuerunt ęſtimare ſeculũ, quomodo eius dñm facilius nõ inuenerũt?
¶Per hęc patent obiecta. Ad primũ ꝙ creaturarum notitia eſt gradus ad diuina: M
dicendũ ꝙ verũ eſt eis qui ad pfectionẽ notitię diuinę ex hac ſcientia debent aſcẽdere , non aũt Ad primũ
eis quibus ſufficit ſcire ex hac ſcientia,quæ & in credendis & in agendis ſibi ſunt neceſſaria ad prin.
ſalutẽ.Talibꝰ eñ modica notitia ex naturis rerũ ſufficit.¶Ad ſcd̃m ꝙ defectꝰ notitię illorũ ob N
tũdit acumẽ audiẽtiũ & deficere cogit, dicẽdũ ꝙ verũ eſt ab apphẽſiõe pfectę notitię diuinorũ Ad ſcd̃m.
ſcd̃m ꝙ dictũ eſt.Non tñ tantũ obtundit:quin ex hac ſciẽtia ſine illorũ notitia capere poſſunt,

quæ ſibi ſunt neceſſaria ad ſalutem.

**O** Ad arg. in oppoſitum

¶Ad argumentum in oppoſitum : ꝙ non placet deo ſcientiam hanc reuelare ſapientibus : dicendum ꝙ verum eſt de ſapientia ſua ſuperbientibus. Vnde dicit Gloſſa. Sapientibus & prudentibus non opponit inſipientes & hebetes: ſed paruulos: vt probet ſe tumorem damnare non acumẽ. Vnde non tam prodeſt in auditore huius ſcientiæ notitia ſapientiæ ſecularis q̃ obeſt elatio ex ipſa. Qui ergo in aliis ſcientiis farcitus in iſta ſcientia proficere velit, humilis & vt paruulus ad eam veniat: quia vt dicit Auguſt. v. ſuper Gene. Sacra ſcriptura ſic loquitur: vt altitudine ſuperbos irrideat: profunditate attentos terreat: veritate magnos paſcat: affabilitate paruulos nutriat. Et ideo dicit in fine ſecundi de doctrina chriſtiana, loquẽs de Cypriano, Lactantio, Victorino, & cęteris qui ſuffarcinati literis ſecularibus ad fidẽ chriſtianam conuerſi acceſſerunt. Sed hoc modo (inquit) inſtructus diuinarum ſcripturarum ſtudioſus cum ad eas perſcrutandas accedere cœperit, illud apoſtolicũ cogitare nõ ceſſet : ſciẽtia inflat: charitas autem ędificat. & hoc maxime in hac ſcientia in qua præcipue deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam, ſine qua hęc ſcientia addiſci non poteſt: vt conſequẽter videbitur. **P** Vnde ſi philoſophi in eis quæ ductu naturalis rationis percipere potuerũt, ſtetiſſent, & quãtum naturalis ratio dictauit deum colendo ei gratias egiſſent, ſumme diſpoſiti fuiſſent: vt purgati per fidem notitiam huius ſcientię ſuſciperent. ſecundum ꝙ dicit Gloſ. Rom. i. Phĩ interrogantes creaturas de creatore, ex omni ſpecie ac diſpoſitione quaſi voce reſpondente ex arte artificẽ cognouerũt. & infra. Qđ vtiq; illis credendũ fuit: vt hoc tenendo qđ videre poterant, ab illo ſanarentur qui dederat vt viderent. Si enim hoc facerent, humilitatem ſeruarent, & poſſent purgari, atq; illi beatiſſimę contemplationi inhęrere. Hinc dicit Auguſti. de phĩs. de vera reli. Illi ſi reuiuiſcerent & inuenirent refertas eccleſias, templa deſerta, a cupiditate tẽporalium ad intelligibilia & ſpiritualia vocari & currere humanũ genus, dicerẽt ſi fortaſſe tales eſſent, quales fuiſſe cõmemorãtur, hęc ſunt q̃ nos ſuadere populis nõ auſi ſumus, & eorum potius conſuetudini ceſſim⁹ q̃ illos in noſtram fidem volũtatemq; traduximus. Ita ſi hanc vitam illi viri nobiſcũ rurſus agere poſſent, paucis mutatis verbis atq; ſententiis chriſtiani fierẽt: ſicut pleriq; noſtrorũq; tẽporũ Platonici fecerũt. Aut ſi hoc nõ faterẽtur, nec facerẽt, in ſuperbia & inuidia remanentes neſcio vtrum poſſent ad ea quæ appetenda & deſideranda eſſe dixerãt, reuocari. Reuera nõ poſſent: quia vt dicit Gloſ. vbi ſupra, ingrati illi qui eis p̃ſtitit vt viderent, ſibi voluerunt tribuere qđ videbant, & facti ſuperbi & dicẽtes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. & tamen audacter ad occulta diuinorũ perſcrutanda, & ad quæ naturalis ratio attingere nõ poteſt procedentes in errores execrabiles ceciderũt. ſecũdum ꝙ dicit Orig. ſup Exod. Intelligant diuinę & diſpenſationis & prouidentię occultiſſimas eſſe rationes. Poſuit enim de⁹ tenebras latibulum ſuum: quas illi audacter & temere perſcrutari cupientes, & alia ex aliis aſſerentes in craſſas & palpabiles errorum tenebras deuoluti ſunt.

**Q** Queſt. VI. Arg. i.

CIrca ſextum arguitur ꝙ omnes tenentur audire hanc ſcientiam. Primo ſic. Apoſtolus dicit. i. Corin. xiiii. Quę ſcribo vobis dñi ſunt mãdata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Gloſ. A deo in futuro. i. reprobabitur. ſed ignorantur niſi ex iſta ſcientia audiant. Quare cũ quilibet tenetur facere vt in futuro nõ reprobetur: quilibet iſtam ſciẽtiã debet audire. **2** ¶Secũdo ſic. Quilibet eo qđ ſibi a deo cõceſſum eſt vti debet ad id ad qđ cõceſſum eſt ei. Aliter em̃ fruſtra eſſet ei conceſſum. Sacra ſcriptura omnibus cõmuniter cõceſſa eſt ad doctrinã. ſecundũ ꝙ dicit apl's. Rom. xv. Quęcũq; ſcripta ſunt ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt. ergo quilibet debet ea vti ad ſuam doctrinã. Hoc autem non poteſt eſſe niſi eam audiendo. ergo &c̃. In oppoſi. ¶Contra eſt. qm̃ hõ non tenetur ad illud ſine quo finem ſuum ad quẽ eſt poteſt adipiſci. ſine auditione huius ſcientię finem ſuum poteſt hõ adipiſci. Turbã enim vt dicit Auguſt. cõtra epiſtolam fund. fidei ſimplicitas tutiſſimam tenet. ergo &c̃.

**R** Reſpõſio.

¶Dicendum ad hoc : ꝙ finis neceſſitatem imponit eis quæ ſunt ad finem. Cum igitur auditus huius ſcientiæ eſt de eis quæ ordinant hominem in finem humanæ vitæ : qui eſt beatitudo ſiue viſio dei : debitum audiendi hanc ſcientiam ex tali fine debet determinari. Illi ergo quibus ſubtractio auditus huius ſcientiæ non eſt vitioſa : nec excludit a fine humanæ vitæ : non tenentur audire hanc ſcientiam. Illi vero quibus ſubtractio auditus huius ſcientiæ intantum eſt vitioſa, ꝙ excludit a fine humanæ vitæ, eam proculdu-



bio audire tenentur: quia quilibet tenetur facere id ſine quo finem ſuum attingere non poteſt. **S** Eſt igitur intelligendum ꝙ quidam hominum nec ſunt ſic ingenio prędití, nec ſic aliis diſciplinis imbuti: vt ad myſteria huius ſcripturę inueſtiganda, & ad populum inſtruendum vnq̃ vtiles eſſe poſſint. Iſti debent ſolũmodo curam proprię ſalutis gerere: nec vnq̃ acquieſcere vt pręficiantur in ſtatu: vbi curę aliorum eos oporteat intendere, & alios inſtruere, qualis eſt maxime turba hominũ popularis. Et de iſtis dicendũ ꝙ non oportet eos eſſe auditores hui⁹ ſcientiæ per lectionem: ſed ſolum per prędicationem: quouſq; inſtruantur in fide & moribus q̃tum eis ſufficit ad ſalutem, & ſe cuſtodire in fide, ſpe, & charitate, & per illa attingere finem vltimũ huius ſcientię. ſecundum ꝙ talis inſtructio cuilibet adulto baptizato proponenda eſt: groſſo modo ea quæ ſunt huius ſcripturæ tranſcurrẽdo. ſecundũ ꝙ dicit Auguſtinus. iiii. de Aca. Narratio plena eſt cũ quiſq; primo catechizatur ab eo qđ ſcriptũ eſt. In principio fecit deus cęlum & terrã, vſq; ad pręſentia tempora eccleſiæ. Non tamen propterea debemus totum Pẽtateucum, totũq; Iudicũ, & Regnorum, & Eſdrę libros, totũq; euangelium & actus apoſtolorũ, vel omnia quæ iis voluminibus continentur, narrando euoluere & explicare: ſed cuncta ſummatim complecti. In omnibus ſane non tantũ nos oportet intueri pręcepti finẽ, qđ eſt charitas de corde puro & conſcientia bona: & fide non ficta: quo ea quę loquimur cũcta referamus : **T** ſed etiam illius quẽ loquendo inſtruimus: ad id mouẽdus atq; illuc dirigẽdus eſt aſpectus: quia vt dicit in ſer. de laude charitatis, totam magnitudinem & altitudinem diuinorum eloquiorũ ſecura poſſidet charitas: qua deum & proximũ diligimus. Docet enim nos cęleſtis vnus magiſter & dicit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota mente tua: & proximum tuum ſicut teipſum. In his duob⁹ pręceptis tota lex pendet & prophetæ. Si ergo non vacas omnes paginas ſacras ꝑſcrutari, omnia inuolucra ſermonũ euoluere, omnia ſecreta ſcripturarum penetrare, tene charitatẽ vbi pendẽt omnia: ita tenebis qđ ibi didiciſti: tenebis etiam qđ nondum didiciſti. Si enim noſti charitatem: aliquid noſti: vnde & illud pendet qđ forte nõ noſti, & in eo qđ in ſcripturis nõ intelligis charitas latet. Ille itaq; tenet & qđ patet & qđ latet in diuinis ſermonibus, qui charitatem tenet in morib⁹. Vnde concludit in fi. primi de doctrina chriſtiana. Homo itaq; fide, ſpe, & charitate ſubnixus eaq; inconcuſſe retinens nõ indiget ſcripturis, niſi ad alios inſtruendos. **V** Alii vero ſic ſunt naturali ingenio prędití, & aliis diſciplinis imbuti: vt ad myſteria huius ſciẽtię inueſtiganda, & ad populum inſtruendum aliq̃n vtiles eſſe poſſint. De quibus diſtinguendum. Aut enim diſponunt vnq̃ conſentire vt ad ſtatum pręficiantur in quo inſtructioni aliorum debent intendere: aut non. Si primo modo: dicẽdum ꝙ tales omnino debent eſſe auditores huius ſcientię: non ſolum per prędicationẽ: ſed etiã audiendo eam per lectionem : dũmodo prędicatione non potuerint ſufficienter inſtrui vt ſint idonei alios docere ſecundum gradum ſtatus ſui. Aliter enim exponerent ſe diſcrimini ex pręſumptione, non ex charitate opus vltra vires aſſumerent. Propter qđ de talibus dicit Apoſtolus in epiſtola ad Timo. Scientiam quoq; non negligat literarum obtinentem eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem: vt potens ſit exhortari in doctrina ſacra, & contradicẽtes redarguere. Vñ dicit Zozimus papa diſtin. xxxvi. In eccleſiaſticis diſciplinis per ordinẽ non imbutus, nequaq̃ ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare pręſumat. Vt em̃ dicitur ĩ Mala. labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requiram de ore eius. Vnde negligentibus auditum huius ſcientiæ, interdicit dominus aſcẽſum ad gradũ regiminis populi per Oſee dicẽs. Tu quoq; ſciẽtiã repuliſti, & ego repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi. Hinc etiã dicit Gregorius ĩ primo paſto. Nulla ars doceri pręſumit: niſi intẽta prius meditatione diſcatur. Ab imperitis ergo paſtorale magiſterium qua temeritate pręſumitur, quando ars eſt artium regimẽ animarum! Et in quo cõſiſtit illa temeritas conſequẽter declarat dicens. Sunt nonnulli qui intra ſanctam eccleſiam per ſpeciem regiminis gloriam affectant honoris: videri doctores cupiũt & quod eſt miſerrimum, tunc quærunt ſacram ſcripturã addiſcere, quando pro gradu dignitatis in ea deberent alios docere. contra illud qđ dicitur diſtin. xxxvi. Prędicatores per quos eccleſia circũfertur, ſacris literis debent ſemper inſiſtere: nec tunc quęrant diſcere cum ex officio debeant alios docere. Sed ſecundum ꝙ dicit Hieronymus ad Ruſticum, ſi clericatus titillat, multo tempore diſcas quod poſtea doceas. Non enim erit magiſter qui non ſe nouit eſſe diſcipulũ, ſicut dicit Boethius de diſciplina ſchola. **X** De illis aũt q ex aliis ſciẽtiis ĩſtructi, & ĩgenio naturali ꝑditi ſunt, vt ad ꝑfectionẽ hui⁹ ſciẽtię poſſint attingere, & aliis ex auditu huius ſcientię multũ ꝓficere, etſi nunq̃ curę & doctrinę aliorũ ꝓponãt intẽdere, aut vt pp̃lo ꝓficiant aſſentire: ſubdiſtiguẽdũ. q̃a tales ſi dimittũt auditũ hui⁹ ſciẽtię, aut hoc ẽ ex cauſa rõnabili, veluti q̃a ſunt im

pediti legitimis negotiis quęcūq; ſint illa: aut ſine cauſa rationali, & impedimento negotiorum
legitimorum. Si primo modo: dicēdum adhuc, ꝙ non tenentur audire hāc ſcientiam: niſi quā=
tū eis ad ſalutem eſt neceſſarium: qđ poteſt ſufficienter fieri per prędicationem. quia vt dicit. i.
Corin. xii. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autē ſpiritus: & diuiſiones operationum ſunt &c.
vt continue ſequitur. vbi dicit Gloſ. Gratias autem hic appellat diuerſos gradus & ordines: q
ſunt in officiis eccleſiæ: quibꝰ alii aliis ſubſeruiunt: quia ſunt opera maiora & opera minora: &
deus non omnia vni tribuit: ſed omnia in omnibus operatur: vt quod non habeat quis in ſe, ha
beat in alio: & ſic maneat charitas. Et in eodem cap. Et quoſdam poſuit deus in eccleſia, primo
prophetas, ſecundo apoſtolos, tertio doctores. & ſequitur. Nunquid omnes prophetę? nunquid
oēs doctores? Gloſ. Prophetas ſcripturarum myſteria reuelantes, doctores pręcepta viuendi dā
tes. Si vero negotiis legitimis impediti nō ſunt, tūc omino ad auditū huius ſacrę ſcripturę de=
bent ſe tranſferre: quia reddituri ſunt rationem de talento ſibi commiſſo: pro eo. ſ. ꝙ ingeniū
naturale & ſcientias acquiſitas in vſum huius ſcientiæ non ordinant, cui famulari debent vt
in ea deus cognoſcatur & diligatur q̄tum poſſibile eſt pro ſtatu huius vitę, etiam ſi ex ſola de
ſidia & negligentia ab auditu eius ſe alienent. Qꝫ ſi eam audire ex aliquo contemptu omit=
tant: vel quia auditum eius nō eſſe neceſſariū dicant, aut paruipendant: vel aliarum ſcientia=
rum auditum eius auditui tanq̄ precioſiorem anteponant: iſti maiorem damnationem incur=
runt. ſecundum ꝙ dicit Chryſoſtomus in principio ſuper Mat. Iam conſidera q̄ ſit omnino ex=
tremę demētię: vt qui tanta deberemus vitæ perfectione pollere: vt nihil prorſus literis egere=
mus: ſed ſcribenda ſpiritui pręberemus corda propaginis: ſi primam illam perdidimus di=
gnitatem, & minoribus indigemus: ne ſecundo quidem remedio ad noſtram vtamur ſalutem.
Si enim illis indigere & non gratia ſpiritus ſancti ſplendere culpabile eſt: vide q̄ti ſit crimi=
nis nec per illud auxilium velle proficere: ſed quaſi fruſtra & vane poſita ſcripta cęleſtia deſpi
cere, maius eſt abſq; dubio ſubire ſupplicium. & ſequitur poſt aliqua interpoſita. Et quis eſt
tam infelix qui non hęc precioſiora credit oībus & clariora fateatur? Ille ſine dubio qui nō vel
tanto eis ſtudio vacat: q̄to ī diabolicis illis theatris occupatur. Ibi eñ plurimi totos dies pera=
gunt: & cum omni diligentia quæ audierint memoriæ commendant: eaq; ad ſui animi per=
niciem penitus infixa cuſtodiūt. Hic vero vbi loquitur deus, ne exiguum quidē tēpus patien=
ter expectant. Et certe propter hoc deus gehēnam minatur. Nam pręcipiente nobis deo non
modo vt audiamus quę dicuntur: verum vt cum omni etiam deuotione faciamus, nec audire
curamus. Quando igitur ea quæ dicuntur implebimus: qui nec ſermonem ſuper his quidē pa
tienter audimus? Vnde Orig. in Homil. de Rebecca, exponens quomodo ſeruus Abrahę obtu=
lit ei inaures aureas & armillas, dicit. Vult aurea in auribus verba percipere, & aureos actus
in manibꝰ habere: ſed hæc prius accipere nō potuit: neq; mereret̄ niſi veniſſet ad puteos hau=
rire aquas. Tu ergo qui non vis venire ad aquas, qui non vis in auribus tuis aurea prophetarū
verba ſuſcipere: quomodo poteris eſſe ornatus in doctrina, ornatus in actibus, ornatus in mori
bus? reuera hoc eſſe nō poteſt. Reuera nequaq̄. ſm eūdē ſup Exod. xxxiiii. & eſt ī Gloſ. Quis no
ſtrū tāto labore & ſtudio diuinas quærit literas: quāto q̄ſiuit humanas. Aliqui vt recitari au=
dierint quæ leguntur ſtatim diſcedūt. nulla de his quę dicta ſunt adinuicem quęſtio: nulla col
latio: non interrogant patres ſuos vt dicant ſibi: nec preſbyteros vt annuncient. Alii nec pa=
tienter expectant vſquequo lectiones in eccleſia recitentur. Alii nec ſi recitentur: ſciunt: ſed in
remotioribus eccleſiæ locis ſecularibus curis occupantur: quibus non iam velamen ſuper cor,
ſed paries & murus poſitus eſt. Si enim qui adeſt & intendit & quæ audit retractat & diſcu=
tit: vix poteſt ad libertatem ſcientię peruenire: qui abſcondit aures ſuas ne audiat, & terga in
faciem legentis obuertit, quomodo dicendus eſt velamē habere ſuppoſitum, ad quē ne ipſum
quidem velamen literæ quo ſenſus velatur, qui eſt ſenſus vocis, acceſſit? Nec ſolum hoc dānū:
ſed etiam cum hoc ſimul diuinam offenſam incurrit. ſecundum illud quod dicit Chryſoſto=
mus poſt verba eius ſupradicta. Quomodo (inquit) non putamus offendi q̄ñ eo de tantis re
bus loquente contemptis quę dicuntur ad alia omnino cōuertimur? Idem lib. ii. Hoc eſt qđ oēs
quaſi vna peſte corrumpit: quoniam lectionem ſcripturarum vtiq; diuinarum ad ſolos putatis
monachos pertinere: cum multo magis illis ſit neceſſaria, qui cum verſantur in medio, & vul=
nus quotidie ſup vulnꝰ accipiūt, ipſiꝰ dei potius indigēt medicamine. Itaq; multo eſt grauius
atq; deterius ſuperfluam eſſe legem dei putare, q̄ illam omnino neſcire. Hæc enim verba ſunt
quæ de diabolica prorſus meditatione promuntur. Propterea eñ ille ſuadet nihil omnino eſſe
cōmodi diuinas audire ſcripturas: nequando etiam ex auditu, ſequi videat actionem.



Y
Ad primum principale.

¶ Ad primum in oppoſitū: ꝙ ignorans ignorabitur: dicendum ſecundum Gloſ. ꝙ
hoc non dicit Apoſtolus de iis quæ pertinent ad paucorum intelligētiam: vt ſunt obſcura myſte=
ria & occulta huius ſcientiæ: ſed de iis quæ fidem & mores ædificant, quæ ſunt ſaluti neceſſaria
Priora ſciri non poſſunt ſine auditu lectionis huius ſciētię: iſta vero ſciri poſſunt a quolibet ex ſim
plici auditu pdicationis.

Z
Ad ſecundū & Ad arg. i. op.

¶ Ad ſecundum ꝙ ſacra doctrina ad omnium vſum eſt conceſſa: Dicen
dum ꝙ verum eſt: & oēs debēt ea vti ad ſuam eruditionē, vel ex auditu lectionis, vel prędicationis
vt dictum eſt. ¶ Ad tertium qđ eſt in oppoſitum, ꝙ ſine auditu huius ſcientię poteſt homo finem
ſuum adipiſci: Dicendum ꝙ verum eſt de hoīe populari: vt dictum eſt. de hoīe aūt diſponente ſe
ad gubernationem aliorum: vel alias diſpoſito ad profectum magnum ſibi & aliis ex auditu huiꝰ
ſcientiæ, non eſt ita, vt dictum eſt.

A
Queſt. vii. Argu. i.

Circa. vii. arguitur ꝙ quilibet hō indifferēter ad auditum huius ſcientiæ admit
ti debet. Primo ſic. Miſericordia ad omnes indifferenter extendenda eſt tam bo
nos q̄ malos. Matth. v. dicitur. Diligite inimicos veſtros: benefacite his qui ode
runt vos: vt ſitis f. p. v. qui in cælis eſt: qui ſolē ſuum facit oriri ſuper bonos &
malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. ſed proponere in auditum aliorum ſa=
cram ſcripturam eſt opus miſericordiæ: quia non in ſolo pane viuit homo: ſed
in omni verbo qđ procedit de ore dei. Deut. viii. ergo ſacra ſcriptura in auditum oīm eſt proponē
da: & ita ad eius auditum omnes indifferenter debent admitti. ¶ Secundo ſic. Matth. xiii. Simile eſt
reg. cæ. ſagenę miſſę in mari: & ex omni genere piſciū congregāti. Gloſ. Euangelica prędicatio, quę 2
omnes ad veniam vocat, omnis generis homines. hoc autem non faceret niſi omnes ad ſuam audi
entiam admitteret. ergo &c. ¶ Contra eſt illud Matt. vii. Nolite ſanctum dare canibus: neq; marg.
mittere ante porcos. Gloſſ. Verbum prædicationis ſicut periculoſum eſt abſcondere: ita periculo=
ſum eſt canibus dare. per quos quoddā genus hominum intelligitur. nō ergo omnes ſunt ad eius
auditum admittendi.

In oppoſitū.

B
Reſponſio.

¶ Dicēdū ad hoc: ꝙ cū ſacra ſcriptura tradita ſit non pro ſalute vnius generis ho
minū tm̄: ſed pro ſalute totius orbis: vt dicit Gloſſ. ſuper illud Matth. v. Vos eſtis ſal terræ: ab ini=
tio omnibus eſt proponenda, & bonis & malis: & in hoc nulla debet eſſe diſtinctio: vt nemo manēs
in infidelitate, aut errore p defectu eius ſe poſſit excuſare. q̄a Ioā. xv. dr̄. Si non veniſſem, & locutus
eis non fuiſſem peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.
Ro. x. dicitur. Quomō credent ei quē non audierunt? quaſi dicat nullo modo. Et tamen vt dicitur
ibidem, non omnes obediunt euangelio: licet omnes audierunt. ſecundum ꝙ continuo ſequitur.
Nunquid non audierunt? & quidem In omnem terram exi. ſo. eorum: & in fi. or. ter. ver. eorum. ſe=
cundum ꝙ præceperat eis Chriſtus. Matth. xxiiii. Et quidem prædicabitur hoc euāgelium in vni
uerſo mundo: in teſtimonium omnibus gentibus. Ab initio ergo anteq̄ conſtat de obſtinatione &
rebellione alicuius contra veritatem euangelii, nemo excludendus eſt ab auditu huius ſcientiæ:
neq; in lectione neq; in prædicatione. Sed quia poſt auditum non omnes obediunt euangelio: ſed

C

aliqui inimici eius fiunt, & rebelles, & impugnatores eius poſt eius auditum: quos dominus ſigna
uit nomine canum & porcorum: ſecundum ꝙ dicit Gloſſ. Matth. vii. Canes ſunt qui oblatrant: &
qđ integrū eſt dilacerāt: porci vero vilipendunt & conculcant: Quicunq; tales inuenti fuerint ad
auditum huius ſcientiæ non ſunt admittendi: ſed præcludendi: & eſt eis ſacrę ſcripturæ litera pe=
nitus occultanda & ſubtrahenda: & ſolis beniuolis proponenda: quouſq; & ipſi rebelles beniuoli fi
ant: & digni q ad eius auditū admittant̄. ſecundū ꝙ dicit Matt. xv. Nō eſt bonū ſumere panē filio
rū & dare canibꝰ. Gloſ. Canina rabie latrātibꝰ. Vñ & Chriſtꝰ oībꝰ clarā doctrinā prīo ppoſuit: ſed
poſtq̄ multi ex ſcribis & Phariſſęis & turbis rebelles erant doctrinā eiꝰ impugnātes, ſtatim incepit
eis doctrinā ſuā abſcondere, & in parabolis loq. Et licet conſequenter talibus ea quę ſunt ſacrę ſcri
pturæ debent abſcondi: tñ maxime debent eis abſcondi illa precioſa in q̄bus latent profunda my=
ſteria: clara autem & viliora quandoq; eis pponi poſſunt. ſecūdū ꝙ dicit Gloſ. Matth. vii. Talibus
myſtica non ſunt aperienda: ſed velo tegenda ſunt ſancta ſanctorum: apertiora vero & quaſi vili=
ora dici poſſunt. Sed ſi deſinunt eſſe canes latrantes: & fiunt catuli obedientes: dandum eſt eis: ſe=
cundum ꝙ reſpondit mulier Chananęa Chriſto in pſona gētium dicens. Etiam domine. Gloſſ. Ve
rum eſt. ſ. ꝙ non eſt bonum dare canibus: catellis tamen licitum eſt. & ideo conſequenter adiūgit:
Nam & catelli edunt de micis quæ cadūt de menſa dominorum ſuorum. vbi dicit Gloſſ. Sub per
ſona mulieris mira fides eccleſiæ: & patientia, & humilitas prædicatur. Fides: qua credit: patientia
qua perſtat: humilitas: qua ſe nō canibus ſed catulis cōparat. Menſa eſt ſacra ſcriptura: dominorū,

Iudęorum:quibus ſcriptura primo loco appoſita eſt:catuli,gentiles homines paruuli:quia ſcriptu
ræ ſubditi,de qua edunt.Et ideo Apľi Iudęos obſtinatos relinquentes ſacrã ſcripturã tranſtulerũt
ad gentes:ſecundum ꝙ legitur Actu.xiii.Vniuerſa ciuitas cõuenit audire verbum dei. Videntes
autem turbas Iudęi repleti ſunt zelo:& contradicebant his quę a Paulo dicebantur blaſphemãtes.
Tũc conſtanter Paulus & Barnabas dixerunt.Vobis oportebat primũ loqui verbum dei:ſed quã
do repuliſtis iſtud,& indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ:ecce conuertimur ad gentes. ſic em̃ no
D bis pręcepit dominus.Et impletum eſt illud.Matt.xiii.Qui habet dabitur ei.Gloſ.Qui habet ver-
bi amorem,dabitur ei ſenſus intelligendi,& abundabit intelligẽtia.Qui autẽ non habet. Gloſ.amo
rẽ verbi.Et qđ habet. Gloſ.vel naturali ĩgenio,vel ſtudio literarũ.Auferet̃ ab eo.Multo ergo magis
& exterior ſcriptura.quia vt dicit alia Gloſſ.nulla pars ſapientiæ dulcedine gaudebit.Eſt autẽ ta-
libus ſacra ſcriptura oĩno auferenda:quia vt dicit Chryſo. ſi eam diſcant geminũ eſt inde damnũ:
cũ certe & ipſi nihil fructificent inde:imo magis magiſq; lędantur:& ecclię negocia atq; pericula
mille cõmoueant:ſecundũ ꝙ infra exponemus in quęſtione:an omnibus indifferenter debeat iſta
ſcriptura exponi.Vnde & tempore Antichriſti:qñ fere oẽs obſtinati erũt & rebelles lumini ac ve-
ritati ſacrę ſcripturę,auditus huius ſcientiæ & publica lectione & pręḋicatione omnino ſubtrahe-
tur.ſecundum ꝙ dicitur Amos.viii.Ecce dies veniunt dicit dominus:& mittam famẽ in terrã:nõ
famẽ panis,neq; ſitim aquę:ſed audiendi verbum dei.Gloſ.Mittet dominus in eis qui terrena ſapi
unt,famẽ audiendi verbum dei:quando propter peccata deficit doctrina in eccleſiis.

E
Ad primũ principale. ¶Ad illud qđ arguitur primo in oppoſitum:ꝙ opus miſericordiæ debet exerceri
indifferenter ad oẽs:Dicendum ꝙ duplex eſt miſericordia: quędã corporalis quã facimus de no
ſtro:quædam ſpiritualis quã diſpenſamus de eis quę ſunt dei.ſecundũ ꝙ diſtinguit Chryſo.ſuper
illud Matth.vii.Nolite ſanctum dare canibus.In primo miſericordia facienda eſt ad omnes pro tẽ
pore & loco.In ſecundo aũt nequaq̃ niſi ad dignos. ſcđm ꝙ etiã deus ad cuius exemplũ Chriſtus
nos voluit eſſe miſericordes, materialia beneficia præſtat bonis & malis:dignis & indignis:nõ au-
tem ſpiritualia niſi dignis & bonis ſolũ.Nõ em̃ vt ait Chryſo.dicit ſcriptura: qui ſpiritũ ſanctũ iu
bet deſcendere ſuper gratos & ingratos:ſicut Qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos:& facit oriri ſolẽ
ſuum ſuper bonos & malos.Propter quod in veſtris eſtote ſimplices & benigni:in eis autem q̃ dei

F
Ad ſecũdũ. ſunt prudentes & cauti.¶Ad ſecundum de ſagena:Dicendum ꝙ ſicut ſagena materialis congre-
gat de omni genere piſcium: capiens ſecundũ Gloſſ.quicquid incidit bonos & malos: quos trahit
ad littus:ſic ab initio auditus huius ſcientię & prædicatione & lectione oĩbus eſt concedẽdus &
nulli denegandus:ſiue ſint boni ſiue mali:dum tamen ſtent abſconditi ſine rebellione & contradi
ctione ſacrę ſcripturæ.quibus tamen poſtq̃ facti ſunt rebelles ei & obſtinati contra veritatem:bene
eſt auditus eius omnino denegandus.In apertis enim bene iudicat eccleſia & ſeparat ĩ pſenti bonos
a malis:& a cõmunicatione ſacramentorũ oĩm & beneficiorum eccleſię,licet non in occultis.

G
Quæſt. viii. Arg.i. CIrca.viii.arguitur ꝙ quilibet fidelis ad auditum omnium quę ſunt huius ſcien
tiæ:indifferenter eſt admittendus.Primo ſic.Matthæ.v.dicitur.Nemo accendit
lucernam & ponit eam ſub modio:ſed ſuper candelabrum, vt luceat oĩbus qui
in domo ſunt.Gloſ.in eccleſia vel in mundo.Lucerna ſecundũ Gloſ.ſacra eſt do
ctrina:quę in quolibet dicto ſuo lucerna eſt.iuxta illud Pſal. Lucerna pedib⁹ m.
ver.tuũ.Nõ autem poſſet omnibus lucere quæ in domo ſunt.i.in fide eccleſiæ:
2 niſi omnes indifferenter ad auditum eius admitterent̃.ergo &c. ¶Secundo ſic.
quilibet tenetur ſcire quæ debet obſeruare:ſed quæcunq; dicta ſacrę ſcripturę:tam in credendis q̃
in agendis quilibet fidelis debet obſeruare:ſecundum illud Matth.v.Qui ſoluerit vnum de man
datis iſtis minimis:minimus vocabitur in regno cælorum.Gloſ.vel non agendo vel non credendo
ergo quilibet tenetur illa ſcire:ſed nõ poſſet ea ſcire,niſi audiendo.Ro.viii.Quomõ credent ſi non
In oppoſitũ. audiant:ergo &c. ¶In oppoſitum videtur eſſe illud.i.Corinth.ii.Non iudicaui me ſcire aliquid in
ter vos:niſi Ieſum Chriſtũ:& hunc crucifixum.ſapientiam aũt loquimur inter perfectos. & ſequi-
tur ca.iii.Ego autem fratres nõ potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus,ſed quaſi carnalibus.hoc aũt
vt videtur non fecit niſi quia ſciuit aliqua quę decet docere illos & non iſtos. ergo &c.

H
Reſponſio. ¶Dicendum ad hoc,ꝙ quæſtio iſta eadẽ eſt cum illa quã mouet Aug.ſuper Ioan.
parte.ii.ſer.xx.exponendo illud Ioan.xvii.Adhuc multa habeo vobis dicere q̃ non poteſtis portare
modo.Eſt autem queſtio illa:Vtrum ſpirituales homines habeant aliquid in doctrina qđ carnalib⁹
taceant:& ſpiritualibus dicãt: & perſuadet ad partẽ negatiuã:quia vt dicit:ſi dicerem⁹ eos aliqua
talia habere:cauendum & timẽdum eſt ne ſub hac occaſione in occultis nefaria doceant̃ ſpũalium



nomine:velut ea quæ carnales capere nõ poſſunt.Perſuadet aũt in oppoſitum ex dicto Apoſtoli.i.
Corinth.ii.iuxta argumentum vltimum iam inductum.cui perſuaſioni etiam aperte videtur cõ-
ſentire Auguſt.iiii.de doct.chriſtia.dicens ſic.Sunt quędam quę vi ſua non intelliguntur: aut vix
quãtolibet,& quãtũlibet,q̃uis planiſſime dicentis verſentur eloquio:quæ in populi audiẽtiam vel
raro ſi aliquid vrget:vel nunq̃ omnino mittenda ſunt.Ne ergo in quęſtione hac dictorũ Auguſti I
ni aliqua controuerſia permaneat:diſtinguendum eſt:ꝙ ea quę ſunt ſacræ ſcripturæ in audientiã
fidelium dupliciter poſſunt proponi.Vno modo in ſimplici dicto ſecundum ſeriẽ ſcripturę:vt au
diens ſolummodo ex ipſo ſimplici dicto inſtruatur quid credere debeat. Alio vero modo poſſunt
proponi in expoſitione profunda:vt audiens intellectum credendorum percipiat.Primo modo pro
ponendi nihil eſt in ſacra ſcriptura qđ ſpiritualibus debet dici,& carnalibus abſcondi.Nihil em̃ eſt
in tota ſcriptura quo inſtrui non poſſit paruulus:ſaltem quo ad ſuperficiẽ literæ:quia vt dicit bea
tus Gregor.in prolog.Moral.Diuinus ſermo ſicut myſteriis prudentes exercet: ſic plerunq; ſim-
plices ſuperficie refouet:habet in publico vnde paruulos nutriat:ſeruat in ſecreto vnde mẽtes ſub
tilium in admiratione ſuſpendat.quaſi quidam quippe fluuius (vt ita dixerim)planus & altus:in
quo & agnus ambulat:& elephas natat.Quæ ſic loquitur(vt ait Augu.v.ſuper Geñ.) vt altitu-
dine ſuperbos irrideat:profunditate attentos terreat:veritate magnos paſcat: affabilitate paruu-
los nutriat. Hoc ergo modo proponẽdi nihil eſt in ſacra ſcriptura:ad cuius audientiam tam in pꝛe-
dicatione q̃ in lectione omnes fideles indifferenter non ſunt admittendi.Loquẽdo autem de ſecun-
do modo proponendi,bene ſunt aliqua quæ profunda expoſitione ſpũalibus dici poſſunt:& car-
nalibus abſcondi.De quibus loquitur Aug.in dicto libro.iiii.de doct. chriſtia.ſecundum ꝙ de hoc
erit ſermo inferius: vbi dubitabitur quibus exponenda ſit ſacra ſcriptura.

¶Per hæc patent obiecta.ꝙ enim arguitur primo:Nemo accendit lucernam &c. K
Dicendum ꝙ lucerna ſacrę ſcripturæ omnibus debet lucere fidelibus & nulli abſcondi:quo ad ei⁹ Ad pri.prin.
ſimplicem ſermonem:etiã quo ad ei⁹ ſimplicẽ expoſitionem:vt infra dicetur.Quo tamen ad ſubti
lem & pfundam expoſitionẽ quã ſimplices capere nõ poſſunt,bene poteſt, & debet eis in pluribus
locis abditis abſcondi:vt infra dicetur.& ita nec debẽt ad hmõi dictorũ ſacræ ſcripturæ audientiã
admitti.¶Ad ſecundum ꝙ quilibet fidelis quęlibet dicta ſacræ ſcripturæ tam in agendis q̃ in cre- L
dendis debet obſeruare:ergo omnia audire:Dicendum ꝙ verum eſt,quo ad agenda & credẽda in Ad ſecundũ
generali,quantum ei ſufficiat vt nulli pręcepto diuinæ legis contrariũ agat aut diſcordet. Q; tñ
ſingula eius dicta expreſſe , & in particulari diſcernat & intelligat ſiue in agendis ſiue in creden-
dis:hoc non oportet.Et ideo non oportet vt ad audientiam multorum dictorum ſacræ ſcripturæ
quo ad pfundas eoꝝ expoſitiones admittatur:nihil tamen eſt in ea,cuius ſimplex dictum cuiq̃,tã
ſit ſimplex fidelis,occultari oportet.Nihil em̃ continet pertinẽs ad agẽda vel credenda:in quib⁹ ex
ſuperficie literę quãtũ ſibi ſufficit inſtrui quãtũcunq; ſimplex ſit non poſſit.

¶Ad argumentum in oppoſitum ex dicto apoſtoli:ꝙ nõ potuit loqui carnalibus M
ſicut ſpiritualibus:Dicendum ꝙ hoc verum eſt:non quia aliqua locutus ſit ſpiritualibus quæ non Ad arg.i op.
erant dicenda carnalibus:ſed quia eandem doctrinam ab ipſo vtriſq; ſimul propoſitã quilibet eoꝝ
intellexit ſecundum modũ ſuũ: & id quod carnalis apprehẽdit literaliter & carnaliter: ſpiritualis
apprehendit ſpiritualiter. Quoniam ſicut dicit Augu.Caro Chriſti,mors, & vulnera nõ eodem
modo a carnalibus:quo a ſpiritualibus cogitãtur:& illis lac eſt:iſtis vero cibus.Qđ etſi iſti nõ au-
diunt amplius,ampli⁹ tñ intelligunt:& ſic nõ ęqualiter mente ab eis percipitur: etiã qđ fide pari-
ter ab vtriſq; recipitur . Inde enim eſt ꝙ pręḋicatus eſt Chriſtus crucifixus ab apoſtolis,Iudęis q-
dem ſcandalum,gentibus autem ſtultitia: ipſis autem vocatis Iudæis & græcis dei virtus & dei
ſapientia : vt dicitur.i. Corinth.i.Sed carnalibus paruulis id tñ credendo tenentibus, ſpirituali-
bus capacioribus id etiam intelligendo cernentibus.Illis ergo erat tanq̃ lacteus potus:iſtis tanq̃ ſo
lidus cibus:non quia iſti hoc aliter in populis:illi aliter in cubilibus cognouerũt:ſed qđ eodem mo
do vtriſq; cum palam diceretur audiebant,pro ſuo modo quiq; capiebant.Hoc igitur cognito ſe-
cundum ꝙ concludit Auguſt. nulla videtur eſſe neceſſitas : vt aliqua ſecreta doctrinæ docean-
tur,& abſcondantur fidelibus & paruulis, ſeorſum dicenda maioribus.Et ideo fatendum qđ dixit
Apoſtolus.Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus:ſed quaſi carnalibus.quia hoc ipſum:ꝙ non
iudicauit ſe ſcire niſi Ieſum Chriſtum,& hunc crucifixum : ipſis non potuit loqui quaſi ſpiritua-
libus:quia id ſicut ſpirituales capere non valebant.Quicunq; autẽ inter eos ſpirituales erãt,id qđ
illi tanq̃ carnales audiebant,ſpirituali intelligentia capiebant.Vt ſic intelligatur dictum quod ait
Apoſt.Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus. quaſi dicat:non potuiſtis quaſi ſpirituales reci-

m.ii.

pere: ſed quaſi carnales. Ex quo fit vt dicit Aug. vt ſpũales iſta carnalibꝰ nõ omnino taceãt ꝓpter catholicã fidẽ, q̃ oĩbus ꝑdicanda eſt. Nõ tñ ſic deſudant: vt volẽtes eos ꝑducere ad intelligẽtiã non capiant, facilius eñ faſtidiri facerent in veritate ſermonem, q̃ in ſermone percipi veritatem.

## Artic. XIII. De modo addiſcendi Theologiam.

Artic. XIII.

Equitur quomodo auditor diſcere poſſit hanc ſcientiam: Vbi circa modũ diſcendi hanc ſcientiam queruntur. ix.

Primum: vtrum hæc ſcientia poſſit diſci ab homine.

Secũdũ: vtrũ poſſit diſci ab hoĩe ſine ſpeciali illuſtratione diuina.

Tertium: vtrum poſſit diſci ab homine ſine lumine fidei.

Quartum: vtrum ad eam diſcendam ſufficiat lumen fidei.

Quintum: vtrũ requiratur lumẽ gratiæ gratum facientis.

Sextũ: vtrũ diſcẽs acquirat aliquã notitiã eius ſuper notitiam fidei.

Septimũ: vtrũ cum illa vlteriori notitia ſtet notitia fidei.

Octauũ: vtrũ homo ꝑ ſe ſine doctore poſſit hanc ſcientiam diſcere.

Nonũ: vtrũ ſcriptores huius ſciẽtiæ habebant perfectum intellectum eius.

O
Queſt. i.
Argu. i.

Irca primũ arguitur ꝙ hęc ſcientia non poſſit diſci ab hoĩe. Primo ſic: addiſcẽs debet habere aliquid notitię eiꝰ qđ debet addiſcere: vt patet ex prædeterminatis. ſed homo de ſe ante addiſcere nihil habet huius ſciẽtiæ: qm̃ eſt omnino ſupernaturalis: vt infra videbitur. ergo &c.

2 ¶ Secundo ſic: ſi id qđ magis natũ eſt ſciri ab hoĩe non poteſt ſciri ab ipſo per aliquam operationẽ eius: ſed ſolo munere diuino: neq̧ id qđ minus natũ eſt ſciri ab ipſo. ſed in oĩ ſciẽtia principia magis nata ſunt ſciri ab homine & a quocũq̧ ſciente naturaliter: q̃ ea q̃ ſunt poſt principia: qa ea q̃ ſunt poſt principia nata ſunt cognoſci ꝑ principia. ſed principia pria huius ſcientię. ſ. prima credibilia, non poſſunt ſciri ab homine aliqua eius operatione: ſed ſolo diuino munere: nõ ergo poteſt homo ea addiſcere. Nõ aũt addiſceret hanc ſciẽtiã niſi illa diſcendo. ergo &c.

In oppo. pri. ¶ Contra eſt illud qđ dicitur Deut. v. Audi Iſrael cerimonias atq̧ iudicia quę ego loquor in auribus tuis hodie: diſcite ea, & ope cõplete. diſcere aũt illa eſt diſcere hãc ſcientiam. ergo &c.

2 ¶ Item Dauid in Pſal. dicit. Di dici iudicia iuſtitiæ tuæ.

P
Reſponſio.

¶ Dicendum ad hoc ꝙ diſcere nihil aliud eſt: q̃ ex iam cognito ſtudio & inueſtigatione vel per ſe: vel ex alterius admonitione ad vlteriora cognoſcenda procedere: ſecũdum ꝙ habitum eſt ex ſupra determinatis. Prima aũt cognita in hac ſcientia fidei ſunt articuli primi, qui ſtatim cũ proponunť habẽti lumẽ fidei, ipſo lumine cognoſcunť eſſe vera: vt ratio aſſentiat eorũ veritati, ſicut cũ ꝓponuntur prima principia ſcientiarum ſpeculatiuarũ ſtatim cognoſcunť eſſe vera in lumine naturalis rationis. Si ergo poſſibile ſit hoĩem diſcere hanc ſcientiam: cuius prima principia ſunt credendorũ articuli: diſcere eam eſt ex illis primo cognitis in lumine fidei: vel ex auditu: vel ex diuina inſpiratione, poſteriorum cognitionem ſtudio: vel per ſe: vel alterius inſtructione inueſtigare. Et tunc iuxta opinionẽ illorum qui dicebant ꝙ non eſſet ſtudendũ inueſtigationi ſacræ ſcripturę: ſed eius intellectus diuino munere eſſet expectandus: Dicendũ eſſet: ꝙ homo nõ poſſet aut non deberet ſtudio ſuo addiſcere iſtã ſciẽtiã: ſed ſolo diuino munere eius notitiã expectare. Sed horum opinio ſufficienter improbata eſt ſupra in q̃ſtione tertia: de ſtudio hoĩs ad ſciẽdũ. Vnde ſecũdũ modũ quo ibi cõceſſum eſt ꝙ ſtudẽdũ eſt homini ad ĩueſtigãdũ ſcibilia ſup ſciẽtias phĩcas: quæ principaliter ptinẽt ad iſtã ſciẽtiã: ſecundũ eundẽ modũ dicendũ eſt hic ꝙ poſſibile eſt hoĩem addiſcere hanc ſciẽtiã ad illorum notitiã quę ſunt ſup phĩam noſtro ſtudio inueſtigandã: & hoc ideo: quia appetitus quo homo ſtudio horum & inueſtigationi intẽdit, nõ eſt ponẽdus eſſe fruſtra: fruſtra aũt eſſet niſi homo per ipſum ſcientiã iſtam addiſcere poſſet.

Q
Ad primũ principale.

¶ Ad primum in oppoſitum ꝙ homo de ſe nihil habet huius ſcientiæ: Dicendum ꝙ verũ eſt ex naturali cognitione. Sed ex lumine fidei, aſſentit primis articulis fidei: anteq̃ aliqd poterit huius ſcientiæ addiſcere: vt ſtatim videbitur: & illis ſic cognitis poteſt vlteriora inueſtigare: vel ipſorum intellectui ſtudere: & ſic ea quæ ſunt huius ſcientiæ addiſcere: vt dictum eſt ſupra.

R
Ad ſecundũ

¶ Ad ſecundum ꝙ homo prima credibilia non poteſt ſcire opere ſuo: Dicendũ ꝙ verum eſt in puris naturalibus conſtitutus: adiutus tamen dono gratię fidei opere intellectus ipſis aſſentit. Et cõſimiliter bene verum eſt ꝙ ex puris naturalibus opere rationis non poſſet iſtam ſcientiam addiſcere: adiutus tamen lumine fidei manuduci poteſt ad vlteriora credibilia inueſtiganda: vel ad iã credita intelligenda: vt infra dicetur.



S
Quæſt. ii.
Arg. i.

Irca ſecundũ arguitur ꝙ hęc ſciẽtia põt addiſci ab hoĩe ſine ſpeciali illuſtratione diuina. Primo ſic. ſuper illud. i. Corinth. xiii. Si nouero omnia myſteria. dicit Gloſ. Occulta noui & veteris teſtamenti: q̃ mali ſciunt. & hoc nõ niſi addiſcendo. hæc ſunt illa quæ ſunt huius ſcientię. ſed mali non percipiunt diuinam illuſtrationem ſpecialem: immo ſecundum Auguſt. tenebris peccatorum eam excludunt. ergo &c.

2 ¶ Secũdo ſic: qđ ſummũ eſt in cognitione huius ſcientiæ, eſt pertinens ad diuinarum perſonarum diſtinctionem: & ſubſtantię vnitatem. ſed hoc Philoſophi potuerunt diſcere ſine luminis ſpecialis infuſione: naturalis rationis perſuaſione: ſecundũ ꝙ dicit Auguſt. vii. cõfeſ. Ibi (. ſ. in libris Platonis) legi oĩno multis & multiplicibus ſuaderi rationibꝰ ꝙ in principio erat verbũ: & verbũ erat apud deum &c. hmõi. ergo &c.

In oppoſitũ. ¶ Ad oppoſitum eſt Augu. xi. de ci. dei. Scriptura quę canonica appellatur: de his rebus eſt: quas ignorare non expedit: nec ꝑ nos ipſos noſſe idonei ſumus. ſed ad talia diſcenda a nobis requiritur in nobis lumẽ ſupernaturale. ergo &c.

2 ¶ Item ibidem in fi. eiuſdem ca. Hæc ſcientia eſt de his quæ a noſtris ſenſibus interioribus remota ſunt. talia autem ſine ſpecialis luminis illuſtratione diſcere non poſſumus. ergo &c.

T
Reſponſio.

¶ Dicendum ad hoc ſecundum ſuperius determinata: ꝙ homo naturaliter ordinatus eſt: vt quædam poſſit ſcire ad quæ ſolo adiutorio luminis naturalis & illuſtrationis generalis poteſt attingere: & aliqua quæ omnem eius facultatem naturalem excedunt: & hoc tum propter eius debilitatem, ꝙ in tam excellenti cognoſcibili figi non poteſt: tum propter eius obtuſitatem: qua illuſtratione generali & vi luminis naturalis illa inſpicere non ſufficit. Quare ſi talia debet ſcire: neceſſario requiritur aliquid ſupernaturale, & ſpeciale ei infuſum, quo in virtute fortificetur & eleuetur & in viſu acuatur. hoc autem eſt qđ apellamus ſpeciale lumen ſpeciali illuſtratione infuſum: quod eſt quaſi ſanitas ſpiritualium oculorum mentis, quod ſufficit intellectui ſcibilia ſupernaturalia illuſtrare vt ipſa ſcire poſſit.

V
Cum ergo de talibus quæ ſunt ſecundi generis ſit iſta ſcientia vt infra videbitur, ab homine diſci non poteſt omnino ſine ſpeciali illuſtratione diuina: ſecundum ꝙ de hoc habitum eſt ſupra ſufficiẽter art. iii. q. v. & art. v. q. iii. & de hoc dicit Aug. in epiſtola ad Conſentiũ. Cum cœpero te in tanti huius ſecreti intelligentiam introducere: niſi deus intus adiuuerit omnino non potero. & ibidem. Tu autem chariſſime ora fortiter, & fideliter: vt det tibi dominus intellectum: ac ſic ea quę forinſecus adhibet diligentia præceptoris ſiue doctoris, poſſint eſſe fructuoſa: quoniã neq̧ qui plantat eſt aliquid: neq̧ qui rigat: ſed qui incrementũ dat deꝰ.

X
¶ Eſt igitur ſciendum ꝙ humana ratio aliter mouetur in acquiſitione ſcientiæ de rebus naturalibus q̃ ſibi ſubſunt. Aliter vero in acq̃ſitiõe rerum ſupernaturalium quæ eam excedũt. Q m̃ in acquiſitione ſcientiæ rerum naturalium motu proprio ꝓcedit ex naturaliter ſibi cognitis ad incognita via naturalis inueſtigationis cognoſcenda. In acquiſitione vero ſcientiæ rerum ſupernaturalium ſeq̃tur motũ naturę intellectualis ſupioris ſupernaturaliter cognoſcenda ei omnino reuelantis: ad modũ quo corpora elementaria mouentur duplici motu: vno ſibi naturali: altero quo ſequuntur motũ corporũ ſuperiorũ: & ſilr̃ ſe habent in motu ſuo ſpherę inferiores reſpectu primi mobilis.

Y
Ad primum principale.

¶ Ad primum in oppoſitum: ꝙ mali poſſunt ſcire myſteria huius ſcientię: Dicendũ ꝙ verũ eſt: ſed hoc non ſine alicuius ſpecialis luminis illuſtratiõe. Nõ dico gratiæ gratum facientis qua mali carent: ſed gratis datę, quæ plerũq̧ datur malis in vſum fidelium.

Z
Ad ſecundũ

¶ Ad ſecũdum ꝙ phĩ cognouerunt naturali ratione perſonarum diſtinctionem & ſubſtantiæ vnitatem: Dicendũ ꝙ non eſt verũ. Qꝫ eñ inuenit Aug. illud, In principio erat verbum &c. in libris Platonis: hoc nõ poſuit Plato in ſuis libris tanq̃ a ſe inuentum: ſed tanq̃ a doctrina aliorum acceptum. ſ. prophetarum: quoniam vt dicit Augu. ii. de doct. chriſtia. probabile eſt Platonẽ tempore Hieremię ꝓphetæ ꝓfectũ fuiſſe in Aegyptũ: & ꝙ ibi per Hieremiã ꝓphetã nr̃is literis fuerit imbutus: & ideo ex hoc potuit ſcribere ea q̃ fide laudanť. ¶ Sed contra hoc arguet aliquis, ex eo qđ dicit Aug. ſuper Ioan. ſer. ii. Hi (inquit) de quibus dicit Apoſtolus, Qui cum cognouiſſent deum: vident hoc qđ dixit Ioan. quia per verbum dei facta ſunt omnia: & quia vnigenitum filium habuit deus. Et dicendũ ꝙ viderũt deum & diuinam mẽtem: quã νοῦν vocabant, aut filium: non vt diſtinctam perſonam ſecundum ꝙ fidelis tenet: ſed vt artem & conceptum quendam eſſentialem diuinæ mentis, pertinentem ad eſſentiam: licet filio approprietur. vnde appropriata viderunt: licet nõ propria: & licet circa illa ex naturalibus multipliciter perſuaſerunt veritatem: non tamen attingebant vnq̃ ad illa vt ſunt propria huic ſcientiæ: quia talia exc{ç}ecãt magis q̃ illuminãt: iuxta illud quod dicit Gloſſ. Exo. in fine. Scriptura ſancta ſanctis. & ſuam ignorantiã fatentibus lumen eſt, iniquis vero & ſcientiam iactantibus nubes eſt.

A Queſt.iii. Argu.i. Irca.iii.arguitur ꝙ iſta ſciētia addiſci poſſit ab hoīe ſine lumine fidei.Primo ſic nō minor reqrit̃ illuminatio in cognitiōe ꝓphetica ꝑ reuelationē,ꝗ in cognitione huius ſciētię ꝑ doctrinā.vnde & primi doctores iſtā ſcientiā quaſi ꝓphetica reuelatione ſuſceperūt: ſed ad cognitionē habitam ꝓphetica reuelatione nō requirit̃ lumē fidei.ergo nec ad notitiā huius ſciētię ꝑ doctrinā.

2 ¶Secūdo ſic:qui ꝑ ſe ſufficiens eſt ad cognoſcēdū terminos & principia ex terminis cōpoſita(qa principia cognoſcimus inquantū terminos cognoſcimus,ſecūdū Phm)& ꝗ poteſt cognoſcere principia:& illa poteſt cognoſcere quę ſequunt̃ ex ipſis,ſed homo ſine lumīe fidei poteſt cognoſcere oēs terminos huius ſcientię:quid deus:qd mūdus:qd creare:qd pati:qd homo:quid virgo:quid mater. Hoc em̄ vt dictū eſt ſupra,oportet intelligere anteꝗ̄ credere. ergo ſine lumine fidei poteſt cognoſcere principia hui⁹ ſciētię cōplexa ex his:vt ꝙ deus creauit mūdū:ꝙ deus homo paſſus eſt:ꝙ virgo mater eſt.quare & ſine lumine fidei poteſt ſcire oīa ꝗ̄ conſequunt̃ ex his. hęc ſunt omnia huius ſciētię.ergo &c.

3 ¶Tertio ſic:infideles & hęretici fingēdo ſe fideles:audiendo a magiſtris catholicis hāc ſcientiā ꝑ ſtudiū & exercitiū poſſent fieri magiſtri in ea, & alios docere:ſicut fecit Arrius:ſed hoc nō poſſet fieri niſi diſcendo hanc ſcientiā ſine lumine fidei.ergo &c.

In oppoſitū. ¶Oppoſitū arguit̃ ſic.ſup illud.i.Corint.ii.Sapientiam loqmur inter ꝑfectos:dicit Gloſ.Quę nō eſt humana rōne cōphēſibilis:ſed ſpūs efficacia credibilis.ſed talis non poteſt diſci ſine fide.ergo.&c.

B Reſponſio. ¶Dicendū ad hoc.ꝙ cū iſta ſcientia ſit de eis quę facultatē naturalis rationis excedūt ꝓpter intellectus noſtri debilitatem:& eorum elongationem:vt dictum eſt: oportet vt eius notitiā capiat ab eo ꝗ eā nouit.Nūc aūt ita eſt: ꝙ oīs diſcens qui ꝓpter debilitatem intellectus ſui & elongationem intelligibilis ab eo:non poteſt ſtatim ꝑ euidētiā videre rerum veritates:neceſſe habet primo credere illi qui eas nouit:a quo debet earum notitiam accipere. Quare diſcētem in hac ſciētia prīo oportet veritates eius credere,& fide tenere ab eo a quo expectat eas euidēter ſcire: cū nutritus ꝑ fidē,ad hoc vt euidēter eas ſciat factus ſit idoneus.Ille aūt ſolus deus eſt:de ipſo em̄ principaliter eſt iſta ſcientia:& credenda oīa:& ipſe ſolus ſeipſum ꝑfecte nouit.

C Fidem ergo exhibendo deo:vt teſte veritatis eorum quę dicunt̃ in hac ſcientia:oportet addiſcere hanc ſcientiam: vt per fidē primā ꝑparemur ad eius intelligētiā:cui vt dicit Aug.xi. de ci.d.fidē adhibem⁹ de his rebus ꝗs ignorare nō expedit:nec per noſipſos ſcire idonei ſumus. hoc tñ mediātib⁹ teſtibus aliis quib⁹ ille reuelauit:ſecundum ꝙ dicit ibidem. Nam ſi ea ſciri poſſunt teſtibus nobis quæ remota non ſunt a ſenſibus noſtris ſiue interioribus ſiue exterioribus:vnde & ꝑſentia nūcupātur:profecto ea quę remota ſunt a ſenſibus noſtris:quoniam noſtro teſtimonio ſcire non poſſumus: de his alios teſtes requirimus:eiſq; credimus qui viderunt:qui hæc in illo incorporeo lumine didicerunt: & hęc tanꝗ̄ verba nobis proponentibus: non autē tanꝗ̄ verborum intellectū prębentibus.hoc enim ſolius dei eſt:ſecundum ꝙ dicit Augu.i.ſer.ſuper Ioan.exponendo illud.In principio erat verbum.& vocando ſcriptores huius ſcientię montes:dicit.Niſi montes iſta dicerent:vnde oīno cogitaretis non inueniretis.ergo ex montibus venit nobis auxilium:vt hoc vel audiretis.Sed nōdū poteſtis intelligere qđ audiſtis.Inuocate auxiliū a domino qui fecit cę.& ter.quia montes ſic poterunt loqui:vt nō poſſent ipſi illuminare:qa & ipſi illuminati ſunt audiēdo.Inde qui dixit,hoc accepit:Ioānes ille qui diſcubuit ſupra pectus dn̄i:& de pectore dn̄i bibit qđ nobis ꝓpinaret:ſed propinauit verba:intellectū vero inde debes capere vñ & ipſe bibit ꝗ tibi ꝓpinauit:vt leues oculos ad mōtes : vnde veniat tibi auxiliū:vt inde tanꝗ̄ calicē.i.verbum propinatum acciperes: & tñ qa auxiliū tuū a dn̄o qui fe. cę.& ter.inde ipleres pectus vnde ille impleuit.Solus enim ille qui fidē dedit:pōt ꝑſtare intellectū: ſed hoc ſecūdū cōmunē curſum:non niſi fide ꝑcedente : per quā homo ad intellectum fit idoneus vt videat ex euidētia rei vel ratiōis qđ prius ſola fide tenebat.Hic dicit Aug.li.de ordi.ii.Nullus hominū niſi ex imperito peritus fit.Nullus aūt imperitus nouit qualē ſe debeat ꝑbere docentibus & quali vita eſſe docilis poſſit. Euenit vt oībus bona magna & occulta diſcere cupientibus non aperiat niſi auctoritas ianuā:quā quiſq; ingreſſus ſine dubitatione vitæ optimę ꝑcepta ſectatur: ꝑ quę cū docilis fuerit tū demum diſcet:& quāta rōne ꝑdita ſunt ea ipſa ꝗ̄ ſecutus eſt ante rationē: & qd ſit ipſa ratio quā poſt auctoritatis cunabula firmus & idoneus iam ſeqt̃ atq; comprehendit.

D ¶Eſt igit̃ hic aduertēdū:ꝙ fides qua ex auctoritate hui⁹ ſciētię credim⁹, nō eſt fides rōnib⁹ apparētib⁹ ꝑſuaſa:ſed diuina virtute infuſa.Cū.n.nulla rō ex reb⁹ īferiorib⁹ ſumpta ad hoc eſt efficax: nec mens humana ſufficeret capere rationē ſufficientem ad hoc acceptam a ſuperioribus:oportet igitur ꝙ ſit fides a deo infuſa quę rationi ſuadeat dicta ſacrę ſcripturę eſſe diuina oracula: & ideo eis aſſentiendum:quæ etiam voluntatem inclinat vt captiuet intellectum, & aſſentire faciat eis



quæ non videt:ſed quaſi ex auditu & teſtimonio auctoritatis ſuperioris ea vera eſſe teneat.Vnde Aug.ſuper illud Ioā.Et nos credimus & cognouimus.dicit in ſer.xvii.Non agnouimus & credimus:ſed credimus & cognouimus.credimus enim vt cognoſcamus:nā ſi prius cognoſcere:deinde credere vellemus:nec cognoſcere nec credere valeremus.& ſer.xxix.Si non intellexiſti,crede.Intellectus enim merces eſt fidei.ergo noli ꝗ̄rere ītelligere vt credas, ſed crede vt intelligas.niſi enim credideritis non intelligetis.¶Eſt etiam aduertendum ꝙ fides quæ via eſt ad intellectum, non eſt fides qua ſolūmodo creditur deo vt teſti vero: ſed qua credens in ipſum fidit vt in fidei auctore, & remuneratore.Vñ Aug.in ſer.xxviii.exponens illud:hoc eſt opus dei:vt credatis in eum quē ille miſit:ad exponēdum illud aliud:Si quis voluerit volūtatem eius facere cognoſcet de doctrina eius dicit. Quis neſciat eſſe voluntatem dei operari opus eius? hoc aūt opus dei eſt vt credatis in eum:non vt credatis ei.Sed & ſi credatis in eum,creditis ei.Non autem continuo qui credit ei credit in eum.Nam dęmones credebāt ei & non credebant in eum.Rurſus credendum eſt Paulo: ſed non credēdum in Paulum.Credēti enim in deum reputatur fides ad iuſtitiam. Et ꝙ ſic fidem ꝑire intelligentiam in cognitione eorum:quę naturalem rationem excedunt:non ſit quaſi ex ſola legis inſtitutione:ſed magis ex rationis naturalis neceſſitate:oſtendit Aug.in epiſtola ad Conſentiū dicens.Vt in qbuſdā rebus ad doctrinā ſalutarē pertinentibus:quas ratione percipere non valemus,ſed aliqñ valebimus,fides qua cor mūdat̃ pręcedat rōnē:vt rationis capiat & ꝑferat lucem: hoc vtiq; ratiōis eſt.Et ideo rationabiliter dictum eſt per prophetam: Niſi credideritis non intelligetis. Vbi proculdubio diſcreuit hæc duo:deditq; conſilium quo prius credamus:vt id qđ credimus,intelligere valeamus.Vt fides igitur pręcedat rationem rationabiliter prouiſum eſt.Nam ſi hoc præceptum rationale non eſt:irrationale eſt:abſit.Si ergo rationale eſt vt magna capiant̃ qdā E ꝗ capi nōdū poſſunt fides antecedat rationem:proculdubio quātulacūq; ratio quę hoc perſuadet etiam ipſa antecedit fidē.Propterea monet Apoſtolus paratos nos eſſe debere ad reſponſionē omī poſcenti nos rationem de fide & ſpe noſtra.Quoniam ſi a me infidelis rationem poſcit fidei & ſpei meę:& videro ꝙ anteꝗ̄ credat:capere nō poteſt:hanc ipſam ei reddo rationē:in qua ſi fieri poteſt: videat ꝗ̄ prępoſtere ante fidem poſcat rationem earum rerum:quas capere non poteſt.Sic ergo dicendum:ꝙ ſine fide iſta ſcientia diſci non poteſt : quia ſine ea non poſſet homo vllo modo dictis eius aſſentire:& multominus ea intelligere : ſed fide roboratus & firmatus eius manuductione ꝓcedere poteſt:& occulta huius ſcientiæ perquirere:& vt ea intelligat inueſtigare:ſecundum ꝙ de hoc habitū eſt ſupra in Titulo.viii.q.iii.Et ideo dicit Augu.in.iii.de doct.chriſtia.ꝙ ſacra ſcriptura nihil aſſerit niſi fidem.

G Ad pri.prin. ¶Ad primum in oppoſitum:ꝙ ad cognitionem habitam reuelatione prophetica non reqritur fides:Dicendū ꝙ prophetia de eis ꝗ̄ ſupernaturaliter ſunt cognoſcēda: aut a prophetante non intelligitur omnino:nec nouit quid prophetizet: ſicut patet de Caypha, cum prophetauit ꝙ expediret:ꝙ vnus homo moreretur pro poplo:aut neceſſario fidem adhibet eis:ſaltem fidem informē ex dono gratis dato.

H Ad ſecundū. ¶Ad ſecundum ꝙ homo ſine fide poteſt terminos cognoſcere: quia etiā complexa ex eis:Dicendū ad hoc ꝙ veritas cōplexionum aliquādo cauſatur eſſentialiter ex natura & quiditate & virtute terminorū: aliquando autem non ſic:ſed natura & quiditas terminorum ſolum ſuſtinet & patitur vt in eis complexionis veritas comprehendatur.In primo caſu ſubdiſtinguendum:quia aut homo ex lumine naturali attingere poteſt ꝑfecte ſub terminis perfecte cognoſcendo naturam terminorum ad illud in natura & quiditate rei ſignatę:quo ſunt cauſa veritatis cōplexionis:aut non.In primo caſu cognoſcēs terminos lumine naturalis rationis:eodē lumine cognoſcit & complexiones eorum:vt contingit in omnibus pure naturalibus ꝑdicationib⁹ tam ſubſtantialibus ꝗ̄ accidentalibus.In ſecundo vero caſu cognoſcens terminos lumine naturali: cognoſcit ipſos incomplete. Complete autem quo ad id ꝙ ſunt cauſa veritatis complexionis:non cognoſcit ipſos niſi lumine ſupernaturali:& ſic non niſi lumine ſupernaturali cognoſcit veritatē complexionis in illis.Verbi gratia:quoniam cognoſcēs lumine naturali:quid deus: qd trinitas: qd vnitas:non tamen cognoſcens lumine naturali quid deus inquantū cauſat in ſe(vt ita loquar)trinitatem perſonarum in vnitate eſſentiæ, non cognoſcit ꝙ deus eſt trinus & vnus lumine naturali:ſed ſolum lumine ſupernaturali:quia quiditates illorū terminorū inquantū ſunt cauſa veritatis illius cōplexionis nō ſunt natæ cognoſci niſi lumine ſupnaturali.Qñ aūt qditas terminorū nō cauſat naturalr̃ in ſe neq; continet veritatē cōplexionis: ſed ſolū ſuſtinet eā a ſupnaturali agēte in ſe cauſari:vt ꝙ natura mulę ſuſtinet ꝙ loqt̃:tūc termini bñ poſſunt cognoſci ꝑfecte lumīe naturali:ſed cōplexiōis veritas ſolū lumine ſupnaturali. vt ſilr̃ cōtingit in veritate illius ꝓpoſitionis ꝗ̄ di

cit virginem parere:& illius quæ dicit diuinam naturã vniri humanę naturæ in vnitate perſonæ.
I ¶Ad tertiũ ꝙ infidelis poſſet hanc ſcientiam diſcere:Dicendum ꝙ ad perfectam notitiam intelle-
Ad tertium ctus quã quęrit diſcens de re:duo debent concurrere.Vnum eſt aſſenſus veritatis. Alterum eſt iu
diciũ de eo qđ verũ eſſe aſſerit.Hoc ſecundum non poteſt eſſe ſine perceptione veritatis ex rei vel
rationis euidentia:ſecundum ꝙ dicitur in principio Ethico.Vnuſquiſqꝫ bene iudicat quæ cogno
ſcit.Primũ aũt bene poteſt eſſe ſine ſecũdo & ſine omni perceptione veritatis euidenti. Aſſentit.n.
intellectus aliquando veritati propter auctoritatẽ dicentis & atteſtantis: licet eã ex euidentia om̃i
no non percipiat. Secundum quẽ modũ cõſentimus eis & aſſerimus tanq̃ vera quæ cognoſcimus
ex hiſtoriis quas aliqua auctoritate conſtat eſſe conſcriptas.& eſt talis notitia fideliũ de his quæ te
nent eẽ vera ſolo lumine fidei. vñ eſt notitia quaſi ex auditu ſine aliqua ꝑceptione veritatis ex eui
K dentia rei aut ratiõis:quare nec ꝓprie meretur dici notitia:vt habitum eſt ſupra. Eſt em̃ quodam
modo talis qualem habet cęcus de coloribus:credendo ea quę videntes quos veraces eſſe ſciuit,de
coloribus ei atteſtantur eſſe vera:quorum notitiam ex ſolo auditu,nullo aũt mõ ex rerum euidẽ-
tia capere põt. Nec inconueniẽter cõparat̃ fidelis in cognoſcẽdo diuina & intellectualia:cęco in co
gnoſcendo colores:qm̃ in ſentiendo corporalia poſt peccatum oculus carnis remanſit clarus: in co
gnoſcendo autem intellectualia oculus rationis factus eſt lippus:in cognoſcẽdo vero diuina & in-
tellectualia om̃ino eſt excęcatus.Differt tamẽ in hoc,ꝙ cęcus nec terminos cognoſcit cũ diſputat
vel audit diſputare de coloribus:& ſola credulitate ex puris naturalibꝰ de coloribus alterius teſti-
monio acqeſcit:fidelis autẽ neceſſario terminos credibiliũ cognoſcit anteq̃ cõplexiones credat : vt
dictũ eſt ſupra:& non acquieſcit eis quę ſunt fidei credendo,niſi per aliquẽ habitum infuſum.Vn
de ſcientia cæcorum de coloribus,vocalis eſt tm̃:quia eam habent ex ſolis rerum nominibus quæ
intelligunt:q̃uis res ſignificatas per ipſas omnino nõ percipiunt.Vñ cæcus per auditũ inſtructus
de vocabulis colorũ ſyllogizare põt:& multa vera dicere circa colores quę omnino non intelligit.
Scientia vero fidelium de eis quę ſunt fidei:non tm̃ vocalis eſt:ſed & realis:qa complexorum ſigni
ficata intelligunt:licet ex euidentia veritatẽ complexionũ de articulis fidei non capiunt. Bene em̃
intelligunt qd tres:qd trinus:qd vnus:licet non capiunt intellectu : ſed ſola fide tenent:ꝙ deus ſit
trinus & vnus. Vñ & in hac notitia differunt fidelis & infidelis:quia infidelis ſicut fidelis ſignifi-
L cata terminorũ incõplexorũ capit:ſed ille veritati cõplexiõis cõtradicit.Scit em̃ infidelis qd ſit vir
go,& qd parere:licet veritati huiꝰ cõplexiõis qua dicit̃ ꝙ virgo peperit,oĩno nõ cõſentit:ſed ei cõ
tradicit:cui conſentit fidelis.Vnde de quo fidelis habet notitiam intellectus veritati tali aſſentien
do ꝑ fidẽ,infidelis ſolũ habet notitiam imaginariam:qualem habemus de monte aureo. Sicut em̃
intelligendo rationẽ montis,& rationem auri,imaginatiõe cõponente extrema imaginamur mon
tem aureũ:Similiter ipſe intelligẽdo qd virgo,quid parere,imaginatione cõpoſite extrema imagi-
natur virginem parere:cui tñ nullo modo aſſentit:& ideo nec intelligit omnino.Et ſic dicendum
ꝙ ſine fide notitiã imaginariã põt infidelis habere,de eis quæ ſunt huius ſcientiæ,maxime q̃ ſunt
ſupernaturalia:nullam aũt omnino cognitionẽ intellectus. Sed qa fidelis anteq̃ cõplexa põt crede
re:oportet ꝙ prius intelligat incõplexa:quę intelligere nõ poteſt prius q̃ ea credat: Sic quodã mo
do verũ eſt dicere:ĩtellige vt credas:& quodã modo verum eſt dicere,crede vt intelligas.Intellige
re em̃ debemus incõplexa vt credamus cõplexa:& credere prius cõplexa : vt eadẽ poſtea intelliga
mus.Et iõ dicit Aug.de verbis Apli.ſer.xxvi.Intellige vt credas,& crede vt ĩtelligas.Breuiter dico
quõ vtrũqꝫ ſine cõtrouerſia accipimus. Intellige vt credas verbũ meũ:crede vt ĩtelligas verbũ dei.
M Irca quartũ arguit̃:ꝙ ad iſtã ſcientiã diſcẽdã non ſufficit lumẽ fidei. Primo ſic.
Quæſt.iiii. qm̃ ſi ſolo lumĩe fidei ſufficiẽter diſci poſſet,ergo plus pollẽs fide plus ꝓficeret
Arg.i. diſcẽdo hãc ſciẽtiã:qa poſita cauſa neceſſe eſt poni effectũ. Cõſequẽs falſum eſt
ſecũdũ Aug.xiiii.de Tri.cap.i.ergo &c. ¶In oppoſitũ videt̃ eſſe Aug.q dicit de
In oppoſitũ. doctrina chriſtia.ii.Sacra ſcriptura nõ aſſerit niſi fidem.nihil autem diſcendum
in ſcientia niſi qđ aſſerit.ergo in hac ſcientia nihil diſcendum eſt niſi fides.illa
diſcitur ſolo lumine fidei.ergo &c.
N ¶Dicẽdum ad hoc: ꝙ iſta ſciẽtia cũ ſit homini de neceſſitate ſalutis,eſt ei neceſſa
Reſponſio. ria:non ſolum eã ſic recipere vt veritati credibiliũ aſſentiat:ſed etiã ſic eã ꝑcipere:vt veritatẽ cre-
dibiliũ piis opitulari:& cõtra ĩpios ab om̃i falſitate defenſare ſciat.Primũ neceſſariũ eſt cuilibet.Se
cũdũ eſt neceſſariũ ſolũ maioribꝰ & ſupioribꝰ in eccl'ia:vt dictũ eſt ſupra de auditore huiꝰ ſciẽtiæ
niſi em̃ ꝑ maiores piis credibilia exponerent̃ & ſuaderent̃:ac cõtra aduerſarios defenderet̃: de faci
li a cordibꝰ infirmoꝝ fides ꝑiclitaret̃. Vñ diuina ſapiẽtia q̃ clara notitia viſiõis ex euidẽtia rerũ no
uit ea quæ ſunt credenda:& quomodo piis debent opitulari:& quomõ cõtra aduerſarios defendi



poſſunt ab omni falſitate,iuxta duo opera ſapientis:quę ſunt:non mentiri de quibus nouit:& men
tientem poſſe manifeſtare:ea dupliciter homini dignata eſt reuelare: & ipſum in eiſdem ſapiẽtem
poſſe facere.vno videlicet modo veritates credibiliũ homini indicando:ne oĩno in eis mentiat̃ ap-
prehendendo credibile,ſicut eſt in rei veritate.Secundo modo veritates credibiliũ dilucidando:ne
in eis vllo modo vacillet ea aliis ſuadendo:& cõtra alios defendẽdo.Ad ſciendũ credibilia quę ſunt
huius ſcientiæ primo modo & ad eam addiſcendam ſufficit ſolum lumen fidei: quia ſic ſciuntur
credendo ſolũ.Ad ſciendum vero ea ſecũdo modo:& ad ſic addiſcendũ hãc ſcientiã,neceſſario re-
quiritur illuſtratio aliqua ſuperior illuſtratione fidei: quia hoc modo ſciũtur non ſolum credẽdo:
ſed & credita intelligendo.vt infra videbitur.Et ſicut primũ fit auctoritate ſcripturæ acquieſcen-
do adiutorio luminis fidei:ſic fit ſecundum veritatem ſcriptorum percipiendo adiutorio alicuius
illuſtratiõis ſuperioris.de qua dicit Auguſt.cõtra epiſtolã fundamẽti.Qđ credimꝰ intelligere me-
reamur : non iam hominibus ſed ipſo deo intrinſecus mẽtem noſtram illuſtrãte atqꝫ firmãte. Hos
duos modos ſciendi credibilia huius ſcientię diſtinguit Augu. cũ dicit.xiiii.de tri.c.i.Aliud eſt ſci
re tantũmodo quid homo credere debeat propter adipiſcendam vitam beatam . Aliud vero ſcire
quoniã hoc ipſum ſcire & piis opitulatur:& cõtra malos & impios defenditur.Qua ſciẽtia nõ pol
lent fideles plurimi:q̃uis polleant ipſa fide plurimũ.quã vt ait Augu.ibidem, Apoſtolus ſciẽtiam
appellare videtur cũ dicit.i.Corith.xii.Alii quidẽ per ſpiritũ datur ſermo ſapientię:alii ſermo ſciẽ-
tię:alii fides.Gloſ.i.de diuinis intelligentia:ſcientia de humanis:fidei cõſtantia. Sicut ergo hæc cõ
ſtantia fidei qđ eſt donum gratis datum,differt a fide quæ eſt virtus,in eo ꝙ ipſa datur dono ali-
quo ſuperiori: ſic notitia quæ ſcientia vel ſapientia eſt huius ſcientiæ neceſſario differt a notitia
fidei:ita ꝙ illuſtratione aliqua ſuperiori datur q̃ habeat̃ ex notitia fidei : & ſcire hanc intelligendo
eam tali illuſtratione,hoc eſt proprie ſcire eam.
¶Per hęc patet obiectum in oppoſitum,ꝙ hęc ſcientia non aſſerit niſi fidẽ.Dicẽ O
dum ꝙ verũ eſt:quia nõ aſſerit niſi ea quę ſunt fidei.ſed ea quę ſunt fidei,cognoſci poſſunt diſcer Ad argu.in
nẽdo quæ credẽda ſunt:& quę nõ.qđ poteſt fieri ſolo lumine fideĩ,vel cõſpiciẽdo quomodo ea piis oppoſitum.
opitulari debent:& cõtra impios defenſari:ad qđ neceſſario requiritur illuſtratio ſuperior illuſtra
tione fidei:ſicut eſt ſuperior cognitio.
Irca quintũ arguitur,ꝙ ad notitiam huius ſciẽtię requiritur donũ gratię gra- P
tum facientis.Primo ſic.homo nõ poteſt addiſcere hanc ſcientiã niſi requieſcat Quęſt.v.
in eo ſpũs ſanctus. Sed non requieſcit in aliquo niſi per donũ gratię gratum fa Arg.i.
cientis:quia deus charitas eſt.ergo &c.Probatio maioris eſt.Chryſoſto.dicit ſu
per illud Matth.vii.Et ego ſum homo poſitus ſub poteſtate.Non quia obſcura
ſunt aut profunda myſteria veritatis non omnes ea cognoſcunt: ſed quia per-
uerſa ſunt corda eorum : & nõ requieſcit in eis ſpũs veritatis. propterea ergo ſpũs veritatis fugit
ab eis.qui rectus eſt corde,vt requieſcat in eo ſpiritus veritatis,nõ poteſt longe eſſe a veritate.¶Se 2
cundo ſic.Auguſti.in ſer.quodam de dei timore dicit.Multos reperimus negligentiſſimos iuſtitię
& auidiſſimos ſapientię.Hos docet diuina ſcriptura peruenire nõ poſſe ad id qđ appetunt niſi ſer
uãdo qđ negligũt.Serua(inquit)iuſtitiã:& prębebit tibi dñs quã cupis ſapientiã.ſed illa nõ poteſt
ſeruari ſine dono gratum faciente.ergo &c.¶In oppoſitum eſt Gloſ.ſuper illud.i.Corith.xiii.Si no In oppoſitũ.
uero omnia myſteria.vt dictum eſt ſupra.
¶Dicendum ad hoc:ꝙ triplex eſt modus ſciendi hanc ſcientiam. vnus modus eſt Q
quo quis ea quę ſunt huius ſcientię ſola fide diſcernit. Alius quo ea defenſare nouit.de quibus di- Reſponſio.
ctũ eſt in præcedenti.q.Tertius eſt quo ea q̃ nouit intellectu aſſentit affectu:vt ei ſapiãt in affectu
quę nouit intellectu.vt iuxta proprietatẽ vocabuli hæc ſcientia ſit proprie ſapientia.i.ſapida ſcien-
tia. Primis duobus modis bene contingit addiſcere hanc ſcientiã ſine dono gratum faciente:ſed ſo
lum dono gratis dato. vt per donum fidei informis quo ad primũ modum,vel per donũ alicuius
illuſtrationis diuinę vltra gradum illuſtrationis cõmunis:& hoc quo ad ſecundũ modum.Tertio
autem modo non contingit omnino eam addiſcere ſine gratia gratum faciente:quia illa ſolum fa-
cit vt hoĩes ſpiritualiter ſapiant quæ audiũt:& tali auditori ſolũmodo iſta ſcientia valet ad ſalutẽ.
& ſolũmodo talis valet huic ſciẽtię ad eã ꝑſeuerãter ſuſtinendã,ſicut verus eiꝰ amator & amicus.
ſcđm ꝙ dicit Augu.in ep'ſa ad Vitalẽ. Id opus eſt gratię:quã q accipiũt doctrinę ſalutari ſanctarũ
ſcripturarũ etſi fuerĩt inimici fiũt amici: quã qui audiũt & legũt ſine gr̃a dei,eiꝰ peiores efficiunt̃
inimici:& lex dei atqꝫ doctrina q̃uis ſancta & iuſta & bona: tamen occidit ſi non viuificat ſpũs:per
quẽ fit vt non audiendo ſed obediendo:neqꝫ vt lectione:ſed dilectione teneat.Agnoſcamus gratiã

quæ fecit prodeſſe doctrinā,quæ gratia ſi deſit,videmus etiam obeſſe doctrinā.De primis duobus
modis diſcēdi procedit ratio ſecūda.de tertio procedit prima:& eſt iſte veriſſimus & perfectiſſim⁹
modus diſcendi hanc ſcientiā : & ſic addiſcens eam propriiſſimus auditor eius eſt:quia ipſe ſolus
perfecte pcipere poteſt ea quę dei ſunt:quę non poteſt pcipere aīalis homo:qualis eſt oīs ſine gratia
gratū faciente exiſtens.Vnde & iſte ſolus finem huius ſcientię poteſt attingere.ſcd̄m ꝙ dicit Au-
guſt.talem auditorem hortādo ad auditū huius ſcientię,in fine primi de doctri.chriſtia.Cū quiſq;
cognouerit finē pręcepti eſſe charitatē de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta:ad tra-
ctationem illorum librorū ſecurus accedat. Vnde & qui hoc modo ſcit hanc ſcientiam vt capiat
affectu:quę intelligit intellectu:ſolum perfecte & vere nouit hanc ſcientiam.ſcd̄m ꝙ dicit Chryſo.
ſuper illud Matth.Et aperti ſunt ei cęli.Cęli(inqt)ſunt ſcripturę diuinę in quib⁹ habitat deus.Si
cut enim in cælo celatur deus:ita & in ſcripturis abſcōditur:& ſicut hoc cęlum corporale omnes
quidem homines vident : nō autē aſpiciunt deum inhabitātem in eo:ita & diuinas ſcripturas oēs
quidem homines legunt:non tamē omnes intelligunt deum veritatis poſitū in ſcripturis:niſi qui
fuerit baptizatus,vt accipiat ſpiritū ſanctum.Vnde & apoſtolis priuſq̄ baptizati erant ſpiritu ſan
cto:erant clauſæ ſcripturæ,poſtq̄ aperuit eis ſenſum inſufflans eis ſpiritū ſanctum: tunc reſeratæ
ſunt omnes ſcripturę ante oculos cordis eorum.Ergo qui baptizatus eſt:& meretur accipere ſpiri
tū ſanctum,aperiunt ei omnes ſcripturæ:vt intelligat quæ ibi poſita ſunt myſteria veritatis.Pro-
pterea autem non aperiuntur omnibus:quoniā quidam falſum baptiſma habētes nō poſſunt acci-
pere ſpiritum veritatis. Quoſdam autem non baptiſmus impedit ne accipiant ſpiritū ſanctum,&
R aperiantur eis ſcripturę: ſed propoſitū malum,q̄uis bene fuerit baptizati.Idem ſuper illud Petite
& accipietis. Et non timentes deum inueniunt ſcientiam legendo & ſtudendo:ſed non illā quę ex
deo eſt:ſed hanc quæ ex natura carnali per exercitationem carnis acquiritur:quā habuerūt etiam
& gentilium ſtudioſi.Qui eñ actionibus nō inſtat:nec operibus bonis:ſed per ſolum ſtudium le-
ctionum factus eſt ſapiens:quādo aliis prędicat ipſe ſibi non ſentit qd̄ prędicat:alios forſitā terret:
ipſe tamē nō timet:alios admonet credere:& ipſe nō credit q̄ dicit.quādo alios docet:abint⁹ cōſcie
tia eius ridet ſibi de verbis ſuis: quia ſcientia quæ eſt ex ſolis lectionibus ex ore procedit:quę autē
de ſpiritu ſancto eſt:ex corde profertur. & ideo ſpiritualis ſcientia nō ſolum diſcitur:ſed etiam an
te ſcitur.non tm̄ in ſcripturis legitur:ſed ex corde ſuggeritur.& ſi alios terret:ipſe amplius timet.
& omne quod loquitur,nō lectione ſed experimentatione probat.De quo dicitur in collat.patrum
exponēdo illud Pſal.Mōtes excelſi ceruis.Quiſq̄s diſcretionis virtute munitus ad figurā rationa-
lis cerui mentis alacritate peruenit:paſcitur in propheticis & apoſtolicis montibus.i.excellentiſſi-
mis eorum ac ſubtiliſſimis ſacramētis:vt omnes quoq; pſalmorū affectus in ſe recipiens ita incipiat
decantare : vt eos nō tanq̄ a propheta compoſitos,ſed velut a ſe editos quaſi orationem propriam
profunda cordis compunctione depromat,vel certe ad ſuā perſonā ęſtimet eos fuiſſe directos: eo-
rūq; ſententias non tunc tantūmodo prophetam,aut in propheta fuiſſe completas: ſed in ſe quo-
tidie geri impleriq; cognoſcat.Tunc enim ſcripturæ diuinæ nobis clarius perpateſcunt: & quodā
modo venę medullęq; panduntur:quando experientia noſtra non eas tm̄ percipit: ſed etiam pre-
uenit notionem : ſenſuſq; verborum non per expoſitionem nobis : ſed per documenta reſerantur.
Eundem nāq; pręcipientes cordis affectum:quo quiſq; decantatus vel deſcriptus eſt Pſalm⁹,velut
auctores eius facti præcedimus magis intellectum ipſius q̄ ſequamur , id eſt: vt prius dictorum
veritatem q̄ notitiam colligentes,quid in nobis geſtū ſit, vel quotidianis geratur incurſibus,ſem-
per pręueniente meditatiōe quodāmodo recordemur in Pſal. & velut in ſpeculo puriſſimo pui-
dētes efficacius cognoſcamus:& ita magiſtri affectibus eruditi:non vt audita:ſed tanq̄ perſpecta:&
memorię cōmendata palpemus:& velut ipſi rerum naturę inſita de interno cordis parturiamus
S affectu,vt eorum ſenſum non textu lectionis ſed experientia pręcedente penetrem⁹. Vt autem ta
li modo ſciamus hanc ſcientiam,non ſufficit fides quæcunq; aut illuſtratio:ſed neceſſario requiri
tur fides operans per dilectionem.de quo dicit Chriſtus.Ioan.vii.Siq̄s voluerit facere voluntatem
eius qui miſit me:cognoſcet de doctrina ei⁹.qd̄ exponēs Augu.ſer.xxix.dicit.Quid eſt cognoſcet?
hoc eſt intelliget, quid eſt volūtatem eius facere? hoc eſt credere,vt credatis in eum.quid eſt crede
re in eum? credendo amare:credendo in eum ire:& eius mēbris incorporari.Ipſa eſt ergo fides quę
per dilectionem operatur: hęc in te ſit: & intelliges doctrinā dei. Hinc dicit.lxxxiii.q.q.xlviii.Quę
primo creduntur & poſtea intelliguntur : ſunt illa quæ in diuinis rebus non poſſunt intelligi niſi
ab his qui mundo ſunt corde.qd̄ fit præceptis ſeruatis quæ de bene viuendo accipiuntur.Et ideo
dicit.i.par.ſuper Ioā.ſer.xviii.Mores perducunt ad intelligētiam.genus vitę pducit ad genus ſcien
tiæ.Item in ſer. de Iacob & Eſau.Vultis plus capere? creſcite:vultis creſcere? bene viuite.qui enim



non vult bene viuere:non vult creſcere.Reuera qui per hunc modum hanc ſcientiam didicerit,vt T
non ſcientiam ſed vt veriſſime ſapiētiam:guſtu ſpirituali ſapidam eam optinebit, vt ſapientia fiat
ei ſecūdum nomē ſuū ſapida ſcientia a ſapore dicta:quia nō ſolū illuminat intellectum:ſed ad amo-
rem & delectationem ſpiritualem inflāmat affectum. ſecundum enim ꝙ dicitur Eccl'iaſtici.xl.Vi-
num & muſica lętificat cor:& ſup vtraq; delectatio ſapientię.Et ideo ſapiens dicit de ſeipſo.Sapien
tiæ.viii. Intrans in domū meā conquieſcam cum illa. non enim habet amaritudinē conuerſatio il-
lius nec tedium conuictus illius,ſed lętitiam & gaudium.Vnde Grego.exponens illud Iob. Quis
poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? dicit.Notandum vero ꝙ ſapientia diuinitus inſpirata in
viſceribus hominis ponitur:quia nimirum quātum ad electorum numerū ſpectat:non in ſolis vo-
cibus:ſed etiā in ſenſibus datur,vt iuxta qd̄ loquit̄ lingua,viuat conſciētia:& lux eius tāto clarius
reſplendet in ſupficie:quanto verius inardeſcit. Hanc ergo ſapiētiam reuera homo ſine gratia gra
tum faciente optinere non poteſt:quia vt de ipſo dicitur Sapien.ii. In maliuolam animam non in-
troibit ſapientia:neq; habitabit in corpore ſubdito peccatis. Siqua enim ipſi ſciunt,ſine ſapore dul
cedinis ſpiritualis hæc ſciunt. Videt enim lucem ſapientiæ eorum intellectus: ſed dulcorem eius
nō guſtat eorum affectus.Vnde ſicut lōge poſiti a radio diuinę lucis,ſolum illuminātur nō autē
inflāmātur. Vnde & de tali modo diſcēdi hāc ſcientiam dicit Orig.in Gloſ.Exo.xxxiiii.Dum legē V
tes ſacras ſcripturas nō intelligim⁹,dū obſcurę ſunt & clauſę:nōdū cōuerſi ſumus.cōuerſis eñ ſta
tim aufert velamē.Oīs qui cū recitātur verba legis aliquib⁹ fabulis occupatur,aduerſus eſt:& qui
de negotiis ſeculi de pecunia de lucris & de dñiorum cupiditate ſollicitus eſt:qui gloriæ ſeculi:&
mundi honorib⁹ ſtudet:aduerſus eſt.Qui etiam ab his videtur alien⁹ aſſiſtit animo:& audit ver-
ba legis:vultu autē atq; oculis intētus:corde tamē atq; cogitatiōe vagatur,aduerſus eſt. Quid er
go conuerti? Si his omnibus terga vertamus,ſtudio actibus mentis & ſollicitudine verbo dei ope-
ram demus:in lege eius meditemur die ac nocte:omnibus deo vacemus & exerceamur in teſtimo
niis eius:hoc eſt conuerſum eſſe ad dominū.¶Per iam dicta patent obiecta inſpicienti. Ad obiecta.

CIrca ſextum arguitur, ꝙ addiſcens hanc ſcientiam nō acquirit aliam notitiam A
eius ſuper notitiam fidei.Primo ſic.ii.Corīth.v.dicit Apoſtol⁹.Q̄diu ſum⁹ in Queſt.vi.
hoc corpore peregrinamur a dño.per fidē eñ ambulam⁹ nō per ſpeciem.Gloſ. Argu.i.
Modo per fidem tm̄ illuminamur.non ergo aliquo habitu ſuperiori. ¶Secūdo 2
ſic.cognitio quę eſt per ſpeculū & in ęnigmate non excedit habitum fidei:quia
ſpeculum & ęnigma ſunt de eſſentia fidei.omnis noſtra cognitio in pręſenti eſt
huiuſmodi.i.Corinth.xiii. Videmus nunc per ſpeculum in ęnigmate.ergo &c. ¶Tertio ſic.omnis 3
cognitio q̄ eſt nunc ex parte:deſtruet̄.oīs noſtra cognitio q̄ nunc eſt,ex parte eſt,vt patet ibidē.Ex
parte cognoſcimus:& ex parte prophetamus:cum autē venerit qd̄ perfectū eſt:euacuabitur qd̄ ex
parte eſt.ergo omnis noſtra cognitio quę nūc eſt deſtruetur. ſed nō deſtruetur adueniente qd̄ per
fectum eſt aliqua cognitio in nobis niſi fidei:& hoc ratione imperfectionis ſuę & ęnigmatis qd̄ ha
bet.quia ſi aliqua alia eſſet i nobis:magis pficeret̄.ſicut perficiet̄ charitas.ergo nūc nō eſt nobis alia
cognitio q̄ fidei. ¶In oppoſitum eſt. quoniam ſi diſcendo hanc ſcientiam nullam notitiam ſuper In oppoſitū.
notitiā fidei acquireremus:fruſtra ergo eſſet ſtudere in hac ſcientia ad inueſtigādum ea quę ſunt
credita:conſequens eſt falſum.vt habitum eſt ſupra.ergo &c.

¶Dicendum ad hoc,ꝙ ſicut in diſciplinis circa idem triplex eſt modus cognoſcē B
di diſcipulo poſſibilis.vn⁹ ex ſolo auditu:quo credit dictis magiſtri & eius auctoritati: puta q̄ lu Reſponſio.
na eclipſatur:ſi hoc dicat ei magiſter eius. Alius ex aſpectu corporali : quo cernit oculis quia lu-
na eclipſatur:ſed propter quid ignorat.Tertius ex ratione ſola: qua certis temporibus & certis ſi-
tibus ex motibus ſolis & lunę circa terram:nouerit lunam neceſſario eclipſari:licet non videat q̄a
nunc eclipſatur:neq; aliquis hoc ei dicat.Cōſimiliter in notitia eorum quę ſunt fidei in hac ſciētia C
triplex eſt modus cognoſcēdi.vnus qui eſt ſolius fidei,q̄ſi ex auditu aſſentiēdo diuinę auctoritati.
quia in ſcriptura ſua illa aſſerit.Roma.x.Fides ex auditu. Alius eſt ex rei creditę apparentia: quo
modo cognoſcūt eā ſancti in patria. Tertius modus eſt medius quo cognoſcūtur credita: nō ſolū
auditu:nec apparētia rei quaſi viſu: ſed ex rationis euidentia:qua intellectui conſpicuū eſt naturā
rei ſic ſe habere ſicut fides tenet.Queādmodum enim cognoſcendo naturā ſolis & lunæ:& diſcur
ſus eorūdem circa terram : per intellectus inueſtigationem adiutorio luminis naturalis cum ge-
nerali illuſtratione diuina poteſt homini notum fieri quomodo contingit lunam eclipſari:ſic co-
gnoſcēdo naturas terminorum credibilium,vt patris,& filii,& ſpiritus ſancti in diuinis,per intel-
lectus inueſtigationem adiutorio luminis ſupernaturalis & diuinę illuſtrationis ſpecialis poteſt ei

notum fieri quia ſpũs ſanctus procedit a patre & filio:& nõ a patre ſolo:& ſic de cæteris quę ſunt
D huius ſcientię propria,& ad fidem pertinentia.¶Ad cuius ampliorem cognitionem notandum,ꝙ
actus intelligendi importat quandam interiorem notitiam.dicitur enim intelligere quaſi intus le-
gere.qđ euidẽter patet in notitia quã habet intellectꝰ ex eis q̃ percipit ſenſu.Cũ enim vt dicit Phi
loſophus,ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierũ ſenſibiliũ ſolũ:intellectus a ſenſu recipit ſolas ſpecies intel
ligibiles ſenſibiliũ.Ipſe tamẽ intellectus ſub ſpeciebus ſenſibilium inueſtigãdo quaſi ſubtus fodien-
do,penetrat ad cognoſcẽdum ea quę latent intelligibilia ſub ſpeciebus ſenſibilium:quorum multa
ſunt genera. Nam ſub ſpeciebus intelligibilibus ſenſibilium latent quiditates ſubſtãtiarum accidẽ
tibus ſubiectarũ:& ſub verbis latent ſignificata verborũ:& ſub effectibus latẽt cauſę. Oĩm talium
notitiam intellectus ab initio vt non eſt purus: ſed ſolum phantaſticus:nõ habet niſi quaſi ex au-
ditu:ſed per inueſtigationem ex euidentia rationis eam acquirit. Vnde ſicut ſub ſpeciebus accidẽ
tium quiditates ſubſtãtię,ſub verbis ſignificata,ſub effectibus cauſę,per inueſtigationẽ lumine na
turali cognoſcũtur:eo ꝙ illa quæ latent ad illa quę patent habent colligantiam quaſi naturalẽ:Sic
etiam ſub figuris legalibus & prophetalibus integumẽta veritatũ:& ſub terminis ęnigmaticis cre
dibilium per inueſtigationẽ lumine ſupernaturali cognoſcuntur propter colligantiã ſupernatura
lem illorum quę latent ad illa quę patent.Vnde ſicut ſimplici notitia Ioſeph per intellectũ cogno-
uit ſignificatum in ſomnio Pharaonis ſpiritu prophetico:cuius Pharao ſolum ſpecies ſenſibiles ap
prehendit:Sic dono aliquo intellectus poteſt homo ſpiritualis intelligere veritates credibiliũ aſſen
tiendo eis ex euidentia rationis non ex ſolo auditu fidei: quas alius non intelligit: ſed ſola fide te-
net.Non eñ minoris virtutis eſt lumẽ ſupnaturale ad oſtẽdendũ intellectui inueſtigãti ea quæ la
tent ſub ſenſibilibus ſupernaturali colligãtia,q̃ lumen naturale ad oſtendendum intellectui inue-
ſtigãti ea quæ latent ſub aliis naturali colligãtia.Vnde hanc inueſtigationẽ Auguſt.intelligẽs fa-
ciendam in expoſitione ſacræ ſcripturæ,dicit in ſer.xxiii.ſuper Ioan.Putemus ſcripturam dei tanq̃
agrum eſſe,vbi volumus aliquid ædificare. Non ergo ſimus pigri, nec ſuperficie contenti: fodia-
mus altius:donec pueniamus ad petram,de qua dicit apoſtolus.Petra erat Chriſtus.Qui.ſ.quęrẽ-
E dus eſt vbiq; in ſacris ſcripturis. Vnde ad talem intellectum promerẽdum,primo credendum eſt
auctoritati ſacrę ſcripturæ:deinde ſtudio ſacræ ſcripturæ diligenti inueſtigatione inſiſtendum ad
hoc qđ creditũ eſt intelligẽdũ,aſſiſtẽte nobis ſupnaturali illuſtratiõe diuina:quę nobis nunq̃ deeſt
in cognoſcendis ſupernaturalibus:ſicut nunq̃ deeſt in cognoſcẽdis naturalibus,ſecũdum ꝙ habi-
tum eſt ſupra:ſi faciamus quod in nobis eſt:& ad eius ſuſceptionẽ nos pręparemus. Vnde nõ pro-
pter nudum credibilium conceptum ſub forma credibilium ſacra ſcriptura exponenda eſt:ſed vt
eorum quæ creduntur acquiratur intellectus.ſecũdum ꝙ dicit Auguſt.ſuper Ioan.ſermo.primo.
Ad quid exponitur ſi non intelligit? & ſermo.xxii.Ne quis deſperet ꝙ poſſit capere dono dei,quod
loqui dignatus eſt filius dei.Ergo quæ loqui dignatus eſt:debemus credere quia voluit vt intelli-
geremus:ſed ſi non poſſumus: præſtet intellectum rogatus: qui verbum præſtitit non rogatus.
Qui verbum(inquit)meum audit & credit ei qui miſit me:habet vitam æternam.Nunquid igi-
tur nos audire voluit verbum ſuum,intelligere noluit? quaſi dicat,in audiendo & credendo vi-
ta æterna eſt:multo magis in intelligendo. Sed gradus pietatis eſt fides. Fidei fructus,intellectus.
F & ſermo.xxxix.Fide præcedente quæ ſanat oculum cordis noſtri,quod intelligimus ſine obſcuri-
tate capiamus:quod non intelligimus,ſine dubitatione credamus:a fundamento fidei non receda
mus,vt ad culmen perfectionis veniamus.& ſermo.xxxviii.Quiſquis ad ſciendum verbum dei ad
huc minus idoneus eſt,lacte fidei nutriatur.fides eñ in meritum eſt:intellectus pręmium.In ipſo
labore intentionis deſudat acies mentis noſtræ,vt purget ſordiculas nebulę humanę:& ſerenetur
ad verbum dei.Et patet plane:quia in omnibus huiuſmodi dictis Auguſtinus loquitur de intelli
gere huius vitæ:contra eos qui exponunt illud Eſaię,Niſi credideritis nõ intelligetis,ſolũmodo de
intellectu futurę vitę:ad quem neceſſario præambula eſt fides huius vitæ. q̃uis enim hoc verum
ſit:tamen non ſolũ hoc verum eſt.Verum enim ſimul eſt & pro intelligere pręſentis vitę.qđ aper
te patet ex illo qđ dicit in ſer.xxi. Diſcamus,vt ſi ille dignũ iudicat qđ modo verũ eſt intelligamꝰ:
ſi autem non poterimus:non eamus in id qđ falſum eſt.Melius enim eſt neſcire q̃ errare.Sed ſcire
melius eſt q̃ neſcire: igitur ante omnia conari debemus vt ſciamus verba dei: quare enim dicta
ſunt niſi vt ſciantur? quare ſonuerunt niſi vt audiantur? quare audita ſunt niſi vt intelligãtur? Et
G ſicut dicit.ii.de lib.ar.niſi aliud eſſet credere:aliud intelligere:& primo credendum quod intellige
re cuperemus:fruſtra ꝓpheta dixiſſet:Niſi credideritis nõ intelligetis.¶Abſolute igitur dicendũ
ꝙ diſcens hanc ſcientiam vt congruit,ſuper habitum fidei acquirit habitum intellectus: vt quæ
primo credit fide,poſtmodũ intelligit ratione: & cui primo aſſentit ita ſuaſus alterius auctoritate



quaſi audiendo, deinde aſſentit motus ab ipſa credibilis veritate vere intelligendo: ita ꝙ id idem
quod ei primo fuit lacteus potus per fidem,poſtmodum eſt ipſi ſolidus cibus per intelligẽtiam: &
quod vni eſt potus qui ſolum tenet fide: alteri eſt cibus qui capit intellectu.Vnde Auguſtinus ſer
mo.xliiii.parte.ii.exponens illud apoſtoli ad Corinth. Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus:
ſed quaſi carnalibus,quaſi paruulis in Chriſto lac vobis dedi potum:non ſolidum cibum.dicit.Ea-
dem in ſacra doctrina:non eo modo a carnalibus,quo a ſpiritualibus cogitantur: qa & illis lac eſt,
& iſtis cibus: quia etſi non audiunt amplius,intelligũt amplius.Non eñ æqualiter mente percipi
tur,quod fide ab vtriſq; pariter percipitur.Itaq; fit vt pędicaret ab apoſtolis Chriſtus Iudæis ſcan
dalum,gẽtibus ſtultitia,ipſis vero vocatis Iudęis & Gręcis,dei virtus,& dei ſapientia: ſed carnali-
bus paruulis id tm̃ credendo tenẽtibus:ſpiritualibus autẽ capacibus id etiam intelligendo cernen
tibus.Illis ergo tanq̃ lacteus potus,iſtis tanq̃ ſolidus cibus. Idem ibidem exponẽs illud apoſtoli ad
Corinth. Si quis eſt inter vos propheta aut ſpiritualis agnoſcit quæ ſcribo vobis.dicit. Quæ ſcri-
pſit ad Corinth. aliter ab ipſis paruulis,aliter a capaciorıbꝰ poſſe intelligi ſciens ait.Si quis eſt &c.
Solidam profecto voluit eſſe ſcientiam ſpiritualium: vbi non ſola commodaretur fides: ſed certa
cognitio teneretur: ac per hoc ea ipſa credebant quæ ſpirituales inſuper & cognoſcebant. Diffi-
cile eſt vt a me iſta intelligat: qui ea in ſeipſo experimento omnino non ſentit. ꝙ ſi non intelligat
credat:ne ſe ad ſpiritualem intellectum peruenire poſſe deſperet: quem quærit omnis qui expoſi-
tioni,& ſtudio ſacrę ſcripturæ intendit.ſecundum ꝙ dicit Auguſtinus in ſermo.prædicto.Omnis
de hac re ſermo quid agit:niſi vt nõ ſolum credatur verũ etiã intelligaẽ & ſciatur qđ dicitur.Ali
ter eñ vanũ eſſet multo ſtudio inſiſtere expoſitioni ſacrę ſcripturę,poſtq̃ credita ſunt illa firmiter
circa quorum notitiam laboramus.ſecũdum enim ꝙ dicit Auguſtinus ſer.xxxvii.qđ breuiter di-
citur non breuiter poteſt exponi,vt qđ auditur intelligaẽ. ¶Ne autẽ omnia quæ ſunt huius ſciẽ- H
tię primo credita talia intelligamus,vt intellectum eorum expectemus:Sciendum ſecundũ Augu
ſti.lxxxiii.q.q.xlviii.ꝙ credibiliũ tria ſunt genera.Alia quę ſemper credunẽ & nunq̃ intelliguntur.
ſicut eſt omnis hiſtoria:temporalia & humana geſta percurrens:& hoc maxime pręterita:quę nec
vidimus,nec viſuri ſumꝰ:& ideo oĩno a ſenſu & intellectu ſeiuncta ſunt. Et de eo qđ tale eſt dicit
queſt.liiii.Quicquid verũ eſt atq; a ſenſibilibꝰ & a mẽte ſeiunctũ eſt:credi tm̃ nõ ſentiri aut intelli-
gi poteſt.De talibus dicit in epiſtola ad Conſentiũ.Viſibiliũ rerũ præteritarum quæ temporaliter
tranſierũt ſola fides eſt. quoniã nõ adhuc ſperantur videnda:ſed tranſacta & facta credũtur: ſicut
ꝙ Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Alia vero mox vt creduntur intelligũtur: vt
ſunt omnes rationes humanę,vl' quę de numeris,vel diſciplinis,id eſt cognita humana ratione de
rebus naturalibus:quia in iſtis non oportet ꝙ fides præcedat rationem,de quibus dicit in epiſtolã
ad Cõſentium.Sunt quędam quæ cum audimus non accõmodamus eis fidẽ:& ratione nobis red
dita: vera eſſe cognoſcimus quæ credere non valemus. Alia vero ſunt quæ primo creduntur: &
poſtea intelliguntur:qualia ſunt illa quæ in diuinis rebus non poſſunt intelligi niſi ab his qui mũ
do ſunt corde,qđ fit præceptis ſeruatis: quæ de bene viuendo accipiuntur.de quibus dicit Augu
ſtinus ad Conſentium,ꝙ neq; præterita,neq; futura ſunt:ſed æterna permanent:quæ ſunt inuiſi
bilia:ſed intellecta conſpiciuntur:ac per hoc ipſa quodam modo ſibi congruo videntur. hæc enim
ſunt illa de quibus per ſe & præcipue eſt hæc ſcientia tanq̃ de primis ſcibilibus in ea, vt infra vi-
debitur:per quorum cognitionem ad cognitionem aliorum proceditur.ſecũdum ꝙ expreſſe dicit
Auguſtinus de vera religi. Religionis(inquit)ſectandę caput eſt hiſtoria & prophetia:quæ cum
credita fuerint:mẽtem purgabit vitæ modus diuinis pręceptis conciliatus:& idoneam faciet ſpi-
ritualibus percipiendis, quæ nec præterita ſunt, nec futura,ſed eodem modo ſemper manentia:
nulli mutabilitati obnoxia,id eſt vnum deum patrem & filium & ſpiritum ſanctum. qua trinitate
quantum in hac vita datum eſt cognita:omnis intellectualis,& animalis,& corporalis creatura ab
eadem trinitate creatrice eſſe inquantum eſt & ordinatiſſime adminiſtrari ſine vlla dubitatione
perſpicitur:quo cognito ſatis apparebit quantum homo aſſequi poteſt: quantum neceſſariis & iu
ſtis legibus deo ſuo cuncta ſubiecta ſunt: ex quo illa quæ primo credimus nihil niſi auctoritatem
ſecuti, partim ſic intelliguntur: vt videamus eſſe certiſſima: partim ſic, vt videamus fieri poſſe
atq; ita oportuiſſe.

¶Ad primum in oppoſitum,ꝙ modo per fidem tm̃ illuminamur: Dicẽdum ꝙ li I
tm̃ ibi ſolum excludit notitiam patrię quę eſt per ſpeciẽ. Notitia enim quę eſt hic per intellectum In oppoſitũ.
de credibilibus,nunq̃ eſt pura ab omni obſcuritate fidei,vt dicetur in ſequẽti queſt. vnde dicit ibi

Gloſ.Eſt illuminatio per fidem:eſt illuminatio per ſpeciē. Modo ꝑ fidem tm̄ illuminamur: nō per
ſpeciem.Homini enim vitam mortalem adhuc agenti non poteſt cōtingere vt dimoto atq; diſcuſ
K ſo omni nubilo phantaſiarū corporalium:ſereniſſima incōmutabilis veritatis luce potiatur. ¶Ad
Ad ſecūdū. ſecundum ꝙ ex hoc eodem proceſſit ꝙ pręſens noſtra cognitio non excedit fidem:Dicendū ꝙ ve-
rum eſt:ita ꝙ ſit intellectus purus fidei omnino impermixtus de aliquo, fide ſcilicet de eodē maxi
me quo ad ꝑ ſe credibilia totaliter euacuata.Quo ad aliquid tamē poteſt haberi intellectꝰ de eodē
L de quo prius habebatur ſola fides:vt in ſequenti quęſtione patebit. ¶Ad tertium ꝙ omnis noſtra
Ad tertiū. cognitio in pręſenti eſt ex parte:ergo deſtruetur:Dicendum ꝙ cognitio dicitur ex parte duplici-
ter.vno modo propter obſcuritatē ſpeculi & ęnigmatis: alio modo propter defectum perfectionis.
Primo modo ex parte eſt cognitio fidei. Et ideo oportet eam euacuari cum venerit viſio per ſpe-
ciem:quia non compatiuntur ſe:ſicut non poteſt aliquis ſimul videre alium per imaginem eius in
ſpeculo,& facie ad faciem:ſecundum ꝙ vtranq; harum cognitionum diſtinguit apoſtolus conſe-
quenter cum ſubiungit dicēs. Videmus nunc per ſpeculum in ęnigmate:tunc autem facie ad fa-
ciem. vbi dicit Gloſ. Nunc imagines veritatis ꝑ fidē videmus:tunc res ipſas a ſimili ſeſe recto vul
tu aſpicientium.Secūdo modo ex parte eſt omnis cognitio per intellectum in præſenti reſpectu in
tellectus qui erit in patria:vbi iſte intellectus complebitur.ſicut etiam ibi complebitur charitas.&
tangit Gloſ. In pręſenti enim incōplexa credibilium per ſe conſpicimus intellectu & lumine ratio
nis naturalis per imagines rerum naturalium:ſed complexionū ipſarum veritates in quibus con-
ſiſtunt articuli fidei: ex manuductione fidei intelligimus intellectu in lumine & illuſtratione ſu-
pernaturali:ſed imperfecte. Quæ quidem imperfectio complebitur in futuro:vbi intellectu natu-
rali in lumine glorię videbimꝰ incomplexorum veritates: & per hoc perfecte veritates complexio
num ex ipſis. Vnde talis cognitio ex parte in pręſenti non deſtruetur in futuro:ſed perficietur ma
gis. ¶Vnde notandum ꝙ quinq; ſunt modi humanæ cognitionis per intellectum. Prima lumi-
M ne ſupernaturali: & modo ſupernaturali: & de re ſupernaturali: qualem in gloria habent angeli
& ſancti de deo & de rebus diuinis. Secunda lumine ſupernaturali: modo naturali: de re natu-
rali: qualem habent fideles per fidem de rebus naturaliter cognitis. Tertia lumine ſupernatu-
rali:modo naturali:de re ſupernaturali: qualis habetur in præſenti a fidelibus de rebus per ſe cre-
dibilibus, vel obſcure per ſolam fidem,vel quodammodo clare per ſcientiam & rationem. Quar-
ta lumine naturali: modo naturali: de re naturali: qualem habent philoſophi de rebus ſenſibili-
bus. Quinta lumine naturali: modo naturali: de re ſupernaturali:qualem habent philoſophi de
ſubſtantiis ſpiritualibus.

N Circa ſeptimū arguit, ꝙ fides & intellectus iam dictus nō ſtant ſimul circa eūdē
Queſt.vii. & de eodē.Primo ſic.Qđ intelligimꝰ,ſine obſcuritate capimꝰ,vt dicit Auguſti
Arg.i. nus prima parte ſuper Ioan.ſer.xxxix.& habitum eſt in quæſtione præcedenti.
ſed fides non eſt ſine obſcuritate,vt ſatis dictum eſt in quęſtione pręcedēti,er-
2 go &c.¶Secundo ſic.ſicut ſe habet opinio ad intellectum habitum lumine na-
turali: ſic fides ad intellectum habitū lumine ſupnaturali. Eſt enim opinio via
ad illum intellectum ſicut fides ad iſtum.ſed idem de eodem non poteſt ſimul habere intellectum
In oppoſitū. ſiue ſcientiam & opinionem.ſecūdum philoſophū.ii.Poſter.ergo &c. ¶In contrarium eſt illud qđ
dicit Auguſt.ii.parte ſuper Ioan.ſer.xliiii.de notitia carnaliū & ſpiritualium circa idem.Nō ęqua
liter(inquit)mente percipitur quod in fide ab vtriſq; percipitur. vt habitum eſt in quęſtione præ
cedenti. Idem in eodem. Ea ipſa illi credebant quæ ſpirituales inſuper & cognoſcebant. vt habi-
tum eſt prius.

O ¶Ad hoc conſuetum eſt dici,ꝙ fides eſt cognitio non apparentium. ſecundū apo
Reſponſio ſe ſtolum Hebrę.xi.& ita abſentiū:& habita quaſi ꝑ auditum aſſentiendo teſtimonio alieno,qđ vide
cūdum ali- tur idoneum vt ei credatur. Intellectus autē ſiue ſcientia(quæ in propoſito pro eodem accipimꝰ)
ſiuos. eſt præſentium:& eorum quæ præſto ſunt ſenſibus intellectus,quibus homo non aſſentit propter
teſtimonium alterius,ſed propter teſtimoniū proprii intellectus de ipſa veritate agnita.Quare cū
ratio propria alicuius obiecti deficit,deficit neceſſario & actus circa ipſum.Quādocunq; ergo ali-
quid incipit eſſe præſens vel apparēs:obiectum fidei eſſe non poteſt: neq; fides de illo.Cuiuſcunq;
autē eſt intellectus vel ſciētia inquantū huiuſmodi:ipſum pręſens eſt & apparens ſiue pręſto intel
lectui.cuiuſcūq; ergo eſt intellectus vel ſciētia,eiuſdē nō pōt eſſe fides.apđ eūdē dico.apud autē di-
uerſos: hoc nullū eſt incōueniēs.Et hic diſtiguūt de credibili.ꝙ eſt qđdā credibile ſimplr & abſolu



tum,qđ excedit omnē facultatē humani intellectꝰ in ſtatu vię: ſicut deū eſſe trinū & vnum & hu
iuſmodi.quare cū de talibus neceſſe eſt hominē habere fidem:nec poteſt euacuari in ſtatu vię:di-
cunt ꝙ talia in vita iſta nūq̄ poſſunt eſſe ſcita vel intellecta:ſed ſolum ſunt credita,cōtra illa quę
determinata ſunt in ꝑced.q.& ſolū intellecta ī futuro: ita ꝙ de eis nūq̄ ſimul poſſunt eſſe fides &
intellectꝰ. Aliud vero eſt credibile nō ſimplr & abſolute,ſed alicui:qđ facultatē naturalē intellectꝰ
nō omniū hominū excedit,ſed aliquorū ſolū:ſicut deum eſſe vnū aut incorporeū & cętera huiuſ-
modi.quę ſecundum modum dicendi quo prius alius poteſt ſcire veridica ratione & intellectu na
turali,ſed non vnus & idem: quia cum incipit ea ſcire,cognitio fidei oīno euacuatur circa eadem.
¶Dictum iſtorum in primo fundamento de differētia inter fidem & intellectum deficit:quia non P
faciunt vlterius diſtinctionem inter cognitionem per viſum & per intellectum:ſed ſumunt intel- Improbatio.
lectum pro viſu. Verū eſt em̄ ſcđm ꝙ dicit Augu.de vid.deū. ꝙ illa quæ credūtur abſentia ſunt:
ſed eis alterius idoneo teſtimonio aſſentitur.Illa autem proprie dicūtur videri:quę pręſto ſunt vel
animi vel corporis ſenſibus: quibus intellectus proprio teſtimonio aſſentit propter euidentiā veri
tatis ex natura ipſius rei,vel rationis.Sed diſtinguendo notitiam viſionis proprie ſumptæ a noti-
tia intellectus vl' ſcientię:proprie dicit̄ eſſe notitia viſionis quādo res eſt pręſto videnti ꝑ ſeipſam:
ſicut viſui corporali præſto ſunt ī lumine viſibilia corporalia,& intellectui angelico & humano in
gloria præſto ſunt ea quæ vident in verbo & luce increata. Proprie autem dicitur notitia intelle-
lectus:quando res eſt pręſto intelligenti vel ſcienti per ſpeciem ſolum ſuam vel alienā.ſicut geome
tra habet intellectum & ſcientiam figurarū corporaliū ad abſentiā earū ſcđm rem per veridicā ra-
tionem quā habet de eis adminiculo ſpecierum ſuarum apud animā. ſcđm ꝙ triplex iſta cognitio,
fide,viſu,intellectu,diſtincta eſt in principio quęſtionis pręcedētis in notitia eclipſis ſolis. De cogni
tione autem viſionis,quia ipſa propter rei pręſentiā claram in ſeipſa,nullam in ſe patitur obſcuri-
tatem,ſed eſt omnino clara & perfecta,certe verum eſt qđ dicunt, ꝙ non poteſt eſſe ſimul de eodē
& apud eundē ſciētia vel intellectus cū fide:quia talis notitia intellectus quę proprie viſio appellat̄
non poteſt haberi in præſenti de illo circa qđ non poteſt in pręſenti fides euacuari:vt ſecundum il
lud qđ eſt credibile ſimpliciter & abſolute fiat intelligibile viſu: quia talis notitia quādocūq; adue
nit fidē euacuat,vel quo ad habitū vt in beatis,vel quo ad actum,vt in raptis:quia res viſa inquā-
tum huiuſmodi ſtatim amittit rationem credibilis:ſicut dicūt,& bene.Et de tali modo intellectus
non intelligo determinaſſe ꝙ in præſenti credibile poſſit fieri quocūq; lumine ſpiritali homini in-
telligibile,vt ſtatim dicetur.Sed loquendo de intellectu proprie dicto:cui res pręſto eſt per ſpeciem Q
& maxime ꝑ ſpeciē alienā:ſicut ſunt ipſi præſto credibilia de deo:q̄ ſunt ꝑ ſe & abſolute credibilia:
quę in pręſenti fiunt intelligibilia manuductiōe fidei,nō eſt ex rei præſentis euidētia,ſed ex veridi
cę rationis efficacia:loquendo inquam de tali intellectu:nō eſt verum:quin ſimul de eodem poteſt
aliquis habere fidem & intellectum:quia talis intellectus non eſt oīno perſpicuus & clarus.propter
qđ ſecum compatitur aliquā fidei obſcuritatē:& ideo nō omnino fidem euacuat: quia nō tollit ei
rationem ſui obiecti.poteſt enim talem intellectum & fidem homo habere de eodē creditū intelli-
gendo ex ratione veridica cum diuinę illuſtrationis adiutorio. Vnde Auguſt.contra Conſentium.
Ea quę fidei firmitate iā tenes:etiā rationis luce cōſpicias:abſit nāq; vt hoc in nobis deus oderit in
quo nos reliquis animātibus excellentiores creauit:abſit inquā vt ideo credamus ne rationem acci
piamus ſiue quęramus:cum etiam credere non poſſemus niſi rationales animas haberemus.Et de
tali intellectu dictū eſt ſupra,ꝙ credibile fit homini in vita iſta quodāmodo intelligibile.¶Eſt igit̄ R
intelligendū ad quęſtionē dicendo ꝙ intelligere ea q̄ ſunt fidei primo & abſolute,quę proprie per Reſponſio
tinent ab iſtam ſcientiam,de quibus ad pręſens principaliter loquimur,cōtingit dupliciter,vel per auctoris.
fecte & notitia clara,vt nihil lateat intelligēdum de re ipſa prius credita cognitiōe obſcura.qđ Au
guſt.proprie appellat videre.vel imperfecte & notitia non omnino clara:vt aliquid reſtet de ipſa re
clarius intelligēdum.qđ proprie appello intelligere diſtinctum cōtra videre. Intelligere primo mo
do non ſtat ſimul in eodem cum fide:ſed fidem omnino euacuat vt dictū eſt:& non poteſt contin
gere in vita iſta ſcđm ſtatū vię:& erit ſolūmodo in ſtatu patrię.Intelligere autē ſecūdo modo,bene
cum eodem & circa idem ſtat ſimul cū fide:nō tamē quātum eſt ex parte cognoſcētis quo ad idē.
cum enim in iſto intelligere non eſt omnino obſcuritas notitiæ nec perfecta claritas, quo ad id ꝙ
obſcurū aliqd manet in notitia illa,ſtat fides:quo ad id vero qđ clare de re ꝑceptū eſt: eſt intellectꝰ
de ea:ſicut pōt patere exēplū in luce & tenebra corporali.Cū em̄ de nocte,aer eſt oīno tenebroſus:
in meridie vero aer eſt oīno lucidus:in ortu vero ſolis & occaſu ſimul lucidus & obſcurꝰ,vt tunc
poſſit dici aer tenebroſus quo ad id qđ habet ī ſe obſcuritatē euacuādę oīno ī plena luce meridiana:
poſſit vero dici lucidꝰ quo ad id qđ habet luminoſitatis euacuātis aliqđ de obſcuritate tenebrarū

noctis,quę ꝑficienda eſt & complēda oīno luce meridiana:euacuatis omnino tenebris noctis.Vn
de ſicut ab ortu diei vſq; ad meridiem ſemꝑ procedit lucis augmentum,& tenebrarum decremē-
tum,quę oīno euacuantur circa meridiem:ſic claritas intellectus ꝑdicti circa credibilia. Poſtꝗ em̄
homo prius credita omnino inceperit intellectu percipere,ſi proficiendo continue procedat,conti-
nue clareſcit notitia eius circa credita,ſemꝑ magis ac magis continue fidei obſcuritatem euacuan
do:quā tamē nunꝗ ꝑfecte euacuare poterit:quouſq; adueniat claritas lucis meridianæ ī viſiōe cla
ra diei æternitatis. vt ſic omnis noſtra cognitio in pręſenti quātūcunq; proficiat,ſit ex parte reſpe
ctu viſionis gloriæ:& hoc dupliciter: tum quia obſcura: tum quia imperfecta:& opportunum eſt
ꝙ talis maneat:quouſq; viſione aperta euacuetur q̄d obſcurū eſt ex fide:& ꝑficiatur q̄d imperfe
ctum eſt intellectus claritate. Propter q̄d dixit Apoſtolus.i.Corinth.xii. Nunc autem ex parte co
gnoſco:tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum.Gloſ.Ex parte.id eſt obſcure & imperfecte.
obſcure quidem quo ad id quod eſt fidei , quod euacuabitur . imperfecte vero quo ad id quod eſt
intellectus,quod perficietur cum venerit quod ꝑfectum eſt.Super quo dicit Auguſtinus ſecūda
parte ſuper Ioan.ſermo.xliii.Ex parte ſcimus:ſed per ſpiritū ſanctum ſit,vnde pignus accepimꝰ,vt
ad ipſam quoq; plenitudinem veniamus.Sed nunc interim(vt dicit Gloſ.Ephe.vi.& Col.iii.)ſpi-
ritu mētis per ſpiritū ſanctum qui ducit rationē veram in agnitionem dei,homo ſecūdum ratio-
nalem mentē magis ac magis creſcit: quia etſi is qui foris eſt homo noſter corrūpitur:tamē is qui
intus eſt,renouatur de die in diem.vt dicit.ii.Corith.iiii.Ita ſane ſicut dicit Auguſt.in epiſtola ad
Italicā: vt in hac vita qualiſcūq; prouentus ſit,longe abſit ab illa ꝑfectiōe ſimilitudinis ꝗ idonea
erit ad vidēdum deū(ſicut dicit apoſtolus)facie ad faciem. Vt enim dicit de vtil.credendi,in hac
vita quātūcunq; id ſciatur nōdum eſt certiſſimū.quin incomparabiliter longe eſt ampliꝰ id q̄d in
de neſcitur.Et ideo poſt modicū ſubdit,ꝙ omnis intelligens credit: nō omnis qui credit intelligit.
Propter q̄d dicit ſup Ioā.ꝑte prima ſer.xxxix.Q̄d intelligimus ſine obſcuritate capiamus,q̄d nō in
S telligimus ſine dubitatione credamus.A fundamēto fidei non recedamus, vt ad culmē ꝑfectio-
nis veniamus.Poſſumus ergo exponere illud.Quia etſi is qui foris eſt &c.vt dicamꝰ rationale no-
ſtrum foris eſſe quo ad id quod fide cognoſcit ex ſpeculo & ęnigmate creaturę. Intus vero eē quo
ad id quod intellectu capit ex clara veritate.quantum enim creſcit & augetur intellectus,tantum
decreſcit & euacuatur fides:quouſq; transferamur ad apertam viſionē in qua euacuabitur omni
no quod ex parte fidei eſt:& ꝑficietur q̄d eſt ex parte intellectꝰ.vt ſic in charitate radicati & fun
dati,tandem poſſimus comprehēdere cū oībus ſanctis:quæ ſit lōgitudo,latitudo,altitudo & pro-
fundū:& cognoſcere ſupeminentē ſciētię claritatē Chriſti,& impleri in omnē plenitudinē dei:vt di
citur Ephe.iii. Super quo dicit Augu.ii.parte ſup Ioan.ſer.xli.Iſto modo docebit nos ſpiritus oēm
veritatem:cū magis magiſq; diffundat in cordibus noſtris charitatem.Quēadmodum igitur cō-
traria cum ſint in medio citra ſua extrema & terminos ſuæ excellētię ſimul ſunt:& ſeſe cōpatiun
tur: & cōtinue ad augmētū vnius ſequitur detrimentū alterius:quouſq; vno ꝑfecto in termino
alterum oīno corrūpatur:ita fides & intellectus ſeſe inſimul compatiuntur in eodem & circa idē:
quouſq; intellectus viſione perficiatur:& fides omnino euacuetur.Aliter enim neceſſe eſſet omni-
no negare aliquem intellectum poſſe eſſe in vita iſta de eis quę ſunt fidei & ſacrę ſcripturę.Quo-
T niā fides in ſtatu vitę huius deficere omnino nō poteſt: quoniā eſt regula & fundamētū intellectꝰ,
viam ei pręparans quouſq; viſio adueniat.Vnde fides reſpectu intellectus huius vitę potius habet
ſimilitudinē fundamēti ad ędificiū ꝗ lactis ad cibum.Quoniā cum puer ſolidum cibū attingit,lac
deſpicit:ſed cum ędificium ſurgit fundamētum nō dimittit.Et ſic intellectus vitę huius nunꝗ fi-
dem euacuat:ſed ſemper in fundamēto ſuo habet:qa propter debilitatē noſtri intellectꝰ in vita iſta
ſine fidei tēperamento tam ardua capere non poſſet:ſicut ea capiunt intellectus angelorū & beato
rum.ſcd̄m ꝙ dicit Auguſt.ſup Ioan.parte.ii.ſer.xliiii.Proprie non cōuenit rei huic ſimilitudo ma-
terni lactis & ſolidi cibi,ſed potius fundamenti:quia & puer quādo ablactat̄ vt ab alimentis infan
tiæ iam recedit,inter ſolidos cibos non repetit vbera quæ ſuggebat. Chriſtus autem crucifixus &
lac ſuggētibus eſt,& cibus proficientibꝰ.Fundamēti vero ideo apertior eſt ſimilitudo:quia vt ꝑ-
ficiatur q̄d ſtruitur,additur ędificiū,nō ſubtrahitur fundamentū. Propter q̄d alloquens eos qui ſi
bi ꝑfecti videbātur,cum ſeipſum imperfectū dixiſſet: ait.Quotquot ergo ꝑfecti ſumꝰ: hoc ipm̄
ſentiamus: & ſi aliq̄d aliter ſapitis:hoc quoq; deus ipſe reuelabit.verūtamen ad id in quo perueni-
mus in eo ambulemus.Si quid ergo intellexeris q̄d nō ſit cōtra regulā catholicę fidei,ad quā velut
ad viā quę te ducit ad patriā ꝑueniſti:& ſic intellexeris vt in eo dubitare oīno nō debeas: adde ędi
V ficium:noli tamē relinquere fundamētū.Quātūcūq; igitur quis perfectus eſt intellectu in vita iſta
in fundamento intellectus ſemꝑ debet habere fidem:& in hoc ſemꝑ imperfectus eſt reſpectu intel-



lectus qui erit in vita futura. Vnde Auguſtinus vt ſupra.ſer.xliii.Spiritus ſanctus & nūc docet fi
deles quanta quiſq; poteſt capere ſpiritualia,& in eorum deſiderium magis attēdit ſi quiſq; in ea
charitate proficiat qua & diligat cognita & cognoſcenda deſideret: ita vt ea quoq; ipſa quæ nūc
quomodocunq; cognoſcit, nondum ſe ſcire ſciat quomodo ſciēda ſunt in ea vita quā nec oculus
vidit:nec auris audiuit:nec in cor hominis aſcendit.Quo ſciendi modo ſi nūc vellet iterior magi-
ſter dicere.i.menti noſtrę aperire atq; monſtrare,humana infirmitas portare non poſſet.Sed ea ipſa
quæ in doctrina religionis in quorumlibet notitia hominum legimus,ſi vellet eo mō nobis Chri-
ſtus dicere,ſicut ea dicit angelis ſanctis, quinam portare homines poſſent? Et cum deum nemo
taceat quis eum ſicut intelligendus eſt capiat?quis eſt cuius acies mentis ad eum accedat?quis eſt
qui eum trinitatem ſciuiſſet niſi ipſa ſic inoteſcere voluiſſet? & quis hominum iſtam iam ſileat tri
nitatem:& tamē quis hominum ſicut angeli ſapiat trinitatem?Ea ipſa ergo quæ de dei æternitate
veritate ſanctitate in promptu & palam ſine ceſſatione dicuntur,ab aliis bene,ab aliis male intel-
liguntur.Immo ab aliis non intelliguntur:qui enim male intelligit: non intelligit.Ab eis ipſis au-
tem a quibus bene intelliguntur , ab aliis minus ab aliis amplius mentis viuacitate cernuntur,et
ſi a nullo hominum ſicut ab angelis capiuntur . In ipſa ergo mente hoc eſt in interiore homine
quodammodo creſcitur non ſolum vt ad cibum a lacte tranſeatur:verum & vt amplius atq; am-
plius cibus ipſe ſumatur.Non autem creſcitur mole ſpatioſa : ſed intelligentia luminoſa : quia &
ipſe cibus intelligibilis lux eſt . Et in epiſtola ad Deogratias quæſtione ſexta in fine ſic dicit. Sunt
innumerabiles quæſtiones quæ non ſunt finiendæ ante fidem ne finiatur vita ſine fide : ſed pla- X
ne retenta iam fide ad excitandum piam dilectionem mentium fidelium ſtudioſiſſime requiren-
dæ : & quod in eis reluxerit , ſine typo arrogantiæ communicandum : quod autem latuerit: ſi-
ne ſalutis diſpendio tolerandum. Vult ergo ꝙ aliquid lateat & aliquid pateat: & q̄d latet planum
eſt eſſe fidei,quod vero patet,intellectus.Hinc dicit in epiſtola ad Conſentium.Si iam fidelis ratio
nem poſcat vt q̄d credit itelligat,capacitas eius intuenda eſt:vt ſecundum rationem redditam ſu-
mat fidei ſuæ quantam poteſt intelligentiam:maiorem ſi plus capit:minorem ſi minus:dum tamē
quouſq; ad plenitudinem cognitionis ꝑfectionemq; perueniat ab itinere fidei nō recedat. Hic eſt
ꝙ dicit Apoſtolus.Et tamen ſi aliquid aliter ſcitis,id quoq; deus ipſe vobis reuelauit . verūtamen
in q̄d ꝑuenimus in eo ambulemus.Iam igitur ſi fideles ſumꝰ ad fidei viam ꝑuenimus:quā ſi nō
dimiſerimus:non ſolum ad tātam itelligētiam rerum incorporearum & incōmutabiliū,quanta in
hac vita ab hominibus capi non poteſt:verū etiam ad ſummitatē cōtēplatiōis quā dicit Apoſtolus
facie ad faciem,ſine dubitatione ꝑueniemus.Et addit poſt aliqua interpoſita.In qua via(id eſt in
cuius Chriſti crucifixi fide) qui eius rectitudinē per dei gratiam comprehendere potuerūt,& phi-
loſophi ſunt appellati ſiue oratores,profecto humili pietate confeſſi ſunt ſibi in ea fuiſſe pręuios pi-
ſcatores non ſolum credendo firmiſſimo robore,verum etiam intelligēdo certiſſima veritate. Hoc
(inquit Auguſtinꝰ)dixerim vt fidem tuam ad amorem intelligētię cohortarer,ad quā ratio vera
ꝑducit,cui fides animum præparat. Vnde patet ꝙ dicere ꝙ credibilia ſola fide tenenda ſunt:&
ꝙ eorum intelligentia in hac vita omnino expectanda non eſt,valde eſt ꝑnicioſum. ſecundum ꝙ
dicit Auguſtinus in eadē epiſtola.Falſę rationi nō ſolū vera ratio qua id q̄d credimus intelligamꝰ:
verum & fides ipſa rerum nondum intellectarum ſine dubio pręferenda eſt.habet nanq; fides ocu
los ſuos : quibus quodam modo verum eſſe videt quod nondum videt:& quibus certiſſime videt
nondum ſe videre q̄d credit.Porro autem qui vera ratione id q̄d tm̄modo credebat intelligit , ꝑ-
fecto pręponendus eſt ei qui cupit adhuc intelligere quod credit.Si autem nec cupit:& ea quæ in
telligenda ſunt credenda tm̄modo exiſtimat:cui fides proſit ignorat.

¶Per hæc patent obiecta. Ad primum ꝙ fides & intellectus non ſtant ſimul:quia Y
fides habet obſcuritatem,intellectus claritatem:Dicendum ꝙ verum eſt quando ſunt in ſuis ex- Ad pri.
cellentiis & pura.ſed citra excellentias obſcuritas non omnino occupata & claritas non omino pu princi.
ra bene ſe compatiuntur:& ſic ſtant ſimul fides & intellectus.Alio modo non , vt patet ex deter- Z
minatis.¶Ad ſecundum:ꝙ ſcientia & opinio non ſtant ſimul:ergo neq; fides & intellectus: Dicen Ad ſcd̄m.
dum ꝙ quantum eſt ex parte notitiæ obſcurę in opinione & fide,reſpectu notitiæ clarę in ſcientia
& intellectu,bene teneret ſimilitudo & ꝓcederet ratio.Sed aliud eſt q̄d reformat pactum : propter
quod non tenet ſimilitudo neq; procedit ratio . quoniam quod ſcitur vel intelligitur cognoſcitur

quia impoſſibile eſt aliter ſe habere.quod autem opinatur quis, inquantum huiuſmodiæ,ſtimat.
poſſe aliter ſe habere.qđ aũt creditur & fide tenetur, propter fidei certitudinem, quantumcunq;
ſit obſcura notitia,tenetur quia impoſſibile ſit aliter ſe habere.Opponuntur ergo ſcientia & opi
nio:non ſolum ſicut contraria:quæ poſſunt habere medium,ſcilicet vt obſcurum & clarum:ſed ſi
cut contradictoria inter quæ non eſt medium ſcilicet vt poſſibile aliter ſe habere, & non poſſibile
aliter ſe habere. Non ſic autem fides & ſcientia:ſed ſolum ſicut obſcurum & clarum:& ita vt con
traria inter quæ cadit medium.Licet ergo ſcientia & opinio non poſſunt ſimul ſtare in eodem cir
ca idem:quia non poſſunt concurrere in medio aliquo propter contradictionem quam habent: fi
des tamen & intellectus quia ſolum habent inter ſe contrarietatem quæ in vnum medium po
teſt concurrere : bene citra ſuas excellentias in terminis,poſſunt ſimul ſtare,vt patet ex determi
natis.& ſic ſcientia & opinio poſſent ſimul ſtare non impediente eorum contrarietate:ſi non im
pediret contradictio quam important.

## Quæſtio.VIII.

A Circa octauum arguitur ꝙ homo per ſe ſine doctore poſſit hanc ſcientiam addiſce
Queſt.8. re.Primo ſic,nõ eſt minoris efficaciæ lumen ſupernaturale ad cognoſcẽdum ſu-
Arg.i. pernaturalia, q̃ lumen naturale ad cognoſcendum naturalia. ſed homo adiu-
torio luminis naturalis per ſe ſine doctore poteſt inueſtigare notitiam ſcibili-
um naturalium,vt habitum eſt ſupra.ergo & per ſe propria inueſtigatione ſine
doctore lumine ſupernaturali poteſt notitiam ſcibilium ſupernaturalium inue-
ſtigare.talia ſunt ſcibilia huius ſcientiæ.ergo & cętera. ¶Secundo ſic.Auguſti-
2 nus poſt principium de doctrina Chriſtiana, loquens de beato Antonio dicit:ꝙ ſine vlla ſcientia
literarum ſcripturas diuinas & memoriter tenuit : & prudenter intellexit. ſed hoc non fuit niſi
In oppoſi. per ſe addiſcendo hanc ſcientiam.ergo &c.¶Oppoſitum arguitur ſecundum illud quod habetur
Actuũ.viii.vbi quęrebat Philippus ab eunucho legente Eſaiã,putas ne intelligis quæ legis?Qui re
ſpondit. quomodo poſſum ſi non aliquis oſtenderit mihi?vbi dicit Gloſ.Hic arguit eorum auda-
ciam qui ęſtimant ſine doctore diuinam ſcripturam intelligere.

B ¶Hic intelligendum eſt in principio:cum iſta ſcientia ſit credendorum per fidem
Reſol.q. & operandorum per charitatem,vt dictum eſt ſupra:ꝙ Aliud eſt ſcire ſiue cognoſcere credenda
& operanda quæ pertinent ad hanc ſcientiam,diſcernendo ſcilicet credenda & operanda inter ſe:
& a non credendis:& a non operandis:Aliud vero eſt habere ſcientiam credendorum & operan-
dorum,ſcilicet ſcire non ſolum quid credendum & quid non credendum:quid operandum & qđ
non operandum:ſed etiam quomodo fides credendorum & charitas operandoꝝ gignitur,nutri-
tur,roboratur,& defenditur:qua ſcientia non pollent fideles plurimi,q̃uis polleãt ipſa fide vel di-
lectione plurimum.Aliud eſt enim ſcire ſolummodo quid homo credere vel operari debeat pro-
pter adipiſcendam beatam vitam: Aliud autem eſt ſcire quoniam hoc ipſum piis opituletur : &
contra impios defendatur,vt dicit Auguſtinus.xiiii.de trinitate. Et eſt talis ſcientia paucorum.ſe
cundum enim ꝙ dicit Auguſtinus in principio libri contra epiſtolam fundamenti, Ad cognitio-
nem ſynceræ ſapientiæ pauci ſpirituales perueniunt in hac vita , vt eam ex minima parte , quia
homines ſunt , abſq; dubitatione cognoſcant : cæteram quippe turbam non intelligendi viua-
citas:ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam tenet. Et de vtroq; modo ſciendi poteſt habere locum
quæſtio:ſed principaliter de ſecundo,vt patebit. ¶Sciendum igitur iuxta illud qđ dicit Philoſo-
C phus, Diſpoſitio vniuſcuiuſq; in eſſe,eſt ſua diſpoſitio in veritate & cognitione:ꝙ Sicut quædam
habent eſſe a natura tm̃,vt triticum de ſemine tritici:quædam vero ab arte tm̃,vt arca de ligno:
quædam vero partim a natura , partim ab arte , vt ſanitas quam natura inchoat : ſed adiu-
torio quidem medicinæ conſummat : conſimiliter eſt & in cognitione , ꝙ quædam ſciuntur via
inueſtigationis rationis ſolum: quædam vero per diuinam reuelationem ſolum : quædam vero
vtroq; modo:quorũ notitia a reuelatione inchoat̃:ſed perficit̃ per ſtudiũ & inueſtigationẽ,coadiu
uante reuelatione.Primo modo ſciuntur res naturales a philoſophis.Secundo mõ ſcitũ eſt euãge
liũ & ſacra ſcriptura ab apoſtolis,dicẽte Hiero.in prol.Bibl.Quicqd aliis exercitatio & quotidiana



lege meditatio tribuere ſolet,illis hoc ſpũs ſuggerebat ſanct9.Tertio modo ſcita eſt a fidelibus ſcien
tia : fidei quæ p habitũ ſiue fidei lumen infuſum inchoatur:ſed perficitur per humanum ſtudium
cum adiutorio diuinæ illuſtrationis per determinationem credendorum: quæ ſolus habitus
fidei non declarat : quia ſine hac determinatione habens fidei habitum : q̃ credenda ſunt non co-
gnoſcit:ſicut nec ſecit Cẽturio anteq̃ inſtruct9 eſſet a Petro,vt habet̃ in Gloſ. Act.x.Et de hoc mõ D
ſciendi ſacram ſcripturam ab homine,ſcilicet quo ad determinatã notitiam credẽdorum,procedit
queſtio principaliter.Si ergo intelligatur queſtio de ſcientia qua ſolum diſcernuntur credenda,de
illa ſimpliciter eſt dicendum ꝙ non poteſt ſciri niſi aliquo docente & determinante articulos cre-
dendorum:& hoc vel deo inſpirante interius , vel angelo vel homine docente exterius . Et hoc eſt
quod dicit Apoſtolus Roma.x.Quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo audient ſi-
ne prædicante?quaſi dicat,nullo modo.Si vero intelligatur de ſcientia qua ſacra ſcriptura piis opi
tulatur : & contra impios defenſatur, ſuppoſita notitia diſcretionis credendorum , de qua pro-
priiſſime intelligitur quæſtio : Aliter enim proprie non cognoſcitur aut ſcitur ſacra ſcriptura : q̃
q̃ fide cognoſcantur credenda : Intelligendum ꝙ ad ſcientiam perfectam ſacræ ſcripturæ , ſicut
& cuiuſlibet alterius , tria concurrunt.Primum ꝙ homo mentem literæ & interpretationem eius
per totum cognoſcat . Secundum, ꝙ illa quæ latent in potentia ſub primis ſcibilibus ſcientiæ, &
quæ litera non exponit, ſciat explicare: & ſecundum actum deductionis rationalis elicere . Nulla
enim ſcientia omnia particulariter ſcienda ex principiis ſuis explicat aut exponit:ſed ſolum illa ex
ponit:ex quibus alia ſufficienter elici poſſunt. ſecundum ꝙ dicit Orig.in Homilia de arca Noe:ꝙ
in ſacra ſcriptura ſuper hoc opportunum videtur habitum ſilentium, de quo ſufficienter conſe-
quentię ipſius ratio doceret.Tertium ꝙ illa quę ab initio credit ſola fide,intelligat ratione.¶Quo E
ad primum dicẽdum eſt abſolute,ꝙ excluſa gratia ſpecialis reuelationis ſecundum communem Reſpõſio.
ſtatum humanum homo non poteſt ſcire ſacram ſcripturam ſine doctore. Et hoc ideo , quia ipſa
vtitur ſignis rerum:ſicut aliæ ſcientię vtuntur ſignis vocum.Res autem ſignificat iuxta ſuas pro
prietates.Vnde cum eadem res varias habeat proprietates quibus varia & cõtraria ſignificari poſ-
ſunt:& ita ſacra ſcriptura ſub ipſis intentionem ſuam in figuris & ęnigmatibus repręſentat;& in-
definite non poteſt homini eſſe per ſe nota rerum ſignificatio in ſacra ſcriptura, vt cognoſcat qd q̃
libet res velit ſignificare:& pro quo ſupponat.Vnde ſicut homo ignorãs idioma græcum:licet di-
ctiones græcas diſciplinabiliter prolatas audiat : inſtrui tamen per illas non poteſt niſi prius in- F
ſtructus in vocũ ſignificatione:cõſimiliter legens ſacram ſcripturam eam intelligere non poteſt ſi
ne interpretante ei rerum proprias & figuratiuas ſignificationes ignotas aut dubias. Propter qđ
dicit Auguſtinus.ii.de doctrina Chriſtiana. Duabus de cauſis non intelligũtur quæ ſcripta ſunt:
ſi aut ignotis aut ambiguis ſignis obteguntur . & ibidem . Rerum ignorantia facit ambiguas fi-
guratiuaſq; locutiones. Vnde ad cognoſcendũ obſcuros modos loquendi ſacræ ſcripturæ,ſine qui
bus ſciri & intelligi non poteſt,compoſuit Auguſtinus libros de doctrina Chriſtiana . Vnde quia
ſine doctore litera ſacræ ſcripturæ ſciri & intelligi non poteſt,dicit Hieronym9 ad Paulinũ. Lex ſpi
ritualis:& reuelatione opus eſt vt intelligatur:liber in Apoca.vii.ſigillis ſignatus oſtenditur:quan
ti hodie putant ſe noſſe literas:tenent ſignatum librum:nec aperire poſſunt niſi ille ſcilicet vel per
ſe vel per miniſtros reſerauerit qui habet clauem Dauid, claudit & nemo aperit,aperit & nemo
claudit.Vñ eunuchus ille in actibus cũ legeret illđ Eſaię.liii.Tanq̃ ouis ad occiſionẽ duct9 eſt & cę
tera:& librũ teneret,& verba domini in cogitatiõe conciperet,lingua volueret,labiis pſonaret,igno
rabat eum quem in libro neſciens venerabatur. Interrogatus autem a Philippo putas ne intelligis
quæ legis?reſpondit:quomodo poſſum niſi quis oſtenderit mihi?obſecro de quo propheta dixit de
ſe an de aliquo alio?tũc Philippus incepit ei euãgelizare Ieſum qui clauſus latebat in litera.Ex his
cõcludit Hierony.qđ dixim9 ſupra dicẽs. Hęc a me perſcripta ſunt breuiter, vt itelligeres te i ſcri
pturis ſacris ſine pręuio & monſtrante ſemitam non poſſe ingredi.Et ideo qui non inſtructi vidẽt
per ſe ſacram ſcripturam,vident eam quaſi attendẽtes ad lucernam lucentem in caliginoſo loco,
vt dr̃.ii.Pe.i.ad quã hõ literas intelligibiliter legere nõ põt.& hoc qm̃ vt dicit ibi Gloſ.null9 pphe
tarum propria ſua interpretatione populis doctrinam vitæ prædicauit.eget ergo omnino interp̃-
tatione aliena.Summa ergo ſatuitas eſt, maxime hominum in ſcientiis ſecularibus inſtructorum: G
ꝙ ad nutum & ſine doctore ſacram ſcripturam per ſe præſumũt capere & intelligere.quos Hiero
nymus reprehendit dicens , Qui forte ad ſcripturas ſanctas poſt ſeculares lr̃as venerũt:& ſermo-
ne cõpoſito aures populi mulſerũt: qcqd dixerĩt hoc legẽ dei putant:nec ſcire dignant̃ qd pphę qd

Apoſtoli ſenſerint:ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia.De hoc Auguſt.de vtili.cre-
dendi dicit ſic.Nulla imbutus poetica diſciplina Terentianum ſine magiſtro attingere non au-
deres:tu in libros diuinarum rerum ſine duce irruis: & de his ſine præceptore audes ferre ſen-
tentiam!& infra.Et ſi vnaquæꝗ diſciplina q̃q̃ vilis & facilis vt percipi poſſit doctorem aut magi-
ſtrum requirit,quid temerariæ ſuperbiæ plenius, q̃ diuinorum ſacramentorum libros & ab in-
H terpretibus ſuis nolle cognoſcere, & incognitos velle damnare! ¶ Quo ad ſecundum modum
ſciendi ſacram ſcripturam,Dicendum ꝙ ſicut adiutorio luminis naturalis rationis poteſt homo
naturali ratione ex primis principiis ſcientialibus ſcientiarum naturaliũ elicere & inueſtigare con
cluſiones ſiue expreſſas in ſcientia ſiue non,quæ tñ latẽt in potentia in pricipiis in ipſa ſcientia ex-
pſſis:Sic adiutorio luminis fidei põt hõ naturali rõne ex primis pricipiis credẽdoꝝ elicere oĩa poſte
riora credenda ſiue in ſciẽtia fidei expreſſa ſiue non,tanq̃ illa quæ in potentia ſcita ſunt in priorib9
& hoc ſine omni alio doctore,poſtq̃ in primis credendis fuerit ſufficienter inſtructus. Vnde Augu
ſtinus ſecundo de doct.Chriſtia.Erit diuinarum ſcripturarum ſolertiſſimus indagator qui pręno-
tatas legerit notaſꝗ habuerit: etſi nondum intellectu,iam tamen lectione.Deinde quæ in eis apte
poſita ſunt præcepta viuendi vel regulę credendi,ſolertius diligentiuſꝗ inueſtiganda ſunt:quę tã
to plura quiſꝗ inuenit quanto eſt diligentia capacior. In his enim quæ aperte in ſcriptura poſita
ſunt,inueniuntur illa quæ continent fidem moreſꝗ viuendi.In ea igitur quę obſcura ſunt aperiẽ-
da & diſcutienda pergendum eſt,vt ad obſcuriora illuſtranda de manifeſtioribus ſumãtur exẽpla
& quędam certarum ſentẽtiarum teſtimonia incertis auferãt dubitationem.¶Quo ad tertiũ ve-
ro modum ſciendi ſacram ſcripturam,dicendum ſimiliter ꝙ aſſiſtente diuino adiutorio communi
ſine quo intelligi non poſſunt credita,ſine omni alia prærogatiua reuelationis homo ſufficienter
inſtructus in credendis & in dictis ſacræ ſcripturæ ſine omni alio doctore poteſt deuenire ſcruta-
tione naturalis ingenii in intellectũ eorum quę prius tenebat ſola fide, quantum poſſibile eſt cre-
dita in vita iſta ſecundum communem ſtatum hominũ fieri intellecta.Et quia hoc vt dictum eſt
fit diuina gratia aſſiſtente & illuminante,maxime gratum faciente,plus proficitur in hoc oratione
q̃ auditione.Propter quod dicit Auguſtinus in ſer.de gratia noui teſtamẽti.Ama eccleſiaſticas le-
gere literas: & non multa inuenies quæ requiras: ſed legendo & ruminando ſi etiam pure domi-
num largitorem bonorum omnium depreceris, omnia quæ cognitiõe digna ſunt:aut certe plu-
rima ipſo magis inſpirante q̃ homine aliquo commonente perdiſces.& de videndo deum. Primũ
mihi videtur plus valere in hac ĩquiſitione,viuendi q̃ loquẽdi modus.Nam qui didicerũt a domi
no Ieſu mites eſſe & humiles,plus cogitando & orando proficiunt q̃ legendo & audiẽdo.Nec ideo
tamẽ agere partes ſuas ſermo ceſſauerit:ſed cũ plantator & rigator officium ſui geſſerit muneris,
cætera illi qui dat crementum relinquit.

I
Ad pri. prin. ¶Ad primum in oppoſitum:ꝙ lumine naturę ſine doctore cognoſcim9 naturalia
ergo & lumine ſupernaturali ſine doctore ſupernaturalia:Dicendum ꝙ verum eſt loquendo de ſe
cundo modo ſciendi, ſcilicet poſteriora ex prioribus præcognitis. Sed quo ad notitiam literæ in
aliis ſcientiis & in iſta,omnino refert:propter hoc ꝙ in aliis ſigna ſunt voces propriæ determinate
ducentes in notitiam rerum: hic autem ipſæ res ducentes obſcure per ſuas proprietates in noti-
K
Ad ſcdm. tiam aliarum rerum,vt dictum eſt.¶Ad ſecũdum de beato Antonio:Dicendum ꝙ illud fuit gra-
tiæ prærogatiuę:ſed quęrimus de notitia quę poteſt contingere ſecundum communem ſtatum ho
minũ.ad illum enim priuatum modum accipiendi notitiam ſcripturæ non eſt homini expectan-
dum:ſed ſtudio proprio quantum poteſt cum diuino adiutorio ad ĩtellectũ ſacrę ſcripturæ diligẽ
ter laborandum,vt dictum eſt ſupra.

L
Queſt. ix.
Arg.i. CIrca nonum arguitur:ꝙ illi qui ſacram ſcripturam conſcripſerunt: non perfecte
eam intellexerunt.Primo ſic.Ionę.ii.dicitur ꝙ ad pręceptum domini Ionas præ-
dicauit,adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur.qđ ſecundum Gloſ.non
erat prophetia deſcendens de pręſcientia dei:ſed cõminatio ad correctionem.qđ
tamen vt videtur Ionas ignorauit credens ad literam fuiſſe prophetiam:quia ſe
quitꝰ ꝙ ſedebat ſubter quercũ donec videret qd accideret ciuitati.ergo & cõſimi
liter alii potuerunt ignoraſſe myſteria & figuras,quę dominus eis reuelauit,quę
2 ĩ hac ſcia cõſcripſerũt.¶Scđo ſic.Hier.iiii.Hieremias.heu heu heu dñe de9.ergo ne decepiſti pplm
iſtũ & Hieruſalẽ dicẽs pax erit vobis!& ecce puenit gladi9 vſꝗ ad aiam.vbi dicit Gloſ.Quia ſupra



dixit In tempore illo vocabunt Hieruſalem ſolium domini:& tamen nunc dicit Peribit cor Regis
& cætera:turbatur propheta & in ſe deum putat mentitum:nec intelligit illud longe poſt hoc fu-
turum.Si ergo Hiere.ignorauit quæ conſcripſit,& alii ignoraſſe potuerunt.¶Contra eſt illud qđ In oppoſi.
dicit Apoſtolus pro ſe & pro aliis ſacræ ſcripturæ ſcriptoribus.i.Corinth.ii.Nos non ſpiritum hu
ius mundi accepimus:ſed ſpiritum qui ex deo eſt,vt ſciamus quę a deo donata ſunt nobis:quæ &
loquimur.illa ergo ſciuerũt quæ locuti ſunt:ſed talia cõſcripſerunt.ergo &c.

¶Dicẽdum ad hoc:ꝙ error erat quorũdam hęreticorum prophetas & ſacræ ſcri M
pturæ conſcriptores tanq̃ arreptitios loquutos fuiſſe:& ita ea q̃ cõſcripſerunt non intellexiſſe:ſi- Reſpõſio.
cut nec intelligũt arreptitii q̃ dicũt. Quoꝝ errorẽ excludit Paulus in verbo p̃dicto.Nos nõ ſpũm
huius mundi accepimus:in nobis.ſ.loquentẽ:vt ſcribenda nõ intelligamus:& nõ ſolum per nos,vt
per calamum cõſcribentẽ.Gloſ.Nõ ſpiritũ huius mũdi.i.ſpiritum phytonicum qui per Sibyllã lo-
quutus eſt.Sed accepimus ſpũm qui ex deo eſt.Gloſ.i.ſpiritum ſanctum,quo docemus ſapientiam
q̃ de deo eſt.Et ideo dr̃ .ii.Petri.i.Spiritu ſctõ inſpirati locuti ſunt ſancti dei hoĩes. & nõ ſolũ inſpi
rati ad cognitionem verborum:ſed ad ĩtellectum ſententiarum.ſecũdũ ꝙ dicit Gloſ.Ea ſola doce
bãt q̃ a ſpiritu ſancto didicerãt.Non ſolũ aũt verba docebant, ſed myſteria & intellectus expone-
bant.ergo & illa a ſpiritu ſancto didicerant.Aliter enim non fuiſſet eis facta p̃fecta reuelatio.Cum
enim ſecundum Auguſt.in fine contra Adim̃.tria ſunt genera viſionis: Vnum corporalis viſionis
ſecundum oculos.Sicut vidit Abrahã tres viros ſub ilice Mambre:Alterũ imaginarię:nã hęc pars N
noſtra cum diuinitus aſſumitur multa nobis reuelantur: Sicut vidit Petrus diſcum cum variis
animalibus!Tertium vero genus viſionis eſt ſecundum mentis intuitum quo intellecta conſpiciũ-
tur veritas atꝗ ſapiẽtia: ſine quo genere illa duo vel ĩfructuoſa ſunt,vel etiam in errorem mittũt:
Scripturam ergo iſtam quæ conſcribentibus non infructuoſa fuit:nec in errorem miſit eos: nõ eſt
dicendum qn iſto tertio genere viſionis per reuelationem acceperint qui conſcripſerũt: & ita eam
perfecte intellexerũt quãtũ pro tempore expediebat.vnde ſequitur ibidẽ.Cũ ea quæ corporis ſenſi-
bus ſiue illi pti quæ corporalium rerum imagines capit diuinitus monſtrantur non ſolum ſciunt
his modis:ſed etiam mente intelliguntur: tũc eſt perfecta reuelatio. Quid enim profuit Balthaſar
regi ꝙ manũ ſcribẽtẽ añ oculos ſuos ĩ pariete cõſpexit!cui viſiõi qa nõ potuit attigere,mẽtis aſpe-
ctu q̃rebat adhuc videre qđ viderat.Tali aũt acie luminis p̃ditus Daniel qua iſta intelligunt,men
te vidit qđ ille viderat corpore.Rurſus illa parte q̃ imagines corporum capit, vidit ſomnum Na-
buchodonoſor Rex:& quoniam non habebat idoneum mentis oculum ad intelligendum qđ vide
rat,ideo ad interpretandum viſum ſuum aſpectum quæſiuit alienum.ſ.oculum Danielis. Daniel
autem reuelante ſpiritu dei:& quid ille vidit in ſomnis,ea parte vidit qua corporũ capiunt imagi
nes:& quid ſignificaret mente conſpexit.Non eſt autem propheta dei veri & ſummi,qui oblata di
uinitus viſa vel ſolo corpore vel etiam illa parte ſpiritus videt qua capiuntur imagines: & mente
non videt.Sed plerunꝗ in ſcripturis ſic poſita inueniuntur quẽadmodum viſa ſunt: non etiam
quemadmodum intellecta ſunt:vt mentis viſio in qua totus fructus eſt,exercendis lectoribus ſer-
uetur.Sed ex multis quæ apte ſunt ſcripta,manifeſtatur nobis quomodo illa intellexerunt quæ ſic
in libris poſuerunt quomodo figurate illis demonſtrata ſunt. & ideo Auguſtinus dixit in lib.eo- O
dem.Apoſtoli oĩa intelligẽtes pauca expoſuerũt,vt ad eaſdem regulas cætera poſteris intelligen
da relinq̃rẽt.Et beatus Hieronym9 in Prolo.Biblię.Pleriꝗ ſtupent in dñi doctrina;& mirant in Pe
tro & Ioanne quomodo legem ſciant:cum literas nõ didicerint.Quicquid enim aliis exercitatio &
quottidiana ĩ lege meditatio tribuere ſolet,illis hoc ſpirit9 ſanct9 ſuggerebat:& erãt iuxta ꝙ ſcri-
ptum eſt dociles deo.¶Sed quia quæſtio non ſolum quęrit vtrũ intellexerunt quę ſcripſerunt:ſed P
etiam vtrum perfecte intellexerunt:Dicendum ad hoc,ꝙ perfectus intellectus duplex eſt:quidam
ſimpliciter perfectus & abſolute:quidam quo ad ſtatum intelligentis. Secundo modo dicitur ille
perfecte intelligere qui tãtũ intelligit quantum intelligendum eſt & expedit intelligere pro loco &
tempore.Hoc modo generaliter quicunꝗ ſacri doctores qui ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt,p-
fecte intellexerunt q̃ ſcripſerunt.Propter qđ ſuper illud primæ Corinth.ii.Sciamus quæ a deo do-
nata ſunt nobis.dicit Gloſ.Inde probatur ꝙ ſpiritum dei accepimus:quia hoc ſcimus qđ vtiꝗ ſci
re expedit.Sed ꝙ omnes perfecte intelligant primo modo,hoc non oportet niſi in ſumme & perfe-
ctiſſime ſpiritu ſancto illuſtratis:ſicut erat Moyſes.Ad illum enim perfectum intellectum duo re-
quiruntur.Primum ꝙ homo omnino veram expoſitionẽ intelligat quã ſcriptura ſancta continere
poteſt:ſecundũ ꝙ quãlibet expoſitionẽ ſecundum oẽs conditiones ſuas perfecte ĩtelligat.ſecũdũ ꝙ
Moyſes perfecte intellexit quæ ſcripſit. dicente Auguſt.xii.confeſ.in fine.Moyſen famulum tuum

ſcripturę diſpēſatorem ſpiritu tuo plenum ita honoremus,vt hoc eū te reuelāte cum ſcriberet at
tēdiſſe credimꝰ,qđ ī eis maxie & luce veritatis & fruge vtilitatis excellit.Itaq; cū alius dicit,hoc
ſentit qđ ego:& aliꝰ,immo qđ ego,religioſiꝰ me arbitror dicere:cur non vtrūq; potius,ſi vtrūq; ve
rum eſt?quid ſi tertium?& quid ſi quartum?Et ſi quid omnino aliud verum quiſpiam in his ver
bis videt,cur non omnia illa vidiſſe credatur per quem deus vnus ſacras literas vera & diuerſa vi
ſuris multorum ſenſibus temperauit?Nolo itaq; deus meus tam præceps eſſe vt hoc illū de teme
ruiſſe non credam.Senſit igitur ille omino in his verbis atq; cogitauit cum ea ſcriberet quicquid
hic veri potuimus inuenire:& quicquid nos non potuimus aut nondum poſſumus:ſed tamen in
eis inueniri poteſt.Per hęc patent obiecta.

Q
Ad pri. princip. ¶Ad primum igitur de Iona,Dicendum ꝙ ipſe myſticū ſenſum comminationis
bene intellexit in illis verbis.Sed alium ſenſum literalem forte ignorauit:an.ſ.deus literaliter intel
lexit Niniuen eſſe ſubuertendam poſt quadraginta dies:& ideo ſedit extra ciuitatē expectans exi
R
Ad ſcđm. tum rei & euentum. ¶Patet ſimiliter ſecūdū de Hiere.ipſe enim intellexit bona q̄ & qualia promi
ſerat per eum dominus:licet ignorauit tempus quando promiſſio implenda erat:quia hoc ſcire eū
non expediebat quacunq; de cauſa latente & occulta,propter quam dominus illud prophetæ ſuo
reuelare diſtulit.

## Arti.XIIII.de modo tradendi Theologiam.

Ar.XIIII. Sequitur de cauſa formali huius ſcientiæ:& quia in ſcientiis duplex eſt forma.ſ.forma tractandi & forma tractatus,ideo duplex eſt hic q̄ſtio.Primo de forma tractādi. Secundo de forma tractatus.Et qa forma tractandi in ſcientia idem eſt qđ modus agendi,qui conſiſtit in traditione & expoſitione,ideo circa hoc quęruntur duo.

Primo de modo tradendi hanc ſcientiam.

Secundo de modo exponendi eam.

Circa modum tradendi duplex eſt quæſtio.

Prima:vtrum modus tradendi hanc ſciētiam debeat eſſe multiformis an vniformis.

Secunda:vtrum ſit argumentatiuus an narratiuus.

A
Quęſt.i.
Arg.i. Circa primum arguitur primo,ꝙ modus huius ſcientiæ debeat eſſe multiplex nō vniformis.Primo ſic.He.i.Multifarie multiſq; modis olim deꝰ loquēs in patribꝰ,hęc eſt locutio huius ſcientiæ,quæ reſpicit modum tradēdi eius.Multiplex ergo eſt modus tradendi hanc ſcientiam non vnicus. ¶Secūdo ſic.Eph.iii.dicitur,
2 Innoteſcat principibus & poteſtatibus per eccleſiā multiformis ſapientia dei,ſed
In oppoſi. non innoteſcit eſſe talis niſi ex modo traditiōis eius.ergo &c. ¶In cōtrarium eſt:
q̄m modus ſcientiæ debet eſſe proportionalis auditori:quia aliter nō inſtrueret
& materiæ:quia aliter non congrueret,ſed ingenio carnali cui proponitur lac fidei in auctoritate
ſcripturæ,magis eſt proportionalis modus vniformis q̄ multiformis:quia vniformi facilius inſtrui
tur:& multiformi amplius confunditur:quia in paucioribus via magis,materiæ ſimiliter magis
congruit modus vniformis q̄ multiformis.quoniam ipſa eſt maximę ſimplicitatis & vniformita
tis,vt dictum eſt ſupra de vnitate huius ſcientiæ.ergo &c.

B
Reſpōſio aliquorū. ¶Dicunt aliqui,ꝙ modus ſcientiæ huius in tradendo eam debet eſſe multiplex,tū
propter dei ſapientiam multiformem quę tradi debet in hac ſcientia,tum propter multiformē ſta
tum hominū quibus debet iſta ſcientia congruere.Cū enim (vt dicunt) qui iſtrui poſſent vna via
& vno mō,alia via & alio mō inſtrui nō poſſent:ſed diuerſi diuerſimode de diuerſis:ita ꝙ modus
cōgruꝰ vni non eſt modꝰ cōgruus alteri:neceſſariū eſt vt modus huiꝰ ſciētię multiplex ſit.Et di
ſtinguūt modos iſtos penes hoc:ꝙ ſacra ſcriptura aliq̄n p̄cipit,aliq̄n ꝓhibet,aliq̄n ꝑmittit,aliq̄n cō
ſulit:aliq̄n minatur,aliq̄n promittit,aliq̄n terret,aliquando hortatur,aliquando reuelat arcana,ali
q̄n recitat facta & cętera huiuſmodi:vt ſecundū hoc modꝰ ſcripturæ alicui ſit p̄ceptiuus:alicui ꝓ
hibitiuus:alicui vero permiſſiuꝰ &c.hmōi.Dictum iſtorum manifeſtum eſt deficere & in re dicta:
& in ratione dicendi.In re dicta,ꝙ ſcilicet modus ſciētiæ huiꝰ ſit multiplex,ex eo maxime qa alicui
p̄cipit:& ideo p̄ceptiuꝰ:alicui ꝓhibet:& iō ꝓhibitiuꝰ,& cætera hmōi:qa iſta diuerſitas nō ē ex ꝑte
modi tractādi hāc ſciētiā ſiue tradēdi:ſed maxie eſt ex ꝑte materię q̄ tractat̄ ī ipſa.ſcđm ꝙ alibi tra



dit p̄cepta,alibi ꝓhibita,alibi ꝓponit terrenda,alibi ſperanda & cętera huiuſmodi.Vn̄ ſi ꝓpter iſta
modus ſciētię huius poſſet dici multiplex:& modꝰ cuiuſlibet alteriꝰ ſcię eodē mō poſſet dici mul
tiplex ſecūdum diuerſas partes materię quas tractat.qđ nō oportet:q̄m idem modus tractādi ſciē
tiam bene poteſt eſſe tractādo diuerſas materias ſiue terrendo ſiue ꝓhibēdo & cętera hmōi.ſecūdū
ꝙ idem modus tractandi ratiocinatiuꝰ ſiue argumētatiuꝰ eſt ī diuerſis ſciētiis philoſophicis ſcđm
diuerſas materias quæ tractātur.¶In ratione autem dicendi deficit dictum illorum.licet em̄ mul C
tiplex ſit dei ſapientia & multiplex hoīm ſtatus:non tn̄ ſcđm hoc debet eſſe multiplex modus hu Improba
ius ſciētię.Nō ꝓpter multiplicitatē ſapientiæ dei:tū qa vnus modus tractādi cuilibet ſapientię dei tio.
poteſt applicari:etiā ſi ī diuerſis partibꝰ ſciētię diuerſus modus ſapiētię dei tractaret̄,vt alicubi ſa
pientia qua p̄cipit,alicubi ſapiētia q̄ ꝓhibet,& cętera hmōi vt dictū eſt:tū quia hic non tractat̄ mul
tiplex ſcia dei,de vna hic,alibi de alia:ſed q̄ſi in quolibet ſermone huius ſcię ſecūdū multiplicē ſen
ſum & expoſitionē habet̄ multiplex ſcientia dei,vt infra dicet̄.Similiter neq; ꝓpter multiplicem ſta
tū hoīm debet eſſe multiplex modus huius ſcientię:tum qa alicubi deberet tūc eſſe ſcia iſta tradi
ta vni ſtatui,hominū alicubi alteri:& non tota vbiq; & ſic nō vbiq; tota omni ſtatui hominū ꝓpo
ni deberet:qđ falſum eſt,vt īfra patebit.Quare cū tota vbiq; cuilibet ſtatui hominū cōſiderāda ꝓ
ponit̄,ꝓpter diuerſos ſtatꝰ hoīm nullo modo debet dici iſtius ſcię modus eſſe diuerſus,vt ſępiꝰ quā
libet ſniām vnā diuerſimode oporteret tractari:qđ eſt abſurdum.¶Aliter igit̄ dicēdum ꝙ cū iſta D
ſcia ſicut & quælibet alia non ſit tradita niſi vt ab hoīe ad cuiꝰ opus tradita ē ſciatur.ſecūdum ꝙ Reſpōſio.
dicit Apl's Ro.v.Quęcūq; ſcripta ſunt ad noſtrā doct.ſcrip.ſunt.& Auguſt.ſpecialiter de iſta ſcia
dicit ſup Ioā.ſer.ii.Ante omnia conari debemus vt ſciamꝰ verba dei,quare enim dicta ſunt niſi vt
ſciant̄?neceſſarium eſt ꝙ modus tradendi huius ſcię ſicut & cuiuſlibet alterius ſit cōformis modo
ſciendi,vt tali modo tractet̄ quo competentius ab homine ſciri poſſit.De modo aūt ſciendi in ſcien E
tiis dictum eſt ſupra,ꝙ attendit̄ & ex conditiōe materię & ex ꝓprietate ipſiꝰ ſcię & ex diſpoſitione
ſcientis.Materia huius ſciētię,vt infra dicet̄,eſt rerū vniuerſitas tam in ope creatiōis q̄ iterū factio
nis.Proprietas vero huius ſcientię eſt ſtruere fundamētū ſpūalis ędificii in eis quę ſunt fidei.Diſpo
ſitio vero ſcientis eſt varietas ſtatus hoīm quo ad intellectū & quo ad affectum ad ꝑcipiendū ea q̄
ſunt huius ſciētię.Quia ergo nō valet hæc ſcia de ſingulis q̄ ꝑtinēt ad materiam huius ſciētię tra
ctare ſingulariter & diſtincte:& prout diuerſis ſtatibus hominū diuerſimode competit ea quę ſunt
fidei inſinuare:modus proprius & competens huic ſcientię eſt:non vt ſingula pertinentia ad hanc
ſcientiam ſeorſum tractentur,prout diuerſis diuerſimode congruunt:& eos diuerſimode & de di
uerſis in fide informare poſſunt:ſed debet eſſe talis vt ſub vno & eodem ſermone contineantur di
uerſæ ſententiæ de diuerſis materiis & diuerſis credendis,diuerſis ſtatibus diuerſimode con
gruentes:vt qui amplius capere non poteſt,contentus ſit ſuperficie literæ:qui vero amplius ca
pere pōt,ſecundū gradum ſui profectus perquirat ſub litera intelligētiā ſpiritualē.Et hoc eſt qđ di F
cit Aug.ii.cōfeſ.approbādo modū tradēdi ſacrā ſcripturā,quo ad ſcripturā Moyſi & ſpecialit̄ quo
ad librum Geneſeos,q etiam gn̄aliter ꝑtinet ad totā ſcripturā,dicēs ſic. Ego deꝰ meus nō poſſum
minus credere de Moyſe fideliſſimo famulo tuo q̄ mihi optarem abs te dari muneris,ſi tēpore quo
ille natus fuiſſem,eiuſq; loco me cōſtituiſſes,vt ꝑ ſeruitutē cordis ac linguæ meæ literæ illę diſpen
ſarentur quæ tanto poſt omnibus gentibus eſſent profuturę:& per vniuerſum orbem tanto aucto
ritatis culmine omnium falſarum ſuperbarumq; doctrinarum ſuperarent̄ ſnīę.Vellē quippe ſi tūc
eſſem Moyſes:& mihi abs te liber Geneſeos ſcribendus adiungeretur:talem mihi facultatem dari:
& eum texendi ſermonis modum,vt neq; illi qui nondum queunt intelligere tanq̄ excedentia vi
res ſuas dicta recuſarent:& illi q hoc poſſent,quālibet veram ſententiam cogitādo eam nō prętere
miſſam in paucis verbis famuli tui reperirent:& ſi alius aliam vidiſſet in luce veritatis,nec ipa in
eiſdem verbis intelligenda deeſſet.Sicut enim fons in paruo loco vberior eſt,pluribus riuis in am
pliora ſpatia fluxum miniſtrat,q̄ quilibet eorum riuorum qui per multa loca ab eodem fonte dedu
citur:ita narratio diſpenſatoris tui pluribus profutura paruo ſermonis modulo ſcatet fluenta li
quidę veritatis,vnde ſibi quiſq; verum qđ de his rebus poteſt hic illud ille aliud per longiores lo
quelarū anfractus trahat.Vnde falſiſſimum eſt illud qđ aliqui ſolēt dicere,ꝙ modus ſciētię huius G
debet eē m̄ltiformis:vt aliter alicubi fiat demōſtratio veritatꝭ hebeti,aliter alicubi mediocri:& ite
rum alibi aliter ſubtili:qa aliter erudiendi ſunt paruuli & īperfecti:& aliter adulti & ꝑfecti.ſecūdū
illđ Apoſtoli.i.Corīth.iii.Tāq̄ ꝑuulis ī Chriſto lac potū dedi vobis nō eſcā,nōdū em̄ poteratis:ſed
nec nūc qdē poteſtis.Q, ei aliter & aliter hi & illi ſunt iſtruēdi,hoc bn̄ eſt verū.Sed hoc fit qa alio
& alio ſenſu capiūt ſcripturę expoſitionē hi & illi:nō qa alia dicta ſacrę ſcripturę ꝓponunt̄ inſpiciē
da iſtis & alia illis,imo oīa dicta ſcripturę cōiter oībꝰ inſpiciēda ꝓponūt̄:q̄ ſe coaptat cuilibet iuxta

capacitatem ſuam. Vnde ſecundum Auguſt. nõ alia ſeorſum ſunt exponenda perfectis: & alia par
uulis: ſed cõmuniter omnibus, vt capiat quiſqꝫ ſecundum ꝙ poteſt. vnde & eadem doctrina propo
ſita, propter diuerſam capacitatẽ aliis eſt lac fidei tñ: aliis vero eſt ſolidus cibꝰ, eorũ qui cũ fide poſ
ſunt capere intellectum aliquem, vt infra dicetur. Quia igitur ſub compẽdio verborum ſimpliciũ
pluralitatem ſententiarum colligere de diuerſis & diuerſis congruentes & ſic per omnes partes
ſcientiæ procedere eſt ſummam vniformitatem in modo tradendi & deſcribendi tenere: Dicẽdum
eſt abſolute ꝙ modus tradendi hanc ſcripturam ſummę ſimplicitatis & vniformitatis eſt: & tanto
maior in ea ẽ vniformitas quãto ex parte materię quã tractat maior eſt vnitas q̃ in aliis ſciẽtiis, vt
habitum eſt ſupra.

H ¶Ad primum in oppoſitum ꝙ in hac ſciẽtia multifariam multiſqꝫ modis deus lo
Ad pri. cutꝰ eſt: Dicẽdũ ꝙ illa varietas non refertur ad modũ tractandi ſiue cõſcribendi illa quæ ſunt huiꝰ
principale ſcientiæ: ſed ad modũ reuelandi conſcribẽda diuerſis perſonis & diuerſimode, ſecundum ꝙ ibi di
cit Gloſ. Multifariã, i. multotiẽs, & m̃ltis hoĩbꝰ, ſ. Abrahæ, Iſaac & Iacob: & ceteris, & eiſdẽ ſepe mul
tis modis, i. multis q̃litatibꝰ: quia mõ ꝑ ſomnia, vt Danieli. mõ aperta voce, vt Moyſi. mõ ĩteriori in
ſpiratione vt Dauid. Vel vt dicit alia Gloſ. multifarię, i. multo & diuerſo gñe locutiõis: vt ꝑ ſomnia
vel iſpiratiões vl' aptas voces. Multiſqꝫ modis, i. rerũ diuerſis myſteriis futura ſignificãs. Sed oĩs iſta
diuerſitas ſub eodem modo tradendi hanc ſcientiam cõtinetur. Vanum ergo multum eſt illud q̃d
ſolebat dici, ꝙ in prophetis modus huius ſciẽtiæ ẽ reuelatiuus. Iſtud em̃ nihil admodum cõſcriben
di reuelata: ſed ſolum quo ad modum percipiendi conſcribenda. vnde quia quæcunqꝫ ſcripta ſunt
in hac ſcientia per reuelationem agnoſcebant ea conſcriptores ſui, per illud dictum tota iſta ſcien
I tia modũ reuelatoriũ habere dicenda eſſet: & patet q̃ vanum hoc eſſet dicere. ¶Ad ſecũdũ ꝙ hęc ẽ
Ad ſcdm. multiformis ſapientia dei: Dicendũ ꝙ verum eſt non quo ad modum tradẽdi eam, ſed quo ad cõ
tenta in ipſa: quia in multis & mirabilibus factis ſapientia dei in hac ſcientia deſcribitur manifeſta.
Vnde dicit ibi Gloſ. ꝙ ĩ greco eſt multifaria ſapiẽtia. ſ. nõ ſolũ varia: ſed multa varietate diſtincta.
Videamus ergo quomodo eſt multiformis. Immenſus eſt Chriſtus: ſed concipitur: vagit infans ĩ
præſepio: ſed ab angelis laudatur in cęlo: Herodes perſequitᷓ: ſed magi adorãt: ignorant Phariſæi:
ſed ſtella demonſtrat, &c. huiuſmodi.

K C Irca ſecundum arguitur ꝙ modus tradendi hanc ſcientiam debeat eſſe argumẽ
Quæſt. ii. tatiuꝰ ſiue doctrinalis ſiue ratiocinatiuꝰ ſiue inquiſitiuꝰ, q̃d idẽ eſt, Primo ſic. cer
Arg. i. tior ſcientia certiori modo debet tradi: quia certitudo in modo tradẽdi certo cõ
ſiſtit. hęc ſciẽtia certiſſima eſt ſciẽtiarũ, vt habitũ ẽ ſupra: ergo &c. Sed certiſſimꝰ
modus tradendi ſciẽtiã eſt modus inq̃ſitiuus ſiue argumẽtatiuꝰ: cũ vt dicit Au
guſt. ii. ſol. non melius veritas inueſtigari poſſit q̃ interrogando & reſpondendo:
2 quæ maxime fiunt in modo inquiſitiuo. ergo &c. ¶Secundo ſic. ſcientiæ ſumme
neceſſarię vt ſciatur cõpetit modus tradendi quo maxime ſcientia acquiritᷓ: ſcientia iſta maxime
neceſſaria eſt vt ſciatur: quia eſt ſcientia ſalutis. Modus maxime faciens ſcire inquiſitiuus & ratio
In oppoſi. cinatiuus eſt: quia ſecundum Aug. de vera rel'. ꝙ ſcimus debetur rationi. ergo &c. ¶Oppoſitũ ar
guitur. ſcientia illa quæ eſt de eis quæ excedunt hominis rationẽ, ſi debet ab homine comprehen
di debet tradi illo modo quo talia ab homine magis poſſibile eſt apprehendi. Sed modus quo ma
gis poſſibilia ſunt apprehendi non eſt modus inquiſitiuus: quia inquiſitio non procedit niſi ex
illis quæ ſupponuntur vt nota rationi: per quæ inueſtigat ignota: qualia non ſupponit iſta ſcientia
cum ſit de illis quæ rationem excedunt. ergo &c.

L ¶Dicendum ad hoc: ꝙ cum vt patebit inferius ſcientia iſta ſit principaliter
Reſpõſio. de eis quæ facultatem naturalis rationis excedunt: & hoc propter eius debilitatem & illarum re
rum elongationem: Manifeſtum eſt ꝙ inquiſitio naturalis rationis de ſe, ad inquiſitionem ſiue
inueſtigationem illarum non poſſet ſufficere: & idcirco modus tradendi hanc ſcientiam non põt
eſſe inquiſitiuus ſecundum diſcurſum naturalis rationis purę. Sed quia oportet ſecundum deter
minata ſuperiusꝙ notitiã eius accipiat homo a ſciẽte aliquo ſupiori qui eã nouit, cuius actionẽ nõ
ſufficit ab initio perfecte recipere ad eius notitiam perfectam ꝑcipiendam: immo neceſſe ẽ vt eam
primo imperfecte percipiat: & illius notitiæ imperfectę manuductione idoneus fiat vt aliquãdo eiꝰ
notitiam perfectam attingat: igitur cum ꝑfecta notitia huius ſcientię & eorum quę tractãtur in ea
nata eſt ſic acquiri. ſ. modo doctrinali inquiſitiuo: manifeſtum eſt ꝙ iſta ſciẽtia ab initio ab illo ſciẽ
te ſuperiori mõ inquiſitiuo tradi nõ debuit. Quia etſi ſic ab illo eius auctore tradi potuit: Non em̃
ratio omnium quæ in hac ſcientia docuit, ei defuit: homo tamen propter cuius eruditionem tra



denda erat, hmõi rationem capere idoneus non fuit. ſecundum ꝙ dicit Auguſt. de moribus eccle
ſiæ. Caligãtes hominum mẽtes perſpicuitati ſynceritatiqꝫ rationis aſpectũ idoneum intendere ne
queũt. Qꝫ q̃ etſi ad capiendum rationem eorũ q̃ in hac ſcientia tractanᷓ idoneus fuiſſet: expediẽtiꝰ
tamen fuit vt non ratione tradita: ſed miraculorum operatione oſtenſa fidem ei adhiberet. q̃q̃ ali
qui fidem ei non adhibent: quia rationem nõ habẽt. vnde Auguſt. ad Conſentium. Sunt quædam
quæ cum audierimus nõ accommodamus fidem: & ratione nobis reddita vera eſſe cognoſcimus
quæ credere non valemus: & vniuerſa dei mirabilia ideo ab infidelibus non creduntur: quia eorũ
ratio non videtur. Et reuera ſunt de quibus ratio reddi nõ poteſt: nõ tamen non eſt. Quid em̃ eſt M
in rerum natura q̃d irrationabiliter fecerit deus? Sed quorũdam mirabiliũ operum eius expedit oc
cultam eſſe rationẽ: ne apud aĩos faſtidio lãguidos eiuſdẽ rõnis cognitione vileſcant. Sunt em̃ mul
ti qui plus tenenᷓ admiratione rerum q̃ cognitione cauſarũ vbi mirabilia mira eſſe deſiſtunt. Vn
de opus eſt eos ad ĩuiſibiliũ fidẽ viſibilibꝰ mirabilibꝰ excitari, vt puritate purgati eo ꝑueniãt vbi fa
miliaritate veritatis mirari deſiſtant. Quare cũ modus tradẽdi & acquirendi rei alicuius notitiam
non ſit niſi duplex, vnus via rationis quæ mẽtem illuminat vt ea q̃ quærũtur intelliganᷓ: & vnus
via auctoritatis quę aſſenſum ratiõis flagitat vt ea quę proponunᷓ credanᷓ. ſecũdum ꝙ dicit Au
guſtinus de vera rel'. Medicina animę in auctoritatem rationẽqꝫ diſtribuitur: auctoritas fidem fla
gitat & rationi præparat viam: ratio ad intellectum cognitionem perducit. Primus modus inqui
ſitiuus eſt ex notis ignotorum notitiam inueſtigans. Secundus vero modus authẽticus eſt: fidem
eorum quæ ignota ſunt exponens. Et vt dictum eſt modus tradendi hãc ſcientiam non poteſt eſ
ſe doctrinalis inquiſitiuus ꝓcedens ſermone regulari & cõnexo. Neceſſe eſt igitur ꝙ ſit authẽticus
ſententiatiuꝰ ꝓcedẽs ſermone ſimplici & abſoluto. Ex prima enim traditione ſua non eſt ordinata
hæc ſcientia vt intellectum demonſtret eorum quæ tractat: ſed ſolummodo vt hõ eis fidem exhi
beat: & ideo proprie dicitᷓ ſcientia fidei. Et etiã ideo ſolet dici ꝙ ꝓprius modus ſcientiæ huius nar
ratiuus eſt: quia per totum quaſi ſententias & concluſiones credendas proponit, vt ꝙ in principio
creauit deus cæ. & ter. & ꝙ tũc terra erat ianis & va. & cætera hmõi. Et iõ pħi q̃ vt dicit Auguſt.
nihil volebant credere niſi q̃d ratione potuerũt agnoſcere, fidem ſciẽtię huic exhibere noluerũt: ſed
ſimplicitatem eiꝰ reſpuebãt. Q̃d ſeipſum teſtatur feciſſe ante ſuam conuerſionem, cum dicit. iii. con
feſ. Animum meum inſtitui intẽdere in ſcripturas ſanctas: vt viderem quales eſſent. & ecce video
rem nõ cõſpectam ſuperbis neqꝫ nudatam pueris: ſed inceſſu humilem, ſucceſſu excelſam: & velatã
myſteriis: ſed viſa eſt mihi indigna quã Tullianę dignitati compararem. Tumor enim meꝰ refugie
bat modum eius.

¶Ad primum in oppoſitum, ꝙ ſcientia iſta certiſſima eſt: quare debet habere mo N
dum certiſſimum: Dicendũ ſecundum ꝙ determinatum eſt ſupra, ꝙ etſi ſciẽtia iſta ſit certiſſima: Ad pri.
hoc eſt ex parte rei ſcitę, non aũt ex parte hominis ſcientis eam, niſi quantũ ad ſecuritatem & firmi principale
tatẽ adherentię veritati quã tractat prius q̃ credibile in ipſa factum ſit intelligibile. Nunc ergo cũ
dr̃ ꝙ ſcientia certiſſima debet habere certiſſimũ modũ: Dicẽdũ ꝙ verũ eſt iuxta genꝰ ſuę certitudi
nis: & hoc ĩ ꝓpoſito maxĩe non ex ꝑte rei ſcitę: ſed ex ꝑte ſcientis. Modus em̃ ſciendi magis ſequitur
conditionem ſciẽtis q̃ rei ſcitę. Cum ergo certitudo ſecuritatis & adhærentiæ in hac ſcientia ſit ex
auctoritate primę veritatis, vt dictum eſt ſupra, certiſſimus modus reſpõdẽs certitudini adhęren
tię eſt modus tradendi hanc ſcientiam modo authentico non inquiſitiuo: quia modus inquiſitiuꝰ
cauſat certitudinem euidentiæ, quæ licet eorum quæ traduntur in hac ſcientia, maior poteſt eſſe
in multis: q̃ eorum quæ traduntur in aliis ſcientiis. hoc tamen non poteſt attingere quan
tum eſt ex parte diſcentis, vt dictum eſt, ex prima huius ſcientię traditione: ſed ex ſpeciali diuina il
luſtratione vel ex eius rõnabili expoſitione. Vnde Auguſt. docens qualiter & ad quid per homines
adminiſtratæ ſunt ſacræ ſcripturæ, loquens de eis ſub metaphora montium, dicit ſic. Ex montibus
venit vobis auxilium vt iſta audiretis: ſed nondum poteſtis intelligere &c. vt ſupra. Vnde & præ
ter rationem iam dictam propter eandem rationem qua primi doctores huius ſcientiæ ſimplices
eſſe debebant non illuſtrati rationibꝰ humanæ ſapientię, vt in eis magis illuceſceret diuina auctori
tas, eadem ratione omnino debet iſta ſcientia tradi modo ſimplici ſine rationum connexione, vt
non humana induſtria: ſed diuina auctoritate intelligatur edita. ſecundum ꝙ dicit Auguſt. xviii.
de ciui. dei. Quia ea q̃ ſunt huius ſcientię diuinis vocibus populo ſunt commendata, non argumẽ
tationum conіectationibus inculcata: vt non hominis ingenium: ſed dei eloquium contemnere for
midaret qui illas cognoſceret. Et ſuper illud. i. Petri. ii. Non voluntate humana allata eſt aliquando
prophetia. dicit Gloſ. Attẽdite ꝓphetico ſermoni. Nam a deo eſt. Q̃d poteſt probari per hoc ꝙ pro
phetia nõ eſt talibus verbis & tali mõ locutionis ſcripta quali vtũtur homines ſeculares in locutio

O ne ſua:& quali ſeculares ſcripturæ ſunt compoſitę.¶Ad ſecũdum:ꝙ ſcientia iſta eſt ſumme neceſ
Ad ſcdm. ſaria vt ſciat:dicẽdũ ꝙ duplex eſt neceſſitas ſciẽdi hãc ſciẽtiã.Vna pricipalis ad cognoſcẽdũ credẽ
da.Alia ſecũdaria ad cognita & credita defendendũ.Prima neceſſitate neceſſaria eſt vt ſciatur.ſ.ne
ceſſitate ſine qua nõ eſt ſal⁹.ſ.ad fide tenẽdũ ea q̃ tractat:ꝓpter qđ primo tradita eſt.Eſt aũt neceſ
ſaria ſecũda neceſſitate ad opitulãdũ piis & ad defendẽdã fidẽ cõtra impios,ad ĩtelligẽdũ.ſ.ꝑ ratio
nem illa quę per ipſam traduntur.ſed ad hoc non eſt prima ei⁹ traditio facta per primos doctores
ſed ad hoc eſt eius expoſitio facta per doctores ſequentes,qui idcirco debuerunt ſciẽtia ſeculari eſſe
prędití,vt ſupra determinatum eſt.

## Arti.XV.De modo exponendi hanc ſcientiam ex parte ipſius ſciẽtię.

Art.XV. Sequitur de modo exponẽdi hanc ſcientiam.vbi quatuor ge
nera dubitationum occurrunt.
Primum:ex parte ipſius ſcientię exponendę.
Secundum:ex parte ipſius expoſitionis tradendę.
Tertium:ex parte eius cui exponenda eſt.
Quartum:ex parte eius qui eam habet exponere.
Ex parte autem huius ſcientię exponendę ſunt tria inquirenda.
Primum:vtrum iſta ſcientia ſit exponenda.
Secundum:vtrum ſpecialiter vetus teſtamentum ſit exponendum.
Tertium:vtrum vbiq; ſit exponenda.

A Queſt.i. Arg.i. Circa primum arguitur ꝙ iſta ſcientia non ſit exponẽda,primo ſic.Io.Dam̃. dicit
in principio ſententiarũ ſuarum.Omnia q̃ tradita ſunt nobis per legem & per ꝓ
phetas & apoſtolos & euangeliſtas ſuſcipim⁹,& veneramur,& cognoſcim⁹ nihil
vltra hoc inquirentes.exponens vltra id neceſſario inquirit.ergo &c. ¶Secundo
2 ſic.Chryſoſtomus ſuper illud Mat.i.Habens in vtero de ſpiritu ſancto,dicit ſic.
Nequaq̃ euageris vlterius, nec ſuper ea quæ dicta ſunt quicq̃ requiras. ſuſcipe
qđ reuelatũ eſt:noli indagare qđ tectum eſt.ſed exponẽs ſemper aliquid vlterius
3 euagatur,& aliquid requirit ſuper id qđ reuelatum eſt, & indagat qđ tectũ eſt.ergo &c. ¶Tertio
ſic.Hieronymus ſup illud Mat.xiii.Ediſſere nobis parabolã zizaniorũ.dicit in Homilia.Nõ ei debe
mus propere intelligẽdi deſiderio ante ei⁹ notitiã quęrere q̃ a dño ediſſeratur. ſed ante quęrit qui
In oppo. ſcripturam quã ipe nõ expoſuit exponit.ergo &c.¶In contrariũ eſt Aug.dicẽs de hac ſcriptura in
principio ſuper Io.Quare auditur ſi nõ exponatᷓ:quaſi dicat. nõ eſſet audienda ſi non eſſet exponẽ
da.ſed cõſtat ex ſupra determinatis ꝙ ſacra ſcriptura eſt audienda,erit ergo & exponenda.

B Reſpõſio. ¶Dicendũm ad hoc:ꝙ proculdubio ſacra ſcriptura exponẽda eſt, & hoc requirit
mod⁹ traditionis ipſi⁹ ſciẽtię.Sic em̃ tradita & ĩuoluta eſt myſteriis vt ſenſus ſpũalis necnõ & lite
ralis ſit frequenter obſcurus,& etiã quantũ apparet prima facie frequẽter ſenſus literalis abſurdus
ſit.Ne ergo in ea abſurditas aliqua appareat,& vt veritas eius tecta pateat, attentiſſime ſacra ſcri
ptura exponenda eſt.Vnde de expoſitione facienda ꝓpter apertionẽ occultorũ dicit Aug.in ſermo
ne de aſſumptione beatę virginis. Quia(ingt) quędã ſcriptura ſacra veris indagationũ ſtudiis q̃
renda reliquit,nõ ſunt ſuperflua ęſtimanda dum vera indagatione fuerint patefacta. Fœcunda em̃
eſt veritatis auctoritas:& dũ diligẽter diſcutiᷓ, de ſe gignere qđ ipſa eſt cognoſcit. Sępe ei diſcuſſa
verã cõuenientiã parit,quã manifeſtis ſermonib⁹ abſcondit.De expoſitiõe aũt faciẽda ad intellectũ
abſurdorũ,dicit Aug.in principio de morib⁹ eccleſię.Quis(ingt)mediocriter ſan⁹ nõ facile intelli
git ſcripturarũ expoſitionẽ ab iis petendã eſſe qui earum doctores ſe eſſe profitentur? fieriq; poſſe
immo id ſemp accidere:vt multa indoctis videanᷓ abſurda,q̃ cum a doctoribus exponunᷓ eo laudã
da videanᷓ elatius quo abiectius aſpernanda videbanᷓ, & eo accipianᷓ aperta dulcius quo clauſa
dagandus eſt.quia vt idẽ dicit aplꝰs,Spiritus eſt qui viuificat,caro autẽ non prodeſt quicꝗ.i.
carnalis & literalis expoſitio:niſi adſit & ſpiritualis.Propter qđ dicit Augu.ii.de doctrina chri
ſtiana.In his quæ aꝑte in ſcripturis poſita ſunt,inueniunt illa omnia quæ cõtinent fidẽ, mo-
reſqꝫ viuẽdi,ſpem ſcilicet & charitatẽ.Et Orig.ĩ Homi.de ĩmolatiõe Iſaac.Obſerua ſingula qꝗ
ꝗ ſcripta ſunt.In ſingulis em̃ ſiquis ſciuerit ĩ altũ fodere,inueniet theſaurũ:& fortaſſis vbi nõ
ęſtimat,latẽt myſteriorũ ꝑcioſa monilia.Idem ĩ Homil.de Rebecca.Fabulas putatis & hiſtorias
narrare ĩ ſcripturis Spũm ſan. aĩarũ ẽ eruditio,& ſpũalis doctrina:myſteria cũcta ſũt ꝗ ſcripta
C ſũt.Vñ etiã qa ſpũalis ĩtellectus prĩcipaliter intẽdit vbiqꝫ ĩ ſacra ſcriptura:vbi ipſa lr̃a intentũ
ſpũalis ĩtelligẽtię exprimit:vlterior expoſitio exquirẽda nõ eſt. Vbiqꝫ ergo multiplex expoſitio
in ſacra ſcriptura exquirẽda eſt,ꝑterꝗ vbi literaliter ſpũalis expoſitio expreſſa ẽ:vt eſt illud, Di
liges dñm deũ tuũ:& cetã ꝑcepta moralia apto ſermõe ꝓpoſita:ꝗ nõ ſunt niſi lr̃aliter exponẽda
& nullũ myſteriũ in eis ꝗrendũ,quia magis obumbraret intelligẽtiã ꝗ illuminaret. ſicut & in
pluribꝰ dictis Salomonis.Vñ dñs lr̃aliter ꝓponẽs moralẽ ſenſum.Mat.xv.Nõ qđ ĩtrat ꝑ os &c̃.
rephẽdit diſcipulos qa ſenſum aliũ myſticũ ꝗrebãt,dicẽs.Adhuc eſtis ſine intellectu.ꝗrẽdo.ſ.ex
poſitionẽ ꝑter lr̃alẽ vbi ꝗrẽda nõ eſt.Et hoc ẽ qđ dicit Greg.Intellectꝰ ſacrę ſcripturę ĩter textũ
& myſteriũ &c̃.vt ſupra ti.iſto.q.i. Vñ in collationibꝰ patrũ.viii.Ioãnes Caſſianꝰ diſtinguit tri
plex genꝰ dictoꝝ ſacrę ſcripturę,ꝙ quędã ſunt lr̃aliter tm̃ exponẽda,ꝗdã vero myſtice tm̃,ꝗdã
vero vtroqꝫ mõ.vbi dicit ſic.Dĩnarũ ſcripturarũ auctoritas,de iis ĩ qbꝰ nos voluit erudire,ꝗdã
etiã iis q acumĩe ĩgenii carẽt,tã lucide & euidẽt effata eſt:vt nõ ſolũ nulla occultiorꝫ ſẽſꝰ obſcu
ritate velent: ſed ne vllo qdẽ p̃rocinio interꝑtatiõis indigeãt, & in ſupficie vocis ac lr̃ę ſuos in-
tellectꝰ,ac ſñias ꝓferãt.Et hoc duplr̃,vel ĩ ſupficie lr̃ę myſticũ hñdo ĩtellectũ,vl' hiſtoricũ.ſcđm



ꝙ proſequitur explanando & exemplificando. Quędã vero vt dicit ita cõtexta ſunt,vt in eorũ D
diſcuſſione & ĩtellectu ĩmẽſũ nobis exercitii cãpũ ac ſollicitudinis reſeruẽt.Quędã vero vtroqꝫ
modo ſe habent. quæ ſtatim declarat dicens. Itaqꝫ ſatis proprie diuina ſcriptura agro optimo
ac fertili cõparatur,qui multa gignat,ac proferat ad hoĩm victum:vt ſine aliqua ignis coctio-
ne ꝑficiant.Quędam vero niſi prius flãmę calore mitigata atqꝫ mollita omnem auſteritatẽ de-
poſuerint cruditatis,vel incongruentia vſibus humanis,vel noxia ſentientur. Nonnulla vero
ita vtriqꝫ vſui apta naſcuntur: vt nec cocta ſua cruditate diſpliceant,vel offendant: & tamen
ignis calore decocta ſalubriora reddantur. Plura quoqꝫ ad eſcam tantũmodo irrationabilium
iumentorũ & animalium,vel ferarũ ac volucrum proferuntur cibis hoĩm minime profutura,
quæ etiam in ſua aſperitate manentia abſqꝫ vlla ignis coctione vitalem iumẽtis conferunt ſatu
ritatem.Quã rationẽ ſatis euidẽter aſpicimus in hoc vberrimorũ ſpiritualiũ ſcripturarum pa
radiſo contineri,in quo ita quędam ſignificatione literę plana ac luculenta reſplendẽt: vt cum
ſublimiore interpretatione non egeant,ſimplici tantũ ſono literę abundent,paſcant, ac nutriãt
audiẽtes:vt eſt illud.Audi Iſrael,dñs deus tuus deꝰ vnus eſt, & Diliges dominũ deum tuũ ex
toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota mẽte tua. Quædã autem ſi allegorica explana-
tione attenuata non fuerint,& ſpiritualis ignis examinatione mollita,nullo modo ad ſalutẽ in-
terioris hominis ſine corruptionis labe ꝑuenerit. Magiſqꝫ ex eorum ꝑceptione lęſio ꝗ vtili
tas aliqua ſubſequitur:vt eſt illud.Sint lumbi veſtri ꝑcincti,& lucernę ardentes in manibꝰ ve-
ſtris.& Qui nõ habet gladiũ,vendat tunicã ſuam & emat gladiũ.& Qui nõ accipit crucẽ ſuã
& ſequitur me,non eſt me dignus.Qđ quidã indiſcretiſſimi monachorum habẽtes quidem ze E
lum dei:ſed non ſecundũ ſcientiã, ſimpliciter intelligentes fecerunt ſibi cruces ligneas:eaſqꝫ iu
giter humeris circũferentes non ędificationẽ:ſed riſum cunctis videntibus intulerũt.Nõnul- F
la vero ad vtrãqꝫ ꝑceptionem tam hiſtoricã ꝗ allegoricã,ita cõmode ac neceſſarie capiuntur:
vt vtraqꝫ explanatio vitales ſuccos animę ſubminiſtret:vt ẽ illud.Si qs te ꝑcuſſerit in dextra
maxilla ꝑbe ei & alteram,& Cũ ꝑſequẽtur vos in ciuitate vna fugite in aliam,& Si vis ꝑfectꝰ
eſſe,vade & vẽde oĩa quę habes & veni & da pauꝑibꝰ & ſequere me,& habitabo tecũ in cælo,
Producit ſane & fœnũ iumentis,quibus pabulis oẽs ſcripturarum repleti ſunt campi,ſimplicẽ
ſcilicet purãqꝫ narrationẽ hiſtoricę lectionis,qua ſimpliciores quiqꝫ ac minꝰ capaces ꝑfectę & in
tegrę narratiõis,ſecũdũ ſtatus ac mẽſurę ſuę cõditionẽ,ad opus tantũ actualis vitę,vegetatio-
res robuſtioreſqꝫ reddãtur. Dictũ triplicem modũ exponendi ponit Auguſtinus, & declarat ꝑ
exempla.xvii.de ci.dei.c.iii.ꝑ totum.

G

℄Ad primum de catechizandis rudibus,dicendum ꝙ per illa tria non intenditur Ad primũ
triplex ſacrę ſcripturę expoſitio:ſed triplicis virtutis theologicę promotio:quæ poteſt fieri in prin.
qualibet expoſitiõe,vna vel pluribus. ℄Ad ſecũdũ de apoſtolo dicẽdũ ꝙ dictũ illud nõ eſt niſi H
quædã adaptatio ad ſenſus ſacrę ſcripturę:ſed realiter illa quatuor pro tẽpore & loco poſſunt Ad ſcđm
fieri ꝑ quodlibet dictũ ſacrę ſcripturę.℄Ad argumentũ in oppoſitũ,ꝙ nõ aliter accipere ꝗ li- prin.
tera ſonat,laudabile eſt,dicendũ ꝙ verũ eſt primo. Vnde dicit in principio illius auctoritatis, I
Hic totus ſermo primo ſm hiſtoriam diſcutiẽdus eſt:Deinde ſm prophetiã. Sane quicunqꝫ vo Ad primũ
luerit oĩa &c̃.Per hoc ergo nõ excludit quin etiã ſecũdario ſub ſenſu literali ſenſꝰ ſpũalis vbiqꝫ in oppoſi.
quęrẽdus ſit.℄Ad ſecundũ dicendũ ꝙ Augu.non loquit ibi niſi de expoſitionibus quas natu- K
ra rei de ſe inueſtigãdas inſinuat, vt factũ pure naturale nõ inſinuat niſi hiſtoricum ſenſum: Ad ſcđm.
factum vero ꝑ diuinum oraculum, & hiſtoricũ & myſticũ.factũ vero qđ natura & proprie-
tas rerum non patitur,myſticum tãtũ.ſecundũ ꝙ concordant exempla eius & dictũ.Dicit em̃
ſic.Sępe apertis ſermonibus inſinuat:in qbus nihil ꝑter qđ ſonuit inuitat quęrendũ:vt eſt quia
Abrahã genuit Iſaac,Iſaac genuit Iacob,& cętera talia,in qbus ſola tenẽda eſt litera.Quędã au
tem ſic cõmendat,vt pariter literam & myſticum intellectum inſtruat:vt in trãſitu maris ru-
bri,& mãna cęleſti & tabernaculo atqꝫ arca teſtamẽti.Quædã tantũ myſtice:vt cum deũ dicit
inſufflaſſe in faciem Adã ſpiraculũ vitę, qui os ad ſpirandum non habet. Vnde licet in primo
modo ex natura facti litera non inuitat ad ꝗrendũ aliud ꝗ qđ ſonat, nihilominus tñ aliud bñ
poteſt inueſtigare ex proprietate rerũ. Vnde Mat.i.ſup illud.Abrahã genuit Iſaac,Iſaac genuit
Iacob.Gloſ.interli.Fides genuit ſpem,fides & ſpes charitatẽ.& ita Glo.factũ illud exponit mo-
raliter.Qđ ergo dicit Auguſtinus,ꝙ in talibus ſola litera eſt tenẽda:non intendit quin alia ex
poſitio ſit quærenda:ſed ꝙ nullam aliam oportet quęrere,immo quãtum eſt ex natura facti il-
lius,litera etſi ſola conſideretur,tenenda eſt.Non ſic in ſecũdo modo: vbi oportet ad myſteriũ
currere,quia illa non ſunt facta,niſi ad alia inſinuanda.

L Queſt.V. Argu.i. CIrca quintum arguiẗ ꝙ nõ cuilibet ſenſui ſacrę ſcripturę ſubeſt veritas.Pri-
mo ſic.Iudi.ix. dicitur,ꝙ ierunt ligna ſyluarũ: vt vngerent ſibi regem.qđ oĩ
no a veritate abſurdũ eſt.ergo &c̃. ¶Secũdo ſic.Gene.xxvii.dixit Iacob Iſaac
2 patri ſuo,ego ſum primogenitus tuus Eſau.vbi apertum mendacium(vt vi
3 detur)tenet ſcriptura,& tanq̃ verum. ¶Tertio ſic.ii.Reg.xi.de facto Dauid
& Vrię,in quo Dauid iniuriatus eſt Vrię,& Vrias paſſus eſt iniuriam, ſen-
ſus myſticus dicit ſm Gloſ.ꝙ Dauid ſignificat Chriſtũ,Vrias autẽ diabolũ.qđ nullo modo po
teſt eſſe myſterium verũ.quoniam vnũ cõtrariorũ nõ eſt principium intelligendi reliquum.er
4 go &c̃.¶Quarto ſic.Geñ.ix.cũ Loth dixit angelis vt manerẽt in domo eius:reſpondẽt,minime
5 ſed in platea manebim⁹.qđ tñ nõ fecerũt.mẽtiti ſunt ergo ipſi:& ibi ſacra ſcriptura. ¶Quinto
ſic.Geñ.xx.dixit dñs ad Abimelech. Morieris propter mulierẽ quã tuliſti, & tamen mortuus
6 non fuit.mẽtitur ergo ibi ſcriptura.¶Sexto ſic.Exod.i. Obſtetrices ne infantes Hebręorũ inter
In oppoſi. ficerentur,mẽtitę ſunt,deo factum approbante & remunerante.ergo &c̃.¶In oppoſitũ eſt,quo
niam quęlibet expoſitio ſacrę ſcripturę ꝓcedit ſecundũ regulam fidei,cui nõ poteſt ſubeſſe fal-
ſum,quia immititur primę veritati:vt habitum eſt ſupra.ergo &c̃.

M Reſponſio. ¶Dicendum ad hoc. ꝙ ſacrę ſcripturę dicta nihil aliud ſunt q̃ diuina oracula, & veritatis ęternæ teſtimonia.Et ideo non aliter ſunt exponenda, q̃ vt ipſa intelliganẗ & cognoſcantur eſſe talia.Vnde dixit Chriſtus auctor & expoſitor principalis ſcripturæ.In hoc veni in mundũ:vt teſtimonium perhibeam veritati. Veritas autẽ æterna non requirit aliqua falſitate teſtificari.Idcirco huic ſcientię in omni expoſitione & ſenſu eius neceſſe eſt ſubiacere veritatẽ. Propter qđ dicitur Iob.xiii. Nunquid deus indiget veſtro mendacio:vt pro eo loquamini dolos?Gloſ.Veritas non indiget falſitate fulciri.& ſequiẗ. Nunquid faciem eius accepiſtis? & pro eo iudicare nitimini.Glo.Faciem dei accipere eſt auctoritatem eius in iudicio aſſumere. Q̃tũ autẽ ſacra ſcriptura vbiq; veritatẽ cõtinet,ſufficiẽter dictũ eſt ſupra.Qđ etiam ſpecialiter exprimit Auguſt.in principio de p̃deſti.gratiæ. Quilibet(inquit) lector qui expoſiturus ſacram ſcripturam aggreditur,cum in ſacrarum voluminibus literarum aliqua velut diuerſum ſonãte ſententia ſollicitatur, certa & inconcuſſa fide tenere debet nuſq̃ deeſſe veritatem, etſi non facile propter magnitudinem rei intellectus quęrentibus occurrit.

N Ad primũ prin. ¶Ad primum in oppoſitum de libro Iudicũ, dicendũ ꝙ regula Auguſtini habet, ꝙ quãdocũq; litera verũ ſenſum hiſtoricũ habere nõ poteſt, ad myſticum recurrẽdũ eſt, & ſermo nõ ꝓprie ſed figuratiue exponẽdus eſt. Litera ergo illa nullũ habet ſenſum ꝓpriũ hiſtoricum verum,ſed pro ſenſu myſtico figuratiue verba ponuntur,& metaphorice debet exponi.ſecundum ꝙ exponit Iſido.in Gloſſa.per arbores & ligna,homines intelligendo, ſecundum ſenſum allegoricũ literę. Et eſt in talibus metaphoris & parabolis veritas q̃tum ad ſignificationẽ rerum:ſicut in hiſtoriis,propriis verbis expreſſa veritas eſt ſecundum ſignificationem vocum. In iſta enim ſcientia non ſolum ſignificãt voces,res: ſed etiam q̃dam res ſignificãt quaſdã alias

O Ad ſcđm. res:vt infra dicetur. ¶Ad ſecundũ de lib.Geñ.dicendum ꝙ Iacob & Eſau ibi nõ ſuas perſonas ſed ſignificata per ipſas ſupponunt.Vnde pro perſonis illorũ ſermo ille etiam poſſet eſſe verus Verus eſt tamen pro ſignificatis per perſonas illorum. Vnde Auguſtinus.xvi.de ci.dei. Quis iſte dolus ſimplicis?quę fictio non mẽtientis niſi profundum myſterium veritatis?Et in lib. de mendacio de talibus dictis ſacrę ſcripture dicit.Qui ſentiunt ꝙ mentiendũ eſt cũ vtile ſit,adhibent teſtimonia ſuę ſententię,cõmemorantes Sarram cum riſiſſet:negaſſe ꝙ riſit, Iacob a patre interrogatũ reſpõdiſſe ꝙ ipſe eſſet Eſau maior filius,& multa exẽpla huiuſmodi. Eoꝝ hominum mendacia cõmemorãt,quos culpare non audeas.Quibus reſpondet conſequenter dicẽs.De veteribus, mẽdaciorum exempla prolata ſunt:vbi quicquid geſtum eſt,figuratiue accipi poteſt. Quicquid autem figuratiue fit aut dicitur, non eſt mendacium. Omnis eñ enunciatio ad id qđ enunciat referẽda eſt. Omne autẽ figuratiue dictum aut factum,hoc enunciat qđ ſignificat eis quibus intelligendum prolatum eſt.Vnde credendum eſt illos qui propheticis temporibus digni auctoritate fuiſſe commemorantur, omnia quæ dicta ſunt de illis, prophetice egiſſe atq; dixiſſe, nec minus prophetice accidiſſe, quæcunq; ſic accidunt: vt eodem prophetico ſpiritu memoriæ literiſq; mandata iudicarentur.Vnde qđ Iacob dixit,in prima eccleſia locutus eſt,quę maior & antiquior in primis patribus fuit ſynagoga Iudæorum, quam ſignificauit Eſau.ſecundũ ꝙ exponit Auguſtinus contra Fauſtum loquens de eadem materia.



¶Ad tertiũ de libro Regũ,dicendũ ꝙ in p̃dicto facto duo ſunt cõſideranda.& ſubſtantia facti; & qualitas facti,ſiue modus faciendi ipſum.Q̃zq̃ ergo quo ad qualitatem facti nõ poſſit habere in bono expoſitionem verã,quo ad ſubſtantiã tamen facti bene poteſt habere expoſitionẽ veram in bono,quia ſubſtãtia facti bene poteſt ſonare in bonũ. Poteſt eñ eſſe ꝙ princeps iuſte occidere faciat militẽ aliquẽ,& ꝙ eius vxorem ſibi aſſumat; & per hunc modũ ꝙ non eſt inconueniẽs ꝙ factũ malũ habeat bonã allegoriã & in bonũ expoſitam.ſecundũ ꝙ ibi exponit Gloſ. — P Ad tertiũ.

Q Ad quartũ & quintũ. ¶Ad quartũ & quintũ & ad omnia cõſimilia exempla in ſacra ſcriptura reperta: dicẽdũ ꝙ oĩa intelligũtur dicta ſub cõditiõe intellecta. Vnde angeli nõ intraſſent ad Loth:niſi oppido eos cõpuliſſet,& hoc angeli cõditionaliter in dicto ſuo intellexerunt. Et ſecũdũ hunc modum dominus dixit Abimelech moriturũ,niſi citius viro vxorem ſuam redderet. quod ſequitur in litera. Redde vxorem viro ſuo,& viues.Si autẽ reddere nolueris,morieris.

R Ad ſextũ. ¶Ad ſextũ de obſtetricibus: dicẽdum ꝙ ſacra ſcriptura nõ ſolũ ꝓponit facta moreſq; iuſtorũ quibus ꝓuocat ad imitandum: ſed etiã infirmitates & peccata,quibus inſtruit ad timendũ. Vnde mẽdaciũ illud proponit ſcriptura tanq̃ exẽplũ qđ nõ cõmẽdat ad imitandũ(vt dicebant aliqui ponẽtes talia mẽdacia non eſſe peccata)ſed potius recitat illud ad inſtruendũ quã pœnã etiam tã pium mendacium mereatur.Secundum ꝙ dicit ibi beatus Gregorius in Gloſſa.Multi conantur aſſerere hoc mendacii genus nõ eſſe peccatum:quia ędificauit eis dñs domus.in qua magis cõpẽſatiõe cognoſciẗ quid mendacii culpa mereatur.Nã benignitatis earũ merces quę poſſet in ęterna vita retribui,pro culpa mẽdacii in terrenam compenſationẽ declinata eſt.Breuiter ergo quęcũq; mendacia in ſcriptura reperiuntur,illa aſſerendo & cõmendando non proponit: ſed recitando tñ ad inſtructionem aſſumit.

S Queſt.VI. Argu.i. CIrca ſextũ arguiẗ ꝙ nõ oĩs expoſitio vera ĩdifferẽter eſt accipiẽda. Primo ſic. Si eñ ita eſſet:cũ ergo vbi Chriſtus exponit expoſitionẽ verã, quãdoq; alia
põt vera ſup eodẽ inueniri: aliter ergo poſſet exponi qđ ſemel a Chriſto ex-
poſitũ eſt,cuius cõtrariũ dictũ eſt ſupra ſm Augu.¶Scđo ſic. Clemens papa
2 dicit diſt.xxxvii.c.Relatũ.Multa verba ĩ ſcripturĩ diuinis ſũt,q̃ pñt trahi ad eũ ſenſum:quẽ ſibi ſpõte vnuſquiſq; p̃ſumpſit,ſed nõ oportet.Non eñ ſenſũ ſolũ alienũ extriſecus,& extraneũ debetis q̃rere,ſed quoquo mõ ipm ex ſcripturis ſenſũ capere veritatis oportet.Hoc autẽ nõ eſſet verũ,ſi q̃libet expoſitio vera indifferẽter eſſet accipiẽda.ergo &c̃.

In oppoſi. ¶In oppoſitũ eſt.qm̃ vero oĩa cõgruũt vt exiſtẽtia:vt dicit pħs in.i. Ethi. & ita oĩa vera.cũ ergo vt dictũ eſt huic ſciẽ nõ ſubeſt niſi verũ,oĩs ergo vera expoſitio huic ſciæ cõgruit.

T Reſponſio. V ¶Dicẽdũ ꝙ iſta q̃ſtio duplicẽ articulũ habet.Vnũ,an oĩs expoſitio vera ĩ hac ſciẽtia eſt accipiẽda: Aliũ,an indifferẽter quęlibet illarũ accipienda eſt. Ad primũ articulum intelligendũ ꝙ verarũ expoſitionũ quædã eſt oĩno imptinens ad id qđ exponendũ eſt.Alia vero eſt bene ptinens.Imptinens autẽ põt eſſe duplex.quia aut imptinens eſt circũſtãtię literę,ĩmo circũſtantia lr̃ę aliud intelligendũ indicat:aut eſt imptinẽs intẽtioni lr̃ę, quia non valens ad fidei ędificationẽ aut morũ,ad quę tota expoſitio ſacrę ſcripturę debet tẽdere,vt ſupra dictũ eſt. Expoſitio vera primo mõ,ſi tñ ex circũſtãtia lr̃ę dep̃hẽdi poterit eſſe talis, tãq̃ imptinẽs reſpuẽda eſt:vt dicit plane Decretũ,vnde argumẽtũ ſcđm ſumptũ eſt.de qua dicit Ambr.Qđ apta ſcripturarũ auctoritate nõ didici quaſi ſecretũ p̃tereo.Nos inhęreamus ſcripturarũ cęleſtiũ magiſterio.Nos ſcripturarũ ſeriẽ atq; ordinẽ ſequamur:& opus dei deſinam⁹ hũanę opatiõis & noſtrę cõtẽplatiõis poſſibilitate metiri,opus cõtẽplatiõe ęſtimem⁹ auctoris,cõſiderem⁹ ſcripturę verba q̃ librata ſũt,trutinem⁹ examine.Et ſilr̃ eſt ĩ illa q̃ ĩptinẽs eſt ſcđo mõ. Vñ Aug.i.de doc. chriſtiana de vtroq; mõ ſimul dicit.Quiſquis ſcripturas diuinas vel quãlibet earũ partẽ ĩtellexiſſe ſibi videẗ:vt in eo ĩtellectu nõ ędificet iſtã geminã charitatẽ dei & ꝓximi,nõdũ intellexit Quiſquis vero inde talẽ ſciẽtiã duxerit:vt hic ędificãdę charitati ſit vtilis:nec tñ hoc dixerit qđ ille quẽ legit eo loco ſenſiſſe ꝓbaẗ,nõ p̃niciose falliẗ,at ſi qs errore deſerens viã, eo tñ p agrũ p̃gat,quo etiã illa via p̃ducit,corripiẽdus ẽ,& q̃ ſit vtili⁹ viã nõ deſerere demõſtrãdũ ẽ,ne aſſuetudine deuiãdi etiã in trãſuerſũ aut p̃uerſũ ire cogaẗ.Sic eñ exponi debẽt dicta ſacrę ſcripturę,ſicut dicit Aug.de verbis Dñi.ſer.xxii.vt oĩa in vnã rationẽ cõcurrãt, nihilq; ĩ vna prędicaẗ qđ ĩpediat aliã.Si vero expoſitio ptinẽs ſit vtroq; mõ:vt ſ.circũſtãtia lr̃ę eã nõ refutet,& ad fidei & morũ ędificationẽ ducat,oĩs talis expoſitio vera acceptãda ẽ.Sed tũc diſtinguẽdũ ẽ
X in ſcđo articulo.qm̃ ſi litera habere poterit ſenſum hiſtoricũ & literalẽ,& ſilr̃ myſticũ:hiſtorica expoſitio primo & principaliter attendenda eſt & accipiẽda:& deinde myſtica:& nõ primo myſtica,niſi cũ nõ poterit haberi literalis.ſecũdũ ꝙ dicit Augu.ii.ſup Geñ. cõtra Manichęos.

hic ſermo totus primo ſm hiſtoriam diſcutiendus eſt:deinde ſecundũ prophetiam.Secundum
hiſtoriã facta narrantur.Scdm prophetiam futura pnunciant.Sane quiſquis voluerit oĩa quæ
dicta ſunt ſm literã accipere,ideſt nõ aliter ĩtelligere q̃ litera ſonat,& potuerit euitare blaſphe
mias,& oĩa cõgruentia fidei catholicę pdicare, nõ ſolum ei nõ eſt inuidendũ,ſed pcipuus mul
tũqꝫ laudabilis intellector habẽdus eſt. Si autẽ nullus exitus datur,vt pie & digne deo q̃ ſcri
pta ſunt intelligant,figuratiue & in ęnigmate propoſita credamꝰ. Vnde quia apl'i in illo dicto
Chriſti.Mat.xv.Non qđ intrat in os &c.quęrebãt ſenſum myſticũ omittẽtes literalẽ,reprehen
dit eos dicẽs.Adhuc vos ſine intellectu eſtis. Gloſ. Putatis myſterium quod proprie eſt dictũ.
Super quo dicit Hieronymus in Gloſſa.Vitioſus eſt auditor qui vel obſcura manifeſte,vel ma
nifeſta dicta obſcure vult intelligere.Vbicunqꝫ ergo ſenſus literalis haberi poteſt,primo quoqꝫ
exponẽdus & intelligẽdus:deinde myſticus ſuper eũ fundãdus.ſcdm ꝙ dicit Augu.in ſer.quo
dã de ĩmolatione Iſaac.Ante oĩa fratres hoc in noĩe dñi & admonemus q̃tum poſſumus,& pci
pimꝰ,vt qñ auditis exponi ſacramẽtũ ſcripturę narrãtis quę geſta ſunt,prius illud quod lectũ
eſt credatis ſic geſtũ quomodo lectũ eſt,ne ſubtracto fundamẽto rei geſtę,quaſi in aere quęratis
ędificare.Et ſicut dicit.iiii.ſup Geñ. prius om̃ia quę ſcripta ſunt facta mõſtrent:deinde ſi opus
Y eſt etiã aliquid ſpirituale ſignaſſe doceant,ne recedatur a ꝓprietate rerũ geſtarũ, quę primitus
in huiuſmodi narrationibus cũ obſeruatione fundãda eſt:vt dicit lib.vi. ¶Eſt autem aduertẽ
dum:ꝙ tam in ſenſu literali q̃ myſtico, cũ vtrobiqꝫ plures congruentes poſſint haberi, ad co
gnoſcendũ quis eorũ magis ſit acceptãdus, ſentiendũ eſt cũ Aug.in eo qđ dicit in fi.primi ſup
Geñ.ad literam.Cũ diuinos(inquit)libros legimus, in tãta multitudine verorũ intellectuũ q
de paucis verbis eruunt,& ſanitate fidei catholicę muniunt:id potiſſimũ eligamꝰ qđ certũ ap
paruerit eũ ſenſiſſe quẽ legimꝰ.Si aũt hoc latet,id certe qđ circũſtãtia ſcripturę nõ ĩpedit, & cũ
ſana fide cõcordat.Si autẽ ſcripturę circũſtantia pertractari & diſcuti nõ poteſt, ſaltem id ſolũ
qđ ſana fides pſcribit.Aliud eſt eñ quid potiſſimũ ſcriptor ſenſerit nõ dinoſcere: aliud autẽ a
regula pietatis errare.Si vtrũqꝫ vitet,pfecte ſe habet fructꝰ legẽtis.Si vero vtrũqꝫ vitari nõ põt
etiã ſi volũtas ſcriptoris incerta ſit,ſanę fidei congruã nõ inutile eſt eruiſſe ſentẽtiã.Cũ eñ(vt
dicit de vtili.credẽdi)de rebꝰ obſcuris lectio eſt:ſi hoc ſentimus qđ ille quẽ legimꝰ:rariſſimũ oĩ
no eſt,neqꝫ id liquido homo ſcire põt:ſed tantũmodo credere poteſt. In his tñ expoſitionibus
gradus eſt aliquis.Semp enim illa eſt potior quę ex alia ſcripturę litera poterit cõfirmari.ſcdm
ꝙ dicit.iii.de doctrina chriſtiana.Quando ex ſcripturę verbis non vnũ aliquid ſed duo vel plu
ra ſentiunt, etſi iam latet quid ſenſerit ille qui ſcripſit: nihil periculi eſt: ſi quodlibet illorum
cõgruere veritati ex aliis locis ſanctarũ ſcripturarũ doceri poteſt:id tñ eo conante qui diuina
ſcrutatur eloquia:vt ad veritatẽ perueniatur auctoris:per quẽ ſcripturã illã ſpiritus operatus
eſt ſanctus.Ille quippe auctor in eiſdẽ verbis quę intelligere volumus,& ipſam ſentẽtiam forſi
tã vidit,& certe dei ſpũs qui per eũ operatus eſt,& iam ipſam obſcuram lectori vel auditori ſi
ne dubio puidit:immo vt accurreret:quia ex ipſo eſt veritate ſubnixa,puidit.Nã quid in diui
nis eloquiis largius & vberius potuit diuinitus prouideri, q̃ vt eadem verba pluribus intelli
gantur modis,quos alia nõ minus diuina faciãt approbari? Vbi autẽ talis ſenſus eruit,cuius in
certũ certis ſanctarũ ſcripturarũ teſtimoniis nõ poſſit aperiri,reſtat vt ratione reddita manife
ſtus appareat,etiã ſi ille cuius verba intelligere quęrimꝰ,forte aliud ſenſit.Sed hæc cõſuetudo
periculoſa eſt.per ſcripturas eñ diuinas multo ambulat tutius:quas verbis trãſlatis occupatas
cũ ſcrutari volumus,vt hoc inde exeat,qđ nõ habeat cõtrouerſiam, aut ſi habeat,ex eadẽ ſcri
ptura vbicũqꝫ eius inuentis atqꝫ adhibitis teſtimoniis terminet.Et ideo dicit.i.ſup Ge.ante fi
nem. In rebus obſcuris atqꝫ a noſtris oculis remotiſſimis ſiqua in ſcriptura diuina legimus q̃
poſſunt ſalua fide qua imbuimur alias atqꝫ alias parere ſentẽtias,in nullã earum nos pcipiti af
fectione ita proiiciamus,vt ſi forte diligẽtius diſcuſſa veritas eã recte labefactauerit, corruamꝰ
nõ ꝓ ſnĩa diuinarũ ſcripturarũ:ſed ꝓ nr̃a ita dimicãtes:vt eã velimus ſcripturarũ eẽ q̃ nr̃a ẽ:cũ
potiꝰ eã q̃ ſcripturarũ eſt noſtrã eẽ velle debeamꝰ.De quo bñ dicit ĩ coll'.patrũ.coll.viii.De his
q̃ apta explanatione ꝓbata ſunt,nos quoqꝫ cõſtanter poſſumus definire:auderẽtqꝫ noſtram p
ferre ſententiam. Ea vero quæ meditationi & exercitio noſtro reſeruatis ſcripturis ſanctis
ſpiritus diuinus inſeruit, quibuſdam ea volens indiciis & opinionibus colligi, ita pedetentim
debent cauteqꝫ conferri, vt ſit aſſertio vel confirmatio in diſputantis vel ſuſcipientis arbitrio
collocata.Nonnunq̃ enim ſuper vna re diuerſa ſentẽtia poteſt vtraqꝫ rationabilis iudicari: & ſi
ne detrimento fidei vel fixe vel medie ſuſcipi:vt ei nec plena credulitas,nec abſoluta refutatio
deputetur,prioriqꝫ ſequens opinio derogare nõ debeat,cũ neutra earũ fidei inueniat obſiſtere



¶Ad primum in oppoſitum: ꝙ in eo quod Chriſtus expoſuit non eſt alia expoſi Z
tio vera accipiẽda: Dicẽdũ ꝙ verũ eſt tãq̃ illã quã ſcriptor intellexit principaliter in illo gene Ad pri.
re expoſitionis.In alio tñ gñe expoſitiõis nõ eſt incõueniẽs aliã acceptare ſentẽtiã tãq̃ cõgruã: prin.
licet nõ tãq̃ principaliter a ſcriptore intẽtã.Vnde nõ eſt incõueniẽs ipſum ſcriptorẽ ſub eadẽ
litera plures expoſitiones intellexiſſe:& vnã aliis excellentiorẽ & principaliorẽ: vt dicit Aug.
in fi.xii.conf.¶Ad ſecũdũ:ꝙ ſenſus alienus extrinſecus non eſt q̃rendus: Dicẽdũ: ꝙ ille ꝓprie &
eſt alienus extrinſecus qui impertinens eſt aliquo duorũ pdictorum modorũ:qui vt cõceſſum Ad ſcdm.
eſt:non eſt q̃rendus.Quilibet aũt alius quoquo modo ptinẽs eſſe poteſt:dũ,tñ ſcripturis circũ
ſtantibus congruat:& illę nullũ aliũ expreſſius indicent.¶Ad tertium:ꝙ omnis expoſitio ve 9
ra congruit ſacrę ſcripturę:Dicendum ꝙ verum eſt non contradicendo ei: quia nulla veritas Ad arg.in
(vt dictũ eſt ſupra) contraria eſt veritati ſacrę ſcripturę. Sed non omnis expoſitio vera con oppoſit.
gruit ei:ſe illi conformando:ſed ſolum illa quæ pertinens eſt ſecundum duas conditiones prę
dictas.

CIrca Septimũ arguitur: ꝙ iſta ſcientia inueſtigatione rationis non ſit expo A
nenda.Primo ſic.Ambr.de ſacramentis. Tolle rationẽ vbi fides q̃ritur: piſca Queſ.VII.
toribus creditur non dialecticis.Fides autẽ q̃ritur in expoſitione huius ſciẽ Arg.1.
tiæ:quia eſt propter fidem generandã.Io.vlt.Hæc autẽ ſcripta ſunt vt creda
tis.ergo &c.¶Secũdo ſic.Greg.dicit in Homil'.Pẽtec. Fides nõ habet meritũ 2
cui humana ratio prębet experimentũ. Expoſitio ergo inueſtigata ꝑ rationem
euacuat meritum fidei.Sic autẽ non eſt iſta ſciẽtia exponenda vt euacuetur
meritum fidei:quia aliter labor exponendi non eſſet meritorius.ergo &c.¶Tertio ſic.Auguſt. 3
xvi.de ci.dei.c.xxxi. Diuino intonante pcepto obediendũ eſt:non diſputãdũ.omnia dicta ſacrę
ſcripturæ ſunt diuina pręcepta.de eis ergo nõ eſt diſputandũ. ſed inquiſitio ratiocinatiua nõ
procedit niſi diſputando.ergo &c.¶In contrarium eſt illud Aug.ſcđo de ordine. Ad diſcẽdũ In oppoſi.
dupliciter ducimur:auctoritate,atqꝫ ratione.Sed ꝑ expoſitionẽ huius ſciẽtię ducimur ad diſcẽ
dum eam.ergo tã auctoritate q̃ rationis inueſtigatione exponenda eſt.
¶Dicẽdum ꝙ Conſentius in epiſtola ſua ad Auguſtinũ ſentiebat ꝙ veritas rerũ B
diuinarũ ex fide magis q̃ ex ratione deberet pcipi:& ꝙ ſcdm hoc expoſitio ſacrę ſcripturę nõ Reſponſio.
tam ratione q̃ auctoritatibus ſanctorum eſſet requirenda:quoniã (vt dicit) non ſic erraſſent
hęretici ſi ſcripturis ſanctis magis,q̃ ſuis rationibus accõmodare fidem mallent.Cõtra quẽ di
cit Aug.in epiſtola ſuper hoc directa ad ipſum. Neqꝫ cũ cœpero te in tanti ſecreti intelligẽtiã
vtiqꝫ inducere:qđ niſi deus intus adiuuerit oĩno non poſſum:aliud diſſerendo facturus ſum
q̃ rationẽ vt potero redditurꝰ:quã ſi vl'a me vel a quolibet doctore nõ irratiõabiliter flagitas
corrige definitionem tuam.Quia (vt dicit ibidem inferiꝰ) qui ea q̃ credẽda ſunt,credẽda tñ
modo exiſtimat, cui rei fides proſit,ignorat.Econtrario autem Felicianus opinatus eſt ꝙ po
tius ratione q̃ fide veritas ſcripturæ inquiri deberet,dicẽs ſic ad Aug. Nihil deterius puto q̃
ꝙ ſic pręcepta fidei rudibus traditis:vt non de intelligendarum rerũ rõne: ſed potius de qua
dam teſtimoniorum oſtentatione colloquẽtibus pręſcribatis:qđ nũc non dicam fatuum:ſed q̃
ruſticum ſit nullus ignorat. Contra quem dicit Auguſtinus. Facilius in negotiis fidei teſti
moniis creditur:q̃ ratio inueſtigatur. Vtriqꝫ ergo quodammodo contra vtroſqꝫ Auguſt.con
ſentit. ¶Concedẽdũ igit eſt ꝙ huius ſciẽtię expoſitio & auctoritate & ratione ĩueſtiganda eſt C
Eſt enim ſciendum ꝙ ſacra ſcriptura ad duo exponitur:quorum vnũ eſt vt recta fides creden
dorum ex eius expoſitione capiatur.aliud vero eſt,vt ea quæ recta & certa fide tenentur: cla
ra intelligentia cognoſcant.Et quia ſecundum Auguſtinum de vera rel.ꝙ credimus debetur
auctoritati: ꝙ intelligimus debetur rationi: expoſitio ſacræ ſcripturæ prima intentione de
bet potius fieri auctoritatibus q̃ ratione.Secunda vero intentione potius debet inueſtigari ra
tione q̃ auctoritate.Auctoritatibus autem exponi poteſt ſcdm dicta ſanctorum patrum: & ex
eis q̃ tenet cõſuetudo vniuerſalis eccleſiæ. ſed maxime exponẽda ſunt obſcure dicta ſacrę ſcri
pturæ:ex quibuſdam aliis clarioribus dictis eiuſdem ſcripturæ.ſcdm ꝙ dicit Auguſtinus. ii.
de doctri.Chriſtia.Ad obſcuriores lectiones illuſtrandas de manifeſtioribus ſumantur exẽpla:
& quædam certarum ſententiarum teſtimonia incertis auferant dubitationem. & maxime
ſumenda ſunt talia ex illis quæ illa quæ obſcura ſunt circũſtant in eadẽ materia. Ratione au
tem inueſtiganda eſt ſacræ ſcripturę expoſitio:triplici de cauſa.Vna iam dicta:vt quæ ex ſcri
pturis credimus:clara intelligentia capiamus.Secundum ꝙ de lectione ſacræ ſcripturæ dicit

Auguſtinus in prin.ſuper Io. Vt quid exponitur ſi non intelligitur? Intellectũ aũt eius,qđ ex
ſcriptura fide credit, ratio aliquo modo parare poteſt: quia omnis res naturalis ſuper quã no
titia naturalis rationis fundatur,aliquale eſt veſtigium diuinę imaginis. Habet enim effectus
omnis ſuę cauſę ſimilitudinem:licet creaturę habẽt eam imperfectam valde: quia cauſæ ſuæ
omnino non adæquant virtutem.Colligendo ergo ex rebus creatis ſimilitudines & manudu
ctiones,poteſt via rõnis nobis aliquo modo parari:via ad intellectum eorũ q̃ dei ſunt & fidei q̃
D in hac ſcientia continentur. Alia vero cauſa eſt:vt illa quæ fide tenẽda ſunt nec ſacra ſcriptu
ra exponit:certa rõnis cõſeq̃ntia innoteſcãt.Scđm eñ ꝙ dicit Orig.in Homil.de arca Noe,op
portunũ videt̃ ſup hoc habitũ ſilentiũ:de quo ſufficienter ipſius cõſeq̃ntię ratio doceret.Hinc
eſt ꝙ dicit Auguſtinus in ſermone quodã de aſſumptione beatę virginis.Sunt q̃dã, q̃ q̃uis cõ
memorari omiſſa ſunt,vera tñ ratione traduntur:ad quę ipſa conueniẽtia rei queadmodum
dux & p̃uia creditur.Vnde diuina ſcriptura nihil cõmendat niſi q̃rẽdum ratione quid cõſen
E tiat veritati:ſitq; ipſa veritas auctoritas,ſine qua neceſſe eſt nec valeat auctoritas.Tertia vero
cauſa eſt:vt aduerſarios ſacræ ſcripturæ quos nõ poſſumus cõuincere ſola auctoritate:cõuin
camus & ratione cõſentiente auctoritati.Scđm ꝙ dicit Aug.in ep̃la quadã ad Maxim.Re aga
mus:ratione agamus:diuinarũ ſcripturarũ auctoritatibus agamus: quieti atq; tranquilli quã
tum poſſumus petamus,quęramus:pulſemus vt accipiamus & inueniamus:& aperiatur no-
bis: ſi forte fieri poſſit vt adiuuante domino tanta deformitas atq; impietas de noſtris terris
incipiat aboleri.

F
Ad primũ princip. ¶Ad primũ in oppoſitum:tolle rationem vbi fides quęritur: Dicendum ꝙ ratio
dupliciter ĩduci poteſt:vbi fides q̃ritur. Vno modo tãq̃ fidei p̃uia:vt propter rationem creda
mus.Alio modo tãq̃ fidei pediſſequa:vt ea quæ fide credimꝰ:ratione intelligamus.Primo mo
do omnino ratio tollenda eſt vbi fides q̃ritur.Scđo aũt modo non:ſcđm ꝙ ſufficiẽter patet ex
ſupra determinatis:quia fides in nobis ſemper debet præcedere rationem. Sunt enim talia ea
quæ ſunt huius ſcientiæ:ſicut & cætera dei mirabilia:de quibus aliter a nobis ratio reddi nõ
poteſt.Non tamẽ non eſt,vt dicit Aug.ad Conſentium.quia vt dicit Ricar. de tri. Credo ſine
dubio ad quęcunq; neceſſe eſt non tm̃ probabilia:immo etiã neceſſaria argumenta non deeſſe.

G
Ad ſcđm. ¶Per idẽ patet ad ſecũdum.Ratio eñ p̃cedens fidem,ſine qua homo nõ eſſet crediturus,oĩno
fidei meritum euacuat.Sed ratio fidem ſubſequens quã habet credens ante rationem, & alias
crediturus ſine ratione:illa nullo modo euacuat fidei meritũ:ſed firmius credere facit:& me-
ritum potius augmentat.ſcđm ꝙ dicit Auguſtinꝰ cõtra epiſtolã Funda.Carnales gremio ec-
cleſiæ contenti lacte nutriẽdi ſunt:ibi incipiũt ſp̃ualiter allegoricas parabolas intelligere pau-
latim:qua intelligẽtia quanto magis proficiunt:tanto magis catholici eſſe firmãtur.Qualiter
H autẽ ratio & intellectus ſimul ſtant cum fide,dictum eſt ſupra. ¶Ad tertiũ:ꝙ diuino p̃cepto
Ad tertiũ. intonante nõ eſt diſputandũ,ſed credendũ: dicẽdum ꝙ non eſt diſputandũ ante fidem an cre
dendũ ſit:vt poſtmodũ ꝑpter rationẽ credatur.eſt tamẽ bene diſputãdũ ſuppoſita fide: vt qđ
creditur intelligatur, & cõtra aduerſarios defenſetur:& eis ſuadeat̃. ſcđm ꝙ dicitur.i.Pe.iii.
Parati reddere rationem de ea quæ in nobis eſt fide & ſpe. Et ad Timo.i. Potens ſis exhortari
in doctrina ſana:& eos qui contradicunt arguere.

I
Queſt.viii. Arg.i. Circa Octauũ arguitur:ꝙ potior ſit expoſitio per auctoritatem q̃ per rationẽ.
Primo ſic.illa expoſitio potior eſt quæ magis certũ poteſt facere de intentio
ne ſcribentis: quia illa expoſitio eſt laudabilior quã ſcriptor magis intellexit
vt dictũ eſt ſupra.talis eſt expoſitio q̃ fit auctoritate. Ipſa eñ expreſſe poteſt
dicere ſic vel ſic ſcriptorẽ intellexiſſe, vel verbis ſuis inſinuare:qđ nullo mo-
do oſtenderet ratio. ipſa eñ poteſt docere qđ verũ ſit:non autem an hoc ſcri
2 ptor ĩtellexerit.ergo &c.¶Secũdo ſic.Illa expoſitio potior eſt cui minꝰ poteſt
cõtradici.hęc eſt expoſitio q̃ fit ex auctoritate:quia auctoritati neceſſe eſt quẽlibet obedire:nõ
In oppoſi. aũt rationi : q̃a vni videt̃ ratio:alteri nõ videt̃:ſed ſolubilis p̃ſuaſio.ergo &c.¶In oppoſitũ eſt:
q̃m illa expoſitio potior eſt q̃ magis inſtruit.magis aũt inſtruit expoſitio ratiõe q̃ auctoritate:
quia ratio facit intelligere:auctoritas credere:vt patet ex p̃determinatis.ergo &c.

K
Reſponſio. ¶Dicendũ ad hoc:diſtinguendo primo de auctoritate:quia aut eſt auctoritas ſa-
crę ſcripturę canonicę: aut eſt auctoritas alicuius ſanctoꝝ aut expoſitorũ eius.Et ſimiliter de
ratione:aut eſt clara & lucida:vt de eius veritate dubitari nõ poterit:aut nõ eſt talis: ſed cui
aliq̃s cõtradicere poterit.Secũdo diſtinguendũ eſt de expoſitione:vt diſtinctũ eſt in quæſtione



præcedenti.aut eñ tendit expoſitio ad recte credendum:aut ad credita intelligẽdum.Si vero L
expoſitio tendat ad recte credendum:potior eſt ſemper expoſitio quæ eſt auctoritate canonicę
ſcripturę,q̃ cuiuſcũq; rationis: quia in hoc ſemper magis credere debemus tali auctoritati q̃
cuicũq; rationi:vt habitũ eſt ſupra.Vnde eſt etiã multo tutior, ſcđm ꝙ dicit Aug.iii.de doc.
Chriſtia.Vbi talis ſenſus eruitur cuiꝰ incertũ & cętera.vt ſupra.q.proxima p̃ter vnã.Sed illa
expoſitio quæ fit ratione dilucida ſemp eſt potior q̃ illa q̃ fit aliqua alia auctoritate nõ catho-
lica.ſcđm ꝙ dicit Aug.de vera rel.Ipſi rationi purgatioris animę q̃ ad perſpicuã veritatẽ per-
uenit,nullo modo auctoritas humana p̃ponitur: niſi forte quatenus fundatur ſup aliquã au-
ctoritatẽ canonicã:vel dilucidam rationẽ. Aliter eñ vt dicit Aug. nemo cogitur ei adhibere
fidem.Illa autẽ expoſitio talis quæ fit ratione dubia: ſemper poſtponitur illi quæ fit quacunq;
confirmata auctoritate.Hmõi eñ rationibus magis credẽtes hęretici q̃ dictis ſanctorum,facti
ſunt hæretici,vt dictum eſt ſcđm Conſentium in.q.præcedenti. Si vero expoſitio tẽdat ad re M
cte credita intelligendum, ſic expoſitio veridica ratione facta (Alia eñ ratio nõ intellectum
ſed errorem generat) ſemp potior eſt illa quæ fit quacũq; auctoritate.Et ſcđm hoc dictum eſt
ſupra:ꝙ magis credendũ eſt rationi q̃ auctoritati. Quia tñ ꝑpter intellectus noſtri debilitatẽ
ad clarum intellectum credibilium:& ad diſcernendũ quæ ſit ratio veridica: & quæ non: vix
peruenire poſſumus:cum frequenter nobis vera ratio videat̃:quę vera non eſt:in hac ſcientia
fidei omnis ratio ſup fidei auctoritatẽ fundari debet:& ſcđm eam dirigi. Idcirco & ſimplici-
ter & abſolute potior eſt expoſitio in hac ſcientia auctoritate canonis facta:q̃ ratione quacũq;.
licet quantũ eſt de natura rei:ad perſpicuã notitiã faciẽdum ſemp potior eſt veridica ratio vt
ei credatur:q̃ auctoritas q̃cũq;.Propter qđ etiam licet dignitate naturę in omni diſputatione
ad veritatis inueſtigationẽ ratio p̃cedere deberet auctoritatẽ:propter nos tñ econtra ſemp au
ctoritas debet p̃cedere rationem & potior haberi.Et ideo dicit Auguſt.de vera rel.Quia in tẽ N
poralia deuenimus & eorum amore ab æternis impedimur, quædam medicina temporalis:q̃
non ſcientes ſed credentes ad ſalutem vocat:non excellentia naturæ: ſed ipſius temporis ordi
ne prior eſt.& de morib.eccleſiæ. Naturæ quidem ordo ita ſe habet:vt cum aliquid diſcimus
rationẽ præcedat auctoritas. Nam infirma ratio videretur:quę cũ reddita fuerit auctoritatẽ
poſtea per quã confirmet̃ aſſumat. Quia tñ caligãtes hominũ mẽtes perſpicuitati ſynceritati
q; rationis aſpectum idoneum intendere nequeunt:ſaluberrime comparatum eſt, vt in lucem
veritatis aciem titubantem velut ramis humanitatis opacatã inducat auctoritas.& hoc gene
raliter reſpectu omniũ hominũ indifferẽter: maxime in credibilibus quæ naturalem rationẽ
excedunt.In credibilibus eñ quę naturali rationi ſubſunt, bene contingit cõtrariũ: ꝙ rudibꝰ
quidẽ ſemp prior eſt & potior auctoritas:prouectis tñ bene poteſt eſſe prior ratio & potior.In
quo peccauit Felicianus in hoc diſtinguẽdo quo ad modos hominũ,nõ aũt quo ad genera cre
dibiliũ:cũ loquẽs ſup hoc in Dial.ad Aug.dixit.Nihil deterius puto,q̃ ꝙ ſic p̃cepta fidei rudi
bus traditis vt nõ de intelligẽdarũ rerũ ratione:ſed potius de quadã teſtimonioꝝ oſtẽtatione
colloquẽtibus p̃ſcribatis.qđ vt non dicã fatuũ,interim q̃ ruſticũ ſit nullus ignorat. Manifeſtũ
quia ſi is qui docet̃ libris iã credidit, nõ pugnat: alioquin nõ magis tibi q̃ iis teſtimoniis quæ
pro affirmato ingerũtur:neceſſe eſt contradicat.Et ideo melior (vt dicit)ad docẽdũ videtur
hęc via qua primũ fidei ratio ſine teſtimoniis reddit̃:poſt ratiõe cõuicto idẽ illud ſcripturis re
ſpõdẽtibꝰ exponat̃.& poſt pauca addit.Et illã q̃dẽ diſputãdi viã fateor in aliis tolerabilẽ,quos
imperitię neceſſitas quia p ſe ſtare nequeũt:cogit ad aliena cõfugere: in te vero idcirco nullo
modo prorſus iſta p̃petior: quia eloquentiã pariter cũ ſcientia fidei tibi video nõ deeſſe.Reue
ra multo melior eſſet illa via docendi:ſi humana debilitas in credendis rationẽ cape ſufficeret O
& reddere.Sed ad hoc nullo modo ſufficit in eis q̃ oĩno rõnẽ excedũt.ſcđm ꝙ Aug.eidẽ reſpõ
dẽs dicit.Non vſqueadeo duci me putes laudibus meis:vt iniuriã faciã p̃cedẽtibꝰ ſanctis: nec
præſumã vnq̃ in ſapientia verbi ne euacuetur crux Chriſti:ſed ſcripturarũ auctoritate cõten
tus ſimplicitati potius obedire ſtudui q̃ tumori.Sed meliꝰ inq̃s rõne q̃s q̃ teſtimoniis edocet̃.
Quid ergo? quã rõnẽ afferre potes ſi partũ p̃dicas virginis?ſi redditos oculos nõ negas cęcis?
ſi ſepultos rediſſe oſtẽdas a mortuis?Si ergo & incõp̃hẽſibilis rõ & veritas ꝑpoſita eſt:facilius
in negotiis fidei teſtimoniis credit̃ q̃ rõ inueſtigat̃. Peccant ergo multũ q̃ in exponẽdis & tra
ctandis illis q̃ ſunt fidei,plus rationibus q̃ auctoritatibus inniti volũt:immo p hoc fidẽ deſpe-
ctã reddũt:cũ rationẽ nitũtur oſtẽdere de eis quę nõ rationibus ꝓbari poſſunt:ſed auctorita-
te fidei teneri abſolute debent.vbi etiã licet quãdoq; ea quæ credimus rationibus nitimur cõ
firmare:ſemper tñ auctoritati magis q̃ rationi innitendum eſt.

P
Ad pri. prin.
¶Ad primũ in oppoſitum: ꝙ expoſitio per auctoritatem eſt potior: quia certior
de intentione ſcribentis: Dicendum ꝙ verum eſt quo ad fidem firmandã: ad quã tendit ſcribẽ
tis auctoritas: non autẽ ad intellectum cauſandum: quẽ ratio illuminat. ¶Ad ſecundũ: ꝙ au-
Q
Ad ſcdm.
ctoritati minus poteſt contradici q̃ rationi. Dicendum ꝙ hoc ſolũ verum eſt quo ad adhęren-
tiam quæ eſt ex fide: ad quã firmandã bene cõceſſum eſt ꝙ expoſitio ꝑ auctoritatẽ eſt potior
Quo autẽ ad claritatẽ notitię minus poteſt rationi veridicę contradici q̃ auctoritati: & ita ex
poſitio ꝑ rationẽ quo ad intellectũ cauſandũ potior eſt. Et ſcdm hãc viam bene procedit ar-
gumẽtũ in oppoſitum, ſicut patet. alio aũt modo nequaq̃.

R
Queſt. IX.
Arg. i.
CIrca Nonũ arguitur: ꝙ expoſitio ſcripturę ſermone obſcuro proponenda eſt.
Primo ſic. Sic ſacra ſcriptura eſt exponẽda vt impios lateat: qa nõ eſt ſanctũ
dandũ canibus. qđ non fit niſi ſermone obſcuro expoſitionẽ ꝓponẽdo: vt ipſi
eam non intelligant. ergo &c. ¶Secũdo ſic. ſic exponẽda eſt ſcriptura ne vile
ſcat. ſed expoſitio clara eam vileſcere facit. Ob hoc em̃ claro ſermone ipſa tra
In oppoſi.
dita non eſt: vt infra dicetur. ergo &c. ¶In oppoſitũ eſt. quoniã ſi ad hoc ſcri
ptura principaliter exponitur vt intelligatur: ſic maxime debet exponi: vt
maxime poſſit intelligi. Maxime autem intelligitur ſermone claro. ergo &c.

S
Reſponſio.
¶Dicẽdum: ꝙ expoſitores cuiuſq; ſcientię non tam ſibi laborant vt intellectum
in ſcripturis ꝑ expoſitiones ſuas editas memoriter habeant: q̃ aliis: vt q non ꝑ ſe aut non ſine
difficultate capere poſſent, ꝑ alioꝝ expoſitionẽ faciliter intelligant. Hoc aũt non fieret, niſi ſer-
mone ſuo claro expoſitionẽ ꝓponerẽt: Expoſitio igiť bene edita q̃cũq; ſit: nõ ſermone obſcuro
ſed claro ꝓponẽda eſt: vt expoſitio vlteriori expoſitione nõ indigeat. Et hoc eſt qđ Aug. iiii. de
doct. Chriſt. cõtra eos q putarẽt obſcuro ſermone a nobis celãdos eſſe diuinos ſermones (ſicut
cut & ab Academicis philoſophici ſermões obſcuritatibꝰ occultati ſunt) dicit. Etſi nos de lr̃is
eorũ q̃ ſine difficultate intelligũtur, nõnulla ſumamꝰ: tñ neq̃q̃ putare debemus imitãdos eos
nobis eſſe in his q̃ ad exercitãdas & elimãdas quodã mõ mẽtes legẽtiũ, & ad rũpenda faſtidia,
atq; acuenda ſtudia diſcere volentiũ: celãdos quoq;: ſiue vt ad pietatẽ cõuertanť: ſiue vt a my
ſteriis ſecludãtur, animos impiorũ vtili atq; ſalubri obſcuritate dixerũt. Sic quippe illi locuti
ſunt: vt poſteriores qui eos recte ĩtelligerẽt & exponerẽt, alterã gratiã diſparẽ qdẽ verũtñ ſub
ſequentẽ, in dei eccleſia reperirent. Nõ igiť ita expoſitores loqui debẽt tãq̃ ſeipſos exponendos
ſimili auctoritate ꝓponãt: ſed in oĩbus ſermonibus ſuis vt intelliganť elaborẽt ea, quant ũpoſ-
ſunt, ꝑſpicuitate dicẽdi: vt aut multũ tardus ſit q nõ ĩtelligit: aut ĩ rerũ q̃s explicare atq; oſtẽ-
dere volumus difficultate ac ſubtilitate nõ in noſtra locutione ſit: qua minꝰ tardiuſve poſſit
intelligi. In libris aũt q ita ſcribũtur vt ipſi quodã mõ lectorẽ teneãt cũ ĩtelliguntur: cũ nõ ĩtelli
gunť, moleſti nõ ſunt volẽtibꝰ legere. Et ĩ collationibꝰ patrũ. Nõ eſt hoc officiũ deſerẽdũ: vt ve
ra q̃uis ad ĩtelligẽdũ difficilia q̃ ipſi iã ꝑcepimꝰ cũ quãtocũq; labore diſpõnis ad alioꝝ intel
ligẽtiã ꝑducamus. Et ex hoc cõtingit ꝙ illa q̃ breuiter dicta ſunt ab auctoribus, lõgos tracta-
tus habẽt in expoſitoribꝰ. ſcdm ꝙ dicit Aug. ꝑte prima ſuꝑ Io. ſer. xxxvii. Quę in ſctõ euãgelio
breuiter dicuntur, nõ breuiter oportet exponi: vt qđ audiť, intelligatur. Verba em̃ pauca ſed
magna ſunt, nõ numero ęſtimanda, ſed pondere.

T
Ad primũ princip.
¶Ad primũ in oppoſitũ: ꝙ ſcriptura impiis eſt abſcondenda: Dicendũ ꝙ verũ eſt
ſubtrahendo eis expoſitionẽ & verbo & ſcripto: qđ tñ exponiť ꝓpter pios erudiendos: ſiue ver
bo ſiue ſcripto, clariſſimo ſermone quãtũ poſſibile eſt: ꝓponẽdũ eſt. & hoc quantũ eſt ex parte
noſtra: niſi forte generalis ſtatꝰ ꝑ tꝑe repugnet: quia ꝓfundior expoſitio ꝓpter multitudinẽ in
capaciũ nõ expedit. Sed nec tũc ꝓfundior expoſitio oĩno celãda eſt: ſed in expoſitiõe obſcuriori
aliqua ĩdicia eiꝰ ſunt exprimẽda: per q̃ capaces ſupueniẽtes eã quoquo mõ aduertere poterũt.
dicẽte Greg. Exo. xxxv. in Gl. Plerumq; magiſtri ſignant: quod ab auctoribus capi non poſſe
V
Ad ſcdm.
cõſiderãt. ¶Ad ſcdm: ꝙ clara expoſitione vileſceret: Dicẽdũ ꝙ nõ eſt verũ: immo eã magis de
ſiderabilẽ faceret, viſo ꝙ ſub ſimplici & obſcuro ſermone latet ꝓfundiſſima intelligẽtia. In ſola
em̃ prima ſciẽtię editiõe ſua, ſolet ſciẽtia ꝓpter nimiã claritatẽ ſuã vileſcere: nec diligẽtia ei ap
poni. Propter qđ iſta ſciẽtia ab initio ĩ multis obſcure tradita eſt: ĩtermixtis ẽt qbuſdã claris: q
bus obſcura pateſcũt: quę cũ primo obſcure ſunt tradita ne vileſcãt: & poſtmodũ clariſſime ex
poſita, ſumme delectãt. Et hoc eſt qđ Aug. ii. de do. chriſ. loq̃ns de ſacra ſcriptura dicit: ꝙ legẽ
tes nihil aliud appetũt, q̃ cognitiones volũtateſq; eoꝝ a qbus cõſcripta eſt: & ꝑ illas voluntatẽ
dei: ſcdm quã tales hoĩes locutos credimus: ſed multis & multiplicibus obſcuritatibꝰ & ambi



guitatibus obſcure dicta: dẽſiſſima caligine obducũt. Qđ totũ prouiſum diuinitus nõ dubito
ad edomãdã labore ſuꝑbiã, & intellectũ a faſtidio reuocãdũ, cui facile inueſtigata plerũq; vi
leſcũt. Quid em̃ eſt q̃ſo, ꝙ ſi quis dicat ſanctos eſſe hoĩes atq; ꝑfectos, quorũ vita & moribus X
Chriſti eccleſia de qbuſlibet ſupſtitionibꝰ p̃ſcidit eos q ad ſe veniũt, & imitatiõe bonoꝝ ſibimet
quoq; incorporat: q boni fideles & veri ſerui dei deponẽtes onera ſeculi ad ſanctũ baptiſmi la
uacrũ venerũt: atq; inde aſcẽdẽtes cõceptione ſpũs ſancti fructũ dant geminæ charitatis. ſ. dei
& ꝓximi: Quid eſt ergo ꝙ ſi q̃s hoc dicat minus delectat auditum: q̃ ſi ad eũ ſenſum locũ illũ
exponat de Cãticis Cãticoꝝ: vbi dictũ eſt eccleſię, cũ tãq̃ pulchra q̃dã fœmina laudareť: Den-
tes tui tãq̃ grex tonſarũ aſcẽdẽs de lauacro &c. non aliud habebit q̃ cũ illđ planiſſimis verbis
ſine ſil̃itudinis huius adminiculo audiret, & tñ neſcio q̃ ſuauius intueor ſanctos: cũ eos quaſi
dẽtes eccleſię video p̃ſcindere ab erroribꝰ hoĩes, atq; in eius corpus emollita duritia q̃ſi demor
ſos mãſoſq; trãſferre: oues etiã iocũdiſſime agnoſco: detõſas oĩbꝰ ſecularibꝰ tãq̃ velleribus po-
ſitis: & aſcẽdẽtes de lauacro. i. de baptiſmate creare geminos, duo videlicet p̃cepta dilectionis:
& nullã eſſe ab iſto ſancto fructu ſterilẽ video. Sed quare ſuauius videam: q̃ ſi nulla de diuinis
libris talis ſil̃itudo ꝓmereť: cũ res eadẽ ſit: ſitq; eadẽ cognitio, difficile eſt dicere. Nũc tñ nemo Y
ambigit: & ꝑ ſil̃itudines libẽtius quęq; cognoſci: & cũ aliqua difficultate q̃ſita multo gratius
inueniri. Qui em̃ ꝓrſus nõ inueniũt qđ q̃rũt, fame laborãt: qui aũt qđ q̃rũt in promptu inue-
niũt, faſtidio marceſcũt. In vtroq; aũt lãguor cauẽdꝰ eſt. Magnifice igiť & ſalubriter ſpũs ſctũs
ita ſcripturas ſanctas modificauit: vt locis aptioribꝰ ſatuis occurreret: obſcurioribus aũt faſti
dia detergeret. nihil em̃ fere de illis obſcuritatibꝰ eruiť: qđ nõ planiſſime alibi dictũ repiatur.

¶Articulus. XVII.

Z
Art. xvii.
SEquitur de modo exponendi iſtam ſcientiam ex parte eius
cui exponenda eſt. vbi ſunt duo dubitanda.
Primũ: vtrum ſcientia iſta omnibus indifferenter eſt exponenda.
Secũdũ: vtrũ q̃cũq; eius expoſitio cuilibet indifferẽter eſt ꝓponẽda.
A
Queſt. I.
Arg. i.
CIrca primũ arguiť: ꝙ ſcientia iſta oĩbus indiffe-
rẽter eſt exponẽda. Primo ſic. Sciẽtia iſta oĩbus in
differẽter eſt p̃dicanda: & ꝑ eã fides ſuadẽda ad
ſalutẽ. Matth. vlt. Eũtes in mũdũ vniuerſum p̃di
cate euangeliũ omni creaturę, Qui crediderit &
baptizatus fuerit ſaluus erit. Non autẽ poſſet ꝑ
eã fides ſuaderi ad ſalutẽ niſi exponẽdo eã. ſcdm ꝙ dicit Aug. in epl'a ad Conſentiũ, Scripturę
ſanctę quę magnarũ rerũ ante intelligẽtiã ſuadent fidẽ niſi eas recte intelligas: vtiles tibi eẽ nõ
2
poſſunt. Recte aũt ĩtelligi nõ poſſunt ſine eius expoſitione. ergo &c. ¶Scđo ſic. Matth. xiii. Sil'e
eſt regnũ cęlorũ ſagenę miſſę in mari: & ex omni genere piſciũ cõgregãti. Gl. Sagenę cõparať
p̃dicatio euãgelica: q̃ ad veniã vocat oĩs generis hoĩes. Sed hoc nõ põt facere niſi ipam exponẽ
do vt eã cape poſſint. ſcdm ꝙ ibi dicit alia Gl. Petrus & Andreas Iacobus & Ioãnes cõſtruxe
rũt ſibi ſagenã ex veteri & nouo teſtamẽto, & miſerũt in mare ſeculi: capientes quicqd incidit
bonos & malos. Illa em̃ ſtructura ex vtroq; teſtamẽto facta fuit, ſcdm Gl. exponẽdo. ſ. vnũ ꝑ al-
In oppoſi.
terum. ergo &c. ¶In oppoſitũ eſt illud Matth. vii. Nolite ſanctum dare canibus: neq; mittatis
margãritas ante porcos. Gl. Talibus non ſunt myſteria aperienda.

B
Reſponſio.
¶Dicendum ad hoc: ſcdm ꝙ tangit Chryſoſtomus in ſecũda editione ſuper illud
Nolite ſanctum &c. ꝙ aliqui attendentes & minus bene intelligẽtes illud qđ dixit Chriſtus,
Eſtote miſericordes: dicerẽt ꝙ nõ ſolũ miſericordia facienda eſſet peccatoribus & inimicis no-
ſtris de noſtro: ſed etiã de eis quę dei ſunt: & ab ipo nobis diſpẽſanda cõceſſa: vt ſicut plena eſt
dei miſericordia q facit ſolẽ ſuũ oriri ſuꝑ bonos & malos: & pluere ſuꝑ iuſtos & iniuſtos:
ſic ſit plena noſtra miſericordia: vt nõ ſolũ ea quæ noſtra ſunt eis cõmunicemus: ſed etiã ea q̃
dei ſunt: vt ſcripturę ſacrę myſteria eis diſpẽſemus & exponamus. Sed non eſt ita. talem enim
æſtimationẽ, vt dicit Chryſoſtomus, Dñs ꝓuido ſermone cõpeſcit, dicẽs. Nolite ſanctũ &c. Et
eſt eorũ ratio erronea: quia falſum ſupponit. Deus em̃ nõ indifferenter oĩa beneficia diſpenſat
bonis & malis: ſed carnalia ſolum, ſpiritualia autem ſolum bonis. Sic & nos debemus facere, &
patrem noſtrum cęleſtem imitari. Vnde dicit Chryſoſtomus. Videte patrem veſtrũ Deum:
ad cuius exẽplũ voluit Chriſtus nos eſſe miſericordes: carnalia beneficia dignis & nõ dignis

ſimiliter prꝺſtat. Nunqd gratias ſpirituales? Non eñ dixit vobis, ꝙ ſpiritũ ſanctũ iubet deſcē=
dere ſup gratos & ingratos: & dat benedictiones ſuas ſup iuſtos & iniuſtos. Propter qđ in ve
ſtris qdẽ eſtote ſimplices & benigni: in eis aũt q̃ dei ſunt, prudẽtes & cauti. Requirit deus talẽ
diſpẽſatorẽ gratiarũ ſuarũ: q bene tractãdo gratias ei⁹ faciat gratiores, nõ male diſpẽſando red
dat ingratas. Quia igitur ſacrꝺ ſcripturꝺ expoſitio diſpenſata non apud omnes facit eam gra=
tiorẽ: ſed apud quoſdã ingratã magis: Idcirco abſolute dicẽdũ, ꝙ ſacra ſcriptura nõ omnibus
indifferenter eſt exponenda: multo minus q̃ ſimpliciter proponenda: ſed ſolũ illis quibus expo
ſita vtilis ſit: & gratioſior: vt ſunt fideles & obedientes: quibus expoſitio proponi debet vel
ꝑ lectionem, vel ꝑ prædicationem: ſcđm ꝙ ſupra determinatum eſt eos admittendos ad
huius ſcientiæ auditũ. Diuerſis tñ diuerſimode proponenda eſt, vt dicetur in ſequẽti q̃ſtione.
Cꝺteris autẽ omnino eſt occultãda: quos vt dicit Chryſoſtomus, Chriſtus ꝑ canes & porcos
expreſſit. Nam ꝑ canes: quia canis ex omni parte immũdus eſt: nam neq; ruminat neq; vn=
gulam habet fiſſam: gentiles & hꝺretici intelligũtur omnino immũdi & propter actus ſuos &
C propter ꝑfidiam. Canis enim naturale eſt improbum eſſe: nunq̃ vocẽ mittere niſi ad abigẽ=
dos ſuꝑuenientes. Tales ſunt omnes gentiles & hꝺretici latrantes aduerſus ſeruos dei. Per
porcos vero: q̃a porcus ex pᵵe ĩmũdus eſt: nã vngulã habet fiſſam: ſed non ruminat: Chriſtiani
animales & carnales intelliguntur: qui ꝓpter fidem ſuã quidem mũdi ſunt, propter aũt actus
ſuos ſordidos immũdi ſunt. Scđm eñ ꝙ dicit Chryſoſtom⁹, Porci propriũ eſt in cœno ſe volu
tare: & nũq̃ cꝺlũ aſpicere: nec q̃rere dñm ſuũ niſi cum eſurit. Tales ſunt etiã Chriſtiani, qui in
carnalibus immũditiis delectant: & non quꝺrũt dominũ niſi cũ neceſſitas eis aduenerit. Quos
omnes dominus ſuꝑ hmõi doctrina indignos reputauit: non ſolum vt eis exponatur, vt di=
ctum eſt ſupra: dum tamen tales ſint: vt ſcire veritatem non affectent: nec cognitæ obediant:
ſed magis eam audire volunt & exponi vt repellant blaſphement & ſpernant, ſpemq; omnino
conuerſionis in melius non habentes: ſicut dicit Chryſoſtomus. Si enim ſaltem audire vellent
& ſine contemptu tentare qualis eſſet: et ſi conſentaneam rationi inuenirent obedire diſpone=
rent: bene eſſet eis ſacræ ſcripturæ expoſitio capax diſpenſanda, multo magis q̃ nuda litera ꝓ=
ponẽda: quia forte expoſitione ꝑciperent qđ in nuda litera non viderent. Scđm ꝙ Auguſti=
nus ante conuerſionem ſuam: ſicut ipſe recitat in confeſſionibus ſuis: audiuit beatum Ambro
ſium prædicantem, & ſacram ſcripturam exponentem: cuius doctrina cõtra id qđ ſperauit in
ſtructus, conuerſus fuit. Audiuit enĩ (ſicut dicit) vt tentaret qualia diceret: non vt aſſentiret
Scđm hanc enim diſtinctionem determinatum eſt ſupra: quomodo mali poſſunt eſſe audito=
D res huius ſcientiæ. Primo ergo ab expoſitione huius ſcientiæ repellendi ſunt canes. i. hæretici
& gentiles in impietate viuentes. Scđo porci. i. Chriſtiani carnales & animales in luto luxuriꝺ
& immũditiæ iugiter cõmorantes: quia vt dicit Chryſoſtomus: ſi eã diſcãt: geminũ omnino
eſt damnũ: cum certe nihil fructificent ipſi inde: immo magis magiſq; lꝺduntur: & cũ negotia
mille ac pericula cõmoueãt. Et declarat vtrũq; in vtriſq;. Primũ. ſ. ꝙ inde non fructificant: ſed
magis lꝺduntur: oſtendit de vtriſq; ſimul, dicẽs. Nihil affertur amplius his qui hmõi ſunt: &
tamen audiunt: niſi culpa cumulatior. Sicut enim ſi canibus dederis ſanctum, aut porcis mar=
garitas: nec ſanctum canes ſanctificat: nec margaritæ nutriunt porcos: ſed econtra canes coin
quinant ſanctum: & porci ſordidant margaritas vel cõfringunt: Ita ſi hominibus caninos vel
porcinos mores habẽtibus ſanctũ dederis: vel margaritas propoſueris: nec ſanctũ illos ſanctifi=
cat: nec myſteria veritatis illos illuminãt: Sed ecõtra ipſi ſanctũ coinquinãt, & myſteria verita
E tis blaſphemant. Scđm vero, ꝙ pericula magis cõmoueant: declarat vtrũq; in vtriſq; diuiſim
Primo in canibus, exponens illud, Et conuerſi diſrumpũt vos, dicens. Et bene cõuerſi diſrũpũt
vos. Modeſtiã quippe ſimulant vt ſecreta cõdiſcant. Cum vero didicerint: non alii effecti ex
aliis, irrident, inſultant, atq; illudũt: non ꝙ ex his quæ didicerint armantur: ſed eorum occa=
ſione ſuperbius efferunt: atq; inſolentia fœdiore complentur. Et idcirco nõ exiguũ lucrum eſt
tales in ſua ignorantia ꝑmanere. Non enim tam tecta temeritate deſpiciũt. Et ſi talibus cani
bus dederis ſancta: ſuſcipiunt quaſi canes ſine diſcretione: & ſub pedibus actibus ſuis concul=
cant ea: & pro nihilo ꝺſtimantes quæ acceperunt cõuerſi diſputationibus ſuis quaſi latratibus
irrationabilibus rumpunt veritatis prædicatorem. Et ideo veritatis expoſitio eis oĩno celãda
eſt: ſcđm ꝙ dicit Aug. de moribus eccleſiꝺ. Poterã ꝓ mea mediocritate diſcutere ſingula: &
eruere & demõſtrare: in quoꝝ excellẽtia & altitudine plerũq; verba deficiũt: ſed q̃diu latra=
tis nõ eſt faciẽdũ. Nõ eñ fruſtra dictũ eſt. Nolite ſanctũ dare canib⁹. Scđo declarat idẽ ĩ porcis
dicẽs. Si talib⁹ porcis ſecretoꝝ myſterioꝝ miſeris margaritas, cœnoſꝺ vitꝺ delectatiõe grauati



non intelligunt precioſitates earum: ſed æſtimantes eas ſimiles eſſe fabulis mundialibus, ſimi
liter eas carnalibus actibus conculcant: & poſtmodum conuerſi rumpunt prædicatores earũ.
Dominus ergo (vt dicit Chryſoſtomus) cũ dixit diſcipulis: Qđ audiſtis in ãre, prꝺdicate ſup
tecta: non indifferenter omnibus ꝓ̃dicari iuſſit: ſed his quos doceri oporteret, præcepit cum fi
ducia prædicari. quoniã margaritꝺ non ſunt dandꝺ niſi deſiderantibus veritatem: & cum ra=
tione humana viuentibus. Solis ergo talibus ſacra ſcriptura exponẽda eſt: quia talibus vtilis
eſt expoſita: & gratioſa. Nec tñ omnibus æqualiter: ſed diuerſis diuerſimode, ſcđm capacitatẽ
cuiuſq;: vt in ſequenti queſtione dicetur.

¶ Ad primum in oppoſitum: ꝙ doctrina fidei omnibus eſt ſuadenda: & ita expo= F
nenda: Dicendum ꝙ verũ eſt anteq̃ conſtet de obſtinatione. Sed poſtq̃ conſtat de obſtinatione Ad pri.
non eſt eis ſacra ſcriptura exponenda. Vnde nec deus iſtud facere voluit. Scđm ꝙ dixit Chri= prin.
ſtus Matth. xi. Confiteor tibi pater domine cꝺli & terrꝺ: quoniã abſcondiſti hæc a ſapientibus
& prudentibus: & reuelaſti ea paruulis. Gl. Sapientibus & prudentib⁹ non præponit inſipien=
tes & hebetes: ſed paruulos: vt ꝓbet ſe tumorẽ damnare non acumẽ. ¶ Ad ſecũdũ: ꝙ prædica= G
tio euangelica ad veniam vocat omnes gentes: & ita omnibus eſt exponẽda: Dicendum ꝙ ve= Ad ſcđm.
rum eſt ab initio: Sed poſtq̃ aliqui reddũt ſe obſtinatos: illis expoſitio omnino eſt ſubtrahẽda:
vt dictum eſt.

CIrca ſecũdum arguitur: ꝙ quæcunq; expoſitio cuilibet indifferenter eſt pro= H
ponenda. Primo ſic. Expoſitio quælibet proponitur propter eruditionem au= Queſt. II.
dientis. audiens autem quilibet indiget erudiri ꝑ quãlibet expoſitionem. er Arg. 1.
go quælibet expoſitio indifferenter proponenda eſt cuilibet. ¶ Secundo ſic. 2
propter illos qui capere poſſunt: nõ eſt omittẽda expoſitio quã alii capere nõ
poſſunt: vt dicit Auguſtinus in princip. ſup Io. Nec propter intelligẽtes eſt
omittẽda expoſitio quꝺ valet non intelligentibus: vt dicit ſer. xxxix. hoc non
eſſet niſi cuilibet q̃libet expoſitio indifferenter eſſet ꝓponẽda. ergo &c. ¶ In contrariũ eſt illud In oppoſi.
qđ dicit Aug. ſuper Io. p. i. ſer. xliiii. Sermo vt nõ ſolũ credatur verũ etiam intelligatur qđ dici
tur & ſciatur, talia ꝑcipere nõ valẽtibus eſt oneroſus: faciliuſq; illos premit q̃ paſcit. ſed nulli
eſt proponenda expoſitio qua audiens premitur non paſcitur: non ergo quꝺlibet expoſitio cui
libet eſt proponenda.

¶ Dicendum ad hoc: ꝙ eſt diuerſitas expoſitionum dupliciter: & ſcđm diuerſa ge I
nera exponendi quatuor ꝓ̃determinata: vel ſcđm diuerſos modos in eodem genere differentes Reſponſio.
penes groſſitatem vel obtuſitatẽ & ſubtilitatẽ. Si loquamur de diuerſitate expoſitionũ penes
exponendi genera: ſic q̃libet expoſitio cuilibet indifferẽter ꝓponenda eſt. ſi tñ exponendi mo=
dus ſit capacitati audiẽtis ꝓportionalis. ſumma eñ cautela adhibẽda eſt ne aliqua expoſitio
proponat: quæ capacitati eius cui ꝓponit nõ congruit. Vnde loquendo de diuerſitate expoſi=
tionũ penes modos exponẽdi: cõſiderare debet expoſitor: ſiue in ꝓ̃dicatione: ſiue in locutione:
an cõmixti ſint capaces & ſpirituales carnalibus & non capacibus: an ſint diſtincti. Si cõmixti K
tunc q̃libet expoſitio cuilibet ꝓponẽda eſt: quia ꝓpter nõ capaces nõ eſt omittenda ſubtilis ex
poſitio quã alii poſſunt capere. vt dictũ eſt. ſcđm Aug. ſer. i. ſup Io. in princi. nec ꝓpter capaces
omittẽda eſt expoſitio groſſa quã alii cape poſſunt. vt dicit in ſer. xxxiiii. in prin. Sic ergo tũc
tẽꝑanda eſt expoſitio: vt cũ groſſa expoſitione quã capiũt carnales, miſceantur ſubtilia q̃ pe
netrare faciũt ſp̃uales: vt ſingulus quiſq; qđ potuerit capere capiat: vt idẽ ſermo ꝓpoſitus lac
ſit paruulis: & cibus maioribus. ſcđm ꝙ dictũ eſt ſupra ꝙ Paulus Cori. nõ potuit loqui quaſi
ſpiritualibus: ſed quaſi carnalibus: qui tñ ſapientiã loq̃batur inter ꝑfectos. Nõ quia alia & alia
propoſuit his & illis: ſed quia eũdẽ ſermonẽ appꝰhendebãt illi carnaliter: & iſti ſpiritualiter.
Vñ ſubiũxit ex pᵵe illoꝝ ꝓ cauſa. Nondũ eñ poteratis intelligere: ſed nec nũc quidẽ poteſtis
Adhuc eñ carnales eſtis. quaſi dicat, potuiſſetis intellexiſſe ſpiritualiter ſicut & alii: ſed re=
ſtabat in vobis: quia capaces nõ eratis ꝑ habitũ habentes ſenſus exercitatos ad ſeparandũ bo=
nũ a malo. ſicut dicit Apl's ad Heb. de illis quos perfectos vocat. Si aũt ſeorſum ſunt capaces
& non capaces, capacibus indifferenter quælibet groſſa expoſitio & ſubtilis proponenda eſt:
quia qui capere poſſunt maius & minus: quia id qđ minus eſt, manuductiuum eſt ad maius:
& qđ maius eſt qđ minus eſt intelligere facit. & quantũcũq; capaces ſunt vt eis plus compe=
tat ſubtilis expoſitio rationis q̃ groſſa auctoritatis: ab initio tamẽ talibus expoſitio groſſa via
auctoritatis proponẽda eſt. Scđm ꝙ docet Aug. ii. li. de ordine, dicẽs: Sequit vt dicã quomodo

L ſtudioſi erudiri debeant.Ad diſcendum aūt neceſſario dupliciter ducimur:auctoritate:atq; ra
tione.Tēpore auctoritas:re autē rō prior eſt.Itaq; q̄q̄ bonoꝝ auctoritas imperitę multitudini
videat̄ ſalubrior eſſe:ratio vero aptior eruditis: tn̄ quia nullus hominū niſi de imperito peri-
tus fit:nullus autem imperitus nouit qualem ſe debeat præbere docentibus: & quali vita eſſe
docilis poſſit:euenit vt omnibus bona magna & occulta diſcere cupientibus non aperiat niſi
auctoritas ianuam. Rationem aūt poſt auctoritatis cunabula firmus & idoneus iā ſequit̄ atq;
M cōpħēdit.Vn̄ nō reſtat difficultas niſi quo ad nō capaces:an q̄libet expoſitio indifferenter eis
ꝓponēda eſt.Et eſt dicēdū ꝙ talibꝰ maxime ſi inexercitati ſint in doctrina ſacra,ſubtilis expo-
ſitio per rationem capacitatem eorum excedentem omnino non eſt proponenda: quia vt di-
cit Orig.in Homil.de Rebecca, Nemo inexercitatus & imperitus ſermonem propheticū ſuſci
pit.Et Auguſtinus ſuper Io.ſer.xliiii.ptis ſecūdę.Inualida & inexercitata mente niſi fidei quo
dam lacte teneantur:vt inuiſibilia q̄ nō vidēt,& intelligibilia q̄ nōdū ītelligūt credāt:facile ad
vanas & ſacrilegas promiſſiones ſcientiæ ſeducuntur:quia validus cibus profundę expoſitio-
nis eis oneroſus eſt:& facilius ꝑmit q̄ paſcit.Et de quantitate animæ. Tales homines quorum
ꝑfecto maxima multitudo eſt,ſi ratione velint verum cōprehendere,ſilitudinibus rationum
facillime decipiuntur: & in vanas noxiaſq; opiniones ita labuntur : vt emergi inde & libera-
ri aut nunq̄ aut difficillime queant.Et Chryſoſtomus ſuper illud Matth.xxi.Ex ore infantiū.
Sicut infanti ſi dederis fragmētum panis:quoniam anguſtas habet fauces:effocatur magis q̄
nutriatur: Sic & homini imperfecto in fide: & puero in ſenſibus, ſi altiora myſteria ſapientiæ
volueris dicere anguſtā habēti fidem & ſenſum,magis ſcandalizabitur q̄ ędificetur. His ergo
vtiliſſimū eſt auctoritati credēdo vitā ducere.Et ideo dicit Auguſtinus de vera rel.A magnis
& ſpiritualibus viris eccleſiæ video cautiſſime prouideri nequid agant qđ nondum eſſe tem-
poris vt cum populo agatur intelligunt: alimenta lactea populis inſtanter infundunt:validio
ribus autem cibis cum ſapientibus paucis veſcuntur: carnalibus vero & animalibus nonnul-
la obtegunt:ſed nulla mētiuntur.Peſſime ergo faciunt qui laicis & mulieribus proponunt &
exponūt ſacræ ſcripturæ occulta & ſecreta myſteria:quia & ipſi nil inde fructificāt:immo ma
gis magiſq; lęduntur:& mille eis pericula inde contingunt.Hinc dicit Chryſoſtomꝰ ſup illud
Matth.vii.Nolite ſanctum dare canibus.Audiant qui impudenter omnibus ac temere copu-
N lantur,deſpicabilia illa quæ ſunt reuerenda faciētes.Nam & myſteria clauſis ianuis idcirco ce
lebramus:& eos qui nondum initiati ſunt adeſſe prohibemus: nō quia infirmitatem aliquam
myſteriorum deprehēdimus: ſed quia ad perceptionem eorum illi adhuc quos arcemus infir-
mi ſunt.Propter qđ etiā ipſe Chriſtus multa ad Iudęos in parabola diſſerebat:quoniā viden-
tes non videbāt.Propterea iuſſit & Paulus ſcire nos quēadmodū debeat vnicuiq; reſponderi.
Et ideo in figuram huius,diſcipuli.Matth.xiiii. confractū panē turbis proponebant.Sed minu
tias reliquiarū.xii.cophinos tulerunt.Per panes illos ſcđm Gl.ſacra ſcriptura intelligitur:per
fractionem vero groſſa expoſitio quā populares cape poſſunt:per reliquias, ſubtiles expoſitio-
nes quas doctores debēt ab illis auferre:& ſibi reſeruare.Scđm ꝙ ibi dicit Gl.Secretiora quę a
rudibus capi nequeūt:nō ſunt negligenter habenda:ſed a.xii.apoſtolis,vt per.xii.cophinos: &
ab eorū ſucceſſoribꝰ diligēter inqnirenda . Eis em̄ ſubtilis expoſitio magis eſt ꝓficua. ſcđm ꝙ
dicit Chryſoſto. vt ſupra Matth.xxi.Viro ꝑfecto ſi dederis lac:fauces eius delectat: mētē aūt
eius nō confortat. Si autē panē manducet:non tātū fauces delectat quantū ꝓſtat ei virtutem.
Sic viro perfecto & maturo ſenſibus ſi vber ſapientię expoſueris:ratione delectatur vt ędificet̄
O in fide.Vnde etiā & capacibꝰ nō ſingulariter ęque profunda expoſitio eſt ꝓponēda: ſed ſingu
lis ſcđm capacitatē ſuā.ſcđm ꝙ dicit Aug.i epl'a ad Cōſentiū.Si iā fidelis rationē poſcat vt qđ
credit intelligat,capacitas eius intuēda eſt:vt ſcđm rationē redditā ſumat fidei ſuę quantam
poteſt intelligentiā, maiorē ſi plus capit,minorē ſi minꝰ:vt ſic cōtinue ꝑ gradꝰ prudēs expoſi
tor ſuppleat q̄ fidei eoꝝ defuerūt:Sicut ꝓmiſit apl's facere Theſſal.poſtq̄ capaciores facti erāt:
prius groſſiori expoſitione ſuſcepta quādo nō ſufficiebāt capere profundiorē:vt cōpetēter eis
tūc dicere potuiſſet.Adhuc multa habeo vobis dicere quæ nō poteſtis portare modo. ſicut di
xit Chriſtus apoſtolis.qđ exponens Aug.ſup Io.ſer.xliiii.dicit. Illa ipſa q̄ docuerat ſi vellet eis
ſic apire vt in illo cōſpiciūtur ab angelis,hoc infirmitas humana in qua adhuc erant ferre non
poſſet.Spiritualis autē homo q̄libet pōt alterū hominē docere qđ nouit:ſi ꝓficiendo capaciorē
faciat ſpiritꝰ ſanctꝰ. q̄q̄ etiā & inter ipſos ſpūales ſunt vtiq; aliis alii capaciores:vt quidam il-
P lorum ad illa peruenerit:quæ non licet homini loqui.Vnde bonam doctrinam generalem de
modo docendi & exponendi ſacram ſcripturam dat Aug.li.iii.q.ſuper euangelia: dicēs. Boni



autem catholici ſunt:qui & fidem integram ſequuntur & bonos mores.qđ autē ad doctrinā fidei
pertinet,ita quęrunt ſi quid quęrēdum habent,vt abſit cōcertatio periculoſa,vel ei cū quo quęrit̄
vel eis qui diſcentes audiunt.Ita autē docent ſi quid docendū habent: vt vſitata & confirmata ſe-
curiſſime & cōfidētiſſime & leuiſſime vt poſſunt inſinuēt.Inuſitata vero etiā ſi veritatꝭ manifeſta
tione liquidiſſima perceperint,quęrendi potius q̄ pręcipiendi aut affirmādi modo propter audien
tis infirmitatē.Si enim tantū habet pondus aliqđ verum vt vires diſcentis excedat: ſuſpendēdum
eſt vt extendat creſcētem:non imponēdum vt obterat paruulū:aliquādo autē & occultādum eſt:
ſed cū ſpe hortatoria:vt nō faciat deſpatio frigidiores:ſed deſideriū capaciores.Inde eſt illud eiuſdē
domini.Multa habeo vobis dicere:ſed nō poteſtis portare modo. Vnde & conſimilem modum de Q
bet homo obſeruare ſtudio ſacrę ſcripturę per ſe inſiſtendo.ſcđm Auguſt.ii.de doctrina chriſtiana
dicentē.Erit diuinarū ſcripturarū ſolertiſſimꝰ indagator qui prius totas legerit notaſq; habuerit:
etſi nondū intelligentia,iā tamen lectione.Deinde illa quæ in eis aperte poſita ſunt,diligentius in-
ueſtiganda ſunt.Tum vero facta quadam familiaritate cum ipſa līgua diuinarū ſcripturarū,in ea
quę obſcuriora ſunt aperienda & diſcutienda pergendū eſt:vt ad obſcuriores lectiones illuſtrādas
de maioribꝰ ſumant̄ exēpla:& quædā certarū ſentētiarū teſtimonia dubitationē incertis auferant.

¶Ad primū in oppoſitum,ꝙ audiens quilibet indiget erudiri per qualibet expoſi R Ad pri.pri.
tionem:Dicēdum ꝙ verum eſt quo ad ſingula genera expoſitionū. quo ad modos autē expoſitio-
num:etiā licet indigeret inſtructiōe profunda & ſubtili: proponi tamē nō debet niſi competēs ca-
pacitati ſuę:quia alias eſſet ei inutilis & pernicioſa,vt dictū eſt.& modo exponendi ſibi cōgruo be
ne poteſt inſtrui ſecūdum quodlibet genus ſacrę ſcripturę:quātum ſufficit ad ſalutem.¶Ad ſecū S Ad ſecūdū.
dum ꝙ propter rudes nō eſt expoſitio ſubtilis omittenda nec econtrario:Dicendū ꝙ verū eſt cum
mixti ſunt.tunc tamen expoſitio ſic temperanda eſt,vt quilibet inueniat,quod ſecūdum modum
ſuum capere poſſit,ſicut dictum eſt.

## Articulus.XVIII.De expoſitore Theologię.

Sequitur de modo exponendi hanc ſcientiam ex parte eius T Artic.xviii.
qui eam debet exponere.vbi tria ſunt inquirenda.
Primū:vtrum hominis ſit ſcientiam iſtam exponere.
Secundum:vtrum indifferenter ſit cuiuſlibet hoīs eam exponere.
Tertiū:vtrū homo poſſit eā exponere ſine ſpeciali illuſtratiōe diuina.

Circa primū arguitur,ꝙ ſit hominis eam exponere. A
Primo ſic. eius eſt exponere cuius eſt docere:quia Queſt.i. Arg.i.
nō docet doctor niſi exponendo. ſed hoīs vt dictū
eſt ſupra,eſt hāc ſciētiā docere.ergo &c.¶Scđo ſic. 2
Aug.dicit primo de doct.chri. ꝙ Philippus eunu
cho legēti Eſaiā: & nō ītelligēti:qđ in ſcriptura te
ctū erat aperuit.Hoc autē erat exponere.ergo &c. ¶In oppoſitū arguit̄ Primo ſic.Cuiꝰ eſt cōdere In oppoſitū arg.i.
legē,eiꝰ eſt eā exponere. Cōdere hanc ſcientiā diuinę legis ſolius dei erat:quia ipſe ſolus nouit quę
verbis ſuis expreſſit.ergo &c.¶Secundo ſic.temerarium eſt dicere in ſcripturis hominē quę Chri
ſtus non dixit.ſecundū ꝙ Auguſt. ſuper Ioan.parte.ii.ſer.xlii.exponens illud,Adhuc multa habeo
vobis dicere,ſed nō poteſtis portare modo:vbi Chriſtꝰ nō expoſuit quę erāt illa,dicit.Quęnā ſint
iſta quę ipſe non dixit,temerariū eſt velle dicere.ſed in omni expoſitione ſcripturę dicitur aliquid
quod Chriſtus non dixit:quia qđ dixit,textus fuit.ergo &c.

¶Dicendū.ad hoc ꝙ cuicūq; cōcedit̄ ſcientiā aliquā docere:neceſſariū eſt ponere B
& concedere eum illam aliquo modo exponere:quia vt dicit Auguſti.de moribꝰ eccleſię:quis me- Reſponſio
diocriter ſanus non facile intelligit ſcripturarum expoſitionē ab iis petendam eſſe: qui earum do-
ctores ſe eſſe profitentur?Cum ergo ſupra cōceſſum eſt:hominem aliquo modo eſſe doctorem hu
ius ſcientię:neceſſe eſt conſimiliter concedere eum eſſe eius expoſitorem:& hoc ſecundum eūdem
modum quo eſt eius doctor,qui ſupra declaratus eſt. ¶Secūdum hoc ergo concedenda ſunt duo
obiecta ad primam partem.

¶Ad primū in oppoſitū,ꝙ hominis nō erat hāc ſcientiam cōdere:Dicendū ſcđm C
ꝙ ſupra determinatū eſt ꝙ homo non poteſt dici conditor huius ſcientię principalis ſed inſtrumē Ad primum in oppoſitū.
talis. Et ita cōſimiliter bene concedendum eſt ꝙ non poteſt dici principalis expoſitor:quia non ha
bet a ſe regulas ſecūdū quas conditę ſunt & exponendę:ſed ſolū deus.habet tamē eas ſibi a deo ad
miniſtratas.Secundū quas idcirco miniſterialiter hanc ſciētiam homo exponit:ſicut & editor eius

fuit. Vnde in huius ſignificationẽ legit Matth. xiiii. de quinq; panibus, per quos ſecundũ Gloſ. intel
ligitur ſacra ſcriptura, ꝙ Chriſtꝰ eos benedixit & fregit: & dedit diſcipulis. Per qđ intelligitur ſua
expoſitio prima: qua eã in cordibꝰ apoſtolorũ exponit, ſecũdũ ꝙ ibi dicit Gloſ. Benedixit, & fregit:
quia prius dedit diſcipulis ſenſum, vt intelligerẽt ſcripturas. Diſcipuli autem eos cõfractos appo
ſuerũt: quia iuxta expoſitionẽ quã a Chriſto ſuſceperãt: turbis exponere vlterius debebãt. ſcđm ꝙ
D ibi dicit Gloſ. Dedit diſcipulis, diſcipuli autẽ turbis, vt per miniſteriũ diſcipulorũ aliis exponãtur.
Ad ſecũdũ. ¶ Ad ſecũdum, ꝙ temerarium eſt dicere in ſcripturis qđ Chriſtus nõ dixit: Dicẽdum ꝙ verũ eſt
de eo qđ nullibi dixit: ita ꝙ nec in ſcriptura, aut explicite, aut implicite, nec in obſeruatiõe cõmuni
& auctoritate ecclię tenet. Hęc eñ cenſent eſſe Chriſti dicta. Secũdũ enim ꝙ dicit Augu. ad Ianua
rium: quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus: quæ quidem toto terrarũ orbe obſeruãtur: dantur
intelligi vel ab ipſis apoſtolis, vel plenariis conciliis: quorũ eſt in eccleſia ſaluberrima auctoritas cõ
mendata atq; ſtatuta teneri. Et quęcũq; talia ſunt: intelligũtur ex dictis & factis Chriſti: quæ quo
dam modo dicta ſunt deſcendiſſe per apoſtolos, vel reuelatione quã memoriter retinuit eccleſia, vł
per ſcripturas, aut implicite, aut explicite: vt poſſit veridicę rationis cõſequentia ex illis explicari.
Vnde cum nihil debet aſſumi in expoſitiõe niſi iuxta regulam fidei vt dictum eſt ſupra: & omne
tale, vel ex ſcriptura, vel obſeruatione cõmuni eccleſiæ habetur: nihil omnino debet aſſumi in ex
poſitione ſacræ ſcripturæ: niſi aliquo modo dictum a Chriſto. Et ideo per illud quod nullo mo
do poteſt oſtendi dictum a Chriſto: quale eſt illud de quo eſt ſermo: omnino eſſet temerarium ſcri
pturam exponere. Vnde Auguſtinus de hoc in ſerm. dicto. Quæ cum ipſe tacuerit, quis noſtrum
dicat: iſta vel illa ſunt? aut ſi dicere audeat, vnde ꝓbat? Quis enim eſt tam vanus, aut temerarius:
qui cum dixerit etiam vera, ſine vllo teſtimonio diuino affirmet ea eſſe: quæ tunc dominus dicere
voluit? Et ideo dicit Damaſcenus in principio ſententiarum ſuam. Omnia quę tradita ſunt nobis
& per legem & prophetas & apoſtolos & euangeliſtas, ſuſcipimus & veneramur & cognoſcimus:
nihil vltra hoc inquirentes.

E
Quęſt. ii. Argu. i. C Irca ſecũdum arguitur, ꝙ cuiuſlibet hominis ſit exponere hanc ſcientiam. Pri
mo ſic. Cuius eſt habere habitum: eius eſt agere ſecundum ipſum. expoſitio ſa
crę ſcripturę eſt actio procedens ſcđm habitum fidei vt dictũ eſt ſupra. Habe
re autem habitum fidei cuiuſlibet hominis eſt indifferentur: quia ſecũdũ Au
guſt. poſſe credere naturę eſt hominũ: credere autẽ gratię eſt fidelium: quã lar
2 gitur ſine perſonarũ acceptione. ergo &c. ¶ Secundo ſic. primę Corinth. xiiii. di
cit apoſtolus. Poteſtis omnes per ſingulos ꝓphetare, vt omnes diſcant & omnes exhortẽtur. Et lo
quitur de prophetia ſacrę ſcripturę in occulta exponẽdo. Quia vt dicit Gloſ. ibidẽ. Q; ſi alii reue
In oppoſitũ. latum fuerit ſedenti, prior taceat. datur aliquãdo inferiori quod nõ ſuperiori. ergo &c. ¶ Cõtra eſt
illud Clemẽtis papę. diſt. xxxvii. in ca. Relatũ. Oportet ab eo ſcientiã addiſcere ſcripturarũ: qui eam
a maioribus ſecũdum veritatem ſibi traditam ſeruat. qui non eſt quilibet indifferẽter. ab eo autem
diſcitur qui eam exponit. ergo &c.

F
Reſponſio. ¶ Dicẽdum ad hoc: ꝙ expoſitio ſacrę ſcripturę poteſt fieri ab homine dupliciter.
vel per ſapiẽtiam acquiſitam humano ſtudio diuina gratia aſſiſtente, ſecundũ cõmunem modum
adminiſtrationis gratię, vel per ſapiẽtiam ex gratia ſpeciali ſubito infuſam. Secundo modo cuiuſli
bet eſt eam exponere, ſecũdum ꝙ ſpũs ſanctus poteſt cui vult gratiam ad hoc miniſtrare: quia ſpi
ritus vbi vult ſpirat. Ioan. iii. In hoc caſu loquit̃ Apoſt. i. Corinth. xiiii. vt obiectũ eſt in ſecũdo argu
mento. Primo autẽ modo nequaq̃: vt proceſſit ratio vltima. immo requiritur ꝙ ſit eleuatus in ſpi
rituali vita: & exercitatus in eis quę cõtinet iſta ſcientia, vt quo ad primũ ſpiritualis iam factus ſit
dono diuinæ gratiæ. Spiritualis enim omnia iudicat. i. Corinth. ii. quo ad ſecũdum: vt omnem mo
dum huius ſcientię nouerit ſtudio humanę induſtriæ. Perfectorum enim eſt ſolidus cibus: eorum
qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus. vt dicit Hebr. v. De vtroq; ſimul dicit Chry
ſoſtomus exponens illud. Nolite ſanctũ dare canibus: neq; margaritas mittere ante porcos. Myſte
ria (inquit) veritatis margaritę ſunt: quia ſicut margaritę incluſę cochleis poſitæ ſunt in profun
dũ maris: ſic & myſteria diuina in verbis incluſa poſita ſunt intus in altitudine ſenſus ſcripturarũ
ſanctarum. Et ſicut non omnis homo poteſt ſe mergere: & de profundo tollere margaritas: niſi ar
tifex qui habet vſum illius rei: ſic non omnis homo poteſt deſcendere in altitudinem ſenſuum: &
illic inuenire myſteriorum abſconditas margaritas: niſi vir ſpiritualis qui habet exercitationẽ ſpi
G ritualiũ narrationũ dei. Et qualis debet eſſe iſta exercitatio: bene exponit Auguſtinus in principio
tertii de doctrina chriſtiana dicens. Homo timens deũ qui voluntatem dei in ſcripturis ſanctis dili



genter inquirit, præmunitus ſcientia linguarum: ne in verbis locutionibuſq; ignotis erret: præ
munitus etiam in cognitione quarundam rerum neceſſariarum: ne vim naturamve earum quæ
propter ſimilitudinem adhibentur ignoret: adiuuante etiam codicum veritate quam ſolers emen
dationis diligentia procurauit: veniat ille inſtructus ad ambigua ſcripturarum diſcutienda atq;
ſoluenda. In expoſitore etiam cum his oportet cõcurrere etiam quę ſuperius fore neceſſaria in do
ctore dicta ſunt.

¶ Ad primũ in oppoſitum, ꝙ cuiuſlibet hominis eſt habere habitũ fidei, ad cuius H
regulam iſta ſcientia debet exponi: Dicendum ꝙ non ſecũdum habitum fidei quæcunq; ſacra ſcri Ad pri. pri.
ptura poteſt exponi: ſed ſecundũ illum qui perfecte eſt exercitatus in eis quæ ſunt fidei, vt vſq; ad
ſummum illa explicare poſſit: qđ non eſt cuiuſlibet: ſed ſolum talis qualis iam deſcriptus eſt. ¶ Ad Ad ſecũdũ.
ſecundum patet ſolutio per prædicta.

C Irca tertium arguitur, ꝙ homo ſine ſpeciali illuſtratione diuina poſſit ſcriptu I
ram iſtam exponere. Primo ſic. Deuter. xxx. dicitur. Mandatũ qđ ego præcipio Quęſt. iii.
tibi nõ eſt ſupra te: neq; procul poſitũ: ſed iuxta te in ore tuo & in corde tuo. Arg. i.
qđ exponẽs apoſtolus dicit. Roma. x. Hoc eſt verbum fidei qđ prędicamus. ſed
quod non eſt ſupra hominem, immo iuxta ipſum: exponi poteſt ab ipõ ſine ſpe
ciali illuſtratione: quia quod talem illuſtrationem requirit, longe eſt ab eo, ergo
&c. ¶ Secundo ſic. iii. de doctrina chriſtiana dicit Auguſt. Homo timens deum &c. vt iam dictum 2
eſt in præcedenti quęſt. Sed illa omnia poteſt habere homo fidelis ex ſtudio ſine ſpeciali gratia. er
go &c. ¶ In oppoſitum eſt illud. ii. Petri. i. Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti dei homines. In oppoſitũ
Gloſ. Hoc ideo dicit, ne qs ad libitũ ſcripturas exponat. Inſpiratione ergo ſpeciali ſunt exponendę.

¶ Dicendum ad hoc, ꝙ nemo ſcientiam aliquam poteſt exponere niſi verum & K
rectum iudicium habeat de illis quę diſcernuntur in ſcientia. Nemo autem recte iudicat niſi quę Reſponſio
nouit: vt dicitur in principio Ethicorum. oportet igitur ꝙ exponens hanc ſcientiam, certam ha
beat notitiam eorum quæ diſſeruntur in ea. Notitia autem iſta non eſt quæcunq;: ſed illa qua ea
quę credibilia ſunt, intelliguntur. niſi enim ſcripturam intelligat homo, eam exponere non poteſt.
Et ideo eunucho legenti Eſaiam: & ſibimet eum exponere non potenti: dixit Philippus. putas ne
intelligis quæ legis? qui ſtatim confeſſus fuit: quia intelligere ea non poſſet ſine exponente. Si igi L
tur per expoſitionem cuiuſq; ſcientiæ diſcipulus de non intelligente fit actu intelligens: & nemo
procedit de potentia in actum niſi per aliquid exiſtens tale in actu: oportet ergo omnino ꝙ expo
nens iſtam ſcientiam actu eam intelligat: & tanto melius & clarius eam exponat: quanto limpi
dius eam intelligit. Quare cum vt ſupra determinatum eſt, intellectus huius ſcientiæ non poteſt M
haberi ſine illuſtratiõe diuina ſpeciali lumini fidei ſuperaddita: igitur abſolute dicendũ eſt, ꝙ ſine
illuſtratiõe ſpeciali diuina fidei ſuperaddita ſcientiã iſtam nemo poteſt exponere: vt eodem ſpiritu
& conſimili inſpiratione qua editę intelligũtur exponãtur. Hinc dicit Auguſt. in ſer. de proprieta
tibus verbi. Totius eccleſię vna ſententia eſt, eſſe ſcilicet omnẽ legem ſpiritualem: non tamẽ ea quę
ſpirat lex, eſſe hominibus nota: niſi iis ſolis quibus gratia ſpiritus ſancti in verbo ſapientiæ & ſcien
tię cõdonatur. Et ſup illud Ephe. iii. Inueſtigabiles diuitias. Gloſ. Si inueſtigabiles ſunt diuitię: quo
modo apoſtolus eas euangelizat? Nam inueſtigabilis eſt res quę non poteſt comprehẽdi. Ad qđ di
citur ꝙ in ſua natura inueſtigabiles ſunt: ſed per gratiam & reuelationem ſpũs ſancti veſtigabiles
ſunt. Vnde dicit Orig. in Homi. iiii. ſuper Exod. Quis eſt ille quẽ replet deus ſpiritu: quo repleuit
Moyſem & Aaron cũ hæc ſigna & prodigia perficerentur: vt eodẽ ſpiritu illuminatus poſſit quæ
per illos geſta ſunt diſſerere? aliter enim non arbitror ingentiũ rerum varietates ac differentias ex
planari: niſi eodem ſpiritu quo geſta ſunt diſſerantur.

¶ Ad primũ in oppoſitum, ꝙ verbum eſt iuxta te: Dicendum ꝙ aliud eſt eſſe pro N
pe vel iuxta: aliud eſſe intus. Verbum ſapientię naturalis intus eſt: quia ex naturali inueſtigatione Ad pri. pri.
concipi poteſt. Verbum vero fidei ſeu huius ſciẽtię non eſt intus: quia ex puris naturalibꝰ inueſti
gari non poteſt: vt dictum eſt ſupra. Eſt tamen prope, vt dicit Gloſ. quia per gratiam faciliter po
teſt concipi: & hoc per gratiam communem fidei in puro ænigmate: per ſpecialem vero gratiam
vlteriorem vt aliqualiter perſpicue intelligatur: & vlterius exponatur. ¶ Ad ſecundũ ꝙ homo prę O
munitus ſcientia linguarum & rerum veniat ad diſcutienda ambigua ſcripturarum: Dicendum Ad ſecũdũ.
ꝙ illa requirũtur: ſed ſola non ſufficiunt: ſed cũ illis requiritur gratia ſpecialis vt dictũ eſt.

## Articulus.XIX.

Arti.xix. SEquitur de cauſa materiali huiꝰ ſciẽtię:& qa generali noĩe
materię matia ſcię appellat oẽ id de quo ſcia cõſiderat: ĩ qbꝰ,ſm Phm
4.Metaph.oportet eẽ aliqd vnũ prĩcipale qd ſubiectũ dicit:cui reliq at
tribuunt:q cõi noĩe dicunt matia ſcię:Idcirco circa hoc ẽ duplex qſt.
A Queſt.i. Prima de quo ẽ iſta ſcia vt de ſubiecto: vtrũ de deo:an de aliquo alio,
Secũda de quo eſt vt de materia:vtrum de quoli-
Arg.i. bet ſcibili vniuerſaliter.

CIrca primũ arguit,ꝙ deꝰ nõ ſit ſubiectũ huiꝰ ſciæ.
Primo ſic.Illud cuiꝰ cognitio eſt finis ſciẽtię nõ eſt
ſubiectũ in ea:qa cognitio rei q eſt finis ſciẽtię quę
rit in ea:ſubiecti aũt cognitio ſupponit. ſcd̃m Phi
loſophum.i.poſter.Cognitio dei eſt finis huius ſciẽtię:quia ĩ ipſa conſiſtit vita ęterna ſiue felicitas
2 Ioan.xvii.Hæc eſt vita ęter.vt cogn.te deum verũ.ergo &c.¶Secundo ſic.Subiectum nõ eſt idem
cum fine ſcientiæ: quia ſubiectũ materia eſt: & materia non coincidit cum aliis cauſis.ii.Phyſico.
3 Deus eſt finis huiꝰ ſciẽtię.Eccl'iaſti.xliii. Cõſũmatio ſermonũ ipſe eſt,ergo &c.¶Tertio ſic.Sicut in
iſta ſciẽtia inqrit dei cognitio modo ſupnaturali:ex ſciẽtia fidei diuinitꝰ inſpirata:Sic ĩ prima phia
inquirit ſciẽtia dei modo naturali,ſciẽtia intellectꝰ rõnaliter inueſtigata. quia vt dicit Auicẽ.i.Me
taphy.ſuę,Prima phia eſt ſcientia de prima cauſa:& ideo definit eſſe ſciẽtia diuina.ſed vt probat in
4 eodem,Deus nõ poteſt eſſe ſubiectũ in illa ſcientia:quare videt ꝙ cõſimili rõne nec in iſta.¶Quar
to ſic.Illud nõ poteſt eſſe ſubiectũ in ſciẽtia:cuius nõ ſunt pricipia,partes,& paſſiones p ſe cõſidera
tę in ſciẽtia.Secundũ em̃ Phm primo poſter.vna ſcientia eſt q eſt vnius generis ſubiecti. quęcunq
ex primis cõponunt:& partes & paſſiões hoꝝ ſunt p ſe.Dei autẽ nõ ſunt pricipia neq partes,neq
5 paſſiões,ergo &c.¶Quito ſic.De ſubiecto oportet ſupponere qd ſit,primo Poſter.qd non põt ſup
ponere de deo iſta ſciẽtia:qa in deo qd eſt dicere eſt ĩpoſſibile.vt dicit Damaſ.i.ſentẽtiarũ.ergo &c.
6 ¶Sexto ſic.Boethiꝰ de tri.Forma ſimplex nulli ſubiectũ eẽ põt. Deꝰ eſt hmõi.ergo &c. ¶Septimo
7 ſic.Cõſideratio ſciẽtię cuiuſcũq nõ excedit ſubiectũ eiꝰ:qa ipm eſt ſuũ ꝓpriũ obiectũ:& ſuũ ꝓpriũ
ſcibile.Propria aũt operatio non excedit ꝓprium obiectum:ſicut videre nõ cõtingit niſi colorem.
ſcientia iſta de pluribꝰ aliis cõſiderat q de deo:vt multa de creaturis:& maxĩe de humanis actibꝰ.
8 ergo &c.¶Octauo ſic.Hug.in prolo.de ſacramẽtis dicit,ꝙ materia diuinę ſciẽtię ſunt opa reſtaura
tionis.Aliarũ vero ſciẽtiarũ opa primę cõditiõis.ſed opa primę cõditionis aliarũ ſciẽtiarũ ſunt ma
teria,ita ꝙ ſubiectũ earũ ſunt:vt Metaphyſicę ens ſimplr:cuiuſlibet alterius ſciẽtię aliqua pars en
9 tis:ſicut dicit.4.Metaphy.ergo &c.¶Nono ſic.in Gloſ.ſup prĩcipiũ Pſalterii dicit Caſſiod.ꝙ ma
teria ſacrę ſcrip.totꝰ Chriſtꝰ eſt.caput & mẽbra.hoc aũt ẽ tota cõtinẽtia eiꝰ.Materia aũt q cõtinet
10 totũ qd eſt ſciẽtię,neceſſario eſt ſubiectũ eiꝰ:qa nihil pter ipm eſt in ſcientia,ergo &c.¶Decimo ſic.
Aug.i.de doct.chriſt.dicit ꝙ cõtinẽtia noue ac veter legis res ſunt & ſigna,qd eſt cõtinẽtia ſciẽtię
11 neceſſario eſt ſubiectũ eiꝰ,vt prius,ergo &c. ¶Vndecimo ſic. qd eſt cõmune cõtinẽs oĩa de qbꝰ eſt
ſcia,ſubiectũ ẽ eiꝰ vt priꝰ,ens diuinũ ẽ hmõi ĩ hac ſcia,vt patz,ergo ẽ ſubiectũ eiꝰ.Cũ ergo ſingulũ
In oppoſitũ. aliorũ alid ſit q deꝰ,Deꝰ nõ põt eẽ ꝓpriũ ſubiectũ huiꝰ ſcię. ¶In cõtrariũ ẽ qm̃ ſcię diſtiguunt pri
ciplr penes ſua ſubiecta:qa ſm Phm.3.de aĩa,ſecãt ſcię queadmodũ & res.ſ.de qbꝰ ſũt.ſʒ ſm Boeth.
i.de tri.theologia ĩ hoc diſtiguit a naturali & mathema.qa natural' ẽ ĩ motu & ĩabſtracta:eo ꝙ cõ
ſiderat formas corpoꝝ cũ matia,Mathematica vero ſine motu abſtracta eſt:ſpeclãt em̃ formas cor
porũ ſñ matia,Theologia vero ẽ ſine motu abſtracta ſepabil'.Nã dei ſcia & motu & matia caret.er
go deꝰ eſt theo.ſubiectũ ſicut formę abſtractę ſbm ſũt mathe.& corpa mobilia ſubiectũ ſũt natural'.
B Reſponſio. ¶Ad hoc dicẽdũ ſcd̃m ꝙ vult Phũs.iiii.Metaphy. Vniꝰ ſcię nõ eſt tm̃ cõſideratio
de rebꝰ q ſunt vnius naturę in gñe vel in ſpecie:ſed etiã de rebꝰ q ſunt oĩno diuerſę naturæ:inter
ſe:dũ tamẽ oẽs attribuunt alicui vni pricipaliter cõſiderato ĩ ſciẽtia : qm̃ medicina eſt ſciẽtia vna
de oĩbꝰ attributis ſanitati corporis:ſiue ſit indicatiuũ ſanitatis,vt vrina,ſiue effectiuũ:vt ſyropus,
ſiue cõſeruatiuũ:vt ordinata dięta.&c.hmõi.Sic & cæterorũ ſiliũ ad idẽ attributionẽ habentiũ eſt
vna ſcia:qm̃ vt dicit Phs ĩ pricipio.4.politi.in oĩbꝰ artibꝰ & ſciẽtiis q ſũt ſcd̃m vnũ genꝰ aliqd:viniꝰ
eſt cõſiderare qd cõgruit circa vnũqdq genꝰ.ita ꝙ ſcdʒ hoc qlibet ſcia cõſiderat aliqd vt genꝰ ſub
iectũ:& alia plura q cõgruũt circa illd. In oĩbꝰ em̃ q ſic diuerſimode cadũt ſub cõſideratiõe viniꝰ,
ita ſe hʒ,vt dicit ĩ.4.Metaph.ꝙ ſcia ĩ rei veritate & pricipl'r eſt illiꝰ rei prior p quã alię res cõtinẽt
& cõſiderant ĩ ſcia.verbi gra:Prima phia pricipl'r eſt ſcia ſubſtãtię:qm̃ oĩa alia entia p attributionẽ



ſe habẽt ad ſubſtãtiã:quia aut ſunt relationes ſubſtãtię,aut qualitates,aut paſſiões eius,&c.hmõi.
Ita ꝙ ſi prima phia q de illis oĩbꝰ cõſiderat:de nullo alioꝝ cõſideraret vllo mõ ꝓpter ſe:ſed de oĩbꝰ
aliis a ſubſtãtia cõſideraret ſolũ ꝓpter cõſiderationẽ & cognitionẽ ſubſtãtię: ſubſtãtia diceret ſubie
ctũ ĩ ea:& cętera oĩa ſolũ ſciẽtię Metaphy.qd tñ modo nõ cõtigit: qa Metaphy.pricipl'r intẽdit cõ
ſiderare qditates entis vt ens eſt:nõ qditatẽ ſubſtãtię ſolũ vt ſubſtãtia eſt:& ideo p ſe cõſiderat qdi
tatẽ cuiuſlibet entis ĩquãtũ ens eſt,ſiue ſit ſubſtãtia,ſiue accidẽs.Propter qd ibi ſubſtãtia nõ põt di
ci ſubiectũ:ſed ens ſimplr: nec aliqd aliud:vt ꝓbat Auicẽ.i.Metaphy. Quare cũ iſta ſciẽtia notitię
& cõſideratiõi dei intẽdit pricipalit & ꝓpter illã & vt ad eã notitia eoꝝ ꝓficiãt qcũq alia conſide C
rat,vt in ſequẽti queſt.dicet:in ea nihil aliud oĩno poteſt poni ſubiectũ q deꝰ ipſe.Cuius etiã neceſſi
tas apparet ex hoc ꝙ ſubiectũ ſic ſe habet ad ſciẽtiã in cognitiõe ĩtellectiua: ſicut ſe habet obiectũ
per ſe alicuiꝰ actꝰ ad actũ ſentiẽdi in cognitiõe.qm̃ ſicut obiectũ eſt primũ p ſe mouens ſenſum ad
actũ ſentiẽdi in cognitiõe ſenſitiua:vt color viſum ad actũ videndi:ſic ſubiectũ ſciẽtię cuiuſcũq eſt
primũ p ſe mouẽs ĩtellectũ ad actũ ſciẽdi ĩ cognitiõe ĩtellectiua.Eſt em̃ ſubiectũ illud de quo ſcd̃m
phm ĩ ſciẽtia oportet primũ ſupponere ſi eſt & qd eſt.Nũc aũt ita ẽ ꝙ obiectũ p ſe ſenſus cuiuſq,
illud ſolũ eſt qd p ſe & primo natũ eſt ſenſũ illũ mouere:& alia oĩa nõ ſunt ſubiectũ eiꝰ:niſi ſub ra
tiõe illiꝰ:& inquãtũ rationẽ eiꝰ aliqliter participãt:veluti color eſt p ſe obiectũ viſus:& cætera oĩa:
vt lignũ:lapis:& hmõi,inquãtũ colorata ſunt:& ſic aliquo modo participãt rationẽ coloris. Qua
re cũ ſimilit in iſta ſcientia deus eſt illud qd primo habet mouere ĩ ea intellectũ & p ſe,qa ad ipm D
primo & pricipalit notitiã dirigit : ſicut dirigit intellectũ ad eũ p ſe & primo ſpeculandũ q ad iſtã
ſcientiã accedit : cętera autẽ oĩa nõ habẽt mouere intellectũ eius,nec dirigũt aciẽ mẽtis ad ipa co
gnoſcẽda niſi ĩquãtũ in ſe habẽt aliquo modo rationẽ dei, ſcd̃m aliquẽ ordinẽ ad ipm,aut qa ſunt
ab ipſo,aut qa dirigũt ad ipm, aut qa placẽt ipſi,aut qa habẽt in ſe effigiẽ aliquã ipſius &c. hmõi:
Neceſſariũ eſt dicere abſolute ꝙ deus ſit ſubiectũ huiꝰ ſciẽtię p ſe:ſicut color eſt p ſe obiectũ viſus.
Et huiꝰ eſt ſignũ duplex:vnum quaſi prodigiũ:quia.ſ.deus eſt primũ ſubiectũ & fundamentũ pri
morũ principiorũ huius ſciẽtię quæ ſunt articuli fidei.Primi em̃ articuli fidei ad quos oẽs alii re
ducũtur,ſunt de deo.Vnde & ſacramẽta eccl'ię virtutẽ ſuã non habẽt niſi in fide trinitatis.Idẽ au
tẽ eſt fundamentũ & ſubiectũ totius ſcientię & principioꝝ eius.Aliud vero eſt ſimplr ſignũ:vide
licet noĩs intitulatio, ꝙ hęc ſciẽtia dicit theologia quaſi de deo ſermo,vt dicit Aug.vii.de ciui.dei.
¶Ad primũ in oppoſitũ,ꝙ finis ſciẽtię nõ eſt idem cũ ſubiecto: Dicendũ ꝙ idem E
nõ poteſt eſſe ſubiectũ & finis ſcd̃m eandẽ rationẽ,ſcd̃m aliã tñ & aliã rationẽ bene poteſt eſſe ſub Ad pri.pri.
iectũ & finis.Eſt em̃ deꝰ ſubiectũ huiꝰ ſciẽtię quo ad ĩꝑfectã cognitionẽ quã ſciẽtia de ipſo ſuppo
nit:& eſt finis eiꝰ quo ad ꝑfectã cognitionẽ quã de ipſo qrit. hoc em̃ modo in qlibet ſciẽtia finis
intra eiꝰ eſt pfecta cognitio ſui ſubiecti,qd ſubiectũ eſt & in ſciẽtia ſuppoſitũ quo ad cognitionẽ ſi
eſt & qd eſt impfectiſſimã.de qbus infra videbit.Et qa illa cognitio impfectiſſima eſt dei:vt ſimpli F
ciſſime & abſolutiſſime cõſiderat:circa quẽ oĩs vlterior notitia ingrit tanq aliqd ptinẽs ad finẽ hu
ius ſciẽtię:patet aperte qm̃ peccãt dicẽtes,ꝙ deus nõ eſt ſubiectũ theologię niſi ſub aliqua cõditiõe
ſpeciali.ſ.vt eſt principiũ nrẽ reſtaurationis & finis nrẽ glorificatiõis. Si em̃ ſub iſtis cõditionibꝰ deꝰ
eſſet ſubiectũ in hac ſciẽtia,iſta ſupponerent in ea:nõ autẽ tractarent vt crederent & ſcirent circa
deũ ex ea.Et ſic deꝰ ſimplr oĩno & abſolutiſſime acceptꝰ debet dici ſubiectũ huiꝰ ſciẽtię: nõ magis
vt circa ipm determinat ratio pricipii reſtaurationis & glorificatiõis: q circa ipm determinat ratio
creatiõis & gubernatiõis.& hoc cõgruit vñitati huiꝰ ſciẽtię: vt.ſ.deꝰ ſub ea rõne ponat eẽ ſubiectũ
huiꝰ ſciẽtię: ſub qua oĩa cognoſcẽdo ĩ ipſa ad ipm põt fieri attributio.Ex hoc em̃ iſta ſciẽtia habet
ſuã vnitatẽ,vt habitũ eſt ſupra.Et licet forte de deo pricipaliꝰ cõſiderat vt ẽ pricipiũ reſtauratiõis
& glificatiõis q ſcd̃m aliqs alias rõnes:ppt hoc nullo mõ variari debet ratio ſubiecti. Metaphyſica
em̃ pricipaliꝰ cõſiderat de ente ſub rõne ſubſtãtię q accidẽtis: qa ratio entis veriꝰ ſaluat ĩ ſubſtãtia
q in accidẽte.Accidẽs em̃ nõ eſt ens niſi qa eſt entis qd eſt ſubſtãtia.vt dicit.vii.Metaphyſicę:& nõ
eſt metaphyſica ſciẽtia vna de ſubſtãtia & accidẽte:niſi p attributionẽ prędicamẽtoꝝ accidẽtiũ ad
pdicamẽtũ ſubſtãtię:vt dicit ĩ.4.eiuſdẽ.Et tñ nõ debet dici ꝙ ſubiectũ Metaphyſicę ſit ens ſub rõ
ne ſubſtãtię:ſed potiꝰ ens ĩquãtũ ens ſimplr dictũ,vt p ĩdifferẽtiã ſe habet ad rõnẽ ſubſtãtię & acci
dẽtis & oĩm aliarũ rõnũ ſpecialiũ q ſunt pter rõnẽ entis ſimplr:vt ſũt vl'e particulare:actꝰ potẽtia,
& hmõi.¶Per idẽ videret aliqbꝰ reſpondendũ ad ſcd̃m:Dicẽdo ꝙ finis & materia ſiue ſubiectũ nõ G
coincidũt in idẽ ſcd̃m vnã & eãdẽ rationẽ,ſcd̃m tñ aliã & aliã rationẽ bene coincidũt,vt dictũ eſt. Ad ſecũdũ.
Sed hoc nõ ſufficit:qa hoc eſt etiã cõmune ĩ aliis cauſis ꝙ nõ coincidũt in idẽ niſi ſcd̃m aliã & aliã
rationẽ.Qd em̃ eſt forma reſpectu materię dãs eẽ,eſt finis agẽtis terminãs opꝰ.Quãtũ ergo ad co
incidentiã talẽ materia nõ deberet excipi a coincidẽtia cũ aliis cauſis.Ipſa em̃ ſcd̃m dictũ illud inci
dit cũ fine nõ ſcd̃m eam rationẽ,ſed ſcd̃m aliã & aliã:ſicut facit forma.¶Propter qd dicẽdũ aliter, H

ꝙ cum agens & finis determinãt ſibi materiã vt vult Philoſophꝰ de agẽte.i.de aĩa.de fine.ii.Phyſi.
ſecũdum ꝙ duplex eſt operatio agẽtis,vt diſtinguit Phs in primo politicę:vna quæ dicitur factio:
altera quę dicitur actio:& duplex finis, vt diſtinguit in primo Ethi. quorũ vnus dicitur operatio,
alter res operata (nam factio eſt operatio ex qua derelinquitur aliquid operatum tanq̃ finis:vt ex
operatione fabri cultellus: actio vero dicitur operatio illa ex qua nihil operatum relinquitur:ſed fi
nis eius eſt ipſa operatio:vt muſico operante ſecũdum muſicam,nihil operatum relinquitur)ſecũ
dum hoc duplex eſt genꝰ materię.Eſt enim quædam materia ex qua fit aliquid:quę eſt materia fa
ctiõis: ex qua fit aliq̃d operatũ q̃d manet ceſſante operatiõe & agẽte.verbi gratia:Lana eſt materia
ex qua textor operatur telam:quæ manet ipſo ceſſante & ab opere quieſcente.de qua dicit Philoſo
phus.i.politicę. Dico autẽ materiã quod ſupponitur:ex quo aliquod perficitur opus:puta textori
quidem lana:ſtatuario autem ęs.Eſt & alia materia circa quã exercetur operatio tm̃:ſupra quã ni
hil manet factũ ceſſante operãte.verbi gratia:Chorda in cithara eſt materia circa quã operat̃ muſi
cus ſonitũ melodię:quo ceſſante nihil manet operatũ in ea.quã materiã dico eſſe q̃d ſupponit̃ circa
q̃d aliqua perficitur operatio.De materia primo modo habet veritatẽ ad literam dictũ Philoſophi.
Illa enim materia eſt pars rei factę:in qua forma recipit̃:q̃ eſt finis intra agẽtis:poſt quã ſequit̃ finis
extra:& ideo cũ neutro fine poteſt materia illa coincidere. De materia autẽ ſecũdo modo nõ eſt di
ctũ ſuũ verũ vniuerſaliter.Talis enim materia eſt ſubiectũ ſciẽtiæ,q̃d neceſſe eſt coincidere cum fi
ne.Circa ſubiectũ enim veluti circa proprium obiectũ ſcientię vertitur principalis ſcientię conſide
ratio:& propter ipſum cognoſcẽdum fit omniũ aliorum quę in ſcientia ſpeculãtur,inquiſitio.Vn
de deus ſic eſt per ſe obiectũ & finis fidei,ꝙ cognitio fidei eſt principaliter de deo:& ad eius perfe
ctam cognitionẽ finaliter ordinatur.Et ſic oĩno huius ſcientię quæ eſt ſcientia fidei,ſubiectũ per ſe
& primũ eſt ipſe deus:q̃a eius prĩcipalis ſpeculatio eſt de deo.Eſt etiã finis eius: q̃a ipſa tota ad per
K fectam dei cognitionem ordinatur.¶Ad tertium,ꝙ deus nõ poteſt eſſe ſubiectum in prima philo
Ad tertium ſophia quę eſt ſcientia diuina:quare nec in theologia:dicẽdum ꝙ non eſt ſimile,quoniã vt dicetur
in ſequẽ.queſt.Diuerſus eſt ordo cõſiderandi de deo in hac ſcientia & in ſcientiis philoſophicis.q̃m
iſta ſcientia primo & principaliter conſiderat de deo tanq̃ de eo de quo ſunt eius prima principia
ſcilicet primi articuli fidei.Sunt enim de diuina vnitate in ſubſtãtia,& trinitate in perſonis.Secũ
dario autem & poſterius conſiderat de creaturis ſecundũ relationẽ & attributionẽ quã habent ad
deum.Scientiæ autem philoſophicę ecõtrario primo cõſiderant de creaturis,vltimo autẽ de deo:
quia inueſtigatio naturalis ratiõis a poſteriori & magis ſenſibili & cõpoſito incipit, tanq̃ a magis
notis nobis:& procedit ad ſimpliciora intelligibilia magis:vt dicit̃ in principio Phyſi. Et ideo vlti
mo conſiderãt de deo & de rebus ſpiritualibꝰ diuinis.Inuiſibilia enim dei per ea quę facta ſunt in
tellecta cõſpiciunt̃,vt dicit̃ de ſciẽtia philoſophoꝝ.Ro.i.Propter q̃d inter ſciẽtias phicas vltima eſt
Metaphyſica:quia finis ſpeculationis in tota philoſophia eſt cognitio dei:& cęleſtiũ ſpirituũ,ſcd̃m
ꝙ dicit Auicẽ.i.Metaphy.ſuę.Ordo(inq̃t)huiꝰ ſcientię eſt vt diſcat̃ poſt ſciẽtias naturales & diſci
plinales:quia intẽtio vltima in hac ſcientia eſt cognitio gubernationis dei altiſſimi: & cognitio an
gelorum ſpiritualiũ & ordinũ eorum. Quia igit̃ vt dictũ eſt ſubiectũ debet eſſe primũ ſcitum in
ſciẽtia & in eius cõſideratiõe.& poſt ipm̃,& ſub ratiõe ipſius oĩa alia:ſicut color eſt primũ cognitũ
a viſu:& ſub ratione illius omnia alia:ex ordine igitur & ꝓprietate huius ſcientię deus eſt primũ
ſcitum in ea:& ex ordine & proprietate in aliis ſcientiis deus eſt vltimũ ſcitum in eis. Idcirco igit̃
deus poteſt hic eſſe ſubiectũ:non tamẽ in aliqua ſcientia philoſophica. Et ideo bene dicit Auicẽ.ꝙ
deus nõ eſt ſubiectũ illius ſciẽtię:immo ex iis & de numero eorũ quę quęrunt̃ in ea:quia an deus
ſit nõ poteſt cõcedi in illa ſciẽtia:q̃a nõ eſt manifeſtũ per ſe,vt infra videbit̃.Speculatio autẽ de pri
L cipiis nõ eſt niſi inquiſitio de ſequẽtibus ſubiectũ illius ſciẽtię.¶Ad quartũ,ꝙ ſubiectũ in ſcientia
Ad quartũ. debet habere principia,partes,& paſſiones: Dicẽdum primo ex parte principiorum:ꝙ hoc accidit
ſciẽtię,ꝙ ſcilicet cõſideret prĩcipia,quę ſunt principia ſubiecti:quia ſcilicet ſubiectũ eſt compoſitũ,
ſicut eſt corpus mobile in naturalibus:cuius principia.ſ.materiã & formã cõſiderat naturalis.Vn
de prima philoſophia quæ eſt de ente ſimpliciter vt de ſubiecto:nõ cõſiderat principia aliqua ſub
iecti:quia non habet vlla.ens eñ ſimpliciter vt dicit Auicẽ.primo Metaphyſicę ſuę,nõ habet prin
cipium:ſed eſt principiũ aliquibꝰ entibus.quapropter illa ſciẽtia nõ inquirit principia entis abſolu
te:ſed alicuiꝰ entiũ:ſicut faciũt alię ſciẽtię particulares.Vnde ſolum ſcientiarũ particulariũ quę cõ
ſiderant aliq̃d ens particulare creatum,eſt conſiderare principia ſubiecti(quia illud principia habe
re poteſt )non autem ſcientiæ vniuerſalis , ſiue quæ conſiderat de ente ſimpliciter, quod conti
net ſub ſe omne ens: ſiue ſit principium ſiue principiatum : vt Metaphyſica: ſiue quæ conſiderat
de primo principio cuiuſlibet entis , vt eſt iſta ſcientia : quia tale ſubiectum non habet principia.



Vnde ſup illd̃.i.Phyſi. Intelligere & ſcire cõtingit circa oẽs ſciẽtias. quarũ ſunt prĩcipia aut cauſę
aut elemẽta ex horum cognitione.dicit cõmẽ.Dixit quarum ſunt:quia artiũ ſpeculatiuarũ,quædã
ſunt de rebus carentibus principiis:& hęc eſt diſpoſitio ſcientię de primis principiis cuiuſlibet en
tis.vnde ſi talis ſcientia quæ non habet principia ſubiecti:conſiderat aliqua prĩcipia:illa ſunt prin
cipia aliquorũ quę cõſiderantur in ſcientia poſt ſubiectum.ſcd̃m ꝙ dicit Auicẽ.de prima philoſo
phia,ꝙ conſideratio in ea de principiis nõ eſt niſi inquiſitio de cõſequẽtibus ſubiectũ ex parte par
tium ſubiecti.Cõſimiliter poteſt dici ꝙ hoc nõ eſt verum:quia.ſ.ſubiectũ ſciẽtię debet habere par
tes:niſi de ſcientiis habẽtibus ſubiectũ cuius ſunt partes integrales vel ſubiectiuę,vel quaſi partes.
ſcd̃m ꝙ dicit Auicẽ.ꝙ entis inquãtũ eſt ens,q̃d eſt ſubiectũ primę philoſophiæ,q̃ſi partes ſunt ſub
ſtantia,qualitas,quãtitas &c.huiuſmodi.Vnde in hac ſcientia quaſi partes ſubiecti de quibus cõſi
derat ſciẽtia,inquãtũ de eis diſticte & diuerſa cõſiderat,poſſunt dici pater & fi.& ſpũs ſãct.Ex par
te paſſionũ Dicẽdum ꝙ circa ſubiectũ non oportet ꝙ inquirantur verę paſſiones:ſed aliqua quaſi
paſſiones.ſcd̃m ꝙ dicit Auicẽ.ꝙ ex eis quę ſunt enti quaſi accidẽtia ꝓpria cõſiderata in prima phi
loſophia:ſunt ſicut vnum & multũ:potẽtia & actus:vniuerſale & particulare &c.huiuſmodi.quæ
non oportet ꝙ re ſint accidentia circa ens inquãtum ens:quia tunc eſſent potius pars ſubiecti:vt
ſunt qualitas,quantitas,& cętera accidentia.Sed pro tanto dicuntur eſſe accidentia:quia modum
habent accidentis inquãtum ſunt præter intẽtionem entis inquãtum ens eſt:& extra ipſam.& ſic
quaſi accidentia in hac ſcientia circa ſubiectũ eius q̃d eſt deus cõſiderata, ſunt ſapiẽtia,bonitas,&
cętera diuina attributa:& proprietates diuinę. Circa etiam ea quę vt materialia conſiderantur in
hac ſcientia:bene poſſibile eſt ꝙ verę paſſiones & accidẽtia ſpeculẽtur circa illa in iſta ſcientia:vt.ꝙ — M
corpora humana reſurgent. ¶Ad quintũ,ꝙ iſta ſcientia non poteſt ſupponere de deo quid eſt:Di — Ad quintũ.
cendũ ꝙ quid eſt pręcognitio ſupponẽda nõ eſt quid eſt res,q̃d quidẽ quid eſt pertinet ad rationẽ
definitiuam,quę eſt ſermo quiditatis & eſſentię in creaturis:& tale q̃d eſt de ſubiecto nõ debet ſup
poni ſed quęritur:ſed q̃d eſt q̃d de ſubiecto debet ſupponi ſolũmodo eſt quid dicitur ꝑ nomen.ſe
cundum ꝙ cantat litera in principio Poſter.Dupliciter pręcognoſcere neceſſariũ eſt.alia nãq; quia
ſunt,opinari neceſſe eſt:alia vero q̃d eſt q̃d dicitur,intelligere.Et hoc modo bene poſſibile eſt dice
re de deo,quid.ſ.eſt q̃d hoc noĩe deꝰ dici intelligit̃:quoniã tale aliquid,quo maius excogitari nõ po
teſt.vt dicit Anſel.Vnde dicit Auguſt.Oẽs latinę linguę ſocios cũ aures eorũ ſonus iſte tetigerit, — N
mouet ad cogitandũ excellentiſſimã quãdã immortaleq; naturã. ¶Ad ſextũ,ꝙ forma ſimplex nul — Ad ſextum.
li poteſt eſſe ſubiectũ: Dicendum ꝙ verum eſt accidentiũ verorũ,q̃d Boethius intendit.Vnde ſta
tim ſubiungit ꝓ cauſa dicti ſui.Formę vero ſubiectę eſſe non poſſunt.Nã ꝙ cęterę formę ſubiectę
accidentibꝰ ſunt:hoc facit materia.Cõſiderationi vero & ſcientiæ forma maxime habet eſſe ſubie
ctũ:quia nihil ſcitur niſi per formã,ſecũdum philoſophũ.An autem in creaturis:& quomodo for — O
ma ſine materia poſſit eſſe ſubiectũ accidentium,de hoc erit ſermo inferius.¶Ad ſeptimũ,ꝙ ſcien — Ad ſeptimũ.
tia non excedit ſubiectum:Dicendum ꝙ aliquid excedit ſubiectum:aut quia non ſit de natura &
eſſentia ſubiecti:aut quia nullam habet relationẽ,ſiue attributionẽ ad ſubiectum,ſiue vt effectus,
ſiue vt paſſio:vel aliquo alio modo.Primo modo quęlibet ſcientia excedit ſubiectum ſuum:non ſe
cundo modo.Non eñ ſcientia ſolum cõſiderat quę ſunt de natura ſubiecti & de eſſentia eius:ſed
etiam conſiderat omnia illa quę attributionem & relationem aliquã habent ad ipſum:& manudu
cũt ad aliquã notitiã habẽdam circa ſubiectum: quæ omnia pertinẽt ad materiã ſciẽtię:vt ſunt illa
quę cõſiderat hoc ſcientia circa creaturas & ideo dicit Philoſophꝰ.Vna autẽ ſciẽtia eſt:q̃ eſt vnius
generl ſubiecti:quęcũq; ex primis cõponit̃:& partes & paſſiones horũ ſunt ꝑ ſe. Vnde & partes &
principia & paſſiones oĩa ſimul cadunt ſub vnius ſcientię cõſideratione.ſcd̃m ꝙ dicit in principio
iiii.Metaphyſicę.Vnius ſciẽtię eſt conſiderare de ente & de eis quę ſunt entis ꝑ ſe.¶Ad octauũ de — P
Hu.& ad nonũ de Caſſiod.reſpõdẽt aliqui ex illo dicto Diony.de ecclia.hierar.In tria diuidunt̃ ſup — Ad.8.&.9.
mũdanę ratiões oĩs diuini intellectus:in eſſentiã virtutẽ & operationẽ. dicẽdo ꝙ ſcd̃m hoc de ſub
iecto theologię tripl̃r eſt loqui:q̃m primo mõ ſubiectũ theologię deꝰ eſt.Secũdo modo Chriſtꝰ:qui
eſt dei virtꝰ,& dei ſapiẽtia.i.Corit.i.Tertio mõ opus reſtauratiõis humani generis factũ ꝑ Chriſtũ.
Sed iſta diuerſitas nõ põt ſtare:q̃a ſicut vniꝰ virtutis nõ poſſunt eẽ formalit̃ plura obiecta:Sic nec
vniꝰ ſciẽtię plura ſubiecta.vt patet ex p̃dictis.Et eſt friuolũ aſſumere illã aſſignationẽ ex dictis Dio
ny.q̃m partes illius diſtinctiõis Diony.prĩcipaliter reſpiciũt cauſam efficientẽ theologiæ. Subiectũ
autem ſcientię pertinet ad cauſam materialẽ: cui minime appropriari poſſunt conditiones agẽtis.
Vnde dicendũ ꝙ Hug.loquit̃ ibi nõ de ſubiecto ꝓprie dicto huiꝰ ſciẽtię:ſed de materia eiꝰ:quę ad
ad ampliꝰ extẽdit̃ q̃ ſubiectũ.Eſt eñ opꝰ recreatiõis:materia prĩcipalis huiꝰ ſciẽtię.& opꝰ creatiõis
eſt materia ſciẽtiarũ ſeculariũ,q̃d tñ ſcd̃m aliã rõnẽ & attributionẽ ad deũ,bñ põt eẽ pars materię

p.iiii.

huius ſcientię.Non enim competenter poſſet oſtendi hominis lapſus & reparatio,niſi oſtẽderetur
prima rerū creatio:ſicut dicit Hug.in prin.ſententiarū ſuarū.Et per eūdẽ modū materiā nō ſubie
Q ctum huius ſcientię ponit Caſſiod.Chriſtum totum caput & mẽbra.¶Ad decimū ſcd̄m Auguſt.
Ad decimū. dicendū,ꝙ loquiṫ cõmuniter de materia vt ſubiectū ſciẽtię ſub ſe cõtinet,& etiā ea q̄ ſunt ipſi ſub
iecto attributa.Res enim ſunt & illa quibus fruendū eſt:vt eſt ipſe deus:& vt ſunt tres perſonę di
uinę:quę pertinent ad rationẽ ſubiecti huius ſcientię.Res ſunt illa etiā quibus vtendū eſt:vt ſunt
R cętera oīa.Signa autem ſunt ſacramẽtalia myſteria: quę omnia ꝑtinent principaliter ad materiam
Ad vndeci- huius ſciẽtię.¶Ad vltimū:ꝙ cõmune cõtinens omnia declarata in ſcientia debet dici ſubiectū:Di
mum. cendū ꝙ verū eſt quãdo non ſecūdum aliquā rationẽ propriā vni,qđ primo per ſe & principaliter
cõſiderat,conſiderat oīa alia cõtenta in ſcientia:ſed oīa ſecūdum rationẽ cõmunẽ omnibus contẽ-
tis ī ſciẽtia.ſicut Metaphyſica ſcd̄m Auicẽ.nihil cõſiderat ſecūdū aliquā rationẽ particularẽ entis:
vt ſubſtãtiā ſecundū ꝙ ſubſtantia eſt:neq; quãtitatem ſecundū ꝙ quãtitas eſt:& cętera huiuſmo-
di:ſed vnūquodq; illorū ſub ratione qua eſt ens.& ideo ens ſimpliciter,debet dici ſubiectū:non ali
quod ens particulare:ſubſtãtia vel accidens. Et in ſolo iſto caſu habet veritatẽ ꝙ ſubiectum ſciẽtię
debet eſſe aliquid vnum,vniuocū vel analogū ad omnia illa quę determinanṫ in ſcientia.ſed quan
do ſcientia conſiderat aliquod determinatū primo per ſe & principaliter ſecūdum ſuam naturam
propriā & determinatā:& cætera omnia nō niſi per relationem & attributionẽ eorum ad illud:ſi-
cut iſta ſcientia deū conſiderat:& omnia alia ab ipſo,vt patet ex prædictis:non debet poni aliquid
cõmune ad omnia cõtenta in ſcientia eſſe ſubiectum eius:ſed illud ſolum qđ principaliter & per ſe
conſiderat:& propter qđ omnia alia ad ſcientiam illam reducūtur:ſicut ſi prima philoſophia prici
paliter cõſideraret ſubſtantiā ſcd̄m ꝙ ſubſtãtia eſt:& nō ſolū ſecūdū ꝙ ens eſt: & accidẽtia oīa nō
niſi per attributionẽ ad ſubſtãtiā:tūc ſubſtãtia ſola nō ens ſimpliciter ponereṫ eſſe ſubiectū in illa.

S CIrca ſecūdū arguiṫ,ꝙ iſta ſcientia ſit vniuerſaliter de quolibet ſcibili, vt de ma
Quęſt.ii. teria quā cõſiderat.Primo ſic.Sciẽtia illa q̄ eſt omniū vniuerſalis ꝑfectiſſima:cu
Argu.i. ius maxime eſt ſcire:debet cõſiderare de oibus.ſcd̄m ꝙ dicit Philoſophus.i.Me
taphyſicę. Scire quidem maxime omnia habenti vniuerſalẽ ſcientiā neceſſariū
2 eſt.Scientia iſta eſt huiuſmodi:vt habitū eſt ex ꝑdeterminatis.ergo &c.¶Secū-
do ſic. huius ſcientiæ eſt conſiderare de eis quibus poteſt acquiri dei cognitio:
quia ad illam principaliter tendit,vt ſupra habitum eſt.ſed ex omni creatura cognitio dei acquiri
In oppo.pri. poteſt:inquãtum in qualibet eſt diuinum veſtigium.ergo &c. ¶Ad oppoſitū arguitur primo ſic.
de eo qđ eſt ꝓpriū ſciẽtię particularis nō debet cõſiderare ſciẽtia vniuerſalis.Nō eñ cõſiderat me-
taphyſica de eis quæ ſunt ꝓpria ſcientiis particularibꝰ ſub ipſa.vt de generatiõe aīaliū,lapidū &c.
huiuſmodi.Iſta ſcientia vt patet ex pręedeterminatis vniuerſalis eſt ad oẽs alias. Nihil ergo eorum
2 quę particulariter cõſiderant alię ſcientię,debet cõſiderare iſta.ergo &c. ¶Secūdo ſic.vbi ſufficit ſi
bi natura in vanum eſt ponere auxilium gratię.qđ eñ poteſt fieri per vnū,vanum eſt fieri per plu
ra.vnde ſi per legẽ poſſet fieri iuſtitia,ergo gratis mortuus eſt Chriſtus,vt dicit apoſtolꝰ.ſed natu
ra ſufficit ſibi ad omniū rerum naturalium ſcientiam.ergo ad illam ſciendam non eſt danda ſcien-
tia per gratiam.talis eſt hæc ſcientia.ergo &c.

T ¶Dicendum ad hoc:ꝙ quæcūq; in ſcientia cõſiderantur,aut conſiderãtur in ipſa
Reſponſio. vt ſubiectū pricipale ſciẽtię,aut vt materia eiꝰ.Et differunt in hoc materia & ſubiectū,ꝙ ſubiectū
eſt illud qđ primo cadit in notitia ſciẽtię tanq̄ eius ꝑ ſe obiectū:& cuiꝰ notitia principaliter intẽdi
tur. Materia vero generaliter eſt omne illud pręter ſubiectū qđ in ſciẽtia cõſideraṫ propter aliquā
attributionẽ ad ipſum ſubiectū ſub ratiõe qua ſubiectū eſt,vt dictū eſt in q̄ſt.pręced. Et ſumiṫ iſta
differẽtia in arte ad imitationẽ eorū quę reperimus in natura.In ſcientia eñ dicūtur aliqua ſubie-
ctum & materia : quia ſubiiciunṫ tanq̄ obiectū conſiderationi intellectus:ad modū quo in natura
dicūtur ſubiectū & materia aliqua: quia ſubiicīūtur tanq̄ ſuſceptiuū operi naturę.Ars eñ imitaṫ
naturā.vt diciṫ.ii.Phyſi.Nūc autẽ in natura ſic differūt materia & ſubiectū:vt vult cõmẽ.ſup.iiii.
Metaphy.quia materia dicit qd in potẽtia ſimpl'r. Subiectū vero dicit qd in actu vno modo,& alio
modo in potẽtia. Materia eñ inquãtū materia oīno eſt in potẽtia & ad formā ſubſtãtialẽ & ad ac-
cidẽtalẽ:penitꝰ carẽs actu.Subiectū vero inquãtū ſubiectū eſt in actu ſub forma ſubſtãtiali: & in po
tentia ſolū ad aliquā formā accidentalẽ. Secūdum hunc ergo modū ſubiectum dicitur in ſciẽtia id
qđ aliquo modo eſt in actu cognitū,inquãtū de ſubiecto oportet ſupponere & ꝑcognoſcere ſi eſt &
qd eſt,vt dictū eſt ſupra.Et qđ ecõtrario alio modo eſt ī potẽtia cognitū inquãtū vlterior cognitio
V de ipo in ſciẽtia inueſtigãda eſt,vt dictū eſt ſupra. Materia vero ꝓprie debet dici ī ſciẽtia id qđ nul
lo modo ſupponiṫ in ſciẽtia vt cognitū:ſed vt oīno cognitio eiꝰ in ſciẽtia inueſtigãda eſt:nō ſcd̄m



id qđ eſt:ſed inquantū in ſe habere põt rõnẽ ipſius ſubiecti:vt dictū eſt: ita ꝙ ſubiectū ſciẽtię actu
de ſe importat rationem illam ſecundum quā omnia cõſideranṫ in ſcientia: & ſecundum illam id
cui principaliter conuenit aliquo modo eſt actu ꝑcognitum in illo: aliquo aūt modo in potẽtia vt
cognoſcaṫ. Materia autem ſciẽtiæ de ſe eſt in potentia vt in ipſo conſidereṫ ratio illa.Et per hoc re
ducunṫ ad illam ſcientiā:vt ratio illa ſit quaſi forma ſubſtantialis per quā aliquid cadit ſub ſcien-
tia,ꝑ quā conſiderantur omnes alię rationes tanq̄ formę accidentales:ſecundum quas cognitio in-
ueſtigaṫ in ſciẽtia.Et ſcd̄m hoc qa ſolus deus habet in hac ſciẽtia illā rõnem ex ſe: & alia non niſi ꝑ
attributionem ad ipſum:ſolus deus igitur debet dici ſubiectum huius ſcientię:alia vero oīa ma
teria eius:vt patet ex pręedeterminatis. Cum igitur hmōi ratio ſecundū quā ſit cõſideratio in hac
ſcientia:& ſecūdū quā vt dictū eſt ſupra accipitur vnitas eius,per ſe eſt ſolius dei:cęteris autem nõ
conuenit niſi per quãdam attributionem ad ipſum:pręter deum ergo de nullo cõſiderat iſta ſcien
tia vt de ſubiecto:ſed vt de materia ſolū:& hoc non niſi eo ꝙ aliā habet attributionem ad ipſum:
ſecundū rõnẽ qua deus cõſideratur vt ſubiectū eius.Deus aūt ſubiectū huius ſcientię eſt non quo
cunq; modo cognoſcẽdi ipſum. Cum eñ habeat cognoſci cognitione naturali acquiſita ex creatu
ris:& cognitiõe glorioſa ex ſeipſo per ſpeciẽ apertæ viſionis:& cognitiõe media per fidẽ in ęnigma
te:Primo modo cognoſci habet ex ſcientiis phicis cõmuniter a fidelibus & infidelibus:Secūdo mo
do in vita futura ſolūmodo a beatis:Tertio mō a fidelibꝰ in vita ꝑſenti:& ex hac ſciẽtia & ſub iſto
modo cognoſcẽdi ipſum ſolū eſt ſubiectū huius ſcientiæ:vt infra dicetur.quæcūq; ergo cadūt ſub
iſtius ſcientię conſideratione: hoc eſt inquantū ſe habẽt ꝑ aliquā attributionem ad deum:vt ad ip
ſum qui eſt primum fidei obiectum:& per hoc huius ſciẽtię fidei ſubiectum: & ita inquantum ca
dunt ſub fide:non inquantū cognita vel cognoſcibilia ratione naturali. Nunc autem ita eſt in eis
quę ſunt fidei:ꝙ ſicut omne ens diciṫ ens inquãtū in ſe habet ſimilitudinẽ primi entis.ſ.dei,inquã-
tum.ſ.omne aliud ens eſt ſecundū aliquā attributionẽ ad ipſum:ex qua participat rationem entis:
ſic in eis quæ ſunt fidei non dicitur aliquid tale niſi inquantū in ſe habet aliquam rationem primi
obiecti fidei.ſ.dei,inquantum.ſ.ipſe eſt primū credibile: & hoc ſit ſecūdum aliquā attributionẽ ad
ipſum:qua.ſ.participat rationẽ credibilis.Rationem autẽ primi credibilis habet deus:inquãtū fide
tenetur eſſe ens per ſe exiſtens,nullo indigens: a quo omnia procedunt vt a creatore primo:& ad
quẽ oīa ordinanṫ vt ad vltimū glorificatorem:& cętera hmōi.Nihil ergo cadit ſub conſideratio
ne huius ſcientię,niſi inquantū eſt relatum ad deum:vt a deo exiſtens per creationem:vel per ipm
conſiſtens ſecundū gubernationẽ:vel ad ipſum ordinatū ſcd̄m glorificationẽ &c.hmōi. vt per hoc
ſe habeant in ratione credibilis. ¶Dicẽdū igitur ad quęſtionẽ ꝙ omne ſcibile inquantū habet ratio X
nem credibilis,per attributionem aliquā ad primum credibile,qđ eſt ſubiectum huius ſcientię in-
quantum credibile eſt, ad iſtam ſcientiam pertinet. ſiqua autem ſunt alia ſcibilia quę ſub fide non
cadunt:neq; per fidem credenda eſſe determinantur ex hac ſcientia:omnino non ſunt de conſide-
ratione huius ſcientię:qualia ſunt q̄plurima quę propria ſunt ſcientiis phicis:quorum notitia eti
am ſi per fidem teneatur firmiſſime,in nullo ad credenda de deo adminiculatur: vt eſt notitia de
numero,ordine,& motu cælorum & cęterorum hmōi:quæ vt ait Amb.in Hexa.quia aliena ſunt
a noſtro ſtudio,& a diuinę lectionis ſerie:his q̄ foris ſunt relinquamus.Quid mihi(inq̄t)quærere
quę ſit menſura circuitus terræ,quẽ Geometrę.clxxx.ęſtimauerūt ſtadiorū? libẽter fateor me ne-
ſcire,qđ ſcire nihil proderit. Certe Moyſes eruditus in oñi ſcientia Aegyptiorū:ſed ſpm̄ dei acce
pit quaſi miniſter dei: inanem illam & vſurpatorię phiæ doctrinam veritatis ratione poſthabuit:
& ea deſcripſit:quę noſtrę fidei accõmoda iudicauit:ꝙ.ſ.terram fecerit deus:virgulta de terris:&
oẽm animam viuẽtem.An nō ille putauit dicẽdū quãtum de ſpatio aeris occupet vmbra terrę:cū
ſol recedit a nobis?quemadmodum lunæ globus incidens eclipſim faciat? quin quæ nihil ad nos:
quaſi nihil ꝓfutura ꝑteriit.Vidit eñ in ſpiritu ſancto:non illius iam marceſcentis ſapientię vani-
tates ſequendas:quę rebus inexplicabilibus mentẽ noſtram occupãt:viditq; ea opera potius deſcri
benda:quę ad veritatis ſpectarent profectum:non itaq;(vt ait Augu.de Tri.)quicquid ſciri ab ho
mine põt in rebꝰ humanis:vbi plurimū ſuperuacuę vanitatis,& noxię curioſitatis,huic ſciẽtię tri-
buens:ſed illud tãtummodo quo fides ſaluberrima:quæ ad veram beatitudinem ducit:gignitur:
nutritur:defenditur:roboratur.Vnde & hiſtoria ſacræ ſcripturæ tam veteris, q̄ noui teſtamenti
non omnia geſta diuina in patribus ſanctis cõtinet: ſed illa ſolummodo quæ ſpiritus ſanctus fidei
profutura dictauit.Et quæ ſunt talia bene exponit Auguſt.v.ſuper Geñ. dicens.Solet quæri quæ
forma & figura cæli credenda ſit ſecundū ſcripturas noſtras.Multi eñ diſputant de his rebus:q̄s
maiori prudentia auctores noſtri omiſerunt ad beatam vitam nō ꝓfuturas diſcentibus,& occupā
tes,quod peius eſt,multum precioſa & rebus ſalubribus impẽdenda tẽporum ſpatia.Quid eñ ad

me pertinet:vtrum cælum ſicut ſphęra vndiqꝫ cõcludat terram in medio mũdi molem libratam
Y an ea ex vna parte deſuper velut diſcus aperiatur.Sed qa de fide agitur ſcripturę,breuiter dicen-
dum eſt de figura cæli hoc ſenſiſſe auctores noſtros:qđ veritas habet: ſed ſpiritũ dei qui per eos lo
quebatur noluiſſe iſta docere homines nulli ſaluti profutura.De motu etiam cæli nõnulli fratres
quæſtionem mouent:quibus reſpondeo, multum ſubtilibus ac laborioſis rationibus iſta perquiri:
quibus tractandis,nec mihi tempus eſt:nec illis eſſe debet , quos ad ſuam ſalutem & ſanctæ eccle-
ſię neceſſariam vtilitatem cupimus informari.Sola ergo talia quorum notitiam ſpiritus ſanctus fi
dei noſtrę dictauit ꝓfuturam,tanꝗ materia ſunt de cõſideratione huius ſcientię:ſiue pertineãt ad
rerum naturalium creationem:ſiue ad humanam reparationem : & hoc ſiue a prophetis conſcri-
pta ſũt:ſiue non.Cętera vero oĩa vt ſunt principaliter in aliis ſciẽtiis expoſita & determinata: licet
non pertineant ad iſtam ſciẽtiam:neqꝫ vt ſubiectũ:neqꝫ vt materia eius:ſi tñ ei in aliquo potuerint
Z eſſe proficua:in vſum eius libere ſunt aſſumenda:vt dictum eſt ſupra. Quidam autem attẽdentes
ad ea quæ tractantur in hac ſcientia:& non rationem diuerſam:ſecundũ quã aliqua cõſiderantur
in ea vt materia tm̃:aliud vero vt ſubiectum proprie dictum:generalius aſſignauerũt ſubiectum
huiꝰ ſciẽtiæ vt dictũ eſt.Hu.eñ de ſancto Victo.attẽdẽs ad illud qđ velut materia prĩcipalius tra
ctatᷣ in hac ſcientia:dixit materiam & ſubiectum eſſe huius ſcientiæ opus reparatiõis,qđ eſt Chri
ſtus:& eius ſacramẽta.& ſecundum Caſſiod.totus Chriſtus,caput & membra.& ſecundũ ipſos ſa
cra ſcriptura nõ tangit opus creationis:qđ eſt mũdus & eius elementa: niſi vt cõpetẽtius accedat
ad ea quę ſunt recreationis.Non enim conuenienter poſſet oſtendere,qualiter homo ſit reparatus
niſi prius deſcriberet qualiter ſit lapſus : neqꝫ qualiter ſit lapſus niſi prius oſtẽderet qualiter a deo
ſit inſtitutus:ad cuius declarationem opus fuit deſcribere vniuerſalẽ rerum creationẽ. Vnde qui-
dam alii attendentes ꝙ opus reparationis eſt principalis materia huius ſcientiæ : dicebant ſubie-
ctum eius eſſe determinãdũ per reſpectũ ad hmõi materiã : vt ꝙ deus non ſimpliciter debeat dici
ſubiectum huius ſcientię:ſed ſolũ inquantũ redẽptor aut reparator. Qđ nullo modo poteſt ſtare:
vt dictum eſt ſupra:quia tunc nullo modo opus creationis poſſet dici eſſe de hac ſcientia vt ma-
teria,cum non ſe habeat ꝑ aliquam relationem ſeu attributionem ad deum vt eſt redemptor : ſed
ſolum vt eſt creator.Tunc etiam ſcientia iſta fuiſſet dicenda habere aliud ſubiectum ante lapſum
ſi ſtetiſſent homines *in ſtatu* innocentiæ : quam vt ſibi neceſſariam habuiſſent : licet non literis
conſcriptam:ſicut fides eis neceſſaria fuiſſet:vt debet declarari loquendo de fide : & tamẽ deus vt
reparator:tunc ſubiectum eius dici non potuiſſet:quia nihil fuiſſet reparandũ. Aug.aũt attẽdens
ad totam materiam & creationis & reparationis,etiam ſub materia comprehẽdẽdo ſubiectum,di-
A cit ſacram ſcripturam eſſe de rebꝰ & ſignis veluti de quodam toto integrali.Eſt enim tota ſcriptu
ra ſacra de deo in opere creationis & reparatiõis manifeſtato.Quidam autẽ volentes hæc oĩa cõ
iuncta reducere ad totum quoddã vniuerſale:vt ad ſubiectũ cõmune continens oĩa quæ in hac
ſcientia tractantur:dicunt ſubiectum huius ſcientiæ eſſe ens diuinum: quia omne de quo tractat
hæc ſcientia:aut eſt ens diuinũ ꝑ eſſentiã:cuiuſmodi eſt ipſe deus trinitas:aut ꝑ participationẽ:vt
ſunt oĩa alia.qa ens diuinũ dicitur aliqd participatione quo ad eſſe:ſic ens diuinum dicitᷣ omne ꝑti
nẽs ad opus creatiõis:aut dicitᷣ aliqd ens diuinũ ꝑticipatione quo ad bñ eſſe:ſic dicitᷣ ens diuinum
omne ꝑtinens ad opus recreationis:& hęc ſunt oĩa de qbꝰ tractat hęc ſcientia.Si eñ tractat de pœ
B nis & peccatis:hoc eſt tanꝗ de defectibus & priuationibꝰ iſtorũ.Et patet ex p̃dictis : ꝙ non ſic tale
cõmune põt hic aſſignari ſubiectũ:qm̃ qñcũqꝫ aſſignatᷣ aliqd ſubiectũ tãꝗ vl'e cõe in ſciẽtia:oportet
ꝙ ea ꝗ in ſciẽtia ſub illo cõſiderantᷣ,nõ cõſiderentᷣ ſcđm rationes ꝓprias:neqꝫ ſecũdũ rõnẽ ꝓpriã ali
cuius illorũ:ſed ſcđm cõmunẽ rõnẽ ſubiecti:ſecũdũ ꝙ in pria pħia: vbi ens ſimpl'r eſt ſubiectũ: nõ
conſideratᷣ ſubſtantia ſecundũ ꝓpriã rõnẽ qua ſubſtãtia eſt:ſed ſecundũ rõnẽ cõmunẽ qua ens eſt.
ſimiliter neqꝫ qualitas,neqꝫ quãtitas,neqꝫ aliqđ aliorum.Si eñ ſecundũ ꝓpriã rõnẽ qua ſubſtantia
eſt:ſubſtantia ibi cõſideraretᷣ:& alia non alia ratione ꝗ ꝓpter attributionem & relationem eorum
ad ſubſtantiam:ſubſtãtia nõ ens ſimpl'r ibi ſubiectũ deberet poni. Quare cum ea quæ conſiderantᷣ
in hac ſcientia non conſiderantᷣ in ea ſecundũ rationẽ aliquã cõmunẽ quę non ſit propria alicuius
illorũ quę in ea conſiderantᷣ: Ratio vero eſſe diuini etſi cõmunis ſit oĩbꝰ quodãmodo vt dictũ eſt:
illa tamẽ eſt ꝑ ſe ꝓpria alicui illorũ.ſ.deo:& nõ conuenit aliis niſi ꝑ attributionẽ ad deũ:Deus igitᷣ
ipſe non aliqd cõmune ſcđm rõnẽ cõem ad ipſum & ad alia acceptum debet poni hic ſubiectũ:mo
do contrario ei qđ cõtingit in prima pħia:vbi ens ſimpliciter non aliquod ens vnum ſubiectũ po-
nitur:vt prędictum eſt.¶Ex quo etiã patet ꝙ non valet aſſignatio qua alii aſſignãt ſubiectum cõ
mune ens credibile.Licet enim nihil conſideratur in hac ſciẽtia niſi ſub ratiõe credibilis: illa tamẽ
eſt vnius eorum quæ conſiderantur in hac ſcientia:& primo ei conuenit ſecundum propriam ra-



tionẽ ſuã:vt deo ſcđm ꝙ deus eſt:qui eſt primũ credibile. Et p̃terea ratio credibilis nõ dicit rẽ aliã
conſideratã:ſed modum conſiderandi ſolum:& cõmunitas ſubiecti & ratio eius non eſt ſumenda
ex parte modi conſiderandi:ſed ex parte rei conſideratę.Ex quo vlterius patet ꝙ licet deus non cõ- C
ſideratur in hac ſcientia niſi ſub ratione qua cognoſcibilis eſt per fidem & credibile quoddã:non ta
mẽ ſecũdũ ꝙ aliqui ęſtimare poſſent,deus debet hic poni ſubiectum nõ ſimpliciter: ſed cum deter
minatione credibilis:dicẽdo ꝙ deꝰ ſit ſubiectum huius ſciẽtię nõ ſimpliciter dictꝰ,ſed vt cognoſci-
bilis ab homine ꝑ fidẽ:ad differentiam cognitionis qua cognoſcibilis eſt a philoſophis per natura-
lem rationem,& a beatis per ſpeciem.Hoc eñ non eſt conueniens dicere:quia illa determinatio cre
dibilis non dicit niſi modũ cognoſcendi ex parte cognoſcentis. Rõ aũt ſubiecti non debet determi
nari niſi per id qđ de ipſo eſt cognoſcibile in ſcientia.Quare cum deus in iſta ſciẽtia ſit cognoſcibi
lis per fidem:& quo ad illa in qbus cognoſcibilis eſt a philoſophis naturali ratione vt iam dicetur:
& etiam quo ad illa in quibus cognoſcibilis eſt a beatis per ſpeciem:deus ſimpl'r & abſqꝫ determi-
natione omni,accipiendo ex parte cognoſcibilis,vt dictum eſt in p̃cedẽti q̃ſtione,debet poni ſubie-
ctum huius ſcientiæ:licet ex hac ſcientia cognoſci non habet aliqd niſi ſub ratiõe credibilis. Et ſic
quãtũ eſt ex parte modi conſiderandi poſſet dici ſubiectum huius ſcientiæ: non ſimpl'r.i.ſecundũ
oẽm modũ conſiderandi:ſed cum determinatione alicuius modi cõſiderandi particularis:dicendo
ꝙ deus eſt ſubiectũ huius ſcientiæ inquantũ habet rationẽ credibilis: vt dictum eſt:non tamẽ (vt
ſimiliter dictum eſt) debet credibile ſimpliciter poni ſubiectũ. Ex quo vlteriꝰ patet modus vnꝰ dif
ferentiæ huius ſciẽtiæ ad quãlibet aliam.Alię eñ omnes,res conſiderant naturali rõne ſecundum
id qđ ſunt:iſta autem conſiderat per fidẽ quęqꝫ:& non niſi ſub ratione qua credibilia ſunt,nata au
tem manuductione fieri intelligibilia:nũꝗ tamẽ circa ipſa fidẽ oĩno euacuãdo:vt habitũ eſt ſupra.
¶Ad illud qđ primo arguitur, ꝙ iſta ſcientia debet de omnibus cõſiderare : quia D
eſt perfectiſſima:Dicendum ſecundum iam dicta:ꝙ cum de ratione huius ſcientię nihil ſit conſi- Ad primum
derare niſi ſub ratione credibilis:hoc non eſt de ĩpfectione ſua ſi non conſideret de omnibus:videli principale.
cet non de illis quæ fidei nõ ſunt proficua: quæ idcirco ſpũs ſanct.noluit ſpeculari neqꝫ deſcribi in
hac ſcientia ſub ratione credibilis:ſicut non dicitur ſcientia naturalis imperfecta:licet non conſide
ret omnes paſſiones & proprietates magnitudinis:quia illæ excedunt rationem ſubiecti,& cõſide-
rationis ſuę modũ.Nõ eñ cõſiderat naturalis magnitudines:niſi vt ſunt termini corporis natura
lis mobilis.plures aũt ſunt paſſiones magnitudinis abſtractę:quas conſiderat Geometra.Immo de
perfectione huius ſcientiæ eſt ꝙ non conſiderat multa ꝗ aliæ ſciẽtię cõſiderãt:quia.ſ.ea pauca quę
cõſiderat ſufficiẽtia ſunt ei ad cõſecutionẽ finis ſui:& alia p̃termittit tanꝗ ad illud ſupuacua & p̃ E
ternéceſſaria.¶Ad ſecundũ ꝙ ex oĩ creatura põt acqri dei cognitio: q̃re ꝑtinent oẽs ad cõſideratio Ad ſecundũ
nẽ huiꝰ ſciẽtię:Dicẽdũ ſecundũ iã dicta:ꝙ hic acqritᷣ cognitio dei nõ quocũqꝫ mõ:ſed vt eſt cogno
ſcibilis prĩo ꝑ fidẽ:deinde ꝑ ſupnaturalẽ ĩtelligẽtiã: nõ ꝑ purã rõnẽ naturalẽ.Licet ergo q̃libet crea
tura valeat ad cognitionẽ dei ꝑ naturalẽ rõnẽ:inquãtũ in ipſa ẽ aliꝗ imitatio dei:qa tñ nõ q̃libet va
let ad cognitionẽ dei ſupnaturalẽ,ꝗ ĩ iſta ſciẽtia q̃ritᷣ ꝑ fidẽ:vt dictũ eſt ſupra ſcđm Ambr.&Aug.
ideo iſta ſciẽtia nõ cõſiderat de qualibet creatura:neqꝫ de oĩ ſcibili de quo cõſiderãt alię ſcientię
vt de ꝓpria materia:licet ꝓpter veſtigiũ dei in creatura poſſit cũ opus eſt in vſum ſuũ aſſumere
quęcũqꝫ ſunt ſcibilia in creaturis:& per oẽs ſciẽtias pħicas ſcita: vt ſupra determinatũ eſt. Eſt eñ F
accidens huic ſciẽtię & p̃ter modũ & naturã eius,ꝙ ex creaturis notitiã inueſtiget creatoris.¶Ad
cuius intellectũ notãdũ:ꝙ alio & alio ordine de deo,& de creaturis eſt cõſideratio in hac ſciẽtia &
in aliis:quia in hac ſciẽtia prima eſt cõſideratio dei:poſtrema vero creaturarũ.ordine eñ ſibi pro-
prio eiꝰ eſt ꝓcedere ex notitia dei ad notitiã creaturarũ:ex creditis prĩo circa deũ, eliciẽdo credẽda
cõſequẽter circa creaturas:vt ꝑ fidẽ habitã prĩo circa deũ, hõ fidelis reſpuat circa creaturas qcqd
cõtrariatᷣ creditis circa deũ:& approbet qcqd illis cõgruat:ſicut tactũ ẽ ſupra.Alię vero ſciẽtię ecõ
trario prĩo cõſiderãt creaturas:& ex illis ꝓcedũt ad cognitionẽ dei:ita ꝙ ĩ nulla earũ deꝰ p̃t eẽ ſub
iectũ:ſed q̃ſitũ tm̃:nõ ſolũ qd ſit re,ſed & an ſit.In hac aũt ſciẽtia ecõuerſo nullo mõ de ĩpo põt eẽ
q̃ſitũ an ſit:ſed hoc in prĩa ſuppoſitiõe fidei poni neceſſe eſt:& ideo deꝰ,& nõ aliud,ſubiectũ põt eẽ
huiꝰ ſciẽtię:vt habitũ eſt.& ex hoc maxime contingit ꝙ iſta ſciẽtia pfectiſſima ſit & nobiliſſima:qa
ſcientię dei quã ipſe habet de ſe & de aliis rebꝰ,ꝗ eſt pfectiſſima & nobiliſſima,ſimillima ẽ.Sicut.n.
deꝰ ſeipm̃ cognoſcẽdo prĩo,cõſequẽter ĩtuetᷣ oĩa alia:ſic & ex iſta ſciẽtia de deo acqritᷣ notitia primo
& prĩcipaliter,& ex cõſequẽti de creaturis. vt ſic ꝑ hãc ſciẽtiã fiat in hoĩe quodãmõ imago q̃dã ſa
piẽtię diuinę:ſcđm ꝙ de illuſtratione ex hac ſciẽtia dicit Apl's.ii.Corin.iii.Nos vero reuelata facie
gloriã dei ſpeculãtes in eãdẽ imaginẽ trãſformamur a claritate in claritatẽ tãꝗ a ſpũ dei . vbi dicit
Gloſ.Nos credẽtes reuelata facie.i.exq̃ſita rõne. Speculantes gloriã dei.i.glorioſum dñm.In eandẽ

imaginē traſformamur.i.vt dei imago & dii.i.ſiles deo ſim⁹. Tāq̄ a dn̄i ſpiritu.i.ducti a deo. A cla-
ritate in claritatem.i.a claritate maioris cognitionis dei in claritatem minorem cognitiōis creatu-
rarum. Vnde bene competit proprietati huius ſcientię qđ dicit Auicen.de deo in.iiii.Metaph.ſuę.
Non poteſt fieri demonſtratio de deo:ſed ipſe eſt demonſtratio de omni qđ eſt. Vnde perſcrutari
volens & pertractare ſcibilia huius ſcientiæ,primo debet tractare ea quæ ſunt cōſideranda de deo
vt de ſubiecto huius ſcientię.deinde conſequenter de aliis relatis ad deum : vt de creaturis,q̄ ſunt
materia huius ſcientiæ.quē quidē modum nos obſeruabimus in proſequendo. ¶Ad argumēta in
oppoſitum oportet reſpondere: quia nituntur oſtēdere ꝙ nihil conſideratum & cognitum ex alia
G ſcientia ductu naturalis rationis poteſt eſſe materia huius ſcientiæ vel fidei obiectum. ¶Ad pri-
mum ꝙ iſta ſcientia quia eſt vniuerſalis non debet conſiderare ea quæ ſunt aliarum ſcientiarum:
Dicendum ꝙ eſt quędam ſcientia vniuerſalis ratione rei conſideratę in ratione ſubiecti:quędā ve-
ro ratione modi cōſiderandi.Ratione rei conſideratę ſcientia illa dicitur vniuerſalis:quę conſiderat
rationes rerum vniuerſales:& generales earum proprietates:quarum ſcientiæ particulares conſi-
derant rōnes particulares & particulares ꝓprietates:ſicut vniuerſalis ſciētia dicit̄ Metaphyſica q̄
conſiderat de vnoquoq; genere entis ſecundū ꝙ ens eſt:non ſecundū ꝙ tale ens eſt:& generales ꝓ
prietates oīm entium,quę ſunt vnū multū actus potentia &c.hmōi.cum ſcientię particulares ſub
ipſa conſiderant diuerſa entia particularia,& particulares proprietates eorum:vt determinat pħs
iiii.Metaph.Ratione autem modi cōſiderandi dicitur ſcientia illa vniuerſalis: quę ſuperiori & ge-
neraliori modo conſiderat entia:cum ſcientię ſub ipſa conſiderant ea modo inferiori & determina
to magis.Sicut in propoſito ſacra ſcriptura vniuerſalis dicitur ad omnes alias ſcientias humanas:
quia ſpeculat̄ ſua ſpeculāda, lumine fidei & diuinę reuelationis:cum alię ſcientię nihil ſpeculātur
niſi lumine naturalis rationis:ſecundum ꝙ de hoc habitum eſt ſuperius.Loquēdo de ſcientia vni-
uerſali primo modo, bene verum eſt ꝙ non habet conſiderare ea quę ſunt particularium ſcientia
rum:neq; iudicare:quia ſunt extra rationem ſui ſubiecti.Eſt enim ſubiectum Metaphyſicę ens in
quantū ens:non inquantum tale ens eſt.& ideo extra hoc qđ conſiderat illa ſcientia vniuerſalis de
quolibet genere entis inquantum eſt ens,debēt eſſe ſcientię particulares:quæ conſiderant diuerſa
genera entis,inquātū talia entia ſunt.De ſcientia vero vniuerſali ſecūdo modo hoc nō eſt verum:
quia nullū ens particulare rationē ſubiecti ei⁹ excedit:quia om̄e ens quātūcūq; particulare, dū tn̄
rōnē credibilis habeat:per attributionē ſe habet ad deū in iſta ſcientia. Sic em̄ oīa q̄ habēt rationē
credibilis:& ꝑtinēt ad materiā hui⁹ ſciētię cōprehēdunt̄ ſub ſubiecto huius ſciētię qđ deus eſt:nō
vt ꝑtes eius vel accidentia:ſed vt ad ipm̄ aliqualiter ordinata:vnde iſta ſciētia vſq; ad vltima ſin-
gula quarūcūq; rerū ſpeculat̄:dū tn̄ ad notitiā fidei ꝑtineāt : & in hoc iſta ſciētia multū in vtilitate
H & poteſtate excedit primā pħiam. ¶Ad ſecūdū ꝙ naturalis inueſtigatio ſufficit ad notitiā oīm re
rū naturaliū,ergo nō debet ꝑtinere ad hāc ſciētiā fidei: Dicēdū eſt ad hoc ꝙ licet iſta ſciētia princi
paliter eſt de iis q̄ facultatē hūanę rōnis excedunt:vt ſuppleat in nobis notitia fidei: id ad qđ natu
ralis notitia nō pōt attingere:vt eſt circa deū:ꝙ ſit trinus & vnus: & circa creaturas eſt pria rerū
ꝓductio quā deſcribit Moyſes in pricipio Gen̄.&c.hmōi.Secūdario tn̄ bene eſt de illis ad quę etiā
naturalis ratio poteſt attingere:vt ſunt:deū eſſe vnū:& mūdū a deo factū:& cętera hmōi:quę pħi
in ſciētiis ſuis naturalis rōnis inueſtigatiōe tractauerūt. Amborū aūt notitia quātū ſpūs ſanct.op-
portunū nobis fore dictauit,ꝑ hāc ſciētiā nobis credēda ꝓponit̄:qđ ꝗdem nobis neceſſariū erat val
de & opportunū:qđ patet quātū ad ea q̄ excedūt facultatē naturalis rōnis ex ſupra determinatis
circa neceſſitatē hui⁹ ſcientię.niſi em̄ illa q̄ naturalē rationē excedūt ꝑ iſtā ſciētiā fidei nobis eſſent
reuelata:qcq̄ qđ de illis cogitare poſſet humana fragilitas nō haberet:vt dicit Augu.ſer.i.ſup Ioā.
quare nec deſiderio aliquo ad illa obtinēda tēderet.nihil em̄ deſideratur niſi cognitū.Quia igitur
homo naturaliter ordinatur ad obtinenda illa quæ naturalem rationem excedunt : vt em̄ dicitur
in Eſa.Oculus non vidit deus abſq; te:q̄ pręparaſti diligentibus te.qđ expreſſius dicit Apoſtolus
Oculus non vidit:nec auris audiuit:nec in c.h.aſ.q.p.d.d.ſ.& ad alia nō poſſet attingere niſi ea di
ligendo & deſiderio ſuo ad ipſa tēdendo : vt illa aliquando attingere poſſet:neceſſe fuit ex diui-
na prouidentia illa hominibus per iſtam ſcientiam reuelari.de quibus dicit̄ Eccli.iii. Plurima ſup
I ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi.& hoc principaliter propter quinq;.Primū vt homo ex cæleſtiū
& ęternorum cognitiōe excitaretur ad eorum amorem.Secūdū vt ex hoc per amorē cęleſtium re-
traheretur ab amore terrenorum.Tertium vt per hoc exigua quę de æternis docet hæc ſcientia:
diſceret homo cogitare eximia.Quartum vt credendo aliquid eſſe ſuper id quod eſt & quod po-
teſt cogitare,diuina & cæleſtia reuerenda cognoſceret.Quintum vt confunderetur humana teme
ritas,quæ naturali ingenio omnem præſumeret poſſe inueſtigari notitiam.ſecundum ꝙ om̄ia hęc



patent ex ſupra determinatis. Quantum vero ad illa quæ ſubſunt naturali rationi : patet ſi K
militer ꝙ opportunum erat nobis ea proponere per hanc ſcientiam : quia etſi ſingula na-
turalia & plurima de deo cognoſcenda naturali rationi inueſtiganda ſubſunt, ad eorum ta-
men notitiam inueſtigandam ipſa ſibi non ſufficit : vt non ſit ſuperuacuum & vanum ho
mini credenda proponere. Aliquibus ſcilicet propter naturalem indiſpoſitionem ad veritatis
profundæ inueſtigationem. De quibus dicit Philoſophus ſecundo Metaphyſicæ,ꝙ triſtantur
per ſermonem perſcrutatum, & odiunt illum : quia non poſſunt comprehendere eum. vbi
dicit Commentator. Et iſti ſunt impoſſibiles vt addiſcant. Aliquibus vero propter errorem in
ipſis inductum ex praua conſuetudine vel prauis moribus paſſioni obediendo : quibus ani-
ma fluctuat : vt non ſit apta ad veritatis inquiſitionem : quia vt dicit Philoſophus ſepti-
mo Phyſicorum, ſedendo & quieſcendo anima hominis fit prudens. vel prauis opinionibus
a iuuentute acquieſcendo. Iſtis enim vt dicit ſecundo Metaphyſicæ,inopinabile videtur id ad
quod non ſunt aſſueti. quibus fabuloſa magis ſunt applicabilia animo q̄ rerum veritates.
vbi dicit Commentator. Iſti cum concedunt prima : non concedunt ea niſi inquantum famo-
ſa : ita ꝙ ſi accideret ꝙ contraria ipſorum eſſent famoſa, negarent illa. Aliquibus autem
propter ſegnitiem, refugientibus ſcilicet laborem. Qui quidem modus impedimenti maxi-
mus eſt in hominibus carnalibus in veritatis inueſtigatione : ſecundum ꝙ Auguſtinus ex-
cuſans ſe ad Manichæos, ꝙ non ex ſeueritate, ſed ex charitate redarguat, dicit in princi- L
pio contra epiſtolam fundamenti. Illi in vos ſæuiant : qui neſciunt cum quo labore verum
inueniatur : qui neſciunt q̄ rarum & arduum ſit carnalia phantaſmata piæ mentis ſerenita-
te ſuperare : qui neſciunt cum quanta difficultate ſerenatur oculus interioris hominis vt
poſſit intueri ſolem ſuum : qui neſciunt cum quibus ſuſpiriis,& gemitibus fiat: vt ex quan-
tulacunq; parte poſſit deus intelligi. In aliquibus quidem propter temporalium occupatio-
nem : quia vt dicitur Matthæi.xiii. Sollicitudo iſtius ſeculi & fallacia diuitiarum ſuffocant ver
bum. Et idem ſuper Ioan. ſermo.viii. Homines in aliud intenti perdiderunt conſiderationem
operum dei. De quibus dicit Origenes. in Homil. ſuper Gen̄.xxv. Vereor ne forte qui ne-
gligentes ſunt : nec bibant de puteo vitę nec reficiantur : ſi occupationibus vacent : & cogi-
tationibus quas ſecum deferunt, & diſcedant a ſcripturarum puteis ſitientes. Deinde cer-
te in aliquibus propter cognitionis incertitudinem quæ per ſenſus a ſenſibus trahitur. pro-
pter quam plurimum inueſtigationi humanæ rationis fragilitas admiſcetur: cum veritatem
ſe credit inueniſſe : cuius ſignum eſt ꝙ ſapientes mundi ſibimet ipſis in q̄plurimis contra-
riati ſunt. Quia igitur vt ex omnibus his patet humanum genus ad veritatis notitiam inue M
ſtigandam etiam in eis quæ ſubſunt naturali rationi ſibi nō ſufficit:oportuit circa eadem ei ꝑ iſtā
ſcientiā via fidei fixam certitudinem & puram veritatem denunciari de pluribus rebus tam natu
ralibus q̄ diuinis etiā naturalis rationis induſtria inueſtigabilibus: vt.ſ.cognitionis veritatis in eis
quę ſunt neceſſaria ad ſalutem:oēs de facili participes eſſe poſſint: ad quorum regulam cętera oīa
tam in naturalibus q̄ diuinis cognoſcerent inueſtigari debere.Propter qđ recipientibus talem ſciē
tiam dicit Apoſtolus Ephe.iiii.loquens de Chriſto.Et ipſe(inquit)dedit quoſdam ꝗdem apoſtolos
quoſdam autem prophetas:alios vero euangeliſtas: alios aūt paſtores & doctores ad cōſummatio
nem ſanctorum in opus myſterii,in ædificationem corporis Chriſti: donec occurramus omnes in
vnitatem fidei:in agnitionē filii dei:in virum perfectum & menſuram ætatis plenitudinis Chriſti
vt iam non ſimus paruuli fluctuantes:& non circūferamur om̄i vento doctrinę in nequitiam ho-
minum:in aſtutia ad circūuentionem erroris. Et ſequitur poſt modicum. Hoc ergo dico & teſti-
ficor in domino : vt iam non amplius ambuletis ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus
obſcurati, inhærentes intellectui, alienati a via dei propter cæcitatem cordis eorum : qui ſe-
metipſos tradiderunt impudicitiæ. Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum : ſi tamen illum au-
diſtis : & in illo edocti eſtis, ſicut veritas eſt in Ieſu. Vbi dicit Gloſſa. Hos dictos miniſtros N
dedit vt caueant ſibi a conſuetudine antiquæ gentilitatis a tempore fidei. Et ideo dicit dominus
Eſaiæ octauo. Cum dixerint ad vos : Quærite a Phytonibus, & a diuinis, qui ſtudent incanta-
tionibus ſuis:ad legem magis : & ad teſtimonium. vbi dicit Gloſſ. interlinearis. Ad legem, ſci-
licet occurrite,in qua inuenietis veritatem: & ad teſtimonium ſcripturæ quæ non fallit. Docuit
autem dominus ad legem currere tanq̄ ad illud in quo erat certum quid tenendum oculis ſi-
ne lege circa varia vagantibus & errantibus. Propter quod dicit Apoſtolus Roma.ſecundo.
Requieſce in lege.Gloſſa. Non vageris erroribus, certus quid debeas obſeruare : ſicut vagan-

tur illi qui ſunt ſine lege: & ideo multipliciter laborant:ſecundum ꝙ de illis dicitur Eccl'i.x.Labor
ſtultorũ ꝑdet eos qui neſciunt in vrbem pergere.Vnde plus ſolidę veritatis de ſecretiſſimis dei,&
neceſſariis ad ſalutem modo ſcit vna vetula q̃ antiquitus ſciuerũt omnes philoſophi. Quod bene
promiſit dominus dicens per Eſa.prophetã.Ponã vniuerſos filios tuos doctos a domino: & per ſe
cognoſcent me a minimo eorum vſq; ad maximum.

## Articu.XX. Quomodo in Theologia de deo & de diuinis locutio ſit habenda:& quomodo intellecta de eis ſit exponenda.

Artic.XX. QVoniã vt ait Aug.i.de doct.criſtiana, res quibus vtitur oĩs
tractatio ſcripturarum ſunt modus inueniendi quæ intelligenda ſunt:
& modus proferendi quæ intellecta ſunt: Inuento igitur quę & qualia
ex ſacra ſcriptura intelligenda,ſiue cognoſcẽda ſunt:quomodo.ſ.Theo
logia ſit ſcientia de deo,& de rebus diuinis:& quomodo deus & diui
na in ea ſunt intelligenda & cognoſcẽda: ſequitur videre quomodo de
deo & de diuinis in iſta ſcientia locutio ſit habenda:& ita quomodo in
tellecta de eis ſunt proferenda.Et circa hoc quęruntur quatuor.

Primum:vtrũ ſermone humano de deo,& de rebus diuinis debeat vti
hæc ſcientia.

Secundum:vtrum indifferenter loqui debeat de eis ſignificando ea re
bus & vocibus.

Tertium:vtrum loqui debeat de eis ſermone proprio & claro:an figuratiuo & obſcuro.

Quartum:vtrum de eis loqui debeat ſermone ſimplici,an ornato.

P Queſt.i. Argu.i. CIrca primum arguitur ꝙ iſta ſcientia non debeat vti loquendo de deo & de re
bus diuinis ſermone cõmuni humano.Primo ſic.illo ſermone nõ debet vti hęc
ſcientia loquendo de deo,& de rebus diuinis,qui eſt cauſa erroris circa illa:q̃a
ſcientia omnis eſt vt dirigat ſermonem contra errorem. ſermo humanus eſt
huiuſmodi:quia eſt impoſitus rebus naturalibus:ſignificãs diſpoſitiones & na
turas earum,quę non attribuunt̃ diuinis rebus & deo niſi per errorem. quare
non poteſt vti ſermone humano:loquendo de deo & de rebus diuinis:niſi attribuendo eis diſpoſi
tiones & naturas hmõi,quę per ipſum ſignificant̃:quia quandocũq; loquimur de aliquibus:attri
buimus eis proprietates,quas ſignificant verba quibus loquimur:quę deo nõ niſi per errorem poſ
2 ſunt attribui.ergo &c.¶Secundo ſic:ſigna ad placitum inſtituta per pactiones & conſenſiones ho
minum non inducunt in notitiam vlteriorem q̃ ad quã ſignificandam inſtituta ſunt : vt ſi circu
lus eſt inſtitutus ad ſignificandum vinum:nunq̃ inducit ad cognoſcendum in cellario eẽ bladum
ſed omnis ſermo humanus eſt ſignum inſtitutum ad placitum per hominum pactiones & conſen
ſiones:quia ſermo omnis ſymbolum eſt : vt dicit Philoſophus in de ſenſu & ſenſato, & ſecundum
ꝙ dicit Auguſt.de doctri.chriſtiana lib.ii.omnes hę ſignificationes(& loquitur de ſignificationibꝰ
vocũ & literarũ)pro ſuę cuiuſq; ſocietatis cõſenſiõe animos mouẽt.ſed nõ eſt inſtitutus niſi ad ſi
gnificandum conceptus naturali cognitione comprehenſos:quia nemo imponit nomẽ niſi eis quę
nouit.ergo non poteſt ducere in conceptus ſupernaturales comprehendendos.omnes autem cõce
In oppoſitũ. ptus huius ſcientię ſunt ſupernaturales quia fidei:vt patet ex habitis ſupra.ergo &c.¶In contra
rium eſt illud.xvii.de ciui.dei. Deus per hominem more hominũ loquitur.& loquitur ibi Augu.
de modo locutiõis huius ſcientię.ergo &c.&.lxxxiii.q.q.xxi.dicit.Diuinę ſcripturę a terreno & hu
mano more ad diuinum & cęleſtem nos erigentes vſq; ad ea verba deſcenderunt: quibus inter ſe
etiam ſtultiſſimorum vtitur conſuetudo.

Q Reſponſio. ¶Dicendum ꝙ alia eſt iſta quæſtio: an iſta ſcientia debet vti de deo & de rebus
diuinis loquẽs ſermone humano:& illa,an deus poſſit ſignificari ſermone humano:de qua erit ſer
mo inferius:vbi erit diſputatio de diuinis nominibus:an ſcilicet deꝰ ſit noĩabilis. ſiue enim deꝰ ſit
nominabilis proprio ſermone:ſiue nõ:bene cõtingit dubitare an nominibus rerum naturaliũ vtẽ
R dum eſt in ſcientia quę de deo,& de diuinis rebus tradit notitiam. ¶Intelligẽdũ eſt igitur ad quæ
ſtionem propoſitam:ꝙ cum ſermone ad hoc vtitur ſciẽtia:vt per eum doceat de rebus: ſermo au
tem non docet quia vox eſt:ſed quia ſignificatiuus exiſtens,non ſimpliciter : ſed ei qui doceri de
bet.Vnde græcus per dictiones latinas doceri non poſſet:quia licet ſint ſignificatiuæ aliquibus:ei
tamen non ſunt ſignificatiuæ.propter qđ dicit Phus.iiii.Metaphy.Neceſſe eſt vt ſermo loquentis



ſit ſignum de aliquo apud ipſum qui loquitur:& apud alium cum quo loquitur.Nunc autem ita
eſt:ꝙ ſermo homini non eſt ſignificatiuus niſi humanus:qui eſt ſignificatiuus earum paſſionum
& conceptionũ quę ſunt in anima,quas de rebus ſibi cognitis concepit. quia vt dicit Philoſophus
vii.Meta. qui non definit & diſcernit aliquid:non poteſt ei nomen imponere : qm̃ non erit notum
ei.vbi dicit Cõment.Qui neſcit rem:non ponit ei nomẽ.Nullus em̃ ponit nomen rei quam neſcit.
Si em̃ eſſet ſermo aliquis qui eſſet ſignificatiuus cõceptionũ ſupernaturaliũ de rebus ſupernatura
libus:quas oculus humanus nõ vidit:nec auris audiuit:nec in cor hominis aſcendit:ille non eſſet
humanus, nec homini ſignificatiuus : vt eſt homo in puris naturalibus conſtitutus:& ſola natu
rali cognitione informatus:ante.ſ.fidei inſtructionem:quę debet fieri in eo per hanc ſcientiam.Sciẽ
tia ergo iſta ſi debeat hominem iam inſtitutũ in ſcientia pure naturali docere ſcientiam ſupernatu
ralem de deo:& de rebus diuinis:neceſſe eſt eam vti ſermone humano:& per ipſum effari homini
diuina:q̃a aliter ei effari ea omnino eſt impoſſibile.Et hoc eſt qđ dicit Damaſc.in prin.ſententiarũ
ſuarũ.Oportet eum qui de deo vult dicere & audire,manifeſte ſcire ꝙ neq; omnia ſunt ineffabilia
quæ ſunt catholicæ diſputationis:neq; omnia effabilia.multa em̃ quę de deo obtuſe intelliguntur
non integre enũciari poſſunt:ſed ea quę nota ſunt ſecũdũ nos,cogimur in his quę ſunt ſupra nos
dicere.Scire enim oportet(vt dicit ibidẽ)ꝙ nos homines exiſtentes:& groſſas carnes indutos diui
nas & excelſas & immateriales diuinitatis operationes intelligere & dicere impoſſibile eſt:niſi ima
ginibus & formis & notis quæ ſunt ſecundũ nos,vſi fuerimus.Dicẽdũ igit̃ abſolute:ꝙ iſta ſciẽtia S
de deo,& rebꝰ diuinis vti nõ debet niſi ſermõe hũano:nec põt: vt videlicet loquat̃ homini de rebꝰ
ſupnaturalibus & doceat ſciẽtiã ſupernaturalem per ſermonẽ de rebus naturaliter cognitis, tranſ
ferendo.ſ.nos a naturalibus nobis notis ad ſupernaturalia naturaliter nobis incognita:& quaſi per
nota notificando nobis ignota.ſecundũ ꝙ dicit Diony.in prin.Angelicę Hierar. Non eſt poſſibile
animo noſtro ad non naturalẽ aſcẽdere cęleſtium contemplationem:niſi ea quę ſecundũ ipſum eſt
manuductione vtatur. Et Auer.exponens illud philoſophi in principio Phyſi.Materia appetit for
mam ſicut fœmina virum.dicit. Declarat quod intendit,per comparationẽ:quæ licet nõ vſitatur
in doctrina demonſtratiua:vſitatur tamen in rebus non ſenſibilibus:quę non intelligunt̃ niſi ꝑ cõ
parationẽ.Et hoc eſt qđ dicit Aug.in prin.de Tri.Scriptura ſacra paruulis cõgruẽs nulliꝰ generis
verba vitauit:ex q̃bus quaſi gradatim ad diuina atq; ſublimia noſter intellectus velut nutritus aſ
ſurgat. Nã verbis ex rebꝰ corporalibus ſumptis vſa eſt cũ de deo loq̃ret̃:q̃bus ſignificaret illud qđ
ita non eſt:ſed ita dici opus eſt:ſicut eſt: Pœnitet me feciſſe hominẽ.De rebꝰ aũt q̃ om̃ino nõ ſunt
nõ trahit aliqua vocabula.Eſt tñ aduertẽdũ: ꝙ nõ ea laxitate & libertate aſſumit in vſum ſuũ ver
ba locutionis humanę ſacra ſcriptura:nec licet expoſitoribus eiꝰ vti eis in quãta vtunt̃ eis mũdi ſa
piẽtes in ſciẽtiis mũdanis:imo ſicut in cognoſcẽdo,oĩa q̃ ſunt huius ſciẽtiæ ad regulã fidei ſunt di
rigẽda:ita & in eloquẽdo.Propter qđ frequẽter ignorãtes modũ huius ſciẽtię in ſermone eius tur
bant̃:ſecũdũ ꝙ dicit Aug.xi.de ci.dei.Liberis vocibus loquunt̃ Phi:nec in rebus ad intelligendum
difficillimis offenſionẽ religioſarũ auriũ ꝑtimeſcũt.Nobis aũt ad certã regulã loqui fas eſt:ne ver
borũ licentia:& de rebꝰ q̃ hic ſignificãtur:impiã gignãt opinionem.ſcđm ꝙ dicit lib.i.cõtra aduer
ſariũ legis & ꝓphetarũ.In libro no.teſt.deſunt verba quę ſi ſic accipiant̃ ſicut in hoĩbus intelligi ſo
lẽt:nullo mõ cõgruũt diuinitati,& grauẽ pariũt offẽſionẽ: ſicut ibidẽ declarat ꝑ plura exẽpla.Vñ
etſi ſcriptura ſacra verbis vtat̃ coĩbꝰ:tñ ſicut eodẽ idiomate vtẽtes diuerſę natiões diuerſos habẽt
modos & regulas loquẽdi ſecũdũ linguas ſuas: ſic & ſacra ſcriptura modũ habet ꝓpriũ quo aliter
vtitur verbis eiſdem q̃ vtant̃ ſciẽtiæ ſeculares.Vt ira quę motum animi turbati ſignificat in ali
ſcientiis,in hac ſciẽtia circa deũ opus exprimit diuinę vindictæ.Vt em̃ dicit Aug.ſuper illud Ro.
ii.Theſaurizas tibi iram,perſpicuũ eſt irã in deum non cadere:ſed clementiſſimũ ad vindictã nſis
vitiis ꝓuocari.Et ideo dicit ſup illud.Reuelat̃ ira dei.Quotiẽs irã dei legimus:non ꝑturbatio ani
mi eius intelligenda eſt:ſed iudicium quo irrogatur pœna peccato.Vnde qui hũc modũ ſcriptu
rę ignorat,turbatur cum ſermone humano diuina pronunciat.ſecundum ꝙ dicit idem ſuper Ioã.
ſer.x.loquens de ſacra ſcriptura.Linguã(inquit)ſuam habet:quicũq; hanc linguam neſcit:turbat̃.
quare ſicut familiaritate conuerſandi cũ illis quorũ lingua diſcenda eſt : modus loquendi eoꝝ co
gnoſcit̃:& ꝑ hoc ea q̃ ab ipſis dicunt̃ intelligunt̃:ſic familiaritate cõtracta ex freq̃ẽti vſu cum hac
ſcientia,modus eius capitur:& quę abſurda videtur in ea intelligũtur. Proptereaquod dicit Greg.
in princi.iiii.Moral.Veritatis intelligentia cum per cordis humilitatem quęritur legendi aſſidui
tate penetratur.Sicut em̃ ignotorum hominũ facies cernimus & corda neſcimꝰ:ſed ſi familiari eis
locutiõe cõſtigimur,vſu colloquii etiã eorũ cogitationes indagamꝰ:ita cũ in ſacro eloqo ſola hiſto
ria aſpicit̃:nihil aliud q̃ facies videtur.Sed ſi huic aſſiduo vſu cõſtigimur,eiꝰ nimirũ mẽtẽ:quaſi ex

locutionis familiaritate penetramus.dum eñ alia ex aliis colligim[9],facile in eius verbis cognoſcimus aliud eſſe quod intimant:aliud quod ſonant.

T Ad primum principale. ¶Ad primum in oppoſitum:ꝙ ſermo humanus eſt cauſa erroris in diuinis: Dicẽdum ꝙ verum eſt:ponendo in diuinis eſſe proprietates rerum naturalium: quibus primo nomina ſunt impoſita.Quia tamẽ inquãtũ proprietates illę in rebus naturalibus exiſtẽtes exemplata ſunt a paradigmate formarum exemplariũ diuinarum:in quibus verius habet eſſe vnũquodq̧ q̃ in rerum natura exẽpla:ppterea noĩa rebus impoſita quæ ſunt hic,manuducentia poſſunt eſſe ad cognoſcendum ea q̃ ſunt ibi: ſicut & res iſtę manuducentes ſunt ad cognoſcendũ illas quę ſunt ibi: ſecundum ꝙ dicit Diony.de di. no. Ex oĩm exiſtentium ordinatione quaſdam imagines,& ſilitudines diuinorum paradigmatũ habente in ſupmũ oĩm redeundũ eſt omniũ ablatione:& eminẽtia & oĩm cauſa.Vbi tangit triplicẽ modum,quo humana manuducunt ad cognoſcendum diuina.ſ. ablatione,eminentia,& cauſalitate.Quę etiam tãgit Damaſc.in illis tribus poſitis ſupra,imaginibus,formis,& notis.Cauſalitate enim deus cognoſcitur ex omni creatura imaginibus:inquantum creatura aliquã dei ſimilitudinem ſiue veſtigiũ exprimit:ſicut cauſatum cauſę. Eminẽtia vero cognoſcitur formis,inquãtum oĩs diſpoſitio formalis ad dignitatem, & nobilitatem ptinẽs pfecti[9] & eminentius inuenitur in deo q̃ in aliqua creatura.Ablatione autẽ cognoſcitur notis,inquãtum omnis diſpoſitio quæ notatur in creatura vt ſibi propria, defectum habet aliquem a diuina perfectione:ſecundum ꝙ de iſtis modis planius erit ſermo inferius in ſuis locis.

V Ad ſecundũ ¶Ad ſecundũ ꝙ ſigna non inducunt per inſtitutionem ad vlteriorẽ cognitionem q̃ ſunt illa ad quę ſignificãda ſunt inſtituta:Dicendũ ꝙ verum eſt ex ſignificationis pprietate.propria eñ ſignificatiõe oĩs ſermo humanus ſignificat diſpoſitiones rerum vt ſunt naturaliter natę ab homine cõcipi.Vnde voces nõ ſunt notę rerum niſi quia ſunt notę primo intellectuum conceptorũ de rebus. Et ideo propria ſignificatione nullus ſermo humanus facit notitiam alicuius cognoſcibilis ſupernaturaliter.Ex trãſlatione aũt quadã naturalium aut ſupnaturalium ſecundum dictos tres modos bene nomina rerum naturalium ſicut & ipſæ res poſſunt ducere in cognitionem ſupernaturaliũ: vt iam dictum eſt in parte:& amplius dicetur infra exponendo modos loquendi de deo.

A Quæſt. ii. Arg.i. Circa ſecundum arguitur ꝙ ſacra ſcriptura non debet loqui indifferenter ſignificando diuina rebus & vocibus:immo videtur vocibus magis:ſic.illud inducit magis notitiam alteri[9] ſignificãdo,qđ magis habet rationẽ ſigni illius:quia non inducit in notitiã ipſius neq̧ ſignificat ipſum niſi per hoc ꝙ rationẽ ſigni habet:quia illa facere eſt proprietatis ſigni:vt patet ex eius definitione.ſed voces ſignificatiuę rerum magis habent rationẽ ſigni ad indicandũ diuina q̃ ipſę res:quia vox eſt ſignificatiua ex eo ꝙ talis rationem ſigni habet: non ſic ipſa res: quia eſt quid ab-

2 ſolutum.ergo &c. ¶Secundo videtur ꝙ ſolis vocibus & non rebus debẽt ſignificari diuina:ſic.ſuperfluum eſt aliquid ſignificare p illud cuius ſignificatio intelligi nõ poteſt niſi expoſita per aliud qđ per ſe ſufficit illud ſignificare & ſignificationis ſuę intellectũ exprimere. Superfluũ eñ eſt fieri per plura qđ ęqualiter & cõpendioſius põt fieri per vnũ.quicqd de diuinis ſignificat̃ reb[9],ſignificari poteſt vocibus:nec intelligitur quid res ſignificãt:niſi id voces exprimant:quæ per ſe intellectũ ſignificationis ſuæ faciunt.Abſoluta eñ bouis ĩmolatio non daret intellectum quia Chriſtus ver[9] bos eſſet immolandus:niſi vox verbi vel mentis indicaret quia bos Chriſtum immolandum intel-

In oppoſitũ. ligere daret.ergo &c.¶In contrarium eſt Augu.ſer.xxv.ſuper Ioan. qui dicit ꝙ facta Chriſti ſunt verba:quia vt dicit ſer.xxiiii.ſunt diuina opera,& ad intelligendum deum de viſibilibus admonẽt humanam mentem:habent eñ linguã ſuã.Nã qa ipſe Chriſt[9] verbum eſt,etiam factum verbi verbũ e[illegible] & ſer.xxvii.Opus dei lingua eſt.

B Reſponſio. ¶Dicendum ad hoc.cũ ſecundum iam dicta,cognitionem acquirere non poſſumus ſupernaturalium niſi per notitiam quã habemus rerum naturalium:inquantũ effigies quędam & imago ſupernaturalium in naturalibus inuenitur: ſacra ſcriptura tradens nobis ſupernaturalium cognitionem , per illa debet nobis eloqui ſupernaturalia : quæ nobis expreſſius effigiem & imaginem ſupernaturalium poſſunt explicare.Nunc autem ita eſt ꝙ res ipſæ in ſeipſis veritatem continent diſpoſitionum & proprietatum:per quas ſupernaturalium ſunt indicatiua : voces aũt ſigna illarum ſunt:confuſe ex inſtitutione ipſas præſentãtia. Idcirco igit̃ res ipſæ verius diuina & ſupernaturalia explicãt q̃ earũ voces rebus ſupernaturalib[9] applicatę.Et ideo propriiſſimus modus loquendi ſacræ ſcripturæ eſt loqui rebus & factis:quia frequẽter ex proprietatibus rerũ & factorum poſſibile eſt hominem illa de diuinis coniicere:quę impoſſibile eſt verbis explicare.Congruit ergo primo ſumme in hac ſciẽtia,diuina p res & facta explicare:& hoc ex pte rei cognoſcẽdæ. Cõgruit etiã ſcđo ex pte auctoris hui[9] ſcię.talib[9] eñ ſignis debet loqui auctor in ſcia:quæ ſunt ſapiẽtię ſuę maxime indicatiua. talia ſunt poti[9] res q̃ verba:quia ipſe p ſuam ſapiẽtiam immediate ẽ cauſa rerum:non aũt cauſa humanoꝝ verboꝝ,niſi cum occaſione ſapiẽtię humanæ . Et ideo ſicut ſcientię humanę pprie debẽt deſcribi verbis ab humana ſapiẽtia inſtitutis:ſic iſta ſcientia debet deſcribi rebus a diuina ſapiẽtia datis.vnde & vniuerſa in ſe creatura eſt quaſi diuinę ſapiẽtię q̃dã ſcriptura. C Congruit etiã tertio ex pte cognoſcẽtis,cũ eñ diuina myſteria quæ tractat iſta ſcientia nõ ſunt omnibus pandẽda,ſic ſunt pponenda quõ apertius piis & deuote quęrẽtibus potuerunt ĩnoteſcere:impiis vero & faſtidiẽtib[9] occultari:hoc autẽ fit reb[9] & factis ea pponẽdo nõ vocib[9].Quia eñ voces id qđ ſunt nõ niſi ſigna ſunt:& nõ ſiſtũt intellectũ audiẽtis ĩ ſeipſis: ſed ad rei ſignificatę per ipſas intellectum dirigunt:idcirco quod vocibus proponitur omnib[9] pãditur,& ad percipiẽdũ p vocẽ aliud q̃ ipſa ſit auditor excitatur.Quia vero res ipſæ & res ſunt & ſigna:inquantũ res ſunt ſuiipſius intellectum inſinuãt determinate inſpicienti eas,ſiſtẽdo intellectũ eius in ſeipſis determinate.Inquãtũ vero ſigna ſũt ptẽdũt ĩtellectũ ĩdeterminatũ ppter diuerſas pprietates vniuſcuiuſq̧ rei,quibus diuerſa poſſunt ſignificari:& ideo nõ ſunt ſigna niſi ſtudioſis,ſigna rerum ad ſignificata applicare valẽtib[9]:& hoc in hac ſciẽtia nõ niſi diuinę gratię adiutorio aſſiſtẽte.Et ſic mod[9] loquendi per res & facta,per quas ſine magno ſtudio ſignificata comprehẽdi non poſſunt,conueniẽtiſſim[9] eſt huic ſcientiæ: vt occultẽtur myſteria eius indignis qui ĩueſtigatiõi diligẽtiam exhibere nolunt: & per illa quibus maxime nata ſunt pręſentari inueſtiganda proponuntur dignis.alicubi tamen ſolis factis & rebus loquitur:vbi.ſ.occultiora myſteria paucis reuelãda pãdunt̃.alicubi aũt verbis ſolũ:vbi.ſ.cõmunia omnibus neceſſaria:& ideo ab omibus capiẽda pponũtur.alicubi vero verbis & ſignis rerum cõmiſtim:vbi per aptiora opus eſt magis obſcura in parte explicare.ſecũdũ ꝙ ſacra ſcriptura omnibus cõgruẽs alicubi apta debet eẽ,alicubi vero obſcura,vt in ſequẽti queſtiõe dicetur.

D Ad pri. princi. ¶Ad primum in oppoſitum ꝙ vox magis ducit in notitiã rei: quia magis habet rõnẽ ſigni:Dicẽdũ ꝙ verũ ẽ ſimplicib[9],& ĩ notitiã rei ſimplicẽ acqrẽdã.Ad notitiã aũt pfectã acqrẽdã ſcđm cõditiões & pprietates cognoſcibilis puectis res magis hñt ſigni rõnẽ:& magis in notitiã ducũt diuinoꝝ:quoꝝ cõditiões nõ tã pfecte potuerũt exprimere voces ſicut res.vñ & moralia documẽta ſacra ſcriptura ĩ factis ſanctoꝝ frequẽter pponit poti[9] q̃ ĩ verbis:qa facta ſũt circa pticularia & ideo magis exprimũt cõditionẽ & modũ operãdi q̃ verba.ſecũdum ꝙ dicit Auguſt.de mẽdacio Diuiæ ſcripturę nõ ſolũ pcepta dei cõtinẽt:ſed & vitã moreſq̧ iuſtoꝝ,vt ſi forte occultum eſt quẽadmodũ accipiẽdũ ſit qđ pcipit̃, ĩ factis ſanctoꝝ intelligat̃.

E Ad ſcđm. ¶Ad ſcđm:ꝙ ſignificatũ reb[9] expſſi[9] ſignificat̃ vocib[9]:Dicẽdũ ꝙ verum eſt ſimplicib[9]:& indiſtincta expreſſione:puectis aũt & expſſione diſtincta vt dictũ eſt:meli[9] exprimũt res ipã cognoſcẽda circa diuina q̃ voces.Et ſi vocib[9] aliquãtulũ explicãt myſteria rebus ſignificata,nunq̃ tamen ita pfecte myſteria explicãt voces vt res ea indicãt:ita ꝙ p res ipãs ĩſpici põt qđ p voces apphẽdi nõ poteſt. Et ideo dicit Auguſt.ſup Ioan.ſer.xix. Aliq̃n ſermo deficit vbi intellectus proficit.

F Queſt. iii. Arg.i. Circa tertiũ arguit̃:ꝙ ſacra ſcriptura loq debet de deo & de reb[9] diuinis ſermone claro:nõ ſermone obſcuro.Prĩo ſic.doctrina ſapiẽtis facilis ẽ.hęc doctrina ẽ auctoris ſapiẽtiſſimi:qa dei:ad cui[9] nutũ eã cõſcripſerũt ſancti dei hoĩes,vt habitũ ẽ ſupra.ergo debet eẽ facillima.hoc aũt fit mõ claro & ſermone pprio:nõ figuratiuo & obſcuro eã deſcribẽdo.ergo &c.¶Scđo ſic.ſcĩa illa q̃ ſumme neceſſaria eſt oĩb[9] 2 mõ tali debet deſcribi,vt ab oĩbus poſſit capi:quia aliter fruſtrarentur ea multi. iſta ſcĩa eſt hmõi,vt patet ex dictis.ergo &c.¶In cõtrariũ eſt Chryſo.dicẽs ſup il- Inoppoſi. lud Matth.xxiii.Vę vobis qui clauditis regnum cęlorum.Nõ ſunt ſcripturæ clauſæ:ſed obſcuræ, vt cum labore inueniantur.

G Reſpõſio. ¶Dicẽdũ ad hoc : ꝙ ſcientia ſacræ ſcripturæ : quia eſt maximę neceſſitatis & ad oĩm ſalutẽ ẽ deſcripta debet oĩb[9] cõgruere,& oĩb[9] paſtũ neceſſariũ ſalutis miniſtrare.Et qa oẽ gen[9] hoĩm qđ ſcię ĩueſtigatiõi exponit̃,ĩ ſimplices diſtiguit̃ & puectos,ſic ergo debet deſcribi ſacra ſcriptura,vt ambob[9] cõgruat.Simplicib[9] aũt cõgruit:ſi ſmone deſcribat̃ claro & pprio:qa aliter nõ capiũt. puectis aũt ſi vtroq̧ mõ:& hoc plurib[9] de cauſis.Prĩa,vt obſcuritas eos detẽtos teneat:& claritas inſtruat.hinc dicit Aug.lxxxiii.q.q.liii. De[9] ad ſalutẽ aĩarũ ſic diuinos ſpũ ſancto moderatus ẽ libros,vt nõ ſolũ manifeſtis paſcere,ſed etiã obſcuris nos exercere vellet.Idẽ cõtra Adimã.Aliq̃n apte ponit̃ ĩ ſcriptura ipã diuiã auctoritas,aliq̃n aũt occultatur,vt & manifeſtis lector ĩſtruat̃ & exercitet̃ obſcuris.& ĩ fi.eiuſdẽ lib.Ex mltis q̃ apte ſcripta ſũt manifeſtat̃ nobis quõ illa ĩtelligũt̃ q̃ ſic ĩ illis libris poſuerũt,quõ figurate illis demonſtrata ſũt.Idẽ de vera rel.Iã vero ipẽ toti[9] doctrię mod[9]

partim apertiſſimus:ptim in ſilitudinibus in dictis in factis ĩ ſacramẽtis ad oẽm aĩæ inſtructionem
H exercitationẽq; accommodatus qd aliud q̃ rõnalis diſciplinę regulã impleuit? Nam & myſteriorũ
expoſitio ad ea dirigiẽ q̃ aptiſſime dicta ſunt:& ſi ea tm̃ eſſent q̃ facillime intelliguntur:nec ſtudio
ſe quęrereẽ:nec ſuauiter ĩueniretẽ veritas. Vnde ſecũda cauſa eſt: ne veritas clara omnino vileſcat:
& ſub obſcuro ſermone notitia inuẽta dulcior fiat,ſecundũ ꝙ Augu.dicit loquens de hoc,ſcdo de
doct.Chriſtiana capitu.ii. Quod totum prouiſum eſſe diuinitus non dubito ad edomandam la-
bore ſuperbiam & intellectũ a faſtidio reuocandũ:cui facile inueſtigata plerunq; vileſcũt:& cũ ali-
qua difficultate quæſita multo gratius inueniri,qui enim prorſus non inueniũt q̃ q̃runt,fame la-
borant:qui autẽ non quęrunt quia in prõptu habent, faſtidio ſępe marceſcũt:in vtroq; aũt lãguor
cauẽdus eſt.Magnifice igiẽ & ſalubriter ſpũs ſanct⁹ ita ſcripturas ſanctas modificauit,vt locis aper
tioribus fami occurreret, obſcurioribus aũt faſtidia detereret.nihil em̃ fere de illis obſcuritatibus
eruitur,quod non planiſſime alibi dictũ repiatẽ.Idem contra mendaciũ.Locutiões actioneſq; pphetí
cę ppterea figuris velut amictibus obteguntẽ,vt ſenſum pie quęrentis exerceant:& ne nuda & prõ-
pta vileſcant:nec inuidentẽ diſcẽtibus ꝙ his modis obſcurãtur:ſed commendantur magis: vt qua
ſi ſubtracta deſiderentẽ ardẽtius & inueniantur deſiderata iocũdius. Idem de mo. eccleſiæ. Multa
dicuntur ſubmiſſius,humi repentibus aĩs accõmodatius,vt p hũana in diuina conſurgant: multa
figurate,vt ſtudioſa mens & quęſitis exerceatur vtilius,& vberius lętetur inuentis. Idem de vera
innocẽtia. Bene ſunt ĩ ſcripturis myſteriorum pfunditates:q̃ ob hoc teguntẽ ne vileſcant:ob hoc q̃
I runtur vt exerceant: ob hoc aperiuntur vt paſcant. Et quia tunc efficacius paſcit:cum ex eadem
litera plures ſentẽtias parit:ideo ex pte obſcuritatis ẽ ſpecialiter prima cauſa,ꝙ debet ſcriptura ad
hoc eſſe obſcura,vt videlicet copioſior ſit in ſentẽtia.ſecũdũ ꝙ dicit Aug.xi.de ciui.dei. Sermonis
obſcuritas etiã ad hoc vtilis eſt,ꝙ plures ſententias parit:& in lucẽ notitię pducit:dum alius eũ ſic
alius aũt ſic intelligit.Secũda vero obſcuritatis ei⁹ cã eſt,vt ĩdignis & ſtudere faſtidiẽtibus lateat,ſe
cũdũ ꝙ de hoc dicit Chryſoſtom⁹,vbi ſupra Matth.xxiii.Obſcura eſt notitia veritatis,ne nõ tã vti
lis inueniatur q̃ contemptibilis.Contemptibilis enim eſt quæ ab illis intelligitur a quibus nec ama
tur:nec cuſtoditur.Non ergo abſcondita eſt in ſcripturis veritas:vt non inueniant qui quęrũt eã:
ſed vt non videant qui quærere eam nolũt:vt ad illorum quidem gloriam pertineat qui inueniũt
eam quia deſiderauerunt eam & quæſierunt:& inuenerũt: ad illoꝝ aũt cõdẽnationẽ,q nõ ĩueniũt
eã qa nõ deſiderauerũt eã,nec q̃ſierũt,nec ĩuenerũt.Nec põt eis eſſe excuſatio cõdẽnationis ignorã
tia veritatis,quibus fuit inueniendi facultas:ſi fuiſſet quęrendi volũtas. De hac cauſa obſcuritatis
dicit Diony.cap.ii.cęl.Hier.Hoc myſticis eloquiis eſt decentiſſimum, per incomprehẽſibilia diuina
ęnigmata occultare,& inuiam multis pandere ſacram abditamq; veritatem. Eſt enim non omnis
ſacer:neq; omnium eſt vt eloquia aiant ſancta.Et.i.de di.no.in fine. Apponamus ſanctis ſancta per
diuinam traditionem collocantes : & indoctis hoc & deridentibus auferentes.eſt enim diuina ho-
norifica ſcia,vt dicit in prin.Eccl.Hier.hæc incontaminata ab imperfectis cõſeruans:Sacris autem
ſolis cum ſacra illuſtratione ſancte & pulchre cõmunicans. Tertia vero cauſa eiuſdẽ ſecundũ Chry
ſoſto.ibidem ẽ:quia de⁹ voluit alios eſſe doctores:alios vero diſcipulos. Si autem omnes omnia ſci-
rent,doctor neceſſarius non erat:& eſſet ordo rerum cõfuſus. Eſt aũt aduertendum ꝙ dicta diuer
ſitas locutiõis ſacræ ſcripturę penes obſcurum & manifeſtum non ſolum in diuerſis ſermonibus:
ſed etiam in eodem ſermone eſt attendenda:vt frequenter contingit ꝙ ſenſum vnum habeat cla-
rum in ſuperficie exterius : alium autem obſcurum interius occultat in medulla.ſecundum ꝙ
dicit beatus Grego.in prol. moral. Diuinus ſermo ſicut myſteriis &c.vt ſupra dictum eſt.& Au-
guſtinus.vi.confeſ. Eo mihi illa venerabilior & ſacroſancta fide dignior apparebat : quo & omni-
bus ad legendum eſſet in promptu,& ſecreti ſui dignitatem in intellectu profundiore ſeruaret:ver
bis apertiſſimis & humillimo generę loquendi ſe cunctis præbens, & exercens intentionem: & vt
exciperet omnes populari ſinu, & per anguſta foramina paucos ad ſe traheret.

K Ad pri. princip.
¶Ad primum in oppoſitum ꝙ doctrina ſapientis facilis eſt:dicendum ꝙ verum
eſt quo ad hoc,ꝙ quanto quis melius intelligit aliquid tanto clarius illud exprimere & exponere
poteſt.Non tamen ex hoc ſequitur ꝙ quanto doctor eſt ſapientior,tanto clarius doctrinam ſuam
proponere debeat: quia eo modo debet eam proponere quo nouit eam magis proficuam lectori-
bus & auditoribus eius:& hac de cauſa iſta ſcientia habet claris obſcura cõmixta: quia hoc modo
L auditoribus magis eſt proficua,vt dictum eſt. ¶Ad ſecundum ꝙ ſcientia omnibus neceſſaria ab
Ad ſcdm. oĩbus debet ĩtelligi:& ita clare debet deſcribi:Dicẽdum ꝙ verum eſt quo ad illa quæ ſunt de neceſ
ſitate ſalutis.Et reuera quo ad talia tam in credẽdis q̃ in operandis iſta ſcientia clariſſima eſt.quan
tũ vero ad alia q̃ de ſalutis perfectione non ſunt: hoc non oportet : quia non expedit, vt dictũ eſt.



CIrca quartũ arguiẽ ꝙ iſta ſcia loqui debeat de deo & de rebus diuinis modo or- Quæſt.4.
nato & compoſito, Primo ſic.ſecũdũ Phm.ii. Eth.ſermones inquirẽdi ſunt ſecũ Arg.1.
dum materiam.vbi ergo materia eſt elegantior:& ſermo quo explicatẽ debet eẽ
elegãtior.elegãtiſſima eſt materia de deo & de reb⁹ diuinis.ergo ei competit ſer-
mo elegantiſſimus.ille maxime eſt ornatus & compoſitus.ergo &c. ¶Secũdo ſic. 2
illo mõ debet loqui ſcriptura quo veritatẽ efficaci⁹ ſuadere poſſit.ad hoc em̃ edi
ta eſt.hoc fit ſermone ornato,vt patebit in ſoluẽdo per Aug.ergo &c. ¶In oppo- In oppoſi.
ſitũ eſt Chryſoſtomus ſup illud Matthęi.xxiii.Quotiens volui congregare filios tuos.Oia(inquit)
verba diuina ruſtica ſunt & incompoſita.

¶Dicendũ ad hoc:ꝙ cũ ſecũdũ Platonem in ſecundo Timęi,vocis & auditus ra M
tio ad plenam vitę hoĩm inſtructionẽ data ſit:ſiquidẽ ſermonis eſt ordinata cõmunicatio vt pſto ſi Reſponſio
ant mutuę voluntatis indicia:tali ergo ſermone debet ſciẽtia vti quali efficacius poſſit inſtruere,&
materiæ ſuæ intentionem explicare,vt in ſermone diuino non tam qualiter q̃ quid dicatur atten-
datur:et vt in omnibus qualitas ſermonis quiditati rei explicandę deſeruiat. Diſtinguendum eſt
ergo de ſermonis cõpſitione & ornatu.aut em̃ eſt inſtructioni deſeruiens,vt melius inſtruat, &
intentum clarius exprimat:aut non:ſed magis inſtructioni & expreſſioni impedimẽtum prębeat:&
hoc vel ex parte pferentis:eo ꝙ nimia intentio circa pnunciationis modum frequenter obliuionẽ
faciat ſnĩarum.ſecũdũ ꝙ dicit Auguſt.iiii.de doct.Chriſtia.Cauẽdũ eſt ne fugiant ex aĩo quę dicẽ
da ſunt,dũ attẽdiẽ vt arte dicantẽ.vel ex pte audiẽtis,vt dulcedo ſermonis mẽtẽ audiẽtis demulcẽ-
do ad ſe rapiat:nec reb⁹ ĩpis attẽdere ſinat.Cõtra qđ dicit Aug.iiii.de doct.Chriſt.Bonoꝝ ĩgenioꝝ
inſignis eſt indoles in verbis verũ amare non verba.Quid em̃ pdeſt clauis aurea:ſi apire nõ põt qđ
volumus:aut quid obeſt lignea ſi hoc põt:qñ nihil q̃rimus niſi patere qđ clauſum eſt.vel ex parte
ipſius ſentẽtiæ proferẽdæ:quã frequẽter ſermonis cõpoſitio aut ornatus occultat:& ſermo incult⁹
oſtentat.In iſtis tribus vltimis modis iſta ſcia omnino negligit ſermonis cõpoſitionẽ & ornatũ, nõ N
ſolũ nõ curãdo de ſermonis decẽtia ĩ harmonia vocũ:ſed nec de ei⁹ cõgruẽtia ĩ vniõe dictionũ,qn
barbariſmũ,aut ſolœciſmũ mauult incurrere,q̃ ſniĩę integritati:& eius ampliori expſſioni in aliquo
derogare.Qđ etiã debẽt p poſſe doctores catholici obſeruare.ſm ꝙ dicit Aug.iiii.de doct.Chriſt.
In bonis doctorib⁹ tãta docẽdi cura ſit,vt verbũ qđ niſi obſcurũ vel ambiguũ latinũ eẽ nõ põt vul
gi more ſic dicatẽ,vt ãbiguitas obſcuritaſq; vitetẽ,nõ ſic dicatẽ vt a doctis:ſed poti⁹ vt ab ĩdoctis dici ſo
let.Si em̃ nõ piguit dicere ĩterptes noſtros Nõ cõgregabo cõuẽticula eoꝝ de ſanguinib⁹:qm̃ ſenſe-
rũt ad rẽ ptinere vt eo loco pluraliter enũciaretẽ hoc nomẽ,qđ ĩ latina ligua ſingulariter tm̃mõ dr,
cur pietatis doctorẽ pigeat ĩperitis loquẽtẽ oſſũ poti⁹ dicere q̃ os:ne iſta ſyllaba nõ ab eo qđ ſũt oſſa:
ſed ab eo qđ ſũt ora ĩtelligatẽ?Quid eĩ pdeſt locutiõis ĩtegritas quã nõ cõſequiẽ aĩ intellect⁹:cũ lo-
quẽdi oĩno nõ ſit cã:ſi qđ loqmur nõ ĩtelligũt ppter quos loquimur vt intelligãt:ſi tenet auditorẽ
diſcẽdi cupiditas: nec mẽtis capacitas deſit:q̃ quodãmodo intimata poſſit accipere: nõ curãte illo
qui docet quãta eloquẽtia doceat:ſed quãta euidẽtia.Cuius euidẽtię diligẽs appetitus aliqñ negli-
git verba cultiora:nec curat quid bene ſonat:ſed quid bene dicat atq; intimet qđ oſtẽdere intẽdit.
Vñ ait quidã cũ de genere talis locutiõis ageret,eſſe in ea quãdã diligentem negligẽtiã.Idẽ de eo- O
dẽ lib.iii.Plerunq; loquendi conſuetudo vulgaris vtilior eſt q̃ integritas literata. Mallem quippe
cũ barbariſmo dici non eẽ abſconditum oſſum meũ a te, q̃ vt ideo eſſet minus aptũ:quia magis la
tinum eſt.Nam qđ ſcriptũ eſt:Nõ eſt abſconditũ os meũ a te qđ feciſti in occulto:nõ lucet legenti
vtrũ correpta litera os pnunciet an pducta.Si enim corripiat,ab eo qđ ſunt oſſa:ſi aũt pducat,ab
eo qđ ſunt ora intelligitur. Vnde ꝙ hoĩes non obſeruata vocum compoſitione & congruentia fre
quenter offenduntur:hoc facit humana infirmitas:quia pietas non offenderetur. ſecundum ꝙ di-
cit lib.ii.Solœciſmus nihil aliđ eſt q̃ cum verba non ea lege ſibi coaptantur qua aptauerunt q prio
res nobis non ſine auctoritate aliqua locuti ſunt.vtrũ em̃ inter hoĩes an inter hominib⁹ dicatẽ,ad re-
rum nihil pertinet cognitionem.Item ibidem. Barbariſmus quid aliud niſi verbum non eis literis P
vel ſono enunciatum quo ab eis qui ante nos latine locuti ſunt enunciari ſolet? Vtrum autẽ igno
rare producta aũt correpta tertia ſyllaba dicatur, non multum curat qui peccatis ſuis deum vt
ignoſcat petit.Quid ergo eſt integritas locutiõis niſi alienę cõſuetudinis conſeruatio loquentium
veterum auctoritate firmata? Sed tamen eo inde magis offenduntur homines quo infirmiores
ſunt:quo doctiores fieri volunt non rerum ſcientia qua ędificantur:ſed ſignorum:qua non inflari
omnino difficile eſt:cum et ipſa rerum ſcientia ſæpe ceruicem erigat niſi dominico reprimatur iu
go.Dicit ergo in ſer.ii.ſuper Ioan.Non timeamus ferulas grammaticorũ,dũ tñ ad veritatẽ ſolidã
& certiorẽ pueniam⁹. Si vero ſermõis cõpoſitio & cõgruẽtia ſm nullũ dictoꝝ modoꝝ ĩpedimẽtũ

præbeat expreſſioni ſentētiæ,omnino vtilis eſt & curanda.ſecundum ꝙ dicit Auguſt.iiii.de doct.
Chriſtia.Illum oportet attēdere qui poteſt diſputare vel dicere ſapienter etiā ſi nō pōt eloquenter
vt proſit audientibus: etiam ſi minus,q̄ prodeſſet ſi etiā eloquenter poſſet dicere.Porro qui non ſo
lum ſapienter verum etiā eloquenter vult dicere, ꝑfecto plus proderit:ſi vtrūq; pōt.Qui ergo(vt
dicit in eodē)docet,vitabit verba omnia quæ non decent:& ſi ꝑ eis oīa q̄ intelligantur integra po
teſt dicere , id magis eligat:ſi aūt non poteſt , aut quia non ſunt:aut quia in præſentia non occur
runt:vtatur verbis minus integris:dum tamen ipſa res doceať & diſcernatur ītegre.Tamen ſic de
trahat ornatum vt ſordes non contrahat: quia per hoc ſumme impeditur in auditore promouen
da vtilitas.ſecundum ꝙ dicit in eodem ī principio.Cū per artem rhetoricā & vera ſuadeantur &
falſa,qs audeat dicere aduerſus mēdaciū in defenſionib⁹ ſuis inermē debere conſiſtere veritatē,vt
videlicet qui res falſas perſuadere conantur,nouerint auditorem vel beniuolum,vel intentum,vel
docilem primo facere:iſti autem non nouerint?Illi falſa breuiter:aperte:veriſimiliter:& iſti vera ſic
narrēt vt audire tędeat:intelligere nō pateat:credere poſtremo nō libeat.Illi fallacib⁹argumētis ve
ritatē oppugnent:aſſerant falſitatē:iſti nec vera defendere:nec falſa valeant refutare.Illi animos au
diētium ī errorem mouentes impellenteſq; dicendo,terreant,contriſtent:iſti pro veritate lenti fri
gidiq; dormitent.Quis ita deſipiat vt hoc ſapiat?Cum ergo poſita ſit in medio facultas eloquii:q̄
ad perſuadenda ſiue praua ſiue recta valet plurimum,cur non bonorum ſtudio comparatur vt mi
litet veritati:ſi eam ad obtinendum peruerſas vanaſq; cauſas in vſus erroris & iniquitatis vſur
pent.Vn̄ & taliū eloquentia maxime cauenda eſt.ſecundum ꝙ dicit Auguſtinus ī eodē ca.iiii.Af
fluit inſipienti eloquentia, tanto magis cauendus eſt:quanto magis ab eo in iis quæ audire inuti
le eſt delectatur auditor:& eum cū diſerte dicere audit:& vere dicere æſtimat.Sicut autē ſæpe ſu
menda ſunt arma ſalubria:ita ſemper vitanda eſt pernicioſa dulcedo.Sed ſalubri ſuauitate vel ſua
ui ſalubritate qd meli⁹?Quāto eñ magis illic appetiť ſuauitas,tanto ſalubritas facilius ꝓdeſt.Id
circo(vt ait cōtinuo)ſunt eccleſiaſtici viri qui diuina eloquia non ſolum ſapienter:ſed etiā eloquē
ter tractauerunt.Nec ſolum ipſi : ſed etiam noſtri auctores ſacri.ſecundum ꝙ de hoc mouet Au
guſtinus quæſtionem ibidem,dicēs.Sed qd eſt?ipſe liber canonis ſolum ſapienter non etiam eloquē
ter deſcriptus eſt.Cui quęſtioni reſpondet Auguſtinus cōtinuo dicēs.Quæ quidē quęſtio apd̄ me
facillime ſoluitur.Nā vbi eos intelligo,nō ſolū nihil eis ſapiētius,verū etiā nihil eloquētius mihi vi
deri poteſt.Et audeo dicere,omnes qui recte intelligunt qđ iſti loquūť,ſimul intelligere non eos lo
Q qui aliter debuiſſe.Sed quia hoc non vbiq; iuxta mundanam eloquentiam quę huic ſcientię nō cō
gruebat(vt ſuper illud primę Corinth.i.Non in ſapiētia verbi, bene exponit iſta Gloſ.Nō pſumit
Apoſtolus in ſcientia verbi prædicare &c.)Ideo quaſi diſtinctos modos eloquentię ſubdit.Sicut au
tem eſt quędam eloquētia quę magis ætatem iuuenilem decet q̄ ſenilem: Nam nec dicenda eſt elo
quentia ſi perſonę non cōgruat loquētis:ita eſt quędam quæ viros ſumma auctoritate digniſſimos
planeq; diuinos decet.Hac illi locuti ſunt:nec ipſos decet alia:nec alios ipſa.Ipſis enim cōgruit:aliis
autem quanto videtur humilior,tanto altius non vētoſitate:ſed ſoliditate tranſcendit.Vbi eos nō
intelligo , minus apparet mihi eorum eloquentia:ſed eam non dubito eſſe talem qualis eſt vbi in
telligo.Illud autem magis admiror,ꝙ iſti noſtra eloquentia vſi ſunt per quandam alteram eloquē
tiam,vt nec deeſſet eis:nec emineret in eis:quia eam nec improbari nec oſtentari oportet:quorū al
terum fieret ſi vitaretur: alterum putari poſſet ſi facile cognoſceretur : & in quibus forte a doctis
agnoſciť intelligas tanq̄ inſeparabilē non vocatam ſequi eloquentiam. Neq; enim hęc humana in
duſtria compoſita,ſed diuina mente ſunt fuſa ſapienter & eloquenter, non intenta in eloquentiam
ſapiētia,ſed a ſapiētia nō recedēte eloquētia.Si eñ qdā diſertiſſimi atq; acutiſſimi dicere potuerūt
quæ velut oratoria arte diſcuntur:quid mirū ſi & in iſtis inueniuntur quos ille miſit,qui fecit īge
nia?Quapropter eloquentes quidem nō ſolum ſapientes canonicos auctores noſtroſq; doctores fa
teamur tali eloquētia vſos qualis perſonis huiuſmodi congruebat.ſecundum ꝙ ibidem declarat
per plura exempla tam in veteri q̄ in nouo teſtamento.

R
Ad pri. principale ¶Ad primum in oppoſitum ꝙ ſcientię huius elegātiſſima ē materia,ergo eius de
bet eſſe elegantiſſimus modus ſapiendi:qui eſt in ornatu & compoſitione ſermonis : Dicendum ꝙ
S hoc verum eſt.ſecūdum tñ ꝙ decet grauitatem huius ſciētiæ. ¶Ad ſecundum ꝙ ornatus effica
Ad ſcdm. cius ſuadet:Dicendum ꝙ verum eſt,non tamen debet eſſe talis ꝙ decentiam corrumpat.quod fie
ret ſi tali colore ſermonis eſſet ornata qualē deſcribit ars rhetorice.¶Secundū quem modum pro
cedit argumentum in oppoſitum.



## Art.XXI.De deo an ſit in ſe & abſolute.

VIſis quaſi preambulis ad intētū noſtrum principale, quō.ſ. Ar.XXI.
theologia ſit de deo:& ꝙ de rebus diuinis ſit ſciētia:& quomō de eiſdē
in eadē locutio ſit habenda:Reſtat de principali intēto proſequi:quæ.ſ.
& qualia in hac ſcientia de deo & de rebus diuinis ex ea ſunt ſentiēda.
Et quia,vt dictum eſt ſupra in quęſtione de ſubiecto & materia huius
ſcientię,proprius ordo & modus ꝓcedēdi in ea, eſt incipere a deo & ꝓ
cedere ad creaturas,ideo hic dubitandum eſt de duobus in ſumma.
Primum eſt de deo,vt de ſubiecto principali huius ſcientiæ.
Secundum eſt de creaturis,vt de materia ſubiecto attributa.
Et iuxta duplicem pręſcriptum modum quo vtitur omnis tractatio di
uinarum ſcripturarum,circa deum duo ſunt dubitanda.
Primum:quæ & qualia de deo ſunt intelligenda.
Secundum:quomodo intellecta de ipſo ſunt proferenda.
Et qa deus conſideratur vt ī ſe exiſtens:& vt a quo omne aliud procedēs:ideo circa ipſum dubitā
da ſunt duo.
Primum de eis quæ conueniunt deo in ſe.
Secundum:de eis quæ conueniunt ei in comparatione ad creaturas.
Et quia in deo ſunt ſubſtantiæ vnitas & perſonarū diſtinctio,ideo circa primum quęruntur duo.
Primum de eis quæ pertinent ad communem ſubſtantiam.
Secundum de eis quæ pertinent ad perſonarum diſtinctionem.
Et quia in diuina eſſentia aliquid conſideratur vt res & natura ſubiecta:aliud vero vt proprietas
ei inhęrēs:Ideo circa primum adhuc quæruntur duo.
Primum de ipſa diuina ſubſtantia in ſe. Secundum de ſubſtantialibus ei⁹ proprietatibus.
Et quia eſſe ſecundum Auicen.eſt primus conceptus in re,& viuere eſt quidam modus eſſe:viue
re enim viuentibus eſt eſſe,vt dicitur in ſecundo de anima:Ideo circa primum adhuc duo q̄rūtur.
Primum de eſſe dei. Secundum de viuere dei.
Et quia vnum & ens intrant eſſentiam cuiuſq; rei:quia ſecūdū Cōmē.iiii.meta.nō ſunt diſpoſitio
nes additę eſſentię:& ſecūdū Auicē.i.metaphyſi.ſuę,ſtatim imprimunť in aīa impreſſione prima q̄
non quęriť ex aliis notioribus:Ideo circa diuinam eſſentiam inquirenda ſunt duo.
Primum de eius entitate & vnitate. Secundum de eius natura.
Et quia vnum circa ens ſignificat negationē,& eſt priuatio diuiſibilitatis,vt dicit Philoſophus.iiii.
metaphyſicæ:Ideo circa primum quęruntur duo.
Primum de dei entitate. Secundum de dei vnitate.
Et qa circa rei entitatem duo cōtingit cōſiderare:ſm ꝙ eſt duplex ꝑcognitio circa ſubiectū ſciē,an
ſit,& qd ſit,vt vult Phs in principio poſter.& ſm eādē quæſtio an ſit,ſimplicior eſt q̄ q̄ſtio qd ſit:qa
cognito an ſit res quęriť quid ſit,nō econuerſo:Ideo circa dei entitatem quæruntur duo.
Primo an ſit. Secundo quid ſit.
Et quia ſecundum Philoſophum ſecundo metaphyſicæ,vnūquodq; ſicut ſe habet ad eſſe:ſic ſe ha
bet & ad cognitionem:Ideo de deo an ſit,quęſtio eſt duplex.
Prima in ſe abſolute. Secunda in comparatione ad noſtram notitiam.
Igitur circa primum inquirenda ſunt quinq;.
Primum:vtrum deus habeat eſſe.
Secundum:vtrum deus in eſſe communicat cum creaturis.
Tertium:vtrum eſſe dei ſit aliquid præter eius eſſentiam.
Quartum:vtrum eſſe dei ſit ipſa eſſentia eius.
Quintum:vtrum deus habet eſſe a ſeipſo.

CIrca primum arguitur ꝙ deus non habeat eſſe.i.ꝙ deus non ſit,Primo ſic.Si de⁹ A
eſt,tale eſt quo mai⁹ cogitari eſſe nō poteſt:quia aliter finitus eſſet & limitatus Quæſt.i.
& nullum finitum ponitur deus.tale quidem impoſſibile eſt poni eſſe:quia quo Arg.i.
libet poſito in eſſe poteſt excogitari maius, vt eſt qđ continet in ſe quicquid eſt
ſuum & etiā quicqd eſt alterius a ſe:quia omne ex duobus coniunctum maius
cogitatur q̄ ſingulum per ſe.ergo &c.¶Secundo ſic.ſi deus eſt,tale quid eſt qđ
habet in ſe omnis boni & nobilis infinitatem. Sed vnum infinitum nullū aliud
ſecū compatitur:vt ſui gñis:qa totū qđ ſui gñis eſt occupat: vel cōtrarii multo fortius:qa vnū con

trariorum nõ compatit̃ ſecũ ſuũ cõtrariũ:ſed deſtruit ipm̃.ergo ſi deꝰ eſt,nullũ erit malũ in rebꝰ:
cũ ſit ipſe bonꝰ:nullũq; aliđ erit in rebꝰ bonũ & nobile.conſequẽs eſt manifeſte falſum.ergo & añs

In oppoſi. primum. ¶In cõtrariũ eſt primo illud qđ de deo dicit ꝓpheta in Pſal.Tu aũt idẽ ipſe es.& Moyſes loquẽs in
pſona dei dicit.Exo.iii.Ego ſum.¶Secũdo ĩ cõtrariũ eſt illud qđ Anſel.arguit in pſol.ſic.Id eſt quo
2 maiꝰ & meliꝰ excogitari nõ põt,deꝰ eſt hmõi.ergo &c.Maiorẽ ꝓbat ſic.Cũ dicit̃ id quo maiꝰ & me
lius cogitari nõ põt audiẽs ĩtelligit qđ dicit̃.ergo eſt in eius intellectu.ſed nõ põt eẽ in ſolo intelle
ctu eiꝰ.qm̃ ipm̃ qđ eſt in intellectu & etiã in re,maius eſt eo qđ eſt in ſolo ĩtellectu.quare cũ qđ eſt
in re,p cognitionẽ põt eẽ in ĩtellectu & põt cogitari eſſe in re,maius põt cogitari eo qđ eſt in ſolo ĩ
tellectu.Eſt ergo neceſſario in re id quo maius cogitari non põt.Probat aũt minorẽ ſic.qm̃ ſi deus
non eſſet quo maius cogitari non poſſet:tunc intellectus noſter poſſet excedere deum:& creatura
poſſet cogitare aliquid melius deo & maius:qđ falſum eſt.ergo &c.

B Reſponſio ¶Dicẽdũ ad hoc:ꝙ licet ſecũdũ ꝙ dicit Ioã.Dam.tm̃ prevaluit pernicioſa malitia
naturę hoĩm vt quoſdã ĩ irrõnabiliſſimũ & oĩm maloꝝ peſſimũ pditionis barathrũ pduceret,vt di
cãt deũ nõ eſſe:quoꝝ inſipiẽtiã ſecretoꝝ enũciator Dauid exprimẽs,ait.Dixit ĩſipiẽs in cor.ſuo nõ
eſt deꝰ:Tñ in hoc ꝙ deꝰ ſit,oẽs quoꝝ nõ eſt corrupta natura cõſentiũt:& hoc quia hoc docet natu
ra.dicẽte Dam̃.Non reliquit nos deus in oĩmoda ignorãtia ſui. oĩbꝰ eñ cognitio eſſendi deum na
turaliter inſerta eſt.qa hoc etiã ſacra atteſtat̃ ſcriptura dicẽte Dauid ĩ Pſal.Scitote qm̃ dñs ipẽ eſt
deꝰ.Hoc deniq; vniuerſa clamat creatura.dicẽte beato Aug.xv.de tri.Neq; diuinoꝝ libroꝝ tm̃mõ
auctoritas deũ eẽ pdicat:ſed oĩs q̃ nos circũſtat creatura:ad quã etiã nos ptinemus.vniuerſa enim
ipſa rerũ natura ꝓclamat habere ſe pſtãtiſſimũ cõditorẽ.Hoc deĩde ex ipſis creaturis efficaciſſime
rõ cõuincit hũana,dicẽte Aug.cõſequẽter.Qui nobis mẽtẽ rõnẽq; dedit q̃ viuẽtia nõ viuẽtibꝰ,ſen
ſu pdita nõ ſentiẽtibꝰ,ĩtelligẽtia nõ ĩtelligẽtibꝰ,ĩmortalia mortalibꝰ,incorruptibilia corruptibilibꝰ
ĩmutabilia mutabilibꝰ,incorporalia corporalibꝰ pferẽda videmꝰ:ac p hoc rebꝰ creatis creatorẽ ſine
dubio pponimus.Et de verbis dñi dicit̃( & habet̃ in Gloſ.Ro.i.)Vt deus q̃ inuiſibilis eſt:etiã a vi
ſibilibꝰ poſſet ſciri:opus fecit qđ opificẽ ſua viſibilitate mõſtrauit:vt p certũ ĩcertũ poſſet ſciri:& il
le eẽ oĩm deꝰ crederet̃ q̃ hoc fecit qđ ab his ĩpoſſibile eſt fieri.Hoc Phi nobiles q̃ſierũt:ĩterrogantes
creaturas de creatore oĩm ſpecie ac diſpõne:artificẽ cognouerũt.qbꝰ aũt & qualibꝰ rationibus hoc
de deo ex creaturis nouerũt inferius videbitur. Deum igit̃ eſſe firmiſſime tenendum eſt.

C Ad pri. principale ¶Ad primũ in oppoſitũ ꝙ quolibet ente poſito poterit aliquid maiꝰ cogitari: Di
cẽdũ ꝙ verũ eſt de ente finito:qa quolibet finito appoſita p cognitionẽ entitate q̃ eſt ĩ alio finito,fit
maiꝰ.Nõ aũt verũ ẽ de ente ĩfinito.infinitũ ei appõne finiti nõ põt fieri maiꝰ:qa nõ recipit appõnẽ
vt augeat̃ ĩ ſe ſub rõne illa q̃ ẽ ĩfinitũ:qa ĩfinities cõtinet quodlibet finitũ.vñ & tali ĩfinito nõ poſſet
maiꝰ cogitari:ẽt intellectu ĩfinito.vñ etiã corpi infinito ſub rõne q̃ infinitũ nõ põt fieri additio.Quõ
aũt pfectio diuina oĩa cõtinet & nõ patit̃ vllã additionẽ:ĩmo p ſe tãtus eſt & tã bonꝰ q̃ quolibet alio

D Ad ſcđm. adiũcto:videbit̃ inferiꝰ loquẽdo de diuĩa pfectione.¶Ad ſcđm ꝙ ĩfinitũ ſiſe nõ cõpatit̃ & cõtrariũ
deſtruit: Dicẽdũ qđ eſt infinitũ extẽſione.de illo verũ eſt ꝙ dimẽſiones ſuę totũ locũ occupãt:& iõ
nõ cõpatit̃ ſecũ aliqđ dimẽſionatũ.aliqd tñ nõ dimẽſionatũ bene ſecũ cõpateret̃.Infinitũ vero vir
tute & ſimplicitate cuiuſmõi eſt deꝰ,nullũ ens expellit:ĩmo oẽ ens penetrat & cõtinet & cõpatit̃ ſe
cũ:ſicut cã cauſatũ.Nec ſolũ ens & bonũ:ſed & defectũ entis & malũ:qa nõ eſt aliqd cõtrariũ bono
qđ ipſe ẽ formaliter:eo ꝙ malũ nõ priuat bonũ qđ ipſe ẽ: ſed bonũ aliqđ creaturæ cui cõtrariat̃.&
ideo p ſuã exiſtẽtiã nõ deſtruit oẽ illđ malũ qđ cõtrariat̃ bono creaturę: ſicut ipſum habet deſtrue
re p ſuã exñtiã ipm̃ bonũ creaturę qđ natũ ẽ deſtrui p ipm̃ malũ.ſ; ſi deſtruit qñq; malũ illđ,hoc fa
cit noſtra volũtate inquãtũ ei cõtrariat̃ vt deordinatiuũ a fine oĩs entis qđ ipẽ eſt:qua volũtate ſua
ita eſt bonꝰ & potẽs ſup oẽ malũ deſtruẽdũ,ꝙ nullo mõ mala fieri ĩ opibꝰ ſuis pmitteret niſi de ma
lo illo aliqđ eliceret bonũ,& ſic ĩ finẽ & decẽtiã vniuerſi ordiaret:ſicut dicit beatꝰ Aug.in ench.& ſi
cut dicit beatus Greg. Quę deꝰ iratꝰ pmittit:ſic tolerat vt in cõſilii ſui vſum vertat. Vñ fit vt qđ
ſine volũtate dei agit̃,voluntati eius contrarium non fit:qa dum in vſum bonum mala vertũtur,
eius conſilio militant etiam quæ repugnant.

E Queſt.ii. Arg.i. CIrca ſcđm ꝙ deꝰ ĩ eẽ cõicet cũ creaturꝭ.i.ꝙ eẽ ſit aliqd cõe deo & creaturꝭ arguit̃
Primo ſic.illđ quo aliq̃ differũt ab alio & nõ inter ſe,cõe & idẽ eſt illis:qa ſi non
eẽt eis cõe,illo differrẽt iter ſe:nõ cõiter a tertio.ſed deꝰ & creatura entitate ſua
ſimplr̃ differũt cõiter ſm rationẽ ĩtelligẽdi,ab eo qđ nõ ẽ,qđ dicit purã priuatio
2 nẽ eſſe.ergo &c.¶Scđo ſic.cũ idẽ & diuerſum diuidũt totum ens:ſi deus & crea
tura non eſſent idem neq; cõmunicarent in ente, differrẽt ĩ ente:& diuerſa eẽnt
abinuicẽ in eo ꝙ entia ſunt,quare cum idem & diuerſum ſm Phm̃ reducunt



ad vnũ & multum:Deus igit̃ & creatura eſſent multa ĩ ente. Quare cũ oẽm multitudinẽ oportet
reduci ad vnitatẽ,ſup ens in quo differũt deꝰ & creatura, & in quo ſunt multa, eſſet aliqd in quo
cõuenirẽt & eſſent vnũ.hoc aũt eſt impoſſibile:qa rõ illius eſſet prior rõne entis:q̃ prima eſt ſcđm
Auicẽ.ergo &c.¶Tertio ſic.dictũ de pluribꝰ qđ habet p ſe intellectũ pter intellectus illoꝝ,eſt aliqd 3
reale cõmune ad illos:quia oĩs cõceptꝰ fundat̃ in re aliqua.ens eſt hmõi:qa ſecũdũ Auicẽ.ens ĩpri
mit̃ impſſione prima etiã anteq̃ in ipſa imprimit̃ intellectꝰ aut creaturę aut dei.ergo &c.¶In cõtra In oppo. primum.
riũ arguit̃ primo ſic.qm̃ quęcũq; ſunt diuerſa inter ſe & ĩ aliquo cõmuni cõueniũt:neceſſario ſecũ
dũ eẽ differũt in illo cõmuni,vt hõ & aſinus ſub aĩali.Si ergo eſſet eẽ aliqđ cõmune deo & creatu
ræ, ſub illo ſcđm eẽ differrẽt.Erit ergo duplex eẽ deo.vnũ in quo cum creatura cõuenit ſiue com
municat.aliđ in quo a creatura differt.hoc aũt eſt impoſſibile:qa tũc nõ eſſet ĩ deo eẽ oĩno ſimplex
nec eſſet eẽ purũ:cuius cõtrariũ infra patebit.ergo &c.¶Scđo ſic.accidẽs qa diſtat a natura ſubſtã
tię cui cõuenit eẽ ſimpliciter,non dr̃ ſimpliciter ens.qa aũt aliquo mõ appropinquat ipſi vt diſpõ 2
ipſiꝰ,aliquo mõ nomen entis cõicat cũ ſubſtãtia,vt dicat̃ ens qa eſt diſpoſitio entis qđ eſt ſubſtantia
vt dicit Phus in.vii.meta.ita ꝙ ſi non appropiquaret hoc mõ accidẽs ſubſtãtię,nõ cõicaret cũ eo ĩ
eẽ vt diceret̃ ens:qa eſt entis qđ ẽ ſubſtãtia.ſ; eẽ creaturę nõ appropiquat ĩ aliquo naturę creatorꝭ:
qa ĩter eos ẽ ĩfinita diſtãtia.creatura ergo ĩ nullo cõicat eẽ cũ creatore p aliquã attributionẽ ad ipm̃.

F Reſpõſio. ¶Dicẽdũ ad hoc: cũ ens vt infra dicetur nõ ſignificat aliquã vnã intẽtionẽ cõmu
nem ſubſtãtię & accidẽti:ſed ſignificat ſignificatiõe pria vnũqđq;.x.pdicamẽtoꝝ,nulla cõitate rea
li ipſum ens põt eẽ cõe ſubſtãtię & accidẽti. Quare cũ multo minus in aliquo vno reali cõueniũt
creator & creatura q̃ duę creaturę:ſubſtãtia.ſ.& accñs:immo mlto plus diſtat rõ eſſendi creatoris
a rõne eẽndi creaturę q̃ differat rõ eẽndi vniꝰ creaturę a rõne eẽndi alteriꝰ:nullo mõ ens põt eẽ ali
qd cõe reale deo & creaturę.Et iõ abſolute dicẽdũ:ꝙ eẽ nõ ẽ aliqd cõe reale ĩ quo deꝰ cõicet cũ crea
turis:& ita ſi ens aut eẽ pdicat̃ de deo & creaturis,hoc ẽ ſola nois cõitate,nulla rei: & ita nõ vniuo

G ce p definitionẽ vniuocoꝝ:nec tñ pure æquoce,ſcđm definitionẽ æquocorũ caſu:ſed medio mõ vt
analogice.¶Ad cuius ĩtellectũ notãdũ ꝙ cõueniẽtia rei ad rẽ maxĩe ĩ forma attẽdit̃:& hoc duplr̃:
ſcđm ꝙ duplex ẽ modꝰ cõicãdi aliq̃ ĩ forma.vna ſcđm eãdẽ rõnẽ:q̃ dr̃ cõueniẽtia ſilitudĩs:& ẽ eoꝝ
q̃ vna forma pticipãt ſcđm rẽ,vt albedĩe duo alba,& hũanitate duo hoĩes:q̃ facit cõueniẽtiã vniuo
cationis:qualis vt dictũ eſt,nõ eſt dei & creaturę ĩ eſſe.alia vero eſt cõueniẽtia ĩ forma ſcđm aliã &
aliã rõnẽ:q̃ dr̃ cõueniẽtia imitatiõis & eſt vlr̃iter in efficiẽtibꝰ & factis, cauſis & cauſatis.Cũ eĩ oĩe
agẽs etiã quantũcunq; cõtrariũ ſm Phm̃ agit in finẽ inquãtũ ſiſe:agẽs aũt inquãtũ ſiſe nõ pducit
niſi ſiſe:agit etiã oĩe agẽs p ſuã formã:& pducit cauſatũ in aliquo eſſe formali:Neceſſe eſt ergo in
oĩbꝰ talibꝰ vt ſemp in cauſato & effectu ſit ſilitudo formę agẽtis.& ſi nõ ſcđm eãdẽ rõnẽ ſpeciei,ſit
ſilitudo ĩter ipos:ſicut ẽ hoĩs gñantis ad gñatũ:erit tñ ſcđm quãdã imitationẽ.Sicut aliqd gñatũ a
ſole: etſi ñ accedat ad ſilitudinẽ ſpeciei cũ ſole,vt recipiat formã ſolis:accedit tñ ad aliquã imitatio
nẽ ſpeciei ſolis:vt recipiat formã aliquo mõ ꝓportionabilẽ & correſpõdẽtẽ formę ſolis:& vlr̃iter quã
to agẽs ẽ ꝓpiquiꝰ & ĩmediatiꝰ pducto,tãto maior ẽ cõueniẽtia imitatiõis pducẽtis ad pductũ : &

H tãto minor quãto agẽs ẽ mediatiꝰ & remotiꝰ.Et iõ cũ deꝰ ſit cã effectiua oĩm creaturarũ:licet q̃rũ
dã mediãtibꝰ aliis cauſis:q̃rũ quo ad hoc ẽ primũ pricipiũ remotiſſimũ: neceſſario oĩs creatura cũ
deo ſcđm formã aliquã habet cõueniẽtiã:ſaltẽ ſecũdũ imitationẽ formę ad formã.Quare cũ forma
diuĩa ſit ipm̃ eẽ,vt ĩfra videbit̃:a quo oĩs creatura mutuat nomẽ eẽndi ĩquãtũ ẽ cã eiꝰ,vt ĩfra dicet̃:
Neceſſe ẽ dicere ꝙ ſaltẽ ĩ eẽ cõueniẽtia imitatiõis cõicet creatura cũ creatore.Et ita q̃uis ĩ nulla cõ
ueniẽtia realis ſilitudĩs in aliq̃ forma ſignificata noĩe entis cõicẽt:cõueniũt tñ ĩ ente cõueniẽtia imi

I tatiõis formę ad formã:q̃rũ vnã ſignificat ens ĩquãtũ cõuenit deo:aliã vero ĩquãtũ cõuenit creatu
rę.Nõ ergo eẽ cõuenit deo & creaturꝭ vniuoce:qa nõ ſcđm eãdẽ formã ad quã nomẽ entis ad ſigni
ficãdũ ĩponit̃.Nec tñ pure ęquoce:cũ nõ ęque prĩo & pricipalit̃ ſignificet formã dei & creaturę:ſi
cut ęquoca caſu ęque primo & pricipaliter ſignificãt ambo ſignificata ſua:vt hoc nomẽ Aiax Tela
moniũ & Oilei filium:ſed medio mõ.ſ.analogice: quia ſignificat vnũ ſuoꝝ ſignificatoꝝ prĩo & pri
cipaliter:alterũ vero ĩ ordĩe & reſpectu ſiue ꝓportiõe ad illđ:vt prĩo & pricipalit̃ formã q̃ habet eẽ
deꝰ:ĩ ordĩe aũt ad illã,formã q̃ habet eẽ creatura.Sicut cõtingit ĩ ſubſtãtia & accñte:in qbꝰ ens prĩo
& pricipaliter ſignificat ſubſtãtiã:accidẽs vero qa ordinẽ habet & reſpectũ ad ſubſtãtiã.& ſcđm hoc
ſubſtãtia dr̃ ens prĩo:& accidẽs dr̃ ens ſub ordĩe ad ſubſtãtiã:ita ꝙ ens prĩo ſignificat ſubſtãtiã:& ex
ordĩe quẽ habet accñs ad ſubſtãtiã mutuat nomẽ entis a ſubſtãtia.ſcđm ꝙ dicit̃.vii.metaphyſicæ.
Ens dr̃ mltis modis.& primũ iſtoꝝ eſt qđ ſignificat ſubſtãtiã:& alia dicũt̃ entia:qa ſũt entis qđ eſt
hmõi.Et.4.eiuſdẽ Ens dicit̃ mltipliciter nõ ęquoce:ſed oẽs modi attribuũt̃ vni rei & vni naturę.Et
ſecũdũ hũc modum ens cõmuniſſime dictum primo ſignificat deũ:ſecũdario creaturam:ſicut ens

creatum primo ſignificat ſubſtãtiã:ſecundario accidẽs:ſed alio & alio modo attributionis:qa alia
entia attribuũt ſubſtãtię vt vni ſubiecto:omnes vero creaturę attribuunt deo vt vni fini:& vni for
mę:& vni efficienti.vt fini,a quo pficiũt quo ad bene eſſe:vt formę,a qua participant ꝙ dicant ha
K bere eẽ eſſentię:vt efficiẽti,a quo habẽt ꝙ eis cõueniat ſimpliciter eẽ actualis exiſtentię.Cum eñ res
vt dicitur a reor reris nomen eſt indifferens ad ens & nõ ens:ex hoc ꝙ conceptum hoc noĩe qđ eſt
res,habet rationem exemplaris in primo agẽte,ad quã nata eſt per eius effectiuã potentiam pduci
in eſſe actuali: attribuitur ei eſſe eſſentiæ: a quo res ipſa concepta dicitur eſſe ens aut eſſentia ali
qua.qđ eñ in prĩo rõnẽ exẽplarẽ non habet purũ nõ ens eſt.Hęc aũt res q̃ eſt ens ſiue natura & eſ
ſentia aliqua ex eo ꝙ ei attribuit eſſe pꝑter rationẽ exemplarẽ quã habet in primo,adhuc eſt indif
ferens ad ens & nõ ens in exiſtentia actuali: cui ex hoc ꝙ facta eſt a deo:& eius effectus,attribuitur
eſſe actualis exiſtentię a quo res ipſa dicit eſſe exiſtens in actu. Qđ eñ non eſt effectus dei vel im
mediate vel mediantibus aliis cauſis , nullo modo exiſtit in actu:quia omnia per ipſum facta ſunt:
& ſine ipſo factum eſt nihil,vt dicit Ioan.primo. Vtrũq; ergo eſſe conuenit creaturæ nõ niſi per ali
L quã attributionem ad ens primũ . ℭRefert adhuc & in alio:quia ordine rei & noſtræ cognitionis
ſubſtãtia prior eſt accidente:qa eſt cauſa accidentiũ:& cadit in eorum definitione:& ita vtroq; mo
do:& quãtum eſt ex parte rei:& quantum eſt ex parte noſtrę cognitionis ens primo ſignificat ſub
ſtantiã & impoſitum eſt ad ſignificandũ eam:ſecũdario vero accidens. In deo vero & creatura:ali⁹
eſt ordo rei:alius vero noſtrę cognitionis.Deus enim ordine rei & naturę prior eſt creatura.ordine
vero cognitionis noſtrę ſecundum ſtatum vitę huius in naturali cognitione pura & diſtincta,econ
trario prior eſt creatura deo:quia ex creaturis deuenimus in cognitionem dei.Et ideo contigit ꝙ
ordine rerum eſſe prius dicit de deo q̃ de creaturis:quia tamen ordo ĩpoſitionis noĩs ſequit ordi
nem noſtrę cognitionis:quia nemo nomẽ imponit q rem nõ nouit:ordine noſtrę cognitionis & im
poſitionis nominis eſſe primo dicit de creaturis:ſecũdario de deo:qa ſic eſt in hoc noĩe ens: ſicut &
in aliis nominibus q̃ deo attribuimus acceptis a creaturis,vt infra videbitur . Et hoc contingit in
pluribus.ſ.ꝙ illud qđ eſt prius & dignius ſimpliciter,non eſt prius ſecundum famoſitatem noĩs.
M
Ad primũ principale ℭAd primum in oppoſitum ꝙ deus & creatura in eſſe differunt a non ente nõ in
ter ſe:ergo conueniũt in ipſo:Dicendũ ꝙ verum eſt cõuenientia imitationis formę creaturę ad ſpe
ciem dei hincinde ſignificatarũ noĩe entis:non autem cõueniẽtia reali alicuius ſimilitudinis,vt di
N
Ad ſcd̄m. ctum eſt.ℭAd ſecundũ ꝙ ſi deus & creatura ſunt diuerſa in ente,reducit multitudo illorũ ad vni
tatem:Dicẽdũ ꝙ verũ eſt: nõ ad vnitatem tertiam aliam ab illis multis:ſicut procedit obiectũ:nec
eſt hoc ſemper neceſſarium:ſed ad vnitatẽ in altero illorum:& ſic quicquid eſt in creatura per attri
butionem quãdam reducitur in deum,vt dictum eſt:& ſic omnis entium multitudo reducitur ad
vnitatem primi entis:ſicut & omnis numerus reducit ad vnitatẽ primã a qua incipit & quã cõti
O
Ad tertiũ net in ſe.ℭAd tertiũ,ꝙ ens ſimpliciter concipit ante cõceptum entis qđ eſt deus aut creatura:Di
cendum ꝙ non eſt verum. Nunq̃ enim poteſt concipi aliquis intellectus entis ſimpliciter abſq; eo
ꝙ homo concipit aliquem intellectum dei aut creaturę,vt concipiat aliquem vnicum intellectum
ſimplicem cõmunẽ ad deum & creaturam,alium præter intellectum dei aut creaturæ:quia nullus
poteſt eſſe talis.ſed ſi aliqd concipit homo,illud eſt aut qđ pertinet ad eẽ dei tm̃:aut qđ pertinet ad
eſſe creaturę tm̃.Sed vtrũq; eorum indifferenter & ęque ſimul quantum eſt ex parte vocis natũ
eſt pręſentari ĩ ſignificato eius qđ eſt eſſe.Et ideo vbicũq; ponit in enũciatione ſiue exterius expſſa
ſiue in mẽte cõcepta,ſemp facit enũciationem eſſe multiplicem & diſtinguendam.ſecundum ꝙ iſtã
enunciationẽ qua dicit ens eſt,diſtinguit Phus.i.Phyſi.cõtra Parmeni.& Meliſſum:ꝙ aut ſignificat
ens qđ eſt ſubſtantia:aut ens accidens. Omnis ergo conceptus realis quo aliquid rei concipit con
cipiendo eſſe ſimpliciter,aut eſt cõceptus rei quę deus eſt:aut q̃ creatura eſt:nõ alicuius cõmunis
ad vtrũq;. Videtur tamẽ hoc non potẽtibus diſtinguere multiplicitatẽ entis & eſſe creatoris ab eẽ
creaturæ:ſicut nec potuit Plato ponens ens eſſe genus,tanq̃ ſit nominis entis vnum aliquid cõmu
ne conceptum. qđ nõ videtur ſubtilioribus potentibus diſtinguere ens,& eius ſignificata diſcerne
P re qualis erat Ariſt.Q; aũt nomine entis videat concipi aliquid commune,eſt quia ſiue concipia
tur aliquid qđ eſt res diuina,ſiue qđ eſt creatura:tamẽ cũ cõcipit eſſe abſq; eo ꝙ determinate & di
ſtincte cõcipit eſſe dei vel creaturę,illud nõ concipit niſi indeterminate.ſ.non determinando intelle
ctum ad eſſe dei vel eſſe creaturæ.Et hũdo reſpectum ad diſtinctum intellectum dei aut creaturę,
ĩtellexit Auicen. (ſi bene intellexit)ꝙ intellect⁹ entis prior eſt ĩtellectu dei aut creaturę.Intelligẽdũ
tamen ꝙ illa indeterminatio alia eſt reſpectu eſſe dei,& alia reſpectu eſſe creaturæ:qa duplex eſt in
determinatio:vna negatiue,altera vero priuatiue dicta. Eſt enim negatiua indeterminatio quan
do indeterminatum non eſt natum determinari:ad modum quo deus dicitur eſſe infinitus:qa nõ



eſt natus finiri.Eſt autẽ priuatiua indeterminatio quando indeterminatũ natum eſt determinari:
ad modum quo punctus dicitur infinitus cum non eſt determinatus lineis quibus natus eſt deter
minari.Secundum iſtam autẽ duplicem indeterminationem oportet intelligere ꝙ concipiendo eẽ Q
ſimpliciter & indeterminate quod eſt dei: tunc eſt indeterminatio negatiua:quia eſſe dei nullo eſt
natum determinari,vt ſi poſtq̃ ĩtellexeris in creaturis hoc eſſe & illud eſſe:ſi intellexeris eẽ ſimpli
citer per abnegationẽ ꝙ ſit neq; huius determinati:neq; illius vel alicuius alterius determinati:in
telligis eſſe dei.ſecundum ꝙ dicit Auguſt.viii.de trini.Intelligis bonũ hoc,bonũ illđ,intellige bonũ
ſimpliciter & deũ intellexeris.Similiter ſi intelligis hoc ens & illud ens:ſi intelligis ens ſimpliciter:
deũ intelligis.& hoc cõcipiendo eſſe ſimpliciter & indeterminatũ ĩdeterminatiõe negatiõis,vt di
ctum eſt. Cõcipiẽdo aũt ipſum eſſe indeterminate ĩdeterminatione priuationis illorum quibus na
tũ eſt determinari,cõcipit eẽ qđ creaturę ẽ:qa eẽ creaturę p ꝓprias naturas qb⁹ ĩuicẽ differũt,natũ
eſt determinari. Qđ eñ dicit ens ſimpliciter ex eo ꝙ habet rationẽ exẽplaris ĩ primo,vt iam dictũ
eſt,duplici natura habet determinari:q̃ nõ dicit eẽ ſimpliciter:ſed eſſe aliquid:cuiuſmodi eſt natu
ra ſubſtantiæ & accidentis.Nomen enim ſubſtãtiæ dicit aliqd qđ eſt ens non exiſtens in alio vt in R
ſubiecto.nomen vero accidẽtis dicit ens qđ eſt exiſtẽs in alio vt in ſubiecto: & ſecũdũ hoc ſubſtãtia
& accidẽs cõſtituũt diuerſa genera pdicamẽtoꝝ,vt ĩfra videbit. vt alio & alio cõueniat oĩ creaturę
ex eo ꝙ eſt res pdicamẽti,ꝙ habet eẽ,& ꝙ habet eẽ aliquid.eſſe eñ cõuenit ei ex participatione p at
tributionem ad ens primum inquantum eſt ens,vt dictum eſt.eſſe vero aliquid conuenit ei ex de
terminatione proprię naturę.ſecũdũ ꝙ dicit Boethius de Hebd.Oĩe qđ eſt participat eo qđ eſt eẽ
vt ſit:alio vero participat vt aliqd ſit.vnde Commẽtator exponens illud Boethii de trini.Deus eſt
forma quæ eſt ipſum eſſe & ex qua eſſe eſt. dicit.i.eſt forma quæ non ab alio mutuat hanc dictio
nem eſt:& quæ cæteris omnibus quadam extrinſecus participatiõe cõmunicat.Cum eñ(vt dicit
in principio expoſitiõis Hebd.)dicim⁹ homo eſt,vel corpus eſt,vel hmõi:theologi hoc eſſe dictum
intelligunt quadam extrinſecus denominatione ab eſſe ſui principii.Non enim dicũt corporeitate
corpus eẽ:ſed eſſe aliquid:nec humanitate hominem eſſe:ſed eſſe aliquid.Et ad eũdem modum qđ
qđ operante ſummo principio ẽ,eadẽ pricipali & ĩcreata eſſentia dr̃ eẽ:ſuo vero quolibet gñe eẽ ali
quid.Qđ tñ,vt infra videbit:nõ dicit niſi aliqua participatione diuini eẽ:inquantum omnium en
tium pfectiones in ſe continet.Per hunc ergo modum eſſe indeterminatum p abnegationem cõue
nit deo:& p priuationẽ creaturę.Et qa indeterminatio p abnegationẽ & p priuationẽ ꝓpinquę ſũt: S
quia ambę tollũt determinationẽ,vna tm̃ ſecũdũ actum:alia ſecũdũ actũ ſimul & potẽtiam : ideo
nõ potẽtes diſtinguere inter hmõi diuerſa ꝓ eodem concipiunt eſſe ſimpliciter & eſſe indetermina
tum:ſiue vno modo ſiue altero:ſiue ſit dei:ſiue creaturę.Natura eñ eſt intellectus non potentis di
ſtinguere ea quæ propinqua ſunt,concipere ipſa vt vnum:quę tñ in rei veritate non faciunt vnum
conceptum.Et ideo eſt error in illius conceptu. Verus eñ conceptus primo concipiendo eſſe ſim
pliciter indeterminatũ quod ratione ſuę indeterminatiõis nihil ponit omnino neq; determinat,vt
ex hoc nihil ſit re commune deo & creaturę poſitiuum:ſed negatiuum ſolum:& ſi aliquid ſit poſi
tiuũ ſubſtratũ negationi,illđ eſt alteri⁹ & alteri⁹ rõnis:ſicut qđ eſt p eſſentiã & qđ ẽ per participa
tionẽ:q̃ conſequẽter rectus intellectus bene diſtinguit concipiendo eſſe indeterminatum vel negati
ue vel priuatiue.& ſecũdũ hoc bene ꝓceſſit primũ argumẽtum in oppoſitum.ℭAd ſecundũ,vero T
qđ videt oſtendere ꝙ deus & creatura nullo modo in eſſe cõmunicant:neq; participatiõe neq; imi Ad ſcd̄m
tatione:quia in infinitũ diſtat creatura a creatore:Dicendũ ad hoc ꝙ licet creatura non appropin arg.ĩ op.
quat creatori,vt ſit aliquid naturę eius vel diſpoſitio eius:ſicut accidens appropinquat ſubſtantiæ
vt procedit obiectio:appropinquat tñ ei inquãtum eſt aliquid eius vt exẽplatum vel effectus hñs
aliquã eius imitationẽ, ꝓpter quam in eſſe cõmunicat cum ipſo:ſicut accidẽs cũ ſubiecto:nõ ꝙ ali
qđ cõmune ambob⁹ ab ipſis abſtractũ per intellectũ ſignificet nomine entis,vt intelligendo hoc ens
qđ eſt deus,& hoc ens qđ eſt creatura,dimittã hoc & hoc: & intelligam ens commune ipſis:ſicut
cum intelligo hunc hominẽ Sortem & hũc Platonem,dimitto hũc & hũc,& intelligo hominẽ ſim
pliciter.Hoc eñ põt fieri hic non ibi.qa hic eſt ſecũdum ſpeciem vna forma naturalis humanitatis
exiſtẽs in ambob⁹ ptita & determinata p materias:Propter qđ dimittẽdo materias & determinatio
nes formę p ipſas,poteſt intelligi ipſa forma ſimpliciter vt eſt vl'is facta p intellectum,& eſſentialis
ſimilitudo ſuppoſitorum Sortis & Platonis.Nõ autem põt hoc fieri ibi.quia nõ eſt ibi vna forma
naturalis exiſtẽs in creatura & creatore in ambobus partita & determinata. Et ideo dimittẽdo hoc V
& hoc,nunq̃ ĩtelligo vnũ aliquid cõe eis factũ per intellectũ qđ eſt eorum ſimilitudo.Sed intelligo
quoddam determinatũ ad vnũ & ad alterum:non vnica indeterminatione:ſed duplici,vt dictũ eſt.
Sed quia natura qua habet eſſe creatura,imitatio eſt naturę qua habet eſſe deus(non dico ſimilitu

do:ſicut humanitas in Sorte eſt proprie ſimilitudo humanitatis in Platone,vel ſimile ei) ideo eſſe
creature etiā imitatio & cōformitas quędā eſt ad eſſe creatoris,& iſta eorū cōformitas eſt illa eorū
cōmunitas quā habent in eſſe creator & creatura:non cōmunitas realis in aliqua re vna,q̃ ſignifice
tur nomine entis. Vnde et ſi talis imitatio non eſſet eſſe creaturę ad eſſe creatoris:nulla diceretur
eſſe inter eos cōmunitas in ente niſi vocis ſolum,& eſſet ens pure ęquiuocum ad creatorem & crea
turam:cū modo ſit analogum vt dictū eſt.ſecundū etiā ꝙ & accidens quia participat eſſe per ſub-
ſtantiam,quia eſt diſpoſitio eius,ideo eſt aliqua communicatio analogię eorum in ente.quæ quidē
non eſſet ſi accidens non haberet eſſe per ſubſtantiā,ſed per eſſe non exiſtendo in ſubſtantia. Tunc
eñ pure ęquiuoce diceret̃ ens de ſubſtantia & accidēte, ſicut dicit̃ de qualitate & quantitate.niſi
forte qualitas habeat eſſe in ſubiecto mediante quantitate.& ſecundū hoc ens per prius dicitur de
vno q̃ de altero,& de vno per alterum:& ita quodam modo analogice.

A
Queſt.3. Arg.1. CIrca tertium arguit̃ ꝙ eſſe dei ſit aliquid pręter eius eſſentiā.primo ſic. Si eſſe dei
non eſſet aliquid pręter eius eſſentiā,ſed penitus idem ipſi,certitudo quę eſſet cir
ca deum de vno eſſet & de altero,quia eidē inquantū idem ſemper natum eſt ac
cidere idem.cōſequens falſum eſt:quoniā deum habere in ſe diuinam eſſentiam
eſt per ſe notū de deo. quia eſſentia cuiuſcūq; eſt ſua certitudo qua eſt id qđ eſt.
vt dicit̃ in.v.Metaphyſicę.c.de ente.Deum autē habere eſſe non eſt per ſe notum
quoniā hoc poteſt nō cōcedi:ſed eſt quęſitū in prima philoſophia. vt dicit Auicē.
2 in principio Metaphy.ſuę.ergo &c.¶Secundo ſic.id quo res vna conuenit cum alia, eſt aliquid in
eadē pręter id quo differt ab illa.quia vno & eodē non poteſt res vna cōuenire cum alia & differre
ab eadē inquantū vnū eſt & idē oīno.De⁹ ſuo eſſe conuenit cum aliis rebus & ſua eſſentia differt
ab eiſdē.Vñ ſcđm Auic.Deus ratione qua eſt ens cōſiderat̃ in eadē ſciētia cū aliis reb⁹, in qua eſt
ſubiectū ens ſimpliciter inquātū eſt ens.Ratiōe vero qua de⁹ eſt,eſt pars illi⁹ ſciētię diuerſa ab aliis
In oppoſi. differēs ab illis ſub ente ſicut pricipiū & pricipiatū.ergo &c.¶In cōtrariū eſt.qm̃ ſi in deo eſſe eſſet
aliquid pręter eius eſſentiā:tunc in deo neceſſe eſſet ponere aliquam cōpoſitionis rationem. conſe-
quēs falſum eſt,vt infra patebit.& cōſequentia patet:qa quęcūq; ſic ſe habent ꝙ vnū eſt aliquid pꝛę
ter aliud in eodē,neceſſario ei coniungitur per vnionem,non per identitatem.

B
Reſpōſio. ¶Dicendum ad hoc paulo altius ordiendo ſermonem a quocūq; eſſe generaliter
ꝙ ſecūdū Philoſophū.v.Metaph.in modis entis,ens prima diuiſione diuidit̃ in ens per ſe, & in ens
per accidens.Eſſe autē in ente per accidens ſignificat de duobus hoc accidere huic. qđ contingit
dupliciter.ſ.ſecundū accidens abſolute,& accidētaliter p accidens. Primo modo vnū accidit alteri
vt ꝙ homo eſt muſicus aut albus eſt homini eſſe per accidēs, quia accidit homini eſſe muſicū aut
album.Secundo modo quando ambo accidunt eidē,vt ꝙ album ſit muſicū contingit albo acciden
taliter per accidens,quia ambo accidunt eidē vt homini ſubiecto. & quia id quo res habet eſſe ta-
le eſt accidens eius eſſentialiter differens ab ea:ideo eſſe tale ſemp eſt aliquid p̄ter eſſentiā eius cui⁹
eſt,& eſt accidens ei.Et quia in deo nullū cadit accidēs,vt infra patebit:ideo tale eſſe in deo nō ca-
C dit,ſed ſolū ens & eſſe per ſe.qđ habet duos modos:vt diſtinguit Philoſophus.v.Metaph. Eſt enim
ens per ſe duplex:& illud qđ ſignificat eſſentiam rei, & illud qđ ſignificat veritatē rei. Et dicitur
hic veritas,non quę idē eſt qđ rei p ſe entitas in natura & eſſentia ei⁹ qua habet eſſe in ſe: ſed dimi
nuta rei entitas qua habet eſſe apud aīam apprehendentē eam.vt dicit̃.vi.Metaph. Tale eñ ens eſt
ens verum & pertinet ad p̄dicamētum accidentis,nō accidentis ipſi rei in ſe,ſed prout ab intelligē
te concipit̃.& ideo eſt accidens non in intellecto:ſed in intelligente. Ens autem qđ ſignificat eſſen-
tiā rei,magis ptinet ad p̄dicamētū generis.vt dicit Cōmē.ſuper.v. Metaph. Et (vt dicit ibidē) Ari
ſtoteles intēdebat diſtinguere inter hoc nomen ens qđ ſignificat complexionē in intellectu, & qđ ſi
gnificat eſſentiā q̃ eſt extra intellectū. Vnde cum dicit̃ ſortes eſt,hoc qđ eſt eſt,vno modo ſignificat
rem exiſtere in actu & p̄dicat eſſe rei in ſeipſa.alio modo ſignificat cōpoſitionem eſſe cum homine
D eſſe veram & p̄dicat eſſe rei in anima.Quib⁹ modis ꝓcedit illa cōmunis diſtinctio propoſitionū:ꝙ
propoſitio aut eſt de re aut de dicto.Eſt eñ de re propoſitio iſta,ſortes eſt,quādo hoc verbū eſt co-
pulat circa ſubiectū exiſtentiā eius abſolute ſub hoc ſenſu,ſortes eſt.i.eſſe conuenit ſorti. Eſt aūt de
dicto,quando cōpoſitionem eſſe cū ſubiecto indicat eſſe veram ſub hoc ſenſu,ſortes eſt.i.ſortem eſſe
eſt verum.De iſto modo eſſe per ſe.ſ.diminuto,verū eſt ꝙ ſemper eſt aliquid p̄ter eſſentiā rei cui⁹
eſt,quia eſt aliqđ non in ipſa re,ſed in cognoſcente & apprehendente ipſam.& eſſe dei modo iſto.ſ.
eſſe qđ eſt verum exiſtēs de deo apud intellectū creatū cognoſcentē & apprehēdentē deū,eſt aliqđ
pręter eſſentiā dei,non in ipſo deo,neq; aliquid in eius eſſentia exiſtēs,ſed in creato intellectu appre
hendente ipſum. Nec de tali eſſe dei intelligēda eſt propoſita quęſtio,ſed de eſſe eius primo modo



qđ conuenit ei in natura & eſſentia ſua,quæ eſt extra intellectū,qa ſecūdū Philoſophū vbi ſupra.v.
metaphy.diuiditur in ens actu & in ens potentia:ita ꝙ ens ſimpliciter dictum, vt commune ad
ens actu & ens potentia, eſt ens largiſſimo modo acceptum. quod ſecūdum Auicen.eſt ſubiectum
metaphy.& eſt commune analogum ad creatorem & creaturam,continens ſub ſe ens principium
& ens pricipiatum.quia ſecundum Auicen.non omne ens eſt principium, nec cuiuſlibet entis eſt
pricipiū. Et ſignificat hoc ens commune creatori & creaturę prima ſignificatione nō aliquid vtri E
q; commune reale:ſed ſignificat prima ſignificatione hinc creatorem:hinc creaturam,vt expoſitū
eſt ſupra. Et ens quod eſt pricipium non eſt niſi purus actus.Ens autem principiatum quantum
eſt de ſe non eſt niſi in potentia pura. Eſſe enim in potētia nullo modo conuenit deo,vt infra vide
bitur:nec in eſſe hoc communicat cum creatura:eſt enim eſſe ſecundum quid:quia ens in potentia
ſolum inquantum hmōi ſimpliciter eſt non ens:quale ens quantum eſt de ſe , eſt omne creatum.
Q; ſi conueniat ei act⁹ & eſſe in actu:hoc ſolū conuenit ei ex participatione ab eſſe creatoris,vt di-
ctum eſt:& ſic inquantum creaturæ conuenit eſſe in actu:& conuenit quodam modo cum creato
re:non conuenientia alicuius realis communitatis:ſed ſolum imitatiōis,vt dictum eſt.& hoc tam
quo ad eſſe illud quod conuenit rei ratione eſſentiæ ſuæ & naturæ per definitionem eius,expreſ-
ſum in habēte definitionem:ſecundū ꝙ definitio dicitur oratio indicans quid eſt eſſe:q̃ quo ad ei⁹
eſſe qđ cōuenit ei ratione ſuæ actualis exiſtentiæ,vt expoſitum eſt ſupra. Loquendo autē de eē qđ
conuenit rei ratione ſuæ eſſentię & a quo dicitur res etiā creata eē natura & eſſentia q̃dā , vt di-
ctum eſt ſupra:de quo dicit Auicen.ꝙ eſt illud qđ naturaliter primo de re concipitur: prius enim
res quæcunq; nata eſt mouere intellectum ratione qua ens eſt indeterminate conceptum ſub īdif-
ferentia ad duplicem determinationem prędictam:q̃ ratione qua deus creator eſt:aut creatura:Lo
quendo inquā de tali eſſe qđ ſit aliquid aliud a re,ſiue ſit ſubſtantia creata ſiue increata,q̃ eius eēn
tia: hoc omnino eſt impoſſibile.Cum eñ illa res alia quæ eſt ipſum eſſe,ſi ponatur eſſe aliud a na-
tura & eſſentia rei,dat illi rei de cui⁹ eſſe loquimur eſſe primum qđ habet:verius ipa dicet̃ eē eēn
tia illius rei q̃ quæcūq; alia res:quia id eſt quiditas & eſſentia in vnoquoq; qđ dat ei eſſe primo.ab
actu eñ eſſendi dr̃ eſſentia id qđ eſt,vt infra videbitur. Aut ergo erit proceſſus in infinitū:ꝙ ſemp
id qđ eſt in re,natura & eſſentia ſua habebit eſſe per aliud re ab ipſa:aut qđcūq; ens etiā creatū di-
cetur eſſe ſimpliciter per ſuam eſſentiam non per rem aliam additam eſſentiæ. Quare cum impoſ-
ſibile ſit procedere in infinitum:tunc enim non eſt ponere in re cui primo conueniret eſſe:quare ne
q; vltimum:qđ falſum eſt:Et qua rōne eſt ſtādum in aliquo qđ habet eſſe per ſuam eſſentiam:nō p
rem aliam additam illi:& in primo creato:Qđcunq; ergo datum p illud qđ eſt eſſentia ſua habet
eſſe,ſecundum ꝙ procedit determinatio Philoſophi.iiii.Metaphyſi.& Cōmē.ibidem contra Aui-
cen.De tali ergo ente & eē dicendum abſolute ꝙ non ſolum in deo creatore:ſed & in creatura cau F
ſata ab ipſo,eē rei non eſt aliquid aliud re præter eius eſſentiā:nec dicitur aliquid eē ens ſiue crea-
tor ſiue creatura p aliquam diſpoſitionem additam eſſentiæ ſuę:ſed per ipſam ſuam eſſentiam. Q;
autem hoc neceſſarium ē ponere in creaturis,patet per Philoſophum:qui.viii.metaphy.de illis en-
tibus quæ ſecundum ipſum non habent materiam:neq; ſenſibilem neq; intelligibilem:dicit ꝙ vnū
qđq; eoꝝ ſtatim eſt id qđ eſt p ſuā eſſentiā:& nō eſt alia cauſa alicuius iſtorū vt ſit vnū,neq; vt ſit
ens.vbi etiā Cōmentator dicit.i.illa quæ non habēt materiam non habent aliam cauſam a ſe ī hoc
ꝙ ſint vnum & in hoc ꝙ ſint ens,econtrario eis quæ ſunt in materia.qm̃ vnūquodq; iſtorum ex ſe
eſt aliquod vnum:& aliquod ens:qđ non eſt vnum ex alio,neq; ens ex alio.Et hoc intendebat cū di
xit,ſtatim.ſ.non per additum.In habentibus autem materiam ſunt compoſita ex materia & forma
vnum per formam.Et ſimiliter hoc qđ dicunt,ꝙ illa non habēt aliam cauſam vt ſint ens & vnū:ſi
habeat veritatem intellige formaliter:non effectiue , formaliter dico adhuc tanq̃ non a forma in-
L ¶Dicēdū eſt ad hoc:ꝙ ſcd̄m ꝙ cõtingit intelligere diuinã eſſentiã in gñali vel in
Reſponſio. particulari,vt dictū eſt ſupra,cõſimiliter & eē eiꝰ,& ſimilr̄ cõpoſitiōem huiꝰ cū hoc.Si ergo loqua
mur de intelligere deū eē in gñali & cõfuſe,ſic non cõtingit intelligere aliquã creaturam eſſe non
cointelligēdo deū eſſe.Sic.n.ītelligere deū eē in oībꝰ cõceptibꝰ cõplexis circa eē,primꝰ eſt, etiã quo
ad nos,ſicut & primꝰ eſt ex natura rei.Et de hoc modo intelligēdi deū eſſe dicit Damaſ. ꝙ deū eē
nobis naturalr̄ īſertū ē,vt dictū ē ſupra . Qꝫ aūt neceſſariū ſit illū eē primū cõceptū cõplexū de eē
dei,& coītelligi quocūqꝫ ītellectu cõplexo ītelligat̄ eē:ptꝫ ex hoc ꝙ ī eēntialibꝰ p̄dicatiōibꝰ,in qbꝰ p̄
dicatū ꝑ ſe ineſt ſubiecto,nõ cõtigit cognoſcere tmīos,qn eodē mõ quo ipi cognoſcãt̄,cognoſcat p̄
dicatū ineſſe ſubiecto,vt q ī gñali & intellectu cõfuſo cognoſcit qd ſit aīal & qd hõ,ī gñali & ītel-
lectu cõfuſo ſimul ſcit qa hõ eſt aīal,qa aūt in ſpeciali intellectu determīato cognoſcit hmõi termi
nos, in ſpeciali & determinate ſcit qa hõ eſt aīal.Nūc autē ita eſt ſcd̄m ꝙ procedit vltima rõ,ꝙ qcū-
qꝫ ītelligit aliqd īcõplexi in creaturis qd̄ cõicat cū deo,ſimul ītelligēdo qd̄ eſt creaturę,cointelligit
in gñali ītellectu cõfuſo qd̄ eſt dei,vt q intelligit bonū hoc,intelligit bonū qd̄ deꝰ eſt: & eadē rõne
q ītelligit ēs hoc,ītelligit ens qd̄ deꝰ eſt.Et ſimilr̄ q ītelligit eē huiꝰ neceſſario eadē rõne ī gñali co-
intelligit eē dei:& nõ ſolū coītelligit,ſed prio ītelligit id qd̄ eſt dei,& ꝑ illud qd̄ ē creaturę,vt īfra
determīabit̄.Ita ꝙ primi cõceptꝰ ſimplr̄ ab ītellectu ī primis cõceptibilibꝰ ſunt de illis q̄ dei ſūt:vt
entis boni veri.& hmõi.Quare cū eē dei,vt ſupra detmīatū ē,ſit de rõne dei,& idē oīno cū eiꝰ eēn
tia,& vt iã dictū ē,qcūqꝫ ītelligit aliqd̄ ens,ītelligit ens in gñali qd̄ ē deꝰ,& q ītelligit aliqd̄ eē,ītelli
git eē qd̄ ē dei,vt iã dictū eſt,& īfra detmīabit̄,igit̄ qcūqꝫ ītelligit aliqd̄ ens ī creaturis eē, in gñali
intelligit deū eē.Si vero loquamur de ītelligere deū eē in ſpāli,ſic nõ oportet ꝙ q intelligit in ſpāli
creaturã aliquã eē, ꝙ ītelligat ī ſpāli deū eē: qa nec oportet ꝙ tmīos ītelligat ī ſpāli.ſcd̄m ꝙ deter
minatū ē ſupra,ꝙ cõtingit ītelligere diuinã eēntiã ī gñali,nõ coītelligēdo eiꝰ eē in ſpāli. Nõ ē aūt
incõueniēs ꝑ hūc modū aliqd ſcire ī vniuerſali:& id ipm ignorare in ꝑticulari. vt determīat Phil.
in lib.poſte.& nõ ſolū ignorare,ſed & negare.Vñ illos q nõ cognoſcūt naturã & qditatem horum
termioꝝ hõ,aīal,niſi in gñali:& ī hoc ſciūt in gñali illã eſſe verã,hõ eſt aīal:bñ tñ cõtingit hoc ne
gare ī particulari;nõ ſciēdo ꝑfecte & ī ꝑticulari qd ꝑ illos termīos ī ꝑticulari ſignificet̄.Per hęc pa
M tēt obiecta.¶Ad primū ꝙ eē creaturã priꝰ eſt in nr̄a cognitiōe q̄ eē deū,ergo &c.Dicēdū ꝙ verū ē
Ad pri.prin. cognitiōe ī ꝑticulari,qa nr̄a cognitio a ſenſu īcipit.Et ideo põt hõ ſcire creaturã eſſe in ꝑticulari,
nõ ſciēdo ī ꝑticulari creatorē eē:cognitiōe aūt ī vlī,neceſſario priꝰ cadit ī nr̄a cognitione deū eē,q̄
aliquã creaturã eē.& iō ī vlī nõ põt aliq̄ creatura ītelligi eē,nõ coītelligēdo deū eē, licet hoc ītelle
N ctꝰ nõ aduertit.vt īfra videbit̄ magis.¶Ad.ii.de dicto Boet.Dicēdū ꝙ ītelligit amoueri ab aīo deū
Ad ſcd̄m. eē intellectu in particulari:qd̄ bñ poſſibile eſt.& cū hoc ītelligere in ꝑticulari creaturã eſſe:aut eſſe
bonã.ſed intelligēdo in particulari creaturã eſſe aut eſſe bonam nõ cointelligendo deū eſſe in vni
uerſali,illud non eſt poſſibile:nec ponibile niſi per impoſſibile.vt ex dictis patet.



Articu.XXIII.De quiditate dei in comparatione ad ipm̄ deum.

V Iſo de deo an ſit: cõſequēter vidēdū eſt de eodē quid ſit:& O
circa hoc querunt̄.ii. Primum de qditate dei in cõparatiōe ad ipſum Artic.
deum cuius eſt.Secundū de ipſa in cõparatione ad noſtram cognitio XXIII.
nem.Circa primum ſunt queſtiones due.

Prima:vtrum in deo ponendū ſit eſſe quiditatē.
Secūda:vtrū deus ipe ſit ſua qditas & eſſentia.

D E primo arguit̄ ꝙ in deo non ſit quiditas. Primo P
ſic.Auicen.dicit.viii.Metaph.quicquid habet qui- Quæſtio.ii.
ditatem cauſatū eſt.deus non eſt cauſatū,ſed pri- Argu.i.
mum principiū,& omniū cauſa.ergo &c. ¶Secun a
do ſic.ph̄s dicit.vii.Metaph.Definitio eſt ſermo qditatis.cui ergo nõ cõuenit definitio:nec qditas
deo nõ cõuenit definitio:quia definitio habet partes,quę ſunt partes rei definitę.vt ſimiliter dicit In oppoſitū.
ibidem.deus aūt nõ habet partes omnino,vt infra videbit̄. ergo &c.¶Contra,quiditas & eſſentia
idē ſunt maxīe ī ſeparatis a materia.vt vult ph̄s.iiii.&.vii.Metaph.Sed deo cõuenit veriſſime eſſen
tia.qa magis proprie dicit̄ eſſentia q̄ ſubſtantia;vt infra videbit̄.quare veriſſime cõuenit ei qditas.
¶Dicendum ꝙ in hac queſtione aliud eſt querere an deo cõueniat quiditas ali- Q
qua:& querere an deus habeat quiditatē.Si em̄ primo modo intelligamus queſtionem,ſcire debe- Reſponſio.
mus ꝙ licet forte in rebus materialibus aliud ſit eſſentia rei:aliud quiditas eius:vt eſſentia rei cõ
prehēdat omnia illa quę ſunt de ſubſtantia eius, vt materiam & formã. ſcd̄m ꝙ dicit Auer. ſu-
per.viii.Metaph. Duo dant eſſe rei,qd̄ ſignificat definitio in omnibus rebus habētibus materiã &
formã.qditas aūt noīat formã ſolū. ſcd̄m ꝙ dicit Auer.ſup.vii.Metaph.Quiditas hoīs vno modo
eſt homo.alio mõ nõ eſt hõ.i.eſt forma hoīs: & nõ eſt hõ,q eſt cõpoſitꝰ ex materia & forma.In re-
bus tamē abſtractis a materia idē eſt omnino quiditas rei & eſſentia eius: quia nõ ſunt niſi forma
& actus liberatus a materia.ſcd̄m ꝙ dicit ph̄s.vii.Metaph.In rebꝰ primis quę dicunt̄ per ſe eſſen-
tia;quęlibet rerū ſingulariū,& qd̄libet ſingulare idē & aliquod vnū.& in.viii.eiuſdem.Oīa quę nõ
habēt materiam,neqꝫ ſenſibilem neqꝫ intelligibilē,vnūqd̄qꝫ eorū eſt ſtatim vnū illud qd̄ eſt ꝑ eſſen
tiã,vbi dicit Cõmēta.i.vnūqd̄qꝫ eorū eſt idem cum eo qd̄ dat ſuum eſſe.ſcd̄m ꝙ quiditas & eſſen
tia ſunt in eis idem.vt dicimꝰ in aliquo ꝙ habet eſſentiã,ꝙ in eo nõ eſt aliqd additū eſſentię. Et ſi
hoc ſit in abſtractis a materia(qd̄ forte nõ eſt in eis vſquequaqꝫ verū,vt alias videbit̄) maxīe & in
dubitanter verū eſt in primo & ſumme abſtracto,& a materia,& limitatione ipſius eſſe,quod nul
li creaturę cõuenit.vt de eo principaliter intelligamus verificari illud Auicen.v.Metaph.ſuę.Qui
ditas oīs ſimplicis eſt ipſumqꝫ ſimplex.nihil em̄ eſt ibi receptibile ſuę quiditatis.Cum ergo querit̄
an ſit deo quiditas aliqua,Dicendū ꝙ veriſſime ei cõuenit quiditas ſicut & eſſentia: hoc modo.ſ. R
vt ipſe dicat̄ eſſe quiditas & eſſentia quędã,ſicut melius patebit in ſequēti queſt. Si aūt intelliga-
mus queſtionē Scd̄o modo,an.ſ.deꝰ habeat quiditatē,ſcire debemus ꝙ nõ dicit̄ aliquid ꝓprie ha-
bere quiditatem,niſi id in quo poſſit eſſe alia & alia ratio quiditatis & habentis quiditatē : vt etſi
eſſentia talis rei cõprehendit totū qd̄ eſt de natura eius,quiditas tñ ſolū nominat in ipſa re id qd̄
determinat eſſe & eſſentiã eius,& maxime vltimū,qd̄ eſt cõpletiuum in re,ad modū quo in rebus
materialibꝰ totum qd̄ eſt in eis & materia & forma, dicit̄ eſſe de eius eſſentia,quiditas aūt eius ſo
lum dicit̄ forma,quę facit ꝙ ſit quid,& ens determinatum,& ad modū quo ſpeciei definitæ eſſen-
tia eſt totum qd̄ cõtinet definitiua rõ eius:quiditas aūt ꝓprie dicit̄ & maxime differentia vltima
ſpecifica. Et ſic in ſubſtãtiis ſeparatis a materia( ſi tamen ſint aliquę tales,& cum hoc ſit in eis cõ
poſitio ex genere & differentia) totum quod eſt in eis & forma generis & forma differentiæ, eſt
eſſentia eius.quiditas vero eius ꝓprie,dicit̄ proprie forma differētię ꝑ quã habet ꝙ ſit quid deter
minatū in ſpecie.Si etiã aliqua earum ſit forma,ita ſimpliciter,vt non ſit in ea ratio compoſitionis
ex gñe & differētia,ſed ſolū ex eſſe & eſſentia:quã neceſſe eſt ponere ad minꝰ in ſimpliciſſima crea
tura,vt infra videbit̄ : etſi totū quod eſt in ea,eſſentia eius eſt:ipſa tamē eſſentia inquãtū determi
nat eſſe eius:ꝓprie qditas eius dicit̄:quia ſic dat ei eſſe in ſpecie determīata. Quod cū ita ſit,patet
ꝙ nõ eſt aliqd hñs quiditatē:niſi qd̄ habet eſſe ꝑ formã ſuã determīatū:& ita aliquã rõnē cõpõnis.
Deus igit̄ nullo modo dicēdꝰ eſt hr̄e qditatē ꝓprie loquēdo:qa eſſe ſui nulla in ſe eſt determīatio: S
vt īfra videbit̄ magis:& ideo deꝰ nõ hꝫ definitionem:neqꝫ habet ꝓprie locū in ipſo queſtio qd ē. In
hñtibꝰ.n.qditatē,cognito de re an ſit:ſtatī hēt locū ī eodē,q̄ſtio qd ſit.q̄ſtio.n.qd eſt ſcd̄m ph̄m ſup
ponit queſtionem an eſt,vt infra dicetur.In deo aūt cognito ꝑfecte an ſit:vt cognito īfinito pelago
eſſe eius,non habet locum quid ſit:vt infra patebit:quia non habet aliquid eſſe ſuum determinãs.

Nō enim eſt niſi eſſe purū, vt ſupra dictū eſt. Vnde etſi deus dici poteſt eſſe quiditas quedā: ſicut
eſt eſſentia quedā: nō tñ ita proprie dicitur quiditas vt eſſentia: quia nomen eſſentie ſumit ab eſſe
ſimpliciter, nomen autē quiditatis ab eo qđ eſt determinatū eſſe: & facit rē eſſe quid, & in eſſe ſuo
determinatā. Ex quo patet vlteriꝰ ꝙ in habēte ꝓprie qditatē, eē eiꝰ nō eſt tota eius eēntia, vt eſt in
T deo: ſed magis cōſequēs eius qditatē: & extra eius intētionē, vt ſupra expoſitū eſt. Propter oīa hæc
iam dicta dicit Auicē. viii. Metaphy. ſue. Primū nō habet quiditatē. Dico eñ ꝙ neceſſe eſſe nō po
teſt habere quiditatē quā cōcomitat neceſſitas eēndi: ita vt ſit in eo cōpoſitio, igitur omne habens
quiditatē cauſatū eſt: & talia ſunt omnia alia a neceſſe eſſe: & habēt quiditates que ſunt ꝑ ſe poſſi
biles eſſe: quibus nō accidit eſſe niſi extrinſecus. Primus igitur vt dicit nō habet quiditatē: ſed ſup
habētia quiditates fluit eſſe ab eo: & in omni eo qđ eſt preter ipſum, eſt additio ad eſſe. Cum autē
deſignatur eius certitudo: non deſignatur niſi poſt entitatem per negationē conſimilium: & per
affirmationē relationum ad ipſum: qm̄ oīe qđ eſt: ab ipſo eſt: & non eſt cōicans ei qđ eſt ab ipſo.
Ad obiecta. ¶ Per iam dicta patent obiecta vtriuſqꝫ partis.
V Circa ſecundum arguit, ꝙ deus non ſit ſua quiditas. Primo ſic. Hila. dicit. vii. de
Quæſt. ii. Arg. i. tri. Nō eſt idem ens natura & res naturæ: vt homo, & quod eſt hominis. Deus
eſt ens natura, quiditas autem vel eſſentia eius eſt res nature que ipſe eſt, ergo
2 &c. ¶ Secundo ſic. Nihil eſt id qđ eſt aliqd ſui. eēntia vel quiditas dei eſt aliqd
In oppoſitū. eius: quia forma in ipſo, ergo deus nō eſt ſua eēntia. ¶ Contra eſt illud qđ dicit
Boethius lib. de hebd. Nature ſimplici idē eſt qđ eſt & quo eſt. qđ eſt, deus eſt:
quo eſt: eius eſſentia eſt, ergo &c.
X ¶ Dicēdum ad hoc, ꝙ quādocūqꝫ aliquid nō eſt ſua eſſentia: oportet ꝙ ſit in eo ali
Reſponſio. quid preter ſuam eſſentiā. Si enim nihil eſt in re preter ſuam eſſentiā: totū qđ res eſt: eſt eius eſſen
tia. in deo autē nō poteſt aliquid eſſe preter eius eſſentiā: quoniā tunc eſſentia eſſet in deo per mo
dum partis: & eēt in eo cōpoſitio, qđ eſt impoſſibile, vt infra videbit. Abſolute ergo cōcedere opor
tet ꝙ deus ipſe ſit ſua eſſentia, vnde cum ſuperius oſtenſum eſt, ꝙ eſſentia dei eſt eſſe eius: abſolu
te tenēdum eſt ꝙ etiā deus eſt ſuum eſſe, & nihil aliud omnino preter eſſe ſuum purum.
Y ¶ Ad primū qđ arguitur in oppoſitum ſecūdum Hila. Dicēdū ſecundū magiſtrū
Ad pri. prin. primo ſenten. diſt. xxxiiii. ꝙ illud dixit Hila. reſpiciendo ad naturas creaturarū. vnde non habet lo
Z cum dictum eius circa deū. ¶ Per ſimile dicendū ad ſecundum, ꝙ in cōpoſitis illud ſolū habet ve
Ad ſecundū ritatē ꝙ res nō eſt id qđ eſt aliqd ſui: qa res nō eſt niſi id qđ totā naturā ſuā cōplectit. in ſimpliciſ
ſimo aūt ſicut eſt deus: vbi idipſum eſt tota natura rei, idipſum eſt res ipſa: & magis ꝓprie res di
citur eē ipſa: q̄ dicatur eē ipſius: & non dicit eiꝰ niſi ꝓpter proprietatē: & modū ſignificandi. Eſſen
tia. n. ſignificat vt forma: Deus autem vt ſuppoſitum forme.

Ar. XXIIII. Sequitur Artic. XXIIII. De quiditate dei in cōparatione ad
noſtram cognitionem. Et circa hoc queruntur nouem.
Primum: vtrum quiditas dei ſit cognoſcibilis a nobis.
Secundū: vtrū ex puris naturalibus cognoſcibile eſt qd ſit deus.
Tertiū: vtrū eadē cognitione cognoſcit de deo, an ſit, & quid ſit.
Quartū: vtrū ſcire qd non ſit expedit ad ſciendum quid ſit.
Quintū: vtrū qd nō ſit pōt ſciri non ſciendo quid ſit: vel ecōuerſo.
Sextū: vtrū qd eſt deus poteſt ſciri ex creaturis.
Septimū: vtrū qditas dei eſt primū qđ homo ex creaturis cognoſcit.
Octauū: vtrū ſcire id qđ deꝰ eſt: eſt ratio ſciendi omnia alia.
Nonum: vtrum homo cognoſcēdo alia per id quod deus eſt: diſcernat illud ab aliis.
A Circa primū arguit, ꝙ quid ſit deꝰ, ſit a nobis cognoſcibile. Primo ſic. Aug. dicit
Queſt. i. Arg. i. xiiii. de tri. Mens eo eſt imago dei: quo capax eſt, vel capax pōt eſſe. Capax aūt
eius eſt per cognitionē. vt exponit in li. de ſpiritu & aīa. Eſt autem imago dei:
non quo aliquid eſt ſimpliciter: quo ad hoc eñ omnis creatura eſt ſimile deo:
& eius veſtigiū: vt dicitur. lxxxiii. q. q. li. ſed rōne qđ qd eſt in eo. ſ. ratione vnita
tis eſſentie & trium perſonarū. Dixit enim deus trinus & vnus illud Gen. i. Fa
ciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtram. vt exponit Auguſt. & Hila. ergo deus ratio
2 ne eius qđ quid eſt in eo, capax eſt ab homine per cognitionē. ¶ Secundo ſic. Nō amatur niſi cogni
3 tum: ſed cōtingit hominē amare diuinā eſſentiā, ergo &c. ¶ Tertio ſic. Non contingit cognoſcere
de aliquo ſi eſt: niſi aliquo modo cognoſcēdo de eo quid eſt, vt infra declarabitur. de deo contingit



hominem cognoſcere eſt, vt ſupra declaratū eſt. ergo &c. ¶ In oppoſitū eſt Damaſc. qui dicit In oppoſi. i.
li. i. ca. ii. Quid eſt dei ſubſtātia, ignoramꝰ: & dicere nō poſſumus. Et ca. iiii. Quoniā eſt qd, ma
nifeſtū eſt: quid autē eſt ſcđm ſubſtantiā & naturā, incōphenſibile hoc & ignotū. ¶ Itē Greg. 2
ſup Eze. Quātūcūqꝫ mens in cōtēplatione ꝓfecerit, nō ad id qđ ipſe eſt: ſed ad aliqd quod ſub
ipſo eſt peruenit.
¶ Dicēdum ad hoc: ꝙ quid eſt de re aliqua dupliciter habet cognoſci. Vno modo B
ſciendo eius definitiuā rationē: quia ſcđm phm, definitio eſt ſermo quiditatis & eſſentie. Alio Reſponſio.
modo habēdo nature qua res eſt id qđ eſt, imediatā in natura definiti notionē. Primo mō qdi
tas ſolū habet cognoſci in habētibus definitionē: quā deus habere nō poteſt, vt dictū eſt: qa oīs
definitio habet ptes eaſdē cū partibus rei definite. ſcđm phm. vii. Metaph. Deus aūt ſimplex
& purum eſſe eſt, vt dictū eſt ſupra. Si ergo dei quiditas cognoſcat: hoc fit cognoſcendo natu
rā eius qua eſt id qđ eſt: qui ſolū vere eſt id qđ eſt. Sed vt dicit Auguſt. ſer. ii. ſup Ioan. Quid
eſt qđ eſt, niſi qđ tranſcēdit oīa q̄ ſic ſunt ꝙ nō ſint? Quis ergo capit aut quis quocūqꝫ ītēderit
vires ſuas, vt attingat quomō poteſt id qđ eſt? certe rarus eſt valde. ſcđm ꝙ dicit li. ii. de ordi
ne. Ratio eſt mētis motio, q̄ ducere ad deū ītelligēdū: rariſſimū oīno genus hominū poteſt. Et
ideo ꝓpter exceſſum intelligibilis increati ſup omnē intellectū creatū, dicebant aliqui ꝙ deus
in ſua qditate & natura a nulla creatura cognoſci aut videri poſſet: ſicut ſol ꝓpter excellētiā
lucis viſibilis in eo a debili viſu veſpertilionis oīno videri nō poteſt. Vnde dixit Ioānes Scotus
Cōmē. Angelice Hier. ꝙ ſolū in qbuſdā Theophaniis a creatura rationali videret diuina eſſen
tia & cognoſceret: q̄ obūbrarēt ſuā eſſentiā ſicut ſol ī nube: nō ī ſē nude. Nō oportet ſic dicere:
quia non valet ſimile: quoniā ſol quātū eſt de ſe: eſt de neceſſitate viſibile repſentans ſe in toto
ſuo fulgore: nō potens ſe ꝑ ſe cōtēperare videnti. Et ideo oportet ꝙ ꝑ aliud vt ꝑ nubem cōtem
peretur. Quiditas aūt diuina nulla neceſſitate: ſed ſua mera voluntate viſibilis eſt creaturæ.
Scđm ꝙ dicit Auguſti. de vidēdo deū: ad Paulinū. In eius volūtate ſitū eſt videri: cuiꝰ natu
re eſt nō videri. Nā ſi nō vult, non videtur: Si vult videt. Et ideo pōt deus ipſe ſuā eſſentiā co
gnoſcēti cōtēpare ſine medio, vt videat. Sicut ſol cōtēperat mediāte nube. ſcđm ꝙ dicit Dio.
i. de di. no. Bonū diuinū ſcđm ſignificationē nō eſt nobis incōmunicabile: qa cuilibet noſtrū ꝓ
portionatū ſe immittit. ¶ Sed tūc vtrū cognoſcibile ſit de deo qd ſit; ī vita iſta, de hoc eſt totū C
pondus q̄ſtionis. Et videt forte pluribus dicēdū: ꝙ in vita iſta quid ſit oīno cognoſci nō poſ
ſit: ſed ſolū qd nō eſt. Scđm ꝙ videt ſentire Damaſc. cū dicit in primo ſentētiarū ſuarū. Quid
eſt dei ſubſtātia: vel qd eſt ſm ſubſtātiā ignoramus, & dicere nō poſſumꝰ. Incomphēſibile oīno
hoc: & ignotū. Qđ declarare videt tā ī eis q̄ cognoſcunt de deo priuatiue, q̄ ī eis q̄ de ipſo co
gnoſcunt poſitiue. De primis dicit. Incorporeū eſſe deū, hoc ſubſtātie eius demōſtratiuū, neqꝫ
ingenerabile: & ſine principio & inalterabile & īcorruptibile: & q̄cūqꝫ talia de deo & circa deū
eē dicūt: hec nō qd ē ſignificāt: ſed qd nō eſt. Oportet aūt eū q vult ſubſtātiā alicuiꝰ dicere, qd
eſt enūciare: nō qd nō eſt. Verūtñ in deo qd eſt dicere: īpoſſibile eſt ſcđm ſubſtātiā. Vñ cogni
tionē de deo qd nō eſt principaliter inueſtigandam eſſe docet: cū ſubdit. Familiarius aūt ex oī
ablatione hominū facere rationē. Nihil eñ eoꝝ q̄ ſunt eſt, nō vt nō ens: ſed ſup oīa ens. & hoc
ſolū eſt cōphēſibile eius infinitas & incōphēſibilitas. Sed hoc nō videt cōueniens: qm̄ negatio
eoꝝ q̄ ſunt circa creaturā īquātū hmōi: nihil ponit oīno entis: ſed remouet qđ eſt. Priuatio aūt
& qđ nō eſt, nō eſt principiū cognoſcēdi aliqd in ente: ſed magis ecōuerſo. ſcđm ꝙ dicit Auicē.
Eſſe notius eſt q̄ nō eſſe. Eſſe eñ cognoſcit ꝑ ſe: nō eſſe vero cognoſcit ꝑ eſſe aliquo mō. Et ita
talia cognoſcere de deo q̄ ſolū dicūt priuationē eoꝝ q̄ habent eſſe in creaturis, ſi nihil aliud po
ſitiue oīno cognoſcamus de eo qđ eſt ſcđm ſubſtātiā eius: qa nō eſt niſi ſimplex eſſe: nō eſt no
bis oīno cognoſcibile aliqd de eo: vt nihil plus dicamur ſcire de deo quid ſit: q̄ ſciamꝰ de hoīe
ſciēdo ꝙ nō eſt lapis: aut lignū: & qđ ampliꝰ ē nec hoc qđ nō eſt poſſet circa ipm cognoſci: nō
cognoſcēdo aliquo mō qd ē: vt infra dicet. Vñ cū vt dicit Aug. de orādo deū ad Probā, qđ ſi
cuti ē cognoſcere nō poſſumus: vtiqꝫ neſcimꝰ: ſi igit deū oīno qd ſit neſciremus: oīno eū non
amaremus: quia inuiſa diligere poſſumꝰ: īcognita nequaq̄, vt dicit. vi. de tri. neqꝫ etiā eū inuo
caremus. Scđm ꝙ dicit in principio cōf. Quis te īuocat neſciēs te? Concedere ergo oportet ꝙ
qditatē dei hominē cognoſcere eſt poſſibile quoquo mō. Scđm ꝙ dicit Aug. ſer. i. ſup Io. Quid D
factū eſt in corde tuo cū dicerē deus? magna & ſumma q̄dā ſubſtātia cognita eſt: que trāſcen
dit oēm mutabilē creaturā, hoc eſt verbū de deo in corde tuo. Sed ad tātillā cognitionē eiꝰ qđ
quid eſt de deo deuenire, etſi ſumme eſt difficile: eſt tñ poſſibile: qm̄ ſic eſt in natura oīm rerū: E
ꝙ naturaliter ordinatū ad aliquā opationē, debet habere a natura organa & inſtrumēta: per q̄

poteſt in opationē ſuā ꝓcedere. Aliter eñ eſſet fruſtra: qđ nō eſt ponere in aliqua rerū natura-
liū. Vñ dicit phs. ii. cęl. & mū. Quia extra rationē eſt: vt natura poſuerit ſtellas mobiles: & nō
præparauerit eis īſtrumēta motꝰ. Et natura qdē nō abſq; cauſa aliqd vacuū poſuit. Homo aūt
ordinat̃ ad ſpeculandū deū: tāq̄ ad eius opationē optimā & pfectiſſimā circa optimū & pfectiſ-
ſimū ſpeculabile: qa ī tali opatione cōſiſtit eiꝰ finalis beatitudo, ſcđm phm ī. x. Ethi. Propter qđ
etiā determinat Aug. xiiii. de tri. ī pricip. ꝙ nō dr̃ aīa imago dei ex eo ꝙ capax eſt p ītelligētiā
memoriā & volūtatē ſuiipſius aut alicuiꝰ rei mutabilis: ſed ex eo ꝙ ipſius dei capax eſt. Specu
latio aūt talis nō eſt circa deū niſi inquātū deus eſt obiectū intellectualis cognitionis. Obiectū
aūt ītellectualis cognitionis circa qđcūq;: nō eſt niſi qđ qd eſt ī eo. ergo deꝰ ſcđm ſuā eſſentiā:
& qđ qd eſt ī eo, eſt obiectū ſpeculatiōis & ītellectualis opationis ī hoīe, ad quā ordinat̃. Debet
igit̃ hō habere ī ſe organū: p qđ pōt in ſpeculationē eſſentię & qditatis dei p intellectualē opa
tionē ꝓcedere. Aliter eñ ipſe eſſet fruſtra. Illđ aūt organū nō eſt niſi potētia ītellectualis ī eo: p
quā qditatē & eſſentiā dei pōt cognoſcere. Abſolute igit̃ cōcedēdū ꝙ qditas dei & eſſentia ab
hoīe eſt cognoſcibilis: nō ſolū ī futuro: qđ ſolū videt̃ cōuincere declaratio habita: ſed & ī pñti.
Vñ & Cōmē. exponēs illud ſcđi Metaph. Diſpoſitio intellectꝰ in aīa apud illud qđ eſt in natu
ra valde manifeſtū, ſilr̃ ē diſpoſitiōi oculoꝝ veſptilionis apđ lucē ſolis, dicit ꝙ difficultas cōp
hēſionis in rebus q̄ ſunt in fine veritatis. ſ. in primo principio: & in principiis abſtractis a mate
ria, eſt ex nobis & defectu noſtri: nō ex illis. Et aſſimilauit virtutē intellectꝰ in cōphēdēdo in
telligibilia abſtracta debiliſſimo viſui in cōphēdēdo maxime ſenſibile. ſ. ſolē. Sed hoc nō demon
ſtrat res abſtractas intelligere eſſe īpoſſibile nobis: ſicut inſpicere ſolē eſt īpoſſibile veſptilioni.
Mōſtrat aūt poſſibilitatē cognoſcēdi ipm deſideriū naturale ſciēdi verū, qđ ceſſare nō pōt quo
uſq; deueniat in cognitionē pfectā primi veri. vt dictū eſt ſupra. cuius cognitionē pfectā nullo
mō in pſenti deſideraret: niſi aliquo mō etiā ī pſenti pcipet: vt iā dictū eſt. Vñ p hoc ꝙ mō no
uit homo modicū: excitat̃ ad maximū. Propter qđ dicit Aug. in pric. cōf. Feciſti nos ad te: & in
quietū eſt cor noſtrū donec quieſcat ī te. & de vidēdo deū. Deſideriū veraciter pioꝝ: quo vide
re deū cupiūt: & inhianter inardeſcūt: nō (vt opinor) in eā ſpeciē cōtuendam flagrat: qua vt
vult apparet qđ ipe nō eſt: ſed ī eā ſubſtātiā qua ipſe eſt qđ eſt: quā videre deſiderauit Moyſes
cū dixit. Si inueni gratiā corā te: oſtēde mihi temetipm. Quātū aūt & quō cognoſcibile eſt de
F deo: qđ qd ē ī pſenti: iā cōſeqnt videbit̃. ¶Scđm iā dicta igit̃ cō cedēda ſunt pria duo obiecta.
Ad princi. ¶Ad obiectū in cōtrariū p Damaſ. dicēdū ꝙ loquitur de aliquo modo ſpeciali co
Ad primū gnoſcēdi dei qditatē: nō aūt de oī. Aliqs eñ aliquo mō eſt poſſibilis in pñti: & aliqs ī futuro: &
in oppo. aliꝰ nullo mō. vt in ſeqnti. q. patebit. ¶Silr̃ ad dictū Greg. Dicēdū ꝙ idcirco dicit illđ: qm̄ qcqd
G hic ītelligimꝰ de deo, ſub ęnigmate & velamine creaturę ītelligimꝰ, vt īfra videbimꝰ. Et quoad
Ad ſcđm. hoc qđ intelligimꝰ de eo ī pñti: lꝫ ſit eiꝰ qditas: ē tñ ſub ītellectu nudę qditatis. vt īfra patebit.
H Irca Secūdū arguit̃: ꝙ ex puris naturalibꝰ cognoſcibilis ſit ab hoīe diuina qdi
Queſt. II. tas. Primo ſic. Illud quo oīa alia cognoſcimus: quo etiā de ipſis iudicamus: co
Arg. i. gnoſcit̃ neceſſario cognitis aliis: quia ꝓpter qđ vnūqđq; & illud magis. Sicut
lux ab oculo ī cognoſcēdo p ipm colores: & iudicando de eis: & prima princi
pia ab intellectu in cognoſcēdo cōcluſiones & iudicādo de eis, prima veritas,
quę eſt diuina quiditas, eſt hmōi, vt vult Aug. de vera rel. & xiiii. de tri. vt ha
2 bitum eſt ſupra. ergo &c. ¶Secundo ſic. Auguſt. dicit. i. ſoli. Ratio ꝓmittit ita
tuæ menti demōſtraturum deum vt oculis ſol demōſtratur. ſed oculis ſol demōſtratur præ-
ſentialiter p ſuam eſſentiā. ergo p eſſentiam ꝓmittit ratio demōſtraturū deum. ſed nō ꝓmittit
niſi īplere poſſet. ergo ratio pōt deū in eſſentia ſua demōſtrare. ſed ipſa in nobis eſt pure natu
3 ralis. ergo &c. ¶Tertio ſic. Finis & p ſe obiectū intellectualis cognitionis, veritas eſt ſcđm phm
ii. Metaph. Sed ī eis q̄ ſunt p ſe, ſi ſimpliciter ad ſimplr̃: & magis ad magis ī īfinitū. Propter qđ
dicit phs in prio Politicę: ꝙ ſicut medicinalis ſciētia eſt ad ſanitatē in infinitū: & q̄libet artiū
finis eſt in infinitū. Nūc aūt homo ex puris naturalibꝰ pōt cognoſcere veritatē aliquā. ergo &
maiorē veritatē poterit magis cognoſcere: & ſummā ſumme. Vñ ſcđm phm: intētio intelligi-
bilis non debilitat intellectum: ſicut intentio ſenſibilis ſenſum: ſed confortat magis: quia poſt
magis intelligibile nō minus intelligit minꝰ ītelligibile: īmo magis, vt dicit ī. iii. de aīa. ſed ſum
4 ma veritas eſt diuina quiditas. ergo &c. ¶Quarto ſic. nos nō ſcimus veritatē abſq; eo ꝙ ſcia-
mus cām eius. ſed prima veritas eſt cā oīm aliarū veritatū in eſſe & ī eſſe verū. ſcđm ꝙ vtrūq;
hoꝝ habet̃. ii. Metaph. ergo nō ſcimꝰ aliā veritatē abſq; eo ꝙ ſcimꝰ primā veritatē. Multas aūt
veritates alias ſcimꝰ ex puris naturalibꝰ. ergo & primā veritatē: illa aūt ē diuīa qditas. ergo &c.



¶In oppoſitū ē. qm̄ ſcđm Aug. xii. de ci. dei, qcqd ſcit̃, ſciētis cognitiōe cōphēdit̃. ergo qđ ſcit̃ ex In oppoſi.
puris naturalibꝰ: ex puris naturalibꝰ cōphēdit̃. ſꝫ dei qditas cū ſit eē purū ñ limitatū, vt hītū ē
ſupra, nō pt̃ cōphēdi ab eē creaturę naturali limitato, vt videbr̃ loq̄ndo de creaturis. ergo &c.
¶Dicēdū ad hoc: ꝙ ad modū triplicis cognitionis ſenſitiuę cōtingit imaginari de I
deo triplicē cognitionē ītellectiuā. Eſt eñ q̄dā cognitio ſenſitiua rei ex eiꝰ pñtia nuda p eſſen Reſponſio.
tiā ſuā: Sicut oculus videt colores ī pariete. Eſt aūt alia cognitio ſenſitiua rei ī eiꝰ abſentia. &
hęc eſt duplex. Vna q̄ res ipſa cognoſcit̃ p ſuā ꝓpriā ſpeciē. Sicut hō imaginat̃ ī tenebris colo-
res quos vidit ī lumine. Alia q̄ res cognoſcit̃ p ſpeciē alienā: ſicut ouis vidēs lupū, p ſpeciē colo
ris eiꝰ & figurę ęſtimat inimicū & nociuū. Ad modū primę cognitiōis ſenſitiuę deꝰ cognoſcit̃
immediate p nudā eſſentiā: et hoc ſimplici ītelligētia: nō rōne collatiua p aliqđ mediū rōnis.
Vñ & illa cognitio dicit̃ cognitio viſionis: qa ī ea videt deū oculus mētis: ad modū quo videt
oculꝰ corpis formā coloris. Hoc mō ſcire vel ītelligere de deo qd ſit p eſſentiā: nō cōtingit ali-
cui creaturę ex puris naturalibꝰ, de quo ī ſe debet eē bona q̄ſtio: neq; ſilr̃ cognitione tali cogno
ſcibilis eſt ī vita iſta ex cōi gr̃a. ſm ꝙ dicit Aug. in li. de fide cathol. Tua eſſentia & ſpēs poteſt
dici, & for̃a: & eſt id qđ eſt. Reliq̄ aūt nō ſunt id qđ ſunt. Hæc veriſſime pōt dicere: Ego ſum q
ſū. Hęc tāta & talis eſt: vt de eiꝰ viſiōe nihil ī hac vita ſibi vſurpare mēs hūana audeat, qđ ſolis
electis tuis pmiū ī ſubſeqnti remūeratiōe reſeruas. Vñ ſup illđ: Habitat lucē inacceſſibilē: quā
nullus hoīm vidit: ſed nec videre pōt. Gl. In hac vita, poſt aūt videbit̃. Intelligo aūt ī hac vita
ſcđm cōmunem curſum: & ſecundum cōmunem gratiā. In raptu aūt ex gratia priuilegiata
bene pōt videri et ī vita iſta: ſicut viderūt eū Paulus & Moyſes. vt deteriat Aug. in li. de vidē
do deū, ad Paulinā. Ad modū aūt ſcđę cognitiōis ſenſitiuę nō eſt deus oīno natus cognoſci. qa
nō habet ſpeciē ſui aliā a ſua eſſentia q̄ cognoſcibilis ſit: qa nihil pōt eē ſimplicius eſſentia eiꝰ:
de quo alias debet eē ſermo. Ad modū aūt tertii modi cognitiōis ſenſitiuę ſic ī pñti cognoſcit̃
quid ſit ex puris naturalibꝰ aſſiſtēte diuina illuſtratione generali. et hoc eſt ex creaturis, vt vi
debit̃ ī ſeq̄ntibꝰ. Et de iſto tertio mō cognoſcēdi ꝓceſſit prima rō. Aliter eñ deꝰ ſm cōem cur-
ſum huiꝰ vitę nobis nō eſt rō cognoſcēdi alia (dico tāq̄ primo cognitū) q̄ ſcđm illū modū quo K
cognitio eiꝰ capit̃ ex creaturis: vt īfra videbit̃. ¶Ad ſcđm: ꝙ rō ꝓmittit ſe demōſtraturā deū Ad ſcđm.
vt oculis demōſtrat̃ ſol: Dicēdū ꝙ verū ē: ſed nō oīno ī virtute ſua: ſed ī virtute luminis glię,
vel ſpeciał gr̃ę: cuiꝰ eſt ſuſceptiua, & firmit p fidē ſe ſuſcepturā cōfidit, ſi bñ naturalibꝰ ſuis vſa
fuerit: qa hñti dabit̃. & ī tali cōfidētia illđ ꝓmittit: nō pſumēdo de virtute naturali ꝓpria, ſꝫ de L
diuina bonitate gratuita. ¶Ad tertiū: ꝙ ex puris naturalibꝰ pōt hō cognoſcere veritatē ſimplr̃ Ad tertiū.
ergo & maiorē & maximā: Dicēdū ꝙ illa dignitas, Si ſimplr̃ ad ſimplr̃ &c. ītelligit̃ ſolū ī illis q̄
adīuicē ſe hñt p ſe: vt ſe hñt albū et diſgregare. Propt qđ ſeq̄t̃. Si albū diſgregat, & magis albū
magis, & maxīe albū maxīe. Nūc aūt ī ꝓpoſito lꝫ cognitio & veritas p ſe, ſe hñt adīuicē: & ideo
ſequit̃ qa veri eſt cognitio: ꝙ maioris veri ē maior cognitio: & ſummi veri ſūma cognitio, ſicut
ſi appetitꝰ boni: & maioris boni maior appetitꝰ: & maximi maximꝰ: et p hūc modū finis artiū
eſt infinitꝰ; quia eñ artifex appetit finē opis p ſe ſm finis intēſionē, ſequit̃ intēſio appetitꝰ: vt ſi
medicꝰ appetit facere ſanitatē, maiorē ſanitatē magis appetit facere: et ſi in īfinitū creſceret ītē
tio ſanitatis: & appetitꝰ eiꝰ ſilr̃: Nō tñ ſe habēt adīuicē p ſe veritas & potētia ſciēdi ipſā ī ſciēte
ſicut nec ſanitas & potētia recipiēdi ipſam ī ſubiecto. Et ideo ſicut medicus lꝫ appetat ſanitatē
ſemp magis & magis ī īfinitū ſcđm crementū ſanitatis: nō tñ facit eā ī ſubiecto ſemp magis ac
magis ī īfinitū: ſed ſolū ſm poſſibilitatem ſubiecti, vt dicit phs. ii. cę. & mū. Sic ſciēs ſiue potens
ſcire & cognoſcere: licet veritas & ſcibile excreſcat p intētionē ī īfinitū: non tñ pōt eā recipe p
cognitionē niſi ſcđm modū & gradū eſſe & naturę ſuę, vt dictū ē. Nec eſt in hoc defectꝰ aliqs
ex pte cognoſcibilis ex natura eiꝰ excellētię quā nō pōt pati recipiēs: ſicut eſt ex pte ſolis ne
videat eū oculus veſptilionis: ſed ex pte ſubiecti: qa oīno eū cape non pōt. Immo ſi cape poſſet
quātūcūq; debiliter, capiētē cōfortaret: vt ſemp magis ac magis poſſet ſe cognoſcere & alia: &
nūq̄ corrūperet, ecōtrario ei qđ cōtingit in ſole: & vlr̃ circa excellētiā ſenſibiliū. ſed hoc habet M
p ſe q̄ſtionē bonā. ¶Cōſilr̃ dicēdū ad quartū: ꝙ nullā veritatē ſcimꝰ niſi ſciēdo primā veritatē Ad quartū
Sed hoc nō cōtingit ex puris naturalibꝰ niſi ſcđm modū quo ſcit̃ ex creaturis, vt īfra videbit̃. N
Irca Tertiū arguit̃: ꝙ nō eſt eadē cognitio qua cognoſcit̃ de deo ſi eſt & qd Queſt. III.
eſt. Primo ſic: qm̄ ſi ita eſſet: tunc cū certa cognitio & deteriata pōt haberi Arg. i.
de deo ſi eſt, vt habitū eſt ſupra: & certa & determinata pōt de eo haberi co
gnitio qd eſt. cōſeqns falſum eſt p Hu. vt ſupra. in. q. an deū eſſe ſit p ſe no
tū. ergo &c. ¶Secūdo ſic. quoꝝ cognitio eſt eadē, vnū nō pōt cōcipi a cogno 2

ſcēte ſine altero.eſſentia dei pōt cogitari & cōcipi nō cōcipiēdo ipm̄ eſſe,vt habitū eſt ſupra.er
In opposi. go &c.¶Cōtra. ſicut vnūqdq; ſe habet ad veritatem,& ad cognitionē:ſed eadem veritas oīno
indiuiſa eſt ipſius ſi eſt & quid eſt de deo:quia eius eſſe eſt eius qd eſt eſſe: quia eſſentia ſua eſt
ſua quiditas,vt habitum eſt ſupra.ergo &c.

O ¶Hic primo vidēdū eſt qd ſciatur de re ſciēdo ſi eſt:& qd ſciēdo qd eſt.aliter em̄
Reſol.q. nō poterimꝰ ſcire cōuenientiā & differētiā ipſoꝝ.Prius em̄ oportet aliq̄ cognoſcere i ſe anteq̄
poſſit cognoſci eoꝝ cōueniētia aut dr̄ia īter ſe.Sciēdū ergo primo de ſi eſt: & ſil'r de qd eſt: ꝙ
vtrūq; vno mō eſt ꝑcognitio.ſcd̄m ꝙ phs deteriat de eis i pricipio primi Poſt.Alio vero mō ē
q̄ſtio.ſcd̄m ꝙ deteriat de eis i pri.ſcdi Poſt.& ſe habēt qd eſt & ſi ē i oībꝰ ſuis acceptiōibꝰ adin
uicē ſcd̄m hūc ordinē.Quid eſt em̄,ꝑcognitio ē nuda,& ſimpl'r cognitio,& ītellectꝰ cōfuſus eiꝰ
qd̄ ſignificat̄ ꝑ nomē:nihil i ſignificato noīs deīminādo:neq; ꝙ ſit eius qd̄ eſt ens ī rerū natura
neq; ꝙ ſit nō ens:ſed ſolū ꝙ de ſe ſit cōceptꝰ aliqs:& res nō a ratitudine,ſed a reor reris dicta:
quę ex ſua intētione nō deteriat aliqd̄ eſſe eſſentię, vel exiſtētię:neq; nō eſſe:ſed ſe habet ꝑ idif-
ferētiā ad id qd̄ purū nihil eſt:vt Hircocerūꝰ vel Tragelaphus:& qd̄ eſt eſſentia & natura aliq̄
ſcd̄m ꝙ ſupra expoſitū eſt.Et ideo ex cognitione eiꝰ qd̄ qd eſt vt eſt ꝑcognitio, ſolū qd̄ dicit̄ ꝑ
nomē intelligere oportet.vt dr̄ i pric.Poſte.Et ē primū qd̄ ꝑ vocē appħēdit̄: & ꝑcedēs oēm aliā
notitiā,& ſcientiā de re quacūq;.Pręcedit em̄ cognitionē de re ſignificata ſi eſt aut nō eſt:ſiue
quo ad eſſe eſſentię:ſiue quo ad eſſe exiſtētię.Vn̄ cognitio eiꝰ qd̄ qd eſt: cū eſt ꝑcognitio, īdiffe
rēter ſe habet ad ens & nō ens,& neutrū determinat.Significare em̄ ꝑ nomē eſt & q̄ nō ſunt ſi
P cut ea q̄ ſunt.vt dicit̄.ii.Poſte.Vn̄ iſtud qd eſt:nihil aliud eſt q̄ ratio noīs:quid.ſ.nomē ſignifi-
cet.Quo cognito ſtatim de cōcepto in rōne noīs:vt ꝙ nomē īdicatiuū ſit eiꝰ qd̄ eſt aut homo
aut Tragelaphus:ſtatim dubitat homo de eo qd̄ rō noīs de ſe nō determinauit:videlicet ſi eſt
vel nō eſt res.ſ.aut natura aliq̄ quo ad eē eſſentię:& eſt pria dubitatio fundata ſup primū cōce
ptū mētis q ē entis,ī reſpectu ad ſuū cōtradictoriū:qd̄ ē nō ens:ſup quo fundat̄ prima cōis ani
mi cōceptio.De quolibet affirmatio vl' negatio,& nō ſimul de eodē.Vn̄ phs.iiii.Met.& Auic.
primo Meta.ſuę:diſputāt cōtra negātes hoc ex noīs ſignificato:tāq̄ nihil aliud ſit ꝑcedēs hmōi
principiū in hūana cognitione:niſi deteriata noīs ſignificatio & cognitio eiꝰ qd̄ qd eſt:qd̄ dr̄ ꝑ
nomē.Vn̄ dubitatio de re q̄cūq; an ſit ī eē eſſentię natura aliq̄:an nō: debet deteriari ī pricipio
cuiuſlibet cognitiōis ſciētialis.De quo em̄ habet̄ ſcia,neceſſe ē ſcire ꝙ ē. qd̄.n.nō eſt,nullꝰ ſcit,
vt dr̄ ī.ii.Poſt.Et eſt iſtd̄ ſcire de prio & ſimpliciſſimo cōceptu īcōplexo entis: q natꝰ eſt haberi
de eo qd̄ ſcit̄ ꝑcognitiōe eiꝰ qd̄ dicit̄ ꝑ nomē.ſ.an ipm̄ ſit res & aliq̄ natura:q eſt primꝰ cōceptꝰ
ſimpliciſſimꝰ:qa de eſſe abſoluto ſimpl'r dicto nō determinādo circa ipm̄ hoc vel illd̄:ſiue i gn̄e
ſiue in ſpecie:qd̄ ſtatim,vt dicit Auic.i.Metaph.ſuę,prima īpſſione ī aīa īprimit̄:Ita ꝙ oīs alia
cognitio de re ſiue creati:ſiue īcreati:ſiue ſubſtātię: ſiue accidētis:ꝑ additionē ſe habet ad iſtā,
ſicut oīs alia intētio entis ſe habet ꝑ additionē ad eē:& differēs eſt ab illa vl' ſcd̄m rōnē:vel ſm̄
intentionē aliquā.Et ita ſicut ī ꝑcognitione qd eſt,cognoſcit̄ ſimpl'r qd dicit̄ ꝑ nomē:nō deter
minādo eſſe vel nō eſſe: ſic ī cognitione de re ſi eſt īcōplexū cognoſcit̄ ſimpl'r eſſe de re intelle-
cta ſi eſt,nō determinādo circa ipſam an ſit hoc vel illud,creator vel creatura,ſubſtātia aut ac
cidēs.& hoc ē cōphēdere eē de re ſub illa rōne q̄ ens ē ſubiectū metaph. cui quodā mō accidūt
ſubſtātia & accn̄s,ſicut inferiora accidūt ſupioribus.& vl'r illud dr̄ accn̄s rei,qd̄ eſt ei aduenīēs
extra ſuā ꝓpriā ītētionē & definitionē.ſcd̄m ꝙ dicit Auic.i prio Metaph.De qbꝰ tractat̄ ī aliis
ſcientiis:ſunt accn̄tia in hac ſcientia:qm̄ ſunt diſpoſitiōes q̄ accidūt ad eſſe & diuiſiones eius.
Ens em̄ talis naturę eſt:ꝙ ꝑdicat̄ de oī:ſiue illd̄ ſubſtātia ſit:ſiue aliud.Ipſa.n.ſubſtātia ex hoc
ꝙ eſt ens:nec eſt ſubſtātia:nec ſb̄a aliq̄.Hic etiā dicit phs ī.ii.Poſter.ꝙ ſb̄a nō eſt eē ſimpl'r:ſed
aliqd eoꝝ q̄ ſunt ꝑ ſe.Et nota ꝙ lʒ talis cognitio de eſſe ſit prima ī q̄cūq; re,reſpectu oīm aliarū
in eadē:ipſa tn̄ ī vna re ꝑcedit ſeipſam in alia re.Quędā em̄ ſunt ita prima ꝙ nō poſſunt noti-
Q ficari ꝑ alia eſſe.Alia vero ſunt quoꝝ eſſe ꝑ alioꝝ eſſe notificat̄ & probat̄.Cognitio de eſſe ſi eſt
circa illa q̄ ſunt de prio mō,ē ꝑcognitio.Vn̄ de ſubiecto ſciētię qd̄ eſt primū ī illo gn̄e oportet
ꝑcognoſcere ſi eſt:vt dicit̄ prio Poſt.Circa illa vero q̄ ſunt de ſcdo mō eſt q̄ſtio:vt ſi eſt aut nō
eſt Centaurus aut deus:ſicut dicit̄ ī pricipio ſcdi Poſt. Cognito aūt ſi eſt īcōplexo de eo qd̄ ꝑ
cognitione qd eſt intelligit̄ in noīs ſignificato ſtatim poſtq̄ de eo cōceptū eſt eē,dubitat homo
de eo qd̄ eſt ſimpl'r cōceptū nō determinatū,dubitat īquā ſi eſt ſubſtātia vel accn̄s:& eſt dubi
tatio fundata ſup primā diuiſionē eē,qm̄,vt dicit Aui.prio Metap. Qd̄ priꝰ ē oībꝰ diuiſionibꝰ
eoꝝ q̄ ſunt ꝑ eſſentiā,eſt:qm̄ eē duobꝰ modis ē. Vnꝰ qdē eſt nō eē ī alio,vt ī ſubiecto cuiꝰ ē ps.
qd̄ ē ſubſtātię,aliꝰ qd̄ ē eē ī alio:vt ī ſubiecto cuiꝰ ē ps:& ē accn̄tis.& illd̄ qd̄ ſic dubitat̄,ē id qd̄



querit̄ q̄ſtione qd eſt:cuiꝰ cognitio anq̄ poſſit haberi aut aggredi,nccio ꝑſupponit cognitionē
ſi ē.Scd̄m ꝙ dr̄ ī.ii.Poſt.Impoſſibile ē ſcire qd ē ignorātes ſi ē:qa de eo qd̄ nō ē nō cōtigit ſcire
qd ē.ſm̄ ꝙ dicit ī eodē.Quid ē Tragelaphꝰ nō cōtigit ſcire.Sed ītelligēdū ꝙ ſcire ſi ē,cōtigit R
dupl'r de re aliq̄:aut ꝑ cognitionē ſui accn̄tis:qa ei qd̄ nō ē nihil accidit:et iō cognoſcēdo ſi eſt
de eo qd̄ accn̄s ē:nccio ſcit̄ ī gn̄ali qa ē aliqd cui accidat:aut ꝑ īdeteriatā & cōfuſā cognitionē
ſuę naturę:ad modū quo ſignificat̄ ipo noie quā deteriat ipa cognitio qd ē:q̄ exprimit̄ ī definiti
ua rōne.De eodē.n.ſunt q̄ſtio ſi ē & qd ē:ad modū quo idē ſignificāt nomē & definitiua rō,vt
dicit phs ī.viii.Met.ſʒ diuerſimode.Nomē em̄ qddā īdefinitū ſignificat,vt circulꝰ.Definitio āt
q̄ dr̄ ꝙ ē figura plana vnica linea cōtēta,diuidit̄ ī ſingl'aria.i.ī ſingulas ptes rei definitę, vt dr̄ ī
pri.phy.Scire ſi ē de re prio mō ē ſi ē ſm̄ accn̄s.qd̄ nō ē vere ſcire de re ſi ē.Scire vero de ea ſi ē
ſcdo mō:ē ſcire de ea ſi ē vere & ꝑ ſe.Vn̄ poſtq̄ phs dixit ī.ii.Poſt.ꝙ īpoſſibile ē ſcire qd ē igno
rātes ſi eſt:cōtinuo adiūxit illos duos modos ſciēdi ſi ē,cū dixit.Hoc āt ſi ē alīt qdē ſm̄ accn̄s
hēmꝰ:alīt hn̄tes qd ipiꝰ rei.Per qd̄ īnuit ꝙ cognitio ſi ē vere & ꝑ ſe,ē quodā mō ps cognitiōis
eiꝰ qd̄ qd ē:nō āt cognitio eiꝰ qd̄ ē ſi ē,ſm̄ accn̄s. de quo ſtatī ſubiūgit.Sed q̄cūq; ſm̄ accn̄s ſci
mꝰ qa ſūt,nccē ē nullo mō ſe hr̄e ad qd eſt:qa nec qa ſunt vere ſcimꝰ.Sʒ q̄cūq; hēmꝰ ꝑ ſe qa ſūt:
facile ē de illis ꝑ ſi eſt iueſtigare qd eſt:qa quātū de eis hēmꝰ,qa eſt,tātū de eis hēmꝰ qd ē,hn̄do
.ſ.ex ſi ē,aliqd eiꝰ qd̄ eſt qd ē. ē.n.iſtd̄ ſi ē,aliq̄ portio eiꝰ qd̄ qd ē:qa eſt īdeteriata cognitio gn̄is
& naturę rei:nec tn̄ cadit ſub eo qd̄ ē qd ē,qd̄ diſtiguit̄ cōtra ſi ē.Hoc.n.qd ē,ē q̄ſtio de natu
ra rei deteriata,vel ſm̄ genꝰ:et hoc quo ad incōpletā cognitionē eiꝰ qd̄ qd ē:vel ſm̄ definitiuā
rōnē:& hoc quo ad cōpletā cognitionē eiꝰ qd̄ qd eſt:in q̄ etiā cognoſcēdo qd̄ qd eſt:cōplete co S
gnoſcit̄ ſi ē:qd̄ ē q̄ſtio de natura rei oīno īdeteriata,ēt ſm̄ genꝰ gn̄aliſſimū.Vn̄ ſicut īꝑfecta & ī
determiata cognitio eſt principiū cognitiōis ꝑfectę & deteriatę:ſic cognitio ex q̄ſtione ſi eſt,ē
pricipiū cognitiōis ex q̄ſtiōe qd eſt.& ecōuerſo ſicut habita ꝑfecta & deteriata cognitiōe,ꝑficit̄
qcqd erat īꝑfectū ī cognitiōe īdeteriata,ſic hn̄ta cognitiōe ꝑfecta ex q̄ſtiōe qd ē, hr̄ ꝑfecta cogni
tio eiꝰ qd̄ q̄rit q̄ſtio ſi ē.Scd̄m ꝙ docet Cōm.cū dicit ſup cap.de vacuo.Pricipiū q̄ſtiōis ꝑ vtrū
ſimplex.ſ.vtrū aliqd ſit vel nō,eſt exponere nomē ꝑ ſermonē cōpoſitū ex alio qd̄ eſt genꝰ:& alio
qd̄ ē dr̄ia:& tūc vlteriꝰ īq̄rere vtrū ſit genꝰ eiꝰ qd̄ poſitū ē eē genꝰ:& vtrū ſit dr̄ia eiꝰ qd̄ ponit̄
vt dr̄ia.qn̄ aūt ſic eē īuenit̄ tūc ſcit̄ res illa eē. Si āt nō īuenit̄ eē ī aliquo gn̄e:tūc ſcit̄ qa res nō
eſt.& ſic ꝑfecta rō cognitiōis ipſiꝰ ſi ē:eſt cognitio eiꝰ qd̄ eſt qd eſt.Et iō dicit phs ī.ii.Poſt.Sciē
tes qa eſt qd ſit q̄rimꝰ.Cā.n.ipſiꝰ eē.Qd̄ expſſiꝰ repetit cōſeq̄nt cū dicit.Sicut diximꝰ:idē ē ſci
re & qd eſt:& ſcire cām ipſiꝰ ſi eſt.Et nota ſm̄ ꝑdicta de cognitiōe ſi eſt,ꝙ qd ē cū eſt de illis q̄
ſunt oīno prima ī natura & eſſentia ſua:q̄ nec ꝑ alia habēt ꝓbari aut notificari: tūc eſt ꝑcogni
tio: ſm̄ ꝙ de ſubiecto ſciētię oportet ꝑcognoſcere qd eſt,ſicut ſi eſt. Cū vero ē de illis q̄ nō ſūt
oīno prima ī natura & eſſentia ſua, ſed hn̄t aliquo mō priora:qbus hn̄t notificari:tūc eſt q̄ſtio
ſcd̄m ꝙ dr̄.ii.Poſte.Eoꝝ q̄ ſunt:alia ſunt ſine medio:& pricipia ſunt:q̄ eſſe & qd eſt ſupponere
oportet:Sed habētiū mediū quoꝝ eſt q̄dā altera cā,ꝑ demōſtrationē oſ̄dere.Cognito aūt de re
ſi eſt de incōplexo: et qd eſt definitiua rōne: reſtat dubitatio de ſi eſt cōplexo: vcʒ de inherēn-
tia rei ad rē:& hoc vel eſſentiali:vt ſi hō eſt aīal:ſi deus eſt bonꝰ:vel accidentali:vt ſi hō eſt al-
bus vel nō.Et differūt ſi eſt de īcōplexo & de cōplexo:qa ſi eſt de incōplexo,eſt de eſſe rei in ſe
qd̄ eſt ſua vera entitas.Si vero eſt de cōplexo:eſt de veritate cōpōnis:q̄ ē diminuta rei entitas
apud aīam.Et de iſto ſi eſt cōplexo: ſciēdū ꝙ in eis q̄ ſunt prima & ꝑ ſe nota eſt ꝑcognitio, vt
qm̄ oē aut affirmare,aut negare verū eſt:vt dr̄ ī pricipio Poſt.In eis aūt q̄ nō ſunt prima nec
oīno ꝑ ſe nota,eſt q̄ſtio quā phs in.ii. Poſte.appellat q̄ſtionē qa eſt. Cū em̄, vt dicit,vtrū aliqd
ſit hoc aut hoc q̄rimꝰ ī numerū ponētes:vt vtrū ſol deficiat aut nō:qa q̄rimꝰ.Inueniētes.n.qa
deficit pauſamꝰ:& ſi ī principio ſciremꝰ qa deficeret,nō q̄reremꝰ vtrū. Cū aūt ſciamꝰ ipm̄ qa
ipm̄ ꝓpt qd q̄rimus:vt ſcientes qa deficit,ꝓpter qd deficit q̄rimꝰ:quo teriato finit̄ hūanę iue-
ſtigationis ſollicitudo.¶His ꝑlibatis dicēdū ad ꝓpoſitū.cū q̄rit̄:vtrū eadē cognitiōe cognoſcit̄ T
de deo ſi eſt & qd eſt:Sciēdū ꝙ cognitio cū ſit q̄dā aſſimilatio cognoſcētis ad cognitū:q̄ſtio de Reſponſio
identitate cognitionis ꝑt ītelligi vel ex pte cognoſcētis,vel ex pte cogniti.Si ex pte cogniti:ſic
nō eſt dubiū quin eadē cognitione vtrūq; de deo cognoſcit̄:quia in deo quātū eſt ex pte ſua dif
ferētiā nullā ponūt:ſed ſi aliquā habeāt differētiam,hoc eſt ex pte cognoſcētis. Vnde ex par- V
te cognoſcentis ſolū habet locū q̄ſtio:& dicēdū ꝙ ſi qd eſt:eſt ꝑcognitio: ꝙ non eadē cognitio-
ne cognoſcitur vtrūq; de deo: quia bene cōtingit ſcire de deo quid dicit̄ & intelligitur per no
mē intellectu confuſo & indeterminato:nō ſciēdo ſi ſit deus:quocūq; mō intelligat̄ ſi eſt ꝑco-
gnitio vel q̄ſtio:ſiue de incōplexo ſiue de cōplexo:qa cōſtat,vt dicit Aug.i.de doct.Chriſtiana

ꝙ oẽs latinę linguę cũ aures eoꝝ ſonus iſte deus attigerit: mouet ad cogitandũ excellẽtiſſi-
mã quãdã naturã:qui tñ bene poſſunt dubitare an ipſa habeat eſſe ſiue in exiſtẽtia actuali aut
in rerum natura:quia q̃rens & inueſtigans ex creaturis ductu naturalis rõnis,an deus habeat
eſſe vel in effectu:vel in rerũ natura,neceſſe habet prius ſcire qd intelligiť hoc noĩe deus. Ali
ter enim neſciret quando per rationẽ inueniret an ipſe habeat eſſe, vt dictũ eſt ſupra in q̃ſtio-
ne:an cõtingit hoĩem ſcire ex creaturis deũ eſſe. Vnde & quod populares idololatrę ponebant
deũ eſſe aliqd ꝑ eſſentiã & in effectu:hoc nõ erat ex aliqua eoꝝ ſciẽtia quã habebãt de dei eſſen
tia:vel eius exiſtẽtia:ſed ex fide quã habebãt phĩs:qui illud ꝑ rões ex creaturis (vt habitum
eſt ſupra) de deo ſciuerũt:a q̃bus etiã habebãt notitiã eius quod dicitur ꝑ hoc nomẽ deus. Et
ideo in determinatiõe eius qđ ꝑ nomẽ intellexerũt,errabãt:cũ vnuſq̃ſq; eoꝝ illud ponebat deũ
eſt:qđ ceteris antepoſuit:q̃dã cęlũ:q̃dã ſolẽ:q̃dã lunã:& ſic diuerſi diuerſimode. vt dicit Aug.
iii. de doc. Chriſt. qđ nũq̃ feciſſent,ſi aliqd de ſi eſt deus:vere ſciuiſſent: q̃a qđ diuinę naturę co
gnoſciť eſſe:nõ cognoſciť eſſe eius niſi cognoſcẽdo ipm excellere oẽ qđ in creatura reperiť. Qđ
quia bene nouerũt phĩ,etſi adorabãt idola cum populo tãq̃ deos ĩ tẽplis:oſtẽdebãt tñ deos nõ
eſſe in ſuis ſcholis:negãtes deos eſſe in ſcholis:quos ſicut deos venerabanť in templis. vt dicit
X Aug. de vera rel. Si vero qd eſt ſit q̃ſtio:aut ergo eſt de natura dei in aliquo eiꝰ generali attri-
buto:& hoc vel cõmuni cũ creaturis,quo intelligiť cognitione ĩdiſtincta:vel ſibi appropriato:
quo intelligiť cognitione diſtĩcta. ſcđm ꝙ de his modis cognoſcẽdi qd eſt deus,ĩfra videbiť. aut
in ꝑticulari de illa ſingulari natura:in qua lucet veritas oĩm attributoꝝ. Si primo mõ: tunc ſi
eſt:aut eſt de cõplexo,aut de incõplexo. Si de cõplexo:aut ergo poſſumꝰ loqui de cognitione in
actu vel in habitu. Si de cognitione ĩ actu: tũc dicẽdũ ꝙ nõ eſt eadẽ cognitio q̃ ſciť de deo ſi eſt
& qd eſt. Põt eñ aliq̃s actuali cognitione cõcipe ĩ aliquo gñali attributo diuino id qđ deꝰ ẽ:vel
cognitione indiſtincta:vt ĩtelligẽdo bonũ ſimplr̃:vel diſtincta,ĩtelligẽdo bonũ nõ ꝑticipatũ:ſed
ꝑr eſſentiã bonũ,vt ſupra expoſitũ eſt:nõ cõcipiẽdo inſimul inhęrẽtiã eſſe ad ipſum ſiue ſim-
Y pliciter:ſiue in actuali exiſtentia:vt habitũ eſt ſupra. Si vero de cognitione in habitu:dicẽdũ ꝙ
eſt eadẽ cognitio oĩno qua ſciť de deo ſi eſt aliquid & qd eſt. Si eñ intelligens qd eſt deus, ĩ eiꝰ
quãtũcũq; gñali attributo aduertat de eiꝰ eſſe,ĩpoſſibile eſt intelligere vel cogitare qd eſt deus
quin ſimul cogitareť eſſe:q̃a ꝑ̄dicatũ cogitať in ſubiecto. & ſcđm hoc deus nõ põt cogitari nõ
eſſe. vt infra diceť. Cogitãs eñ bonũ vel ſapiẽs vel aliqd hmõi ſub rõne qua cõuenit deo. ſ. co-
gnitione diſtincta qua deo ſoli cõuenit illud cõcipiẽdo, cogitat ſub rõne qua eſt bonũ nõ ꝑti-
cipatũ:ſed ꝑ eſſentiã:q̃ eſt ſuũ eſſe & ſua exiſtẽtia:& quo maius excogitari non põt. vt habitũ
eſt ex ſupra determinatis. Si vero qd eſt deus intelligať in aliquo eiꝰ attributo generali cogni-
tione indiſtincta:qua etiã creaturę cõuenit,de qua ĩfra diceť:nõ oportet ꝙ ĩtelligẽs qd eſt deꝰ,
intelligat eũ eſſe:q̃a illud qd in rõne ſua nõ includit eſſe. Si vero ſi eſt ſit q̃ſtio de incõplexo: &
ſil'iter qd eſt de natura dei in aliquo eiꝰ gñali attributo:ſiue cõmuni,ſiue appropriato:ſic oĩno
eſt eadẽ cognitio qua cognoſciť ſi eſt: & qd eſt: quia oĩno idipm ſunt in eo eſſentia & eſſe. &
ſic nõ differt cognoſcere ſi eſt & qd eſt:niſi ratione tm̃. ſicut ſola rõne differunt eſſentia & eſſe
vt habitũ eſt ſupra. Si vero qd eſt ſit de natura determinata dei in ꝑticulari qua eſt ipſum eẽ
purũ ſimpliciſſimũ:in quo ratio oĩm attributoꝝ fundať:tũc ſimiliter diſtinguẽdũ vt prius de
ſi eſt:ꝙ põt eſſe de cõplexo vel de incõplexo. Si primo mõ:dicẽdũ ꝙ nõ eſt eadẽ cognitio qua
de deo cognoſciť qd eſt & ſi eſt:q̃a homo bene põt cognoſcere certitudinaliter & determinate
quia vera ſit iſta ꝓpoſitio qua diciť deus eſt:cum tñ nõ ſciat determinate & in particulari na
turã ipſius dei qd ſit. Illud eñ bñ põt ſcire hõ ex puris naturalibꝰ:iſtud aũt nõ:nec ĩ vita iſta
nec ex gratia cõmuni:vt habitũ eſt ſupra. Si vero fuerit ſi eſt de ĩcõplexo: aut ergo cognitio ſi
eſt de deo,habeť ſcđm accidẽs:aut ꝑ ſe. Primo mõ nõ eſt eadẽ cognitio:q̃a ex creaturis poteſt
cognoſci ſi eſt deus:nihil cognoſcẽdo de eiꝰ qd eſt in natura ſua ꝑticulari. Si ſcđo mõ:ſic ꝑenitꝰ
eſt eadẽ cognitio:q̃a ſi eſt cognoſcere de deo ꝑ ſe,nõ cõtingit niſi ſciẽdo qd ſit in ꝑticulari eius
natura:nõ in aliquo eiꝰ attributo. per attributa eñ cognoſciť ſi eſt:nõ niſi ſm accidẽs:vt infra
dicẽdũ eſt. Nec cõtigit cognoſcere de deo ĩ ꝑticulari qd ſit:niſi ſimul cognoſcẽdo q̃a eſt. Et ſic
Z dicẽdũ:ꝙ multo efficacius cognoſcẽdo qd eſt in ꝑticulari,cognoſciť ſi eſt incõplexũ de deo: q̃
Ad pri. princip. cognoſcẽdo qd eſt in aliquo gñali eiꝰ attributo. ¶Per dicta pateť obiecta. Primũ eñ argumẽ
tũ ſolũ ꝓbat ꝙ cognitio ſi eſt deus de cõplexo & qd ĩ ꝑticulari nõ ſunt eadẽ cognitio:qđ bene
Ad ſcđm, & tertium. conceſſum eſt. ¶Cõſimiliter in eiſdẽ membris proceſſit ſcđm argumẽtũ. ¶Tertiũ vero argu
mentum procedit de ſi eſt incõplexo: & ipſo quid qđ q̃ſtio eſt. Et bene conceſſum eſt ꝙ in iſtis
membris eadẽ cognitione cognoſcitur de deo ſi eſt & quid eſt.



Irca Quartũ arguiť:ꝙ ſcire quid nõ eſt deus,nõ expedit ad ſciendũ qd eſt. A
Primo ſic. ſicut ſe habet vnũq̃dq; ad eſſe,& ad cognitionẽ. Sed vnũq̃dq; cõ Queſt. IIII. Arg. i.
tradictoriorũ nõ cõfert ad eſſe alteriꝰ. ergo nec ad cognitionẽ. qd nõ eſt:eſt
cõtradictoriũ ad qd eſt. ergo &c. ¶Secũdo ſic. Priuatio nata eſt cognoſci ꝑ 2
habitũ:nõ ecõuerſo: quia rectũ eſt iudex ſuiipſius & obliqui. vt diciť. i. de
aĩa. Quid nõ eſt:eſt priuatio eius qđ eſt quid eſt. ergo &c. ¶In cõtrariũ eſt In oppoſi.
Aug. xxii. ſer. ſup Io. Si nõ potes cõprehẽdere qd eſt deus:vel cõphẽde qd nõ ſit:multũ ꝓfece-
ris ſi nõ aliud q̃ eſt de deo ſenſeris. Nõdũ q̃s poteſt ꝑuenire ad qd ſit deus:ꝑueniat ad qd nõ
ſit:non eſt corpus:non eſt terra:non cęlũ:non luna:non ſol:non ſtellæ: non eſt deus mutabilis
ſpecies:tranſi hæc omnia:hanc pietatẽ volo a te ſeruari:& ꝑ̄cipue moneo vt ſi non vales comp̄
hendere deus quid ſit:parum non tibi putes ſcire quid non ſit.

¶Dicendum ad hoc:ꝙ tendens in finẽ quecũq; duobus promouetur: quorũ vnũ B Reſponſio.
eſt fuga,& amotio eius qđ eſt impedimentũ motus in finẽ:& facit deuiare a fine: Alterũ vero
eſt adheſio & tentio eius qđ eſt ductiuũ in finẽ. & hoc ſcđm duas ꝑtes iuſtitię q̃bus acq̃runť
virtutes. ſ. diſcedẽdo a malo & faciendo bonũ. Nũc autẽ cognitio qd eſt deus,finis eſt tẽdentis
ſtudio ſuo in cognitionẽ dei:cuius impedimẽtũ eſt ignorare qd nõ ſit deus in creaturis:ꝓmo-
tiuũ vero eius eſt ſcire q̃bus gradibus a creatura aſcendiť ad cognitionẽ eius qđ eſt deus:nec
poteſt ſcire de aliquo in creatura q̃a ſit gradus aſcẽdẽdi ad deũ:niſi cognito ꝙ nõ ſit deus. ali
ter eñ in illo ſiſtere vellet in via. ſ. ꝓ termino vię. Primũ ergo quo moueť tẽdes cognoſcere qd
eſt deus:eſt cognoſcere qd nõ eſt:ne ĩ illo ſiſtat putãdo id deũ eẽ qđ nõ eſt deus. Et ideo dicit
Boethius, ꝙ cognitio mali bono deeſſe nõ põt:nec vitať malũ niſi cognitũ. Et hoc eſt qđ di-
cit Aug. ſup Io. ſer. xxi. Intelligamꝰ qđ verũ eſt:ſi aũt hoc nõ poterimꝰ:nõ eamus ĩ illud qđ fal
ſum eſt. Melius eñ eſt neſcire q̃ errare. Itaq; ante oĩa curare debemꝰ vt ſciamꝰ. Si aũt nõ pote
rimus deuenire ad veritatẽ,nõ eamus ad falſitatẽ. Et hoc maxime cauẽdũ eſt circa cognitionẽ
quid eſt deus:quia vt dicit Aug. i. de tri. neq; ꝑiculoſius alicubi errať: nec laborioſius aliqd q̃
riť:nec fructuoſius aliqd inueniť. Et q̃a in tali inueſtigatione difficillimũ eſt hoĩes cauere ſibi C
oĩno ab errore,ideo dicit Aug. ibidẽ. Si qd eis erga deũ amoris vel timoris eſt, ad initiũ fidei
& ordinẽ redeũdũ eſt. Iam ſciẽtes q̃ ſalubriter in ſancta eccleſia medicina fideliũ conſtituta ſit
vt ad ꝑceptionẽ ĩcõmutabilis veritatis imbecillẽ mentẽ obſeruata pietas ſanet:ne in opinionẽ
noxię falſitatis temeritas inordinata ꝑ̄cipitet:quia mẽtis humanę acies inualida in tã excellẽ
ti luce nõ figitur:niſi ꝑ iuſtitiã fidei nutrita vegeteť. Excedit eñ,vt dicit de ſent. Proſperi,ſuꝑ
eminẽtia diuinitatis nõ ſolũ vſitati eloquii noſtri:ſed etiã ĩtelligẽtię noſtrę facultatẽ. Nõ ꝑua
eñ notitię ꝑs eſt,ſi anteq̃ ſcire poſſimꝰ qd ſit deꝰ,poſſimus ſcire qd nõ ſit. Querẽtes igiť qd ſit
deus,q̃cq̃d cogitanti occurrit abiicimus,reſpuimꝰ,improbamꝰ,nõ eſſe hoc qđ q̃rimꝰ nouimꝰ:
q̃uis illud nondum quale ſit nouerimus. Eſt igitur in nobis (vt ita dicam) q̃dam docta igno
rantia:ſicut dicit ad Probam.

¶Ad primũ in oppoſitũ:ꝙ oppoſitũ non confert ad eſſe oppoſiti:ergo neq; ad co D
gnitionẽ:Dicẽdũ ꝙ verũ eſt ꝑ ſe in cauſando eſſe aut cognitionẽ. ꝑ accidẽs aũt amouẽs ꝓhibẽs Ad pri. prin.
bene põt cõferre:ſic vt frigidũ circũſtãs calidũ: & ĩ hoc ꝓhibẽs ne diffundať extra ſe:ſed ꝙ cõ
ſtringatur intra ſe. & ſic fortius cõburit. ſic cognoſcere qd nõ ſit deus, conſtringit intellectũ
vt intra ſe ſpũaliter q̃rat qd ſit deus:& nõ euageť q̃rendo eũ ꝑ creaturas extra ſe: & ſic valet
multũ ad cognoſcendũ qd ſit deus. ¶Ad ſecundũ: ꝙ priuatio non eſt principiũ cognoſcendi E
habitũ:Dicendũ ꝙ verum eſt ꝑ ſe: ſed magis econuerſo:per accidens autẽ non eſt incõueniẽs Ad ſcđm.
vt dictũ eſt. Verũtamẽ intelligẽdũ ꝙ negatio circa id quod non eſt deus:duplex eſt:aliqd eñ
negať de deo ratione rei ſignificatę:vt ꝙ non eſt lapis aut canis. aliquid vero negatur de ipſo
ratione impfectionis ſcđm quã inueniť in creaturis:vt ꝙ deus nõ eſt bonus: quia eſt ſuperbo
nus:& ipſa bonitas:& hmõi. Cognitio qd nõ eſt deus primo modo ꝑ̄ſeruat ab errore:ne credať
deus eſſe qđ non eſt:non autẽ agit ad dirigendũ in cognoſcendo quid eſt:quia eſt pure negati-
ua niſi ꝑ̄ſeruando a putando eſſe quod nõ eſt. Cognitio vero de deo quod nõ eſt ſecundo mo
do:non ſolum præſeruat ab errore,ne credať eſſe deus qđ nõ eſt:ſed agit ad dirigẽdum in co-
gnoſcendo qd eſt, eo ꝙ nõ eſt pure negatiua:ſed negãdo circa rẽ rationẽ impfectionis intẽdit
A Quæſt.ii. Arg.i. Circa ſecũdũ arguit̃ ꝙ de⁹ ſit mutabilis in ſua ſubſtãtia ab eſſe in nõ eſſe:& ꝙ poſſit oĩno nõ eſſe Primo ſic.ſicut ſe habet nõ ens ad eſſe,ſic ſe habet ens ad non eẽ:qa ens & nõ ens cõtradicũt:ſicut eſſe & non eſſe:& de quolibet affirmatio vł negatio & nõ ſimul de eodem:& ita ſi aliquid ẽ verũ de aliquo:& cõtradictoriũ neceſſario eſt verum de cõtradictorio.Sed de ſe nõ ens qđ nec eſt nec fuit nec vnq̃ erit,poteſt eſſe:qa põt generari:non tñ generabit̃ vnq̃.qm̃ ſcđm Phm̃:licet omne corruptibile corrũpet̃:non tñ oẽ gñabile gñabit̃.ergo de ſe ens qđ eſt & fuit ſemper & erit ſemper,põt nõ eſſe.hoc aũt nõ eſt niſi ſolus de⁹,vt ĩfra videbit̃.ergo &c.

2 ¶Scđo ſic.qđ cõuenit enti inquantum eſt ens,conuenit cuilibet enti.qm̃ ſecũdũ qđ ipm̃ & vł e ſunt idem ſecũdum Phm̃ primo poſter.Sed ens inquantum ens diuidit̃ in ens potẽtia & ens actu.ſecũdum Phm̃.v.& ix.metaphyſi.ergo & qđlibet ens.cum ergo deus ſecũdũ Auicẽ.contineat̃ ſub ente ſimpliciter,deo cõuenire debet eſſe ens actu & ens potẽtia.ſed nõ eſt in potẽtia ens niſi qđ põt eſſe nõ ens:qa eadẽ eſt potẽtia cõtrarioꝝ.ergo &c.

3 ¶Tertio ſic.poſt eſſe primi nihil erit:ſed illud eſt trãſmutabile de eſſe in nõ eẽ poſt cui⁹ eẽ ſeqt̃ nõ eſſe.ergo &c.

B In oppoſi. ¶In oppoſitũ arguit Anſel.mon.xviii.ca.ſic.Si ſumma eſſentia finem habitura eſt:aut volens aut nolens deficiet.Sed ꝓcerto non eſt ſimplex bonũ cuius voluntate perit ſummum bonum.quare ſponte non deficiet:qm̃ eſt ſumme bonum.Si aũt nolens peritura eſt,nec eſt ſumme potens nec omnipotens.ergo &c.

C Reſponſio ¶Dicendum ad hoc:ꝙ licet rationibus ſuperinductis in queſtione an ſit de⁹ principaliter ꝓbatur ꝙ neceſſarium ſit ponere deum eſſe:licet etiã aliud eſt ꝓbare ꝙ neceſſariũ ẽ ponere deũ eẽ,& ꝓbare ꝙ deus habet eſſe neceſſariũ qđ eſt impoſſibile ad nõ eẽ:eiſdẽ tñ rõnib⁹ ſiqs ĩſpiciat,cõuincit̃ deũ habere eẽ neceſſariũ:qa ſi deus poſſet eſſe ſuũ amittere,ipſum eſſe ſuũ aliqd eſſet aliud re vel intẽtiõe a ſua natura & eẽntia,quę modo intelligeretur eſſe,mõ nõ eſſe,quaſi ſubiectũ cõmune vtriuſq̧:& ideo de ſe illa nõ haberet eſſe formaliter:q̃re multo minus effectiue:qa nihil ẽ cã agẽs ſuiipſi⁹ vt ſit:& ſic nõ eſſet cã pria oĩm:cui⁹ cõtrariũ rõnes illę cõuincũt.Probãt em̃ aliqd tale eẽ:& illud ẽ qđ ponit̃ eẽ de⁹.Quia ergo illę rõnes ex creaturis ſumũt ꝑcãlitatẽ,ꝑ ſe nõ cõuicũt deũ nõ poſſe nõ eẽ:neq̧ hẽre eẽ neceſſariũ:ſed ſolũmõ cõuicũt abſolute qa de⁹ ſit:licet ex cõſequẽti



ex illo ſequit̃ iſtud vt dictum eſt.Q₂ igitur de⁹ non poteſt nõ eſſe:ſed ꝙ habeat eſſe neceſſarium ex ei⁹ natura & diſpoſitione in ſe,declarari debet principaliter:& hoc patet clare ex p̃determinatis.qa em̃ vt dictũ eſt ſupra,eſſe dei nõ eſt aliqd ſupra ſuã eſſentiã:neq̧ eſſe illud qđ ſumit̃ ab ente ſimpliciter quo dicit̃ deus eſſe aliquid ꝑ ſuam eſſentiam:neq̧ qđ ſumit̃ ab ente in actu quo dicitur eſſe ĩ actu:quę duo eſſe licet aliqua intẽtione differũt in creaturis,vt viſum eſt ſupra,in deo tñ penitus nec re nec intẽtiõe differũt:dictũ eſt etiã ꝙ eſſentia dei eſt ipm̃ eſſe eius:ita ꝙ ſint vnũ & idem penitus re & intentione:Quare cum vnum & idem penitus re & intentione ſibiipſi abeſſe non poteſt,eſſe dei abeſſe ei⁹ eſſentię omnino nõ poteſt. Nunc autem nihil ens poteſt non eſſe niſi ꝑ hoc ꝙ eſſe ſuę actualis exiſtẽtię põt abeſſe ſuę eſſentię ꝑ caſum ei⁹ in non eſſe:ſicut cõtingit in creaturis,vt videbit̃ loquẽdo de eſſe creaturę.Nõ aũt põt hoc cõtingere in deo:qa in ipſo ſunt idẽ penitus re & intẽtione eſſentia & eſſe actuale:ſicut ſunt idem in ipſo ſapiẽtia & ſape.vt ideo ſicut ſecundũ Auguſt.ſapiẽs ſapiẽtia acquiſita põt amittẽdo ſapientiã nõ ſape,ipſa tñ ſapientia ſeꝑata nõ põt nõ ſapere:qa ſeipſam nõ põt amittere:ſic ens habens eſſe acquiſitũ in creaturis põt eſſe nõ ens amittẽdo eẽ: qđ aũt ꝑ ſuã eẽntiã eſt ipſum ſuũ eẽ:quẽadmodũ deus eſt,vt dictũ eſt ſupra:ſicut nõ poteſt amittere ſuam eſſentiam qa a ſeipſo eam habet,ſic neq̧ ſuum eſſe. D

E Abſolute igit̃ dicẽdũ ꝙ deus nõ habet potentiã vt poſſit non eſſe: ſed habet eſſe de neceſſitate:illa neceſſitate qua ſecũdũ Phm̃.v.metaphy.neceſſarium dicit̃ id qđ impoſſibile eſt vt ſit alio modo.i.ſecũdũ ꝙ dicit Cõmen.qđ ĩpoſſibile eſt tranſmutari aut inueniri alio modo ab eo ſecũdũ quẽ eſt : & eſt illud in cuius natura eſt vt non ſit alio modo.Deſcriptio em̃ neceſſarii, illa.ſ.ꝙ impoſſibile eſt ꝙ ſit alio modo, duobus modis eſt intelligẽda:quorum primus eſt ꝙ ĩpoſſibile eſt ꝙ ſit alio modo per ſe:& hoc eſt neceſſarium ſimpliciter.quem quidem modum quidam appellant ineuitabilem in eſſe. Secũdus eſt , ꝙ eſt ſic ꝓpter aliud.quẽ quidam dicunt debitum & neceſſarium ꝓpter aliud:quæ enim neceſſaria ſunt propter alia & ꝓpter cauſas ſuas,ſunt neceſſaria quodam modo nõ ſimpliciter.Et hoc neceſſarium ſecundo modo eſt in creaturis omnibus:Primum autẽ eſt in ſolo deo ; & hoc ꝓpter eius omnimodã ſimplicitatem in eſſe & eſſentia.ſecundũ ꝙ Philoſophus ſtatim concludit ibidẽ dicens.Manifeſtum igitur ꝙ primum neceſſarium in rei veritate eſt ſimplex.& hęc ſimplicitas,idẽtitatis.ſ.eſſe exiſtentiæ cum eẽntia,dat deo ꝙ omnino non poteſt non eſſe.Cõpoſitio autẽ eſſe talis in creaturis cum eſſentia quæ de ſe habet non eſſe,eſt cauſa quare corruptibilis eſt omnis creatura.

F Ad pri. principa. ¶Ad primũ in oppoſitũ ꝙ de ſe ſemꝑ non ens poteſt eſſe:ergo de ſe ſemꝑ ens poteſt non eſſe:Dicendum ꝙ de ſe non ens dicit̃ aliquid tripliciter ſecundum Philoſophum.xii.meta. quorum primũ eſt ſecundum Cõmen.non ens ſimpliciter,qđ nõ habet eẽ neq̧ imaginari:quia nec eſt natura nec eẽntia aliqua:& non habet exemplar formale in primo qđ dicitur nõ ens: qa eſt ipſa non entitas & ipſum non eſſe:ſicut deus eſt ipſa entitas ſua & ſuum eẽ. Secũdum eſt non ens qđ eſt in materia.ſ.priuatio formarum:etem̃ priuatio ſpecies quodammodo eſt,vt dicitur.ii.phy.Tertiũ nõ ens,eſt ens ĩ potẽtia.ens em̃ ĩ potẽtia dr̃ nõ ens.i.nõ ens actu.Sed hoc dupliciter:aut qa eſt oĩno nõ ens actu: aut qa eſt ens actu vno mõ:& nõ ens actu alio mõ.Scđo mõ materia eſt nõ ens: qa cum eſt actu ſub vna forma, eſt non ens actu ſed in potentia ſolum ad aliam, etiam quandoq̧ inducendam per agens naturale. Primo iſtorum duorum modorum vltimorum eſſentia cuiuſlibet creaturæ habens exemplar formale in deo eſt non ens actu ſed in potentia ſolum, quantum eſt de ſe:quæ non eſt reducibilis ad actum niſi deo immediate agente. Et eſt iſtud non ens medium inter non ens ſimpliciter qđ eſt ipſa non entitas:& ens ſimpliciter qđ eſt ipſa res quæ eſt aliquid ſecũdum eſſe eſſentiæ participans ex ſe pure non entitatem exiſtentiæ:& potens deo agente participare entitatem illam:vt ſit ex ſe quaſi indifferens ad vtrũq̧, vt expoſuimus in quadam quæſtiõe de quolibet.Loquendo de non ente ſecundo modo ex illis duobus vltimis verum eſt ꝙ non ens poteſt eẽ & potentia materię & efficientis.Sed tale non ens quale eſt in vtroq̧ dictorum modorum ſubdiuidẽtium tertium modum principalem non entis,non opponitur ei quod eſt ens de ſe quod ſemper eſt fuit & erit:quia illud eſt non ens per participationem:non ipſa non entitas . Iſtud vero ens quod eſt deus,non eſt ens per pticipationẽ,ſed ipſa entitas & eſſe ſuũ ſimplex vt dictũ eſt ſupra.Loquendo autem de non ente ſecundo modo principali,illud eſt ens per accidens ſaltem qđ ſuam entitatem acquirit forma recedente:& ſic cum non eſt vt præſente forma poteſt eſſe:ſed per accidẽs & illud ſuũm eẽ per accidens qđ habet amittit adueniente forma quã priuauit , ſecundum enim Commentatorem hæc eſt differentia inter potentiam & priuationem , ꝙ adueniente forma potentia manet : priuatio vero non manet.Nec iſtud non ens opponitur entitati dei : quia non eſt circa idem hoc ens per accidens quod eſt priuatio , cum illo ente per ſe quod eſt deus:ſicut eſt ens per ſe quod eſt forma materialis.& ideo forma materialis & priuatio opponuntur.

Loquẽdo vero de non ente primo mõ,cuiuſmõi eſt tragelaphus vel hircoceruus,non eſt verum ꝙ
poteſt eſſe:quia neqꝫ põt eẽ potẽtia materię neqꝫ efficiẽtis.Deus em̃ nihil poteſt facere cuius nõ eſt
exemplar,& tali nõ enti opponitur ens de ſe qđ eſt ipſum eſſe:& ideo ecõtrario nõ poteſt non eſſe.
G ¶Ad ſecũdũ ꝙ ens inquãtum ens diuiditur in ens potẽtia & ens actu:Dicendum ꝙ dictum illud
Ad ſcđm. ens inquantum ens diuiditur in ens potẽtia & ens actu,poteſt intelligi dupliciter.Vno modo ap-
pellãdo ens inquãtũ ens,ens in ſua cõmunitate acceptũ,vt reduplicet̃ ratio nois tm̃.Alio modo ap
pellando ens inquãtũ ens naturam qua aliquid ens eſt:vt ſolum reduplicetur natura & res qua ali
quid dicitur ens.Si primo modo, tũc eſt diuiſio quędam ęquiuoce referendo membra ad diuerſa,
vt aliud intelligat̃ eſſe ens in potẽtia,aliud vero ens ĩ actu.Hoc mõ eſt diuiſio entis cõmuniter ac
cepti ad creatorẽ & creaturam.Eſt em̃ creator ens in actu puro:oĩs vero creatura reſpectu illiꝰ eſt
H ens in potẽtia,vt infra dicet̃.Sicut ſi diceret̃,canis inquãtũ canis diuiditur in ſydus & latrabile.Si
ſecundo mõ,ſic eſt diuiſio quaſi ſubiecti in accidẽtia,referẽdo membra ad eadem,vt ſingulũ entiũ
ſit ens in potẽtia qñqꝫ:& ſic non eſt diuiſio niſi entis creati:& nõ continet creatorem. Et hoc mo-
do intelligit Phs illam diuiſionem,Oñe ens creatum ſiue cauſatum aut eſt in actu aut in poten-
tia:quia qñqꝫ in actu qñqꝫ in potẽtia:aut habet in ſe aliquid quo eſt in actu:& aliquid quo eſt in po
I tẽtia,vt dictũ eſt ſupra.& ideo nõ valet aſſumptio de creatore deo.¶Ad tertium dicendũ ſicut ad
Ad tertiũ tertiũ quęſtionis p̃cedẽtis,eadẽ em̃ eſt rõ duplicitatis ſi nihil dicat̃ poſt ſummã eſſentiam futurum
ſicut ſi dicatur quia ante illam nihil fuit,vt dicit Anſel.mon.cap.xix.

K Quęſt.iii. Arg.i. CIrca tertium arguitur ꝙ deus non poteſt cogitari non eſſe.Primo ſic ratiõe An-
ſel.in proſol.Id quo nihil poteſt cogitari maius,non poteſt cogitari non eſſe.Deus
eſt hmõi.ergo &c.Minor patet ex ratione nominis ſecundum p̃determinata.Ma
ior euidens eſt,qm̃ qđ nõ poteſt cogitari non eſſe,neceſſario melius eſt eo qđ põt
cogitari non eſſe,vt dicit Anſel.& probat.4.rationibus contra inſipiẽtem,vt pa-
2 tet inſpicienti.¶Secundo ſic.id non poteſt cogitari non eẽ in quo ſunt indifferen
tia eſſe & eſſentia:quia res non cogitatur niſi cogitãdo eius eſſentiam.tale ergo
3 non cogitat̃ niſi cogitetur eſſe.Deꝰ eſt hmõi,vt dictum eſt ſupra,ergo &c.¶Tertio ſic.illud qđ ha
bet eſſe veriſſimum nõ poteſt cogitari nõ eſſe:quia verius habet eſſe qđ nõ poteſt cogitari non eẽ:
q̃ qđ poteſt cogitari non eſſe:quia quãto eẽ minus poteſt abſolui a re:& ineſſe:& intelligere:tanto
habet eſſe verius,vt patebit infra de ĩmutatione dei.Deus habet eſſe veriſſimum,quia eſt ipſum eſ
ſe per eſſentiam,vt dictum eſt:& omnia alia habent ab eo eẽꝑ participationẽ,vt infra dicetur.ergo
In oppoſi. primo. &c.¶Ad oppoſitum Primo ſic.qđ nec eſt nec fuit nec erit poteſt cogitari eẽ,vt aliquod generabile
qđ nunq̃ generabitur.ergo ecõtra qđ eſt ſemper fuit & ſemper erit poteſt cogitari nõ eſſe.Hoc au
2 tẽ eſt ſolus deꝰ,vt infra videbit̃.ergo &c.¶Scđo ſic.Dam̃.lib.i.cap.iii.Tm̃ p̃ualuit pniciosa holm na
turæ malitia vt deum dicant non eſſe.Dixit em̃,vt ait Dauid,inſipiẽs in corde ſuo non eſt deus.
Sed non dicitur niſi qđ cogitatur:quia verbum mentis eſt cogitationis conceptio.ſecundum Au
3 guſt.de trini.ꝙ ergo &c.¶Tertio ſic ex eodem per Anſel.proſol.cap.iiii.vbi illud tractãs *Dixit inſi
piens* in corde ſuo non eſt deꝰ,arguit ſic.Si dixit hoc,aut dixit qđ cogitare potuit:& habeo propoſi
tum:aut qđ cogitare nõ potuit.ſed quomodo cogitare non potuit qđ dixit,cum idem ſit dicere in
4 corde & cogitare:ergo &c.¶Quarto ſic.quanto aliquid magis cogitatur ineſſe alicui tanto minꝰ
poteſt cogitari remoueri ab eodem.verbi gratia:Quanto aliquid magis ſcitur eſſe calidum:tanto
minus põt cogitari non eſſe calidũ:& quanto minus ſcitur eſſe calidũ,tanto magis põt cogitari
non eſſe calidum.creatura magis ſcitur eſſe ab homine q̃ deus:quia per eſſe creaturæ probatur eſ
ſe dei.Sed homo poteſt cogitare de qualibet creatura ipſam non eſſe,vt infra videbitur.ergo mul-
to magis poteſt cogitare de deo ipſum non eſſe.

L Reſponſio ¶Ad hoc dicendũ:ꝙ ſecundum prædicta ſicut quæſtio de cognoſcẽdo de deo an
ſit poteſt eſſe de incomplexo,& de eſſe dei ĩ natura ſua qua eſt id qđ eſt:vel de complexo & de eſſe
dei in anima cogitãte:Poſſumus enim ſcire hanc compoſitionem qua dicimꝰ Deus eſt:eſſe veram
in anima:licet non ſciamꝰ naturam illius eſſe qđ dei eſt:Conſimiliter quæſtio de cogitando deum
eẽ põt eẽ q̃ſtio de incõplexo:an.ſ.contingit cogitare dei entitatẽ ſub eẽ quo ẽ id quod eſt:vel de cõ
plexo,an ſcilicet cõtingit cogitare compoſitionem eſſe cum deo eſſe veram:& conſimiliter quęſtio
de non cogitando deum non eẽ põt eẽ de incõplexo:an.ſ.contingit cogitare non entitatem dei ali-
quam quæ poſſit ei conuenire ſecundum naturam eius in ſe:vel de complexo:an.ſ.cõtingit cogi-
tare per diuiſionem in anima eſſe remoueri a deo,ſiue non entitatem ineſſe eidem. Primo modo



eſt impoſſibile cogitare deum non eſſe:quia nihil in natura rei poteſt cogitari nõ eſſe niſi poſſibile
eſt cogitare ſeorſum ipſam rẽ vt res eſt & eſſentia quędã in ſe:& ſeorſum ipſum eſſe:& ſic cogitare
ipſam eſſentiam concogitando ei conuenire nõ eſſe:vel non cõuenire eſſe:vnum remouendo ab al
tero ꝑ negationem:ſicut contingit in creaturis:quæ qñqꝫ hñt eſſe,qñqꝫ non eẽ:qm̃ in eis differũt
eſſentia & eſſe. Quare cũ vt dictũ eſt ſupra,in deo penitus idẽ ſunt re & intẽtione eſſentia & eſſe: M
vt non poſſit capi ab intellectu ſeorſum eſſentia pręter eſſe:hoc ideo modo cogitare deum non eſſe
cogitando.ſ.non eſſe ſiue non entitatẽ circa diuinã eſſentiã abſolute intellectã,eſt incõpoſſibile:qa
ipſa eſſentia nõ eſt niſi ipſum eſſe.aliter em̃ compoſitionẽ aliquã faceret eẽ cum eſſentia in deo:ſi-
cut facit in creaturis:qđ ĩpoſſibile ẽ,vt viſum eſt ſupra.Secũdo aũt modo cogitare deum non eſſe:
cõtingit dupliciter,vt diſtinguit Anſel.in ꝓſol.vno.ſ.modo cogitãdo vocẽ qua dicit̃ deus non eſſe
alio modo cogitãdo ipam rẽ ſignificatã ꝑ vocẽ.Aliter em̃(vt dicit)cogitat̃ res cũ vox eã ſignificãs
cogitatur.Alio modo cum idipm̃ qđ res eſt intelligit̃.Illo itaqꝫ modo,vt dicit,& verũ dicit,põt co N
gitari deus non eſſe:iſto vero minime.Reuera cogitando vnionem vocum bene poteſt aliquis co-
gitare deum non eſſe:nihil.ſ.intelligendo de rebus,ſecundum ꝙ incontinentes exiſtẽtes in paſſionẽ
dicunt verba ſapientum de agibilibus non intelligentes ea quæ dicunt,cum ex paſſione contraria
agunt,vt vult Phs.vii.Eth. Cogitando vero ipſam rem q̃ vocibus ſignificat̃,ſubdiſtinguẽdũ:licet O
Anſel.nõ ſubdiſtinguat:qa aut cogitãs cogitat aſſentiẽdo ei qđ cogitat:aut nõ.Primo mõ ſimplici
ter contingit cogitare deũ non eſſe quẽcũqꝫ,quãtũcũqꝫ cognoſcat & cogitet rem voce ſignificatam.
Licet em̃ affirmatio & negatio nõ poſſint eſſe ſimul in eadem re extra animã quo ad eſſe rei verũ:
bene tñ poſſunt ſimul eſſe in anima quo ad eſſe rei diminutum,vt vult Philoſophus.vi.metaphy-
ſicæ.Super quẽ locum dicit Cõmẽ.ꝙ Philoſophus intẽdit declarare diuerſitatem duorum entium
.ſ.entis qđ eſt in intellectu:& entis quod eſt extra intellectũ.Qđ enim eſt in anima,contingit vt re
cipiat duo oppoſita ſimul:qđ autẽ eſt extra animam,non:qm̃ anima intelligit duo oppoſita ĩſimul
materia autem recipit contraria ſucceſſiue.Vnde contradictoria ſimul intelligũtur & cogitantur P
.ſ.deum eſſe:& deum non eſſe.Sed vnum cũ aſſenſu,alterum vero ſine aſſenſu.Secundo autẽ mo-
do adhuc ſubdiſtinguendum:quia cogitans cum aſſenſu aut intelligit quid per vocem ſignifica-
tur diſtincte & in particulari cum dicit̃ deus non eſt:aut non:ſed ſolum confuſe & in vniuerſali.Si
primo modo,nullus omnino poteſt cogitare deum non eſſe:quia p̃dicatum,vt dictum eſt ſupra,
eſt de intellectu ſubiecti:& ita ſic cogitans ſubiectum neceſſario cogitat in ipſo prædicatum.Qua-
re ſiquis aſſentiendo cogitaret deũ non eſſe,poſtq̃ conſenſit affirmatiõi:cũ quicquid affirmat de ali
quo affirmatio:negatio id ab eodem remouet:idẽ affirmaret & negaret aſſentiendo vtriqꝫ ſimul:
qđ eſt impoſſibile:qa de quolibet affirmatio vel negatio & nõ ſimul de eodẽ,neqꝫ in re neqꝫ ĩ intelle
ctus aſſertiõe,vt ꝓbat Phs.x.meta.Nullus ergo intelligẽs rẽ q̃ deꝰ eſt,diſtincte & in ꝑticulari,põt
cogitare cũ aſſertione qa nõ eſt:q̃q̃ verba dicat in corde ſuo. Et hoc eſt qđ dicit Anſel.declarãdo ꝑ
ſimile.Nullus(inquit)intelligens id quod eſt ignis & aqua,poteſt cogitare ignem eſſe aquam ſecũ
dum res,licet ſecũdum voces.Ita ergo nemo qui intelligit id ens qđ eſt deus,poteſt cogitare quia
deꝰ nõ eſt:licet hęc verba dicat ĩ corde ſuo.Et ſtatim ad huiꝰ ꝓbationẽ ĩducit qđdã mediũ ſupra ĩ
ductũ,qđ fundatur ſuꝑ hoc.ſ.quia p̃dicatum eſt de ĩtellectu ſubiecti,dicẽs.Deꝰ em̃ eſt id quo ma-
ius cogitari nõ poteſt.qđ qui bñ intelligit,vtiqꝫ intelligit idipſum ſic eſſe vt nec cogitare queat nõ
eſſe.Qui ergo (vt dicit) intelligit ſic eſſe deum,nequit eum non eſſe cogitare. Si ſecundo modo Q
tũc diſtinguendum eſt de cogitatione:aut enim ſumitur cogitatio proprie pro actione partis intel
lectiuę purę,quæ in aſſerendo ſolummodo eſt verorum:aut pro actione intellectus phantaſtica &
rerum ignorantia decepti.Primo modo adhuc non contingit cogitare cum aſſertione deũ nõ eſſe:
quia hoc in talis intellectus cõp̃henſione cadere nõ poteſt:qa in rerũ natura nõ põt eẽ. Scđo aũt
mõ bñ cõtingit.Intelligẽs em̃ in generali hoc noĩe deꝰ ſignificari ſolũmõ quãdã eſſentiã oĩm nobiliſ
ſimã,non cointelligẽdo in nobilitate eius includi rationẽ ipſius eſſe:bene poteſt intellectu phãtaſti
co & ignorante intelligere deum non eſſe:quia talis intellectus intelligit diuinam eſſentiã ad mo-
dum eſſentiæ alicuius creaturæ,vt videlicet cui eſſe adueniat:non quæ ſit ipſum eſſe.Sed tali in- R
tellectu contingit intelligi deum nõ eſſe dupliciter:aut explicite:aut implicite.Explicite adhuc du
pliciter.vno modo conuertendo intellectum in intelligẽdo deũ ad aliqđ nobile in creaturis exiſtẽs
æſtimando illud eſſe deũ.aut ad aliqđ in imaginatiõe excedens in nobilitate oẽs creaturas quę in eſ
ſe conſpiciuntur.Cum enim vt dicit Auguſtinus primo de doctrina Chriſtiana,omnes hoc deũ
eſſe conſentiunt quod cæteris rebus omnibus anteponũt,vt aliquid quo nihil ſit melius atqꝫ ſubli-
mius illa cogitatione conentur attingere:illi ergo qui aliquam creaturam excellentem cæte-
ris deum putant ſiue corpoream ſiue incorpoream,ſicut omnem creaturam inquantum crea-

tura eſt,poſſunt cogitare non eſſe:ſic & id qđ cogitāt deum.Illi vero qui omnibus creaturis nō ſo
lum corporalibus verūetiam ſpiritualibus in eē conſtitutis ꝑ imaginationē deū ꝓferunt:& tamē tā
q̄ creaturam nobilem cogitant,quā in rerū natura exiſtere non conſpiciunt:ſimiliter bene cogita-
re eū non eē poſſunt.ſecundum ꝙ dicit Auguſt.in originali ſuper illud Pſal.lii.Dixit inſipiēs ī cor
de ſuo non eſt deus.Perpauci(inquit)ſunt:& difficile eſt vt incurramus in hominem qui dicat in
corde ſuo non eſt deus:tamen ſic pauci ſunt,vt inter multos timendo hoc dicere,in corde ſuo di-
cant:quia ore ſuo dicere non audent.Nec enim vt dicit ſuper Pſalmū.xiii.ipſi ſacrilegi & deteſtan-
di quidam Philoſophi qui peruerſa & falſa de deo ſentiūt, auſi ſunt dicere non eſt deus. Ideo ergo
S dixit in corde ſuo:quia nemo hoc audet dicere etiam ſi auſus fuerit cogitare.Implicite vero deum
non eſſe cogitant quicūq; aliquid deo indignum de ipſo deo vel deo ineſſe cogitant.De quibꝰ ſuba-
dit in dicto Pſal.lii.Rarum hominum genus qui dicant in corde ſuo non eſt deus.At vero alio in-
tellectu diſcuſſum inuenitur eſſe in pluribus.Inſpiciamus facta flagitioſoꝝ, facinoroſorum,ſcelera
torumq; hominum:iſti tales ſunt vt dicant in corde ſuo non eſt deus.Tales conuinco:facta ſua pla
cere deo arbitrantur:non eſt aūt deus niſi cui diſplicet iniquitas:tu ergo cum putas ei placere ini-
quitatem:negas deum: cum dicis in corde tuo,faue deus iniquitatibus meis,nihil aliud dicis q̄ nō
eſt deꝰ.Et ꝙ hoc non dicant in corde ſuo nec iſti nec præcedentes niſi intellectu erroneo phantaſti
co & obumbrato,probat Auguſtinus per ſequētem verſum eiuſdem Pſal.dicens.Corrupti ſunt &
abominabiles facti ſunt iniquitatibus ſuis. Sed primo vide illos corruptos,vt poſſint dicere in cor
de ſuo nō eſt deus.Præmiſſo em̄ verſu, Dixit imprudēs in corde ſuo nō eſt deꝰ:& tanq̄ cauſæ quę
rerētur vn̄ hoc poſſit dicere imprudens,ſubiecit. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt &c.vbi
Pſal.xiii.habet In affectionibus ſuis.vbi dicit Auguſt. Ipſæ ſunt affectiones quæ corrumpunt ani
mā:& ſic excęcant vt poſſit imprudens dicere in corde ſuo,non eſt deus.

T
Ad pri. in oppoſi. ¶Ad primum in oppoſitum ꝙ poteſt cogitari eſſe id qđ nec eſt: nec fuit:nec erit
&c.Dicendum ſecundum prædicta, ꝙ eſt non ens aliquid qđ eſt purum non eſſe:nec dicit rē aut
eſſentiam.de quo dictum eſt ſupra ꝙ de ipſo non poteſt eſſe ſcientia.tale non ens non poteſt cogita
ri eſſe niſi falſa aſſertione phantaſtica. & ſic conceſſum eſt ꝙ deus ab inſipienti poteſt cogitari non
eſſe.Aliud vero eſt non ens actu,ens tamen in potentia,quod dicit rem & eēntiam quę eſt ſuſcepti
bilis eſſe actione agentis:& tale poteſt intelligi eſſe cum non ſit;quia eē in actu ſe habet per additio
V nem ad ipſam eſſentiam.Deus tamē ſemper exiſtens non poteſt intelligi non eſſe:quia eſſe ſuū nul
Ad ſcđm lo modo ſe habet per additionem ſuper eſſentiam:ſed eēntia eſt ipſum eſſe,vt dictū eſt.¶Ad ſecun
& Tertiū. dum quomodo dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deus: & ſimiliter ad Tertium de eodem, dictū
X eſt iam ſufficienter.¶Ad quartū ꝙ minus notū eſſe magis poteſt cogitari non eſſe:Dicendū ꝙ ve-
Ad q̄rtū. rum eſt quantum eſt ex parte cogitantis:& ideo cognoſcens deum per intellectum ſolum in eē cō-
fuſo & in generali:ſicut ſupra determinatū eſt:& cognoſcens creaturam cognitione determinata
& in particulari:magis poteſt quantum eſt ex parte ſui deum non eſſe cogitare cogitatione phan-
taſtica,q̄ multas creaturas.Quātum autem eſt ex parte rei cogitatę cogitatiōe propria intellectua
Y li,quæ formať ſecundū naturā cogitati:non eſt verū,vt dictum eſt.¶Et q̄a non ſimpliciter conceſ-
Ad pri. ſum eſt deū non poſſe cogitari non eſſe,argumentis etiam ad primam partem reſpondendum.Ad
principale primum in oppoſitum:id quo nihil eſt maius non poteſt cogitari non eſſe: dicēdum ꝙ verum eſt
quantum eſt ex parte rei:& cognitionis ītellectus puri cum aſſenſu.& ſic intelligit Anſel.vt patet
ex rationibus quibus hoc ꝓbat contra inſipiētem.Quātū tn̄ eſt ex parte vocis & cognitionis intel
lectus confuſi & phantaſtici aut ſine aſſenſu , nihil impedit quin deus & id quo nihil maius cogi-
tari poteſt,poſſit cogitari non eſſe.Et hoc intelligit Anſel.cū dicit proſol.cap.iiii.Deꝰ eſt quo ma
ius cogitari non pōt.Qđ qui bene intelligit,vtiq; ītelligit idipm̄ ſic eſſe,vt nec cogitatione queat
non eſſe.Qui ergo intelligit ſic eſſe deum,nequit eum non eſſe cogitare.Vnde econtra qui non ſic
eum intelligit , nihil prohibet quin poſſit eum non eſſe cogitare . Eodem modo reſpondendum
eſt ad alia duo ſequentia.

A
Quæſt.4. Arg.1. Circa quartum arguitur ꝙ deus ſit mutabilis mutatione variationis ab vno eſſe
in aliud eſſe.Primo ſic.ab eo in quo omnes diſpoſitiones ſunt omnino eodē modo
ſicut fuerunt ſemper:& nunq̄ factum eſt aliq̄d alio modo ſe habens q̄ ſemper erat
ſit ſemper aliquid vel non ſit ſicut prius ſiebat vel non ſiebat:& nō aliter,vt vult
Auicen.ix.metaphyſicæ,& ſumitur ex dictis Philoſophi ī.ii.de geň.vbi dicit.Idē
omnino manens idem in nullo immutatū ſemper natum eſt facere idē.& ex de
terminatione eius in.viii.phyſi.Sed a deo non eſt dicere ꝙ ſit vel non ſit aliquid
2 ſemper ſicut prius,vt maxime patet in creatione animarum de nouo.ergo &c.¶Secundo ſic.varia



denominatio non ſit niſi per variationem alicuius diſpoſitionis in determinato:quia non ſit deno
minatio niſi ab aliqua diſpoſitione ſubiecti:& vniformis diſpoſitio ſemper vniformiter denominat
in deo eſt varia denominatio.diciť em̄ nūc dominus ſaluator & gubernator & cętera hmōi,quibꝰ
non denominabať ab ęterno.ergo &c.¶Tertio ſic.nihil poteſt de nouo aduenire ī ſuppoſito aliquo 3
ſine eius variatione & mutatione:quia per nouū aduenięs aliter ſe habet nūc & priꝰ:qđ appellamꝰ
variari & mutari.diuino ſuppoſito de nouo aduenit humana natura in Chriſto in atomo,vt dicit
Dam̄.ergo &c.¶Quarto ſic.exitꝰ aliq̄n ab otio in actū nō ē ſine mutatiōe:q̄a ſi nō ē mutatio nō ē 4
ratio agendi in vna hora & ceſſandi in alia,vt dicit Auicen.ix.metaphy.In deo ſit exitus ab otio in
actū nūc agēdo qđ prius non egit.ergo &c.¶Quīto ſic.velle nūc qđ prius noluit,non eſt ſine volū 5
tatis mutatione: quia idē manēs idē non eſt cauſa cōtrariorum.Deus ſępius vult qđ prius noluit
qđ patet ex eo ꝙ aliquādo agit qđ aliquando non egit:& omnia quæcunq; voluit dn̄s fecit,vt dici
tur in Pſal.ergo &c.¶Sexto ſic.pœnitētia de aliquo facta non eſt ſine mutatione in diſpoſitione vo 6
luntatis.in deo cadit pœnitētia facti.Geň.vii.Pœnitet me feciſſe hominem.ergo &c. ¶In cōtrariū In oppoſi.
eſt.qm̄ vt dicit Auguſt.cap.4.de mor.Manich.in principio.in hoc maxime dicendus eſt eſſe ꝙ ſem
per eodem modo eſt.ſed vbi ſemper eſt idem modus nulla eſt variatio.ergo &c.

¶Dicendum ad hoc : ꝙ omnis ratio mutationis ſecundum variationē in ſubſtā- B Reſpōſio.
tia neceſſario cauſatur ex cōpoſitione alicuius cum ipſa.In creaturis enim quia ſubſtantia rei præ
ter mutationē vertibilitatis quā habet de eſſe in nō eſſe:& de nō eſſe in eſſe,in ſe & in natura ſua,
vt abſolute natura eſt,in īuariabili eſſentia ſubſiſtit,nec ſit ī ipā aliqua innouatio:q̄a in ipſa non eſt
niſi id qđ eſt.vt equinitas ē equinitas tm̄: q̄ ſibiipſi non pōt abeſſe:cui accidunt eſſe exiſtētiæ & nō
eſſe: eſſe in re & eſſe in aīa:eſſe vniuerſale & eſſe particulare,& cętera huiuſmodi,vt dictum eſt ſu-
pra:& amplius diceť infra:& ita in ſeipſa nō poteſt intelligi ipſi contingere poſſe variationem niſi
ꝑ accidens aliqđ,qđ ipſi modo adſit;modo abſit.Non em̄ poteſt eſſe ꝙ equinitas quādoq; ſit equi- C
nitas q̄nq; nō eq̄nitas;ſed ſemꝑ eſt eq̄nitas;& nō pōt eſſe niſi eq̄nitas tm̄.vn̄ ſi aliq̄d varieť,illđ va-
riatur vt ſubiectum per accidēs aliquod qđ ei cōponitur:& poteſt ei modo adeſſe, modo vero abeſ
ſe.Non autem aliquid ſecundum eſſentiam ſuam variatur aut variabile eſt in ſeipo ſecūdū ſeipm̄.
Vnde ſecūdum aliquos neq; etiā forma accidentalis ſicut iuſtitia vel ſapientia,color vel albedo,vt
ſecundū ſe conſideratur non compoſita ſubiecto, aliquando variatur;quia neq; intenſionem ſuſci
pit;neq; remiſſionem ſecūdū ſe:ſed ſolum ſecūdū ꝙ ꝑ eam ſubiectum magis aut minꝰ afficiť:& ita
qđ ſic mutatur atq; variať : hoc eſt ſubiectum cui componiť qđ tali qualitate afficiť. Cum igitur
diuinæ eſſentiæ ꝓpter eius ſimplicitatem qua nō eſt alteri componibile vel aliud ipſi,vt ſupra de-
terminatum eſt:nihil poteſt ineſſe neq; adeſſe aut abeſſe;Idcirco abſolute dicendum ꝙ diuinę eēn
tię ꝓpter ſimplicitatem eius qua non eſt componibile cum alio neq; aliud cum eo,omnino eſt īmu
tabilis mutatione variationis alicuius potentis cōtingere in ſubſtantia eius.Et hoc eſt qđ dicit Au
guſt.xi.de ciui.d.cap.x.Ideo ſimplex diciť qm̄ eſt qđ habet cui nō ſit aliq̄d habere.qđ.ſ.non habet
vel poſſe amittere,quod.ſ.habet,vel aliud ſit habens & qđ habet: qđ.ſ.in ipſo intendi poſſit vel re-
mitti:ſicut corpus habet colorem:& aer lucem.hinc enim eſt ꝙ priuari poſſunt rebus quas habēt:
& in alios habitꝰ vel qualitates verti atq; mutari.

D
¶Ad primū in oppoſitū ꝙ a deo ſit aliquid vel non ſit aliter q̄ prius:ergo eſt muta Ad pri. princi.
tus:Dicendū ꝙ in hoc tangiť difficultas philoſophoꝝ ponētiū deū nō ſolū mūdū: ſed nec aliquid
noui in mundo immediate producere poſſe:ſed ſolum mediante motu cęleſti ex materia:ne ipē vo
luntate qua aliq̄n non operatus eſt,nūc de nouo mutata,aliquid noui opari videať.ſecundum ꝙ di
cit Auguſt.xi.de ciui.d.cap.4.Qui a deo mundum factum fatentur, non eum tn̄ temporis volūt
habere ſed ſuæ creationis initium:dicunt aliquid vnde ſibi deum videnť a fortuita temeritate de
fendere:ne ſubito illi veniſſe credať ī mētē qđ nūq̄ an̄ veniſſet.ſ.facere mūdū:& accidiſſe illi volūta
tem nouam cum in nullo ſit om̄ino mutabilis. Rationem autem Philoſophorum ſuper hoc confe- E
ctam ad probandum æternitatē mundi,pertractat Auicen.vi.metaphyſicæ,dicēs ꝙ vnaquæq; cau
ſa per ſe & eſſentialiter ſimul eſt cum ſuo cauſato:& eſt ſemper cauſa eius.Si autem non eſt cauſa
talis,vt ſecundum ſuam eſſentiam faciat neceſſitatem exiſtendi cauſatum:tunc non facit neceſſita
tem eſſendi cauſatū niſi ſecundū opationē aliquā quā acq̄rit ad illam,cuiꝰ cauſa neceſſario eſt mo-
tus.& tunc vt dicit in lib.ix.vbi ſuam rationem reſumit,ille motus ꝑducit cauſam ad alium mo-
tum.Igiť vt dicit,aperte manifeſtū eſt ꝙ motꝰ non ſit poſtq̄ non fuerit niſi propter aliquid nouum
qđ non incepit fieri niſi per motum contingentem illum alium motum.Nō curo aūt quid fuit il-
lud anteq̄ hoc fieret.ſ.an fuerit intentio agentis vel voluntas vel ſcientia vel inſtrumentum vel

natura vel acquiſitio ꝑparationis vel aptitudinis recipiẽtis,vel applicatio imprimentis q̃ non erat
F quõcũq; em̃ fuerit,ſuũ fieri pẽdebit ex motu,& nõ poteſt aliter eſſe q̃ ſit.Et quia principiũ oĩm eſt
eſſentia quã neceſſe eſt eſſe,& neceſſe eſt eſſe ſic,ꝙ qcquid eſt ab eo neceſſarium eſt quantum ad il
lud:alioquin ei eſſet diſpoſitio quę non erat,& erit variabile:quoniã ſi fuerit ipm̃ ſicut erat anteq̃
fieret aliqd ab eo,& nihil accidit ei vllo modo qđ nõ erat:ſed fuit ipm̃ ſicut erat cũ nihil erat ab eo:
tũc non eſt neceſſe aliqd eſſe ab eo.Si autẽ modo factũ eſt vt fiat aliquid ab eo: tũc iam cõtingit in
eſſentia illa intentio vel voluntas,vel natura,vel poſſe,vel aptitudo, vel aliquid his ſimile qđ non
erat.Qui autẽ negauerit hoc,iam diſceſſit a vero intellectu lingua, ſed redit ad illum propria intẽ
tione.Et eſt reſpondendum ſecundum ꝙ dicit Aug.xii.de ci.dei.c.xiiii. ꝙ cũ deus ſit æternus & ſi
ne initio,exorſus eſt tempore & hominem quẽ ante nunq̃ fecerat,in tempore : non tamen nouo &
repentino,ſed immutabili æternoq; conſilio eſt potens ad opus nouum ſempiternum adhibere con
ſilium,& vna eademq; ſempiterna voluntate res quas condidit,vt non prius eſſent egit q̃diu non
G fuerunt, & vt poſterius eſſent quando eſſe cœperunt. Sic ergo falſum eſt quod philoſophi aſſu-
munt,& ꝓ fundamento ſupponũt:ꝙ ſcilicet ab eodẽ vniformiter ſe habente nihil fit aut non fit ali
ter q̃ fiebat aut non fiebat.Iſtud em̃ non habet veritatẽ niſi in eo qđ agit naturali neceſſitate ſiue
cum voluntate ſiue ſine volũtate. Qđ em̃ eſt neceſſe agere per ſuam naturã & eſſentiam, aut ſem
per agit cũ eſt quantũ eſt de ſe:aut ſi non agit,hoc nõ contigit niſi quia etſi quantũ eſt de ſe & ab-
ſolute ſit in diſpoſitione in qua natũ eſt agere:non tamen eſt in tali diſpoſitione reſpectu patiẽtis in
quo debet agere:quã diſpoſitionem oportet induci per motũ,& remouere indiſpoſitionẽ contrariã
in quocũq; fuerit,& hoc per alium motũ ꝓcedentem.& tunc eius actio non eſſet prima:ſed reduce
retur in aliud primo agens & mouens,cuius actione & motu dictum agens & ſuum paſſibile con-
iungantur & approximentur,vt ſint in tali diſpoſitione qua hoc natum eſt agere in illud, & illud
pati ab iſto:ſicut patet in illuminatione medii.Sol em̃ quantũ eſt de ſe eſt diſpoſitus in actu vt illu
minet:& medium diaphanum quantũ de ſe eſt,diſpoſitum eſt vt ſtatim illuminetur. Si tamen di
recta oppoſitione ſol non opponatur medio,nõ poteſt illud illuminare, ſed oportet ſolem & mediũ
H ad talem ſitum deduci,vel per motum vnius,vel per motum alterius,vel alicuius tertii.Et ſecun-
dum hoc vult Philoſophus.vii.phy.& Cõmen.ꝙ ſubitaneę actiones in corporalibus non ſunt niſi
termini motuum localium, vt medii illuminatio terminus eſt motus localis ſolis ad ſitum dire-
ctę oppoſitionis ad medium. Et per iſtum modum philoſophi poſuerũt ꝙ ſi deus aliquid noui qđ
prius operatus non eſt operetur in rebus immediate non mediante aliquo mobili per quod fiat ali
qua tranſmutatio reſpectu paſſiui:ꝙ oporteret ipſum mutari vt fiat in diſpoſitione qua poſſet age
re in paſſum in qua prius non fuit:ita ꝙ ſi a deo tanq̃ ab immobili omnino & eodẽ modo ſe habẽ
te fiat aliquid nouum: fiat mediante aliquo æterno moto ab ipſo, quod per motum diuerſimode
ſe habere poterat ad alia,& per hoc noua & varia agere.Aliter em̃ vt dicit Philoſophꝰ in.viii.phy.
non contingit eſſe generationem & corruptionẽ.vnde vt dicit ibi Cõmen.oportet motũ ęternum
mediũ eſſe inter motorẽ q nõ mouet,& inter generabilia & corruptibilia. Et debes ſcire (vt dicit)
ꝙ ſecundũ hunc modum poſſibile eſt vt motus noui fiant a motore non moto: & ideo qui ponũt
principium ęternum & primum motum eſſe nouũ,non potuerũt diſſoluere compoſitionẽ in hoc:
ſicut accidit loquentibus noſtrę legis.Et loquitur de illis qui ponunt mundũ nouum non æternũ
I Sed vt dictum eſt, iſta et talis eorum argumentatio non habet veritatem niſi in eo qđ agit neceſſi
tate naturę.ſecundũ ꝙ Philoſ.viii.phy.dicit primũ motũ a primo motore neceſſario moueri motu
ꝑpetuo.Ponendo autẽ agens primum omnino immobile agere libera voluntate ſine aliqua neceſ-
ſitate naturę annexa,nihil eſt qđ ponũt. A tali em̃ agẽte poteſt inchoari noua actio ſine omni trãſ
mutatione ſua,ad modũ quo Anaxagoras antiquiſſimus:qui tanq̃ expergiſcens vltra priores qui
ſolũ materialẽ cauſam in rebus viderũt,poſuit intellectũ cauſam agentẽ in natura mundi, vt dici
tur in primo Meta. Vnde Philoſ.dicit.viii.phy. ꝙ vnum principium facientes vt Anaxagoras, ſic
vtiq; dicerent.ꝙ ſcilicet(ſecundũ Cõmen.)ſemper fuit quieſcens,& incepit mouere.Sed dicit Phi
loſophus ꝙ hoc aſſimilatur figmento.vbi dicit Cõmen.impugnando dictã reſponſionẽ.Iſta poſitio
ſimilis eſt poſitioni quã dicunt loquentes noſtrę legis:ſed quia ponunt motorẽ moueri voluntarie
non videntur magis ſuſtentari q̃ qui ponunt ipſum mouere naturaliter.cuius rationẽ ſubiungit,
dicens.Cũ mouens moueret poſtq̃ non mouebat,neceſſe eſt aliquã proportionem fieri inter ipſum
& motum,q̃ nõ erat.et ſi non:non magis moueret in hoc tempore poſito q̃ in alio.Et eſt ratio quã
aſſignat Philoſophus:de qua ſumpſit Auicẽ.ſuam rationem prætactam.Dicit em̃ Philoſophus in
viii.phy.loquens contra dictam poſitionẽ Anaxagorę,ſic.At vero nihil inordinatum eſt eorũ quæ
natura & ſecundũ naturã ſunt.Natura em̃ cauſa ordinis eſt.Infinitũ aũt ad finitũ nullã rationem



habet.Ordinatio aũt omnis,ratio eſt.Infinito aũt tempore quieſcere:& poſtea motum eẽ aliqñ:hu
ius neq; vna ratio quare nũc magis q̃ priꝰ.Aut em̃ ſimpliciter ſe habet qđ naturę opus:& non ali
qñ quidẽ ſic:aliqñ aũt aliter:vt ignis natura qdẽ ſurſum ferṫ:nõ aliquando qdẽ ſic: aliqñ aũt aliter
Aut rationẽ habet nõ ſimpliciter.i.ſecũdum Commẽ.neceſſe eſt in actionibꝰ naturę eẽ cõtinuitatẽ
& ęternitatẽ ĩ agẽdo alterũ cõtrarioꝝ tm̃,aut ĩ agẽdo duo cõtraria ſucceſſiue.Ex quo plane patet
ꝙ neceſſitate naturali:etſi vel ꝓcedẽte vel concomitante volũtate,poſuerũt deũ agere & mouere:
& iõ nihil ab eo fieri de nouo niſi mediãte motu ęterno,q variationẽ habet ad res.& ꝑ hoc mediãte
illo poſuerũt poſſe fieri cõtraria & noua a motore ĩmobili.vñ dicit ibi Cõmẽ.Et nos dicimꝰ ꝙ ap-
pet ĩpoſſibile eẽ ꝙ actio noua ſit ꝑ antiquã volũtatẽ,niſi ſit actio antiq̃ media.volũtas em̃ nõ poſtpo
nit facere quod intẽdit niſi poſt exiſtẽriam alicuius intẽtionis in re intenta quę non erat in tempo
re voluntatis:& ſi non, eſſet vt illud qđ eſt voluntatum,eſſet ſine voluntate.Cum igitur poſueri- K
mus eſſe poſſibile poſtponi voluntatem propter defectum alicuius eſſe ; cum iam poſuerimus ꝙ
iſta voluntas eſt primum motiuum: manifeſtum ꝙ tunc voluntatum debet eſſe cum ea.Cum igi
tur poſuerimus eam antiquam, cum eo volũtatũ erit aliud antiquũ . fundamẽtum autem ꝙ vo-
lũtatum nõ poſtponiṫ volũtati niſi ꝓpter aliqd qđ deficit ĩ volũtato:ĩpoſſibile eſt vt negeṫ ab hoĩe
ꝑ ſuam intrinſecam rõnẽ;ſed ſi negeṫ,eſt ꝑ extrinſecam. Et ſubdit.Quomodo ergo poſſet inueniri
noua actio ab antiqua voluntate,dicemus mediante motu antiquo a volũtate antiqua.Et eſt dicẽ-
dum catholice ꝙ ab antiqua voluntate & æterno & immutabili conſilio bñ põt ĩmediate fieri ali-
quid noui;dũ tñ ponatur libere agere ſine omni neceſſitate;& hoc vel circa ptes aliquas vniuerſi:
ſicut fides catholica ponit eum creare quotidie nouas aĩas;vel circa totũ vniuerſum ipm̃ de nouo ĩ
eſſe ꝓducẽdo poſt nõ eſſe.antiqua em̃ & ęterna volũtas atq; immutabilis ab ęterno & ĩmutabiliter
determinare potuit qa talis aĩa in tali inſtanti tẽporis ab ipo creari debuit:& ſic de quolibet qđ in
fra temporis totius defluxũ de nouo ꝓducere diſpoſuerit. Vnde immutabili voluntate & ſcia qua
deus hanc aĩam ab ęterno producẽdã in a.ſciuit & voluit,eadem ſcientia immutabili & voluntate
dũ ꝓducit & ſcit & vult eam producere;& in toto ſubſequẽti tẽpore vult & ſcit ſe eam produxiſ-
ſe ſine omni mutatione & variatione.dicẽte Auguſt.xv.de tri.ca.xiii. Vniuerſas creaturas ſuas ſpi L
rituales & corporales nõ quia ſunt ideo nouit;ſed ideo ſunt quia nouit.Non em̃ neſciuit quę erat
creaturus:nec aliter ſciuit creata q̃ creãda.& ſicut eſt de ſcientia ſiľr & de volũtate.Sic ergo cũ de
us rationes infinitas infinitorum inſtantium in ſua ſapiẽtia comprehendit ab ęterno quæ potuerũt
præceſſiſſe ꝑ temporum ſucceſſionẽ primum inſtans in quo mundus fuit creatus:& ſimiliter in il
lo inſtãti in quo mũdũ & primã creaturam primo ꝓduxit voluntate æterna atq; ſcientia immuta
bili ſe aliquando producere ſciuit & voluit anteq̃ ꝓduxit;& etiã in illo inſtãti in quo produxit:&
nunc ſe ꝓduxiſſe ſcit:& vult:& ideo nec in priori nec in poſteriori inſtanti produxit.vt ĩtelligamꝰ
voluntatem dei aut ſcientiam abſolute acceptã de producendo mũdũ,fuiſſe quaſi cãm vniuerſalẽ
& indeterminatam:eandem autem acceptam ſub determinatione illius inſtantis in quo ipſum ꝓ-
duxit,fuiſſe quaſi cauſam eius particularem & determinatam:ſed voluntariã non neceſſariã.& ſic
nõ ſecundum aliquam cõparationẽ nouã realem quã acquirit voluntas antiqua per motum vel in
ſe vel in paſſo,agit actionem nouam:ſed ſolũ ſecũdũ rõnem quã in ſua ſapientia ab ęterno habuit
& voluntatem antiquã q̃ rem nouã fieri determinauit:& ſic motꝰ nouus fit poſtq̃ nõ fuit alius:nõ
propter aliquod nouũ qđ factũ eſt in agente vel in paſſo ꝑ primum motum, vt ſumit Auicen.ſed
propter determinationẽ antiquã ſecũdũ quã fluit vel iam natum eſt fluere inſtans nouum in tẽpo-
re:& res aliqua in primo inſtanti temporis vel in aliquo poſteriori. qui fluxus nihil noui ponit in
agẽte:ſed ſolũ in facto:quia ſecundũ illã rationẽ antiquã actiõe antiqua (quia vt in deo eſt,eſt ęter
na:& eius ſubſtãtia eſt,vt infra videbiṫ) tũc primo nouus effectus procedit in eſſe,qui tm̃mõ no-
uum reſpectum ponit in agẽte ſine oĩ ſui mutatione, vt ſimiliter videbiṫ infra. Hæc eſt ergo ſentẽ
tia quã innuit Auguſt.xii.de ci.d.ca.xvii.loquẽs cõtra Phos.Hic maxime iſti errãt ꝙ mẽtẽ diuinã
omnino immutabilẽ cuiuſlibet infinitatis capacẽ innumera oĩa ſine cogitatiõis alternatione nume
rantem , de ſua humana mutabili anguſtaq; metiuntur,comparantes deũ ſibimetipſis.Nã quia il
lis quicquid noui faciendũ venit in mẽtẽ nouo conſilio faciũt(mutabiles qppe mẽtes gerũt)ꝑfecto
non deũ quẽ cogitare nõ poſſunt: ſed ſemetipſos ꝓ illo cogitãtes;non illũ ſed ſeipos ſibi comparãt
Nobis autẽ non eſt fas credere aliter affici deum cum vacat;aliter cum operatur:quia nec affici di
cendus eſt,tanq̃ in eius natura fiat aliquid qđ antea nõ fuerit.Patitur quippe qui afficitur,& mu-
tabile eſt omne qđ aliquid patitur.Non igiṫ in eius vacatione cogitetur ignauia, deſidia, inertia:
ſicut nec in eius opere labor,conatus,induſtria. nouit quieſcens agere,& agens quieſcere.poteſt ad
opus nouum non notum ſed ſempiternum adhibere conſilium: nec pœnitendo ꝙ prius ceſſaue-

rat cœpit facere qđ non fecerat:ſed et prius ceſſauit & poſtea operatus eſt. Qđ neſcio quemadmõ
dum ab homine poſſit intelligi.hoc proculdubio qđ dicit̃ prius & poſteriꝰ in rebus priꝰ non exiſtẽ
tibus & poſterius exiſtentibus fuit. In illo autem non alteram præcedentem, alteram ſubſequen-
tem mutauit,aut abſtulit volũtatẽ,ſed vna eadẽꝗ; imutabili & ſempiterna voluntate res quas cõ-
didit,vt non prius eſſent egit q̃diu non fuerunt,& vt poſterius eſſent quãdo eſſe cœperũt.Nec ſo
lum ſic immutabili egit voluntate,ſed & agendo immutabili ſciẽtia nouit.ſecundũ ꝙ dicit ibidẽ.
Qui tandem nos ſumus homunculi,qui eius ſcientię limitem figere pręſumamus dicentes ꝙ niſi
eiſdem circuitibus temporum eadem tempora repetantur,non poteſt deus cuncta quæ fecit vel p̃
ſcire vt faciat,vel ſcire cũ fecerit,cuius ſapientia ſimpliciter multiplex,& vniformiter multiformis
tam incomprehenſibili cõprehenſione omnia comprehendit,vt quæcũꝗ; noua & diſſimilia conſe-
quẽtia pręcedentibus ſi ſemper facere vellet,inordinata & improuiſa habere non poſſet,nec ea præ
cederet ex proximo,ſed æterna præſciẽtia contineret?In qua(vt dicit li.xi.c.x.) ſunt infinita quędã
infinitiꝗ; theſauri rerum intelligibiliũ: in quibus ſunt omnes inuiſibiles atꝗ; incommutabiles ra-
tiones rerum etiam viſibiliũ & mutabilium,quę per ipſum factę ſunt,quoniã deus non aliquid ne-
ſciens fecit,qđ nec de quolibet homine artifice recte dici poteſt.Porro ſi ſciens fecit omnia,ea vtiꝗ;
M fecit quę nouerat.Falſum eſt ergo dictum Auer.ꝙ non ſumus magis ſuſtentati ponendo primum
motorem mouere voluntarie,q̃ ſunt illi qui ponunt ipſum mouere naturaliter.Ponentes em̃ eum
mouere naturaliter,nõ poſſunt ponere in ipſo dictam determinationem productionis rei nouę ſe-
cundũ rationem antiquã exiſtentem in eo:immo neceſſe habent ponere ipſum eſſe cauſam rei per
eſſentiam ſuam:ita ꝙ non poſſit eſſe niſi ſit ſuus effectus cum ipſa,ſicut poſuerunt philoſophi qui
dam:qđ nõ neceſſe habent ponere ponentes eũ agere & mouere libera voluntate.Mẽtitus etiã fuiſ
ſet Philoſophus ſi dixiſſet ꝙ tale dictum ſimile eſſet figmẽto. Nõ eſt em̃ figmentũ, ſed recta ratio.
Eſſet em̃ figmentũ ſi deum agere diceremus non niſi neceſſitate naturæ:quia tunc ſine ratione &
ordine naturali eſſet dicere deum prius ceſſaſſe per infinitam ęternitatem,& poſtmodũ operatum
fuiſſe.Sed figmentũ non eſt:ſed recta ratio & ordo ponere deũ ex pręſciẽtia & libero arbitrio agere
vniuerſa,vt dictum eſt.Cum em̃ deus ex conſilio ſapientię infallibilis cuncta agit,ſine ratione, etſi
nobis occulta,nihil agit.Vnde quare tunc mundũ produxit,& non prius vel poſterius ſecundum
rationem alicuius alterius inſtantis,ipſe nouit qui produxit.ſecundũ ꝙ dicit Aug.xi.confeſ.Omne
quod eſſe incepit & deſiuit,tunc incepit & tunc deſiuit : quando debuit eſſe incipere vel deſinere
in ęterna ratione,vbi nec incipit aliquid nec deſinit.cui ſoli credendum eſt : quia mundum ipſum
produxit,quia ipm̃ productum fuiſſe credimus,ſecundum ꝙ dicit.xi.de ci.dei.c.iii. Q; deus fece-
rit mundũ nulli potius credimus q̃ ipſi deo.Falſum eſt etiam qđ dicit Auic.ꝙ volũtas nõ poſtpo-
nit qđ intẽdit facere,niſi poſt exitũ alicuius intẽtionis in re intẽta quæ nõ erat in tẽpore volũtatis
imo bñ poſtponit ſecũdũ regulã rationis exiſtẽtis in ipſo,vt dictũ eſt.Hoc eſt ergo verũ fundamẽ-
tũ nouę ꝓductionis rerũ,& vera negatio falſi fundamenti quo ſuſtẽtati erãt philoſophi ponentes a
voluntate antiqua nõ poſſe ꝓcedere effectũ nouũ:& hoc ſcđm intrinſecus rationẽ,nõ ſcđm extrin
ſecus figmentũ,& ſecundũ linguã ſolũ.quẽadmodũ inſipientiſſime dicũt Auer.& Auic.illud fun-
damentũ eorũ negari poſſe,& nõ aliter.Et ſic q̃ncũꝗ; philoſophi inueniunt̃ cõtrariãtes fidei,in pri
cipiis & fundamẽtis ſuis eis obuiandũ eſt,vt ſupra dictũ eſt.& ſi rationibꝰ apertis noſtris fundamẽ
ta eorũ deſtrui nõ poſſent,deſpicienda tñ eſſent.ſecundũ ꝙ dicit Aug.xii.de ci.dei.c.xvii.Argumẽ
tationes quibꝰimpii noſtrã ſimplicẽ pietatem,cũ illi in circuitu ambulant,de via recta conant̃ auer
tere,ſi ratio refutare nõ poſſet,fides irridere deberet.Si etiã rationẽ diuinæ oꝑationis quare potius
fecit mundũ in vno inſtanti quo ipſum fecit,q̃ in alio,inueſtigare non potuerimꝰ: nullo tamẽ mo
do negãdũ eſt q̃n ſit:ſed firmiter credẽdũ & exclamãdũ cũ apoſtolo.O altitudo diuitiarũ ſapientię
& ſciẽtię dei.& dicendũ aduerſario illud apoſtoli.O homo tu q̃s es qui reſpõdeas deo?inueſtigando
ſcilicet operũ eius rationẽ:quibus quaſi interrogat humanã induſtriã.Vnde ſcđm ꝙ dicit Orige.
ſuper Exo.nobis hoc obſeruaſſe tm̃ & inſpexiſſe ſufficiat atꝗ; oſtendiſſe auditoribus quanta ſunt
N in lege diuina profundis demerſa myſteriis,pro quibus dicere in oratione debeamus.De profundis
Ad ſcđm. clamaui ad te dñe. ¶Ad ſecundum ꝙ in deo eſt variatio denominationis,ergo & mutatio:dicen-
dum ꝙ eſt quędã denominatio ſecũdũ diſpoſitiones abſolutas.& ſecundũ illas variatio non eſt ſine
tranſmutatione denominati,vt ſunt album & nigrũ in corporibus,bonitas & malitia in ſpiritibus,
qualis non poteſt eſſe in deo vt dictum eſt.Alia vero eſt denominatio per diſpoſitiones reſpectiuas
& hoc dupliciter:quia variatio ſecũdũ eas poteſt eſſe per ſe,& circa ſubiectũ in quo habẽt eſſe eſſen
tialiter,& ſunt in eo relationes ſecundũ eſſe: vel per accidens & circa ſubiectum in quo habent eſſe
quaſi accidẽtaliter,& ſunt in eo relationes ſcđm dici.Variatio adhuc ſcđm relatiuas diſpoſitiones



primo modo nõ eſt ſine mutatione aut mutabilitate eius ſup qđ fundatur:& nõ põt eſſe in deo,qm̃
in ipſo non poteſt eſſe diſpoſitio mutabilis.quare neꝗ; poteſt in eo eſſe relatio fundata ſup ipſam: &
ita neꝗ; mutatio p ſe ſcđm ipſam.qm̃ relatio quæ realis eſt in aliquo,non eſt mutabilis neꝗ; mutat̃
in ipo niſi p mutationẽ alicuius abſoluti i eo ſup qđ fundat̃.ꝓpter qđ & realis relatio i illo dicit̃,vt
ceſſet obiectio ex illo.v.Phyſi.ꝙ ſecundũ relationem non fit mutatio.Vñ Ambro.Dic mihi hęreti-
ce:fuit ne omnipotens deus q̃ñ pater non erat:& deus erat?Nam ſi pater cœpit eſſe,deus ergo priꝰ
erat vel factus eſt:& cœpit eſſe pater.quõ ergo imutabilis deus?ſi enim ante deꝰ poſtea pater fuit:
vtiꝗ; acceſſione g̃nationis mutatꝰ eſt:ſed auertat deꝰ hãc amẽtiã.Et Aug.dicit lib.i.cõtra Maximi
nũ.Spũs ſanctꝰ ſi naſci potuit,potuit eſſe filiꝰ:& ita mutabilis eẽ potuit. Variatio aũt ſecũdũ relati
uas diſpoſitiões ſcđo mõ, nõ ſemp ponit mutationẽ aut mutabilitatẽ i eo qđ denominãt:ſed aliq̃ñ
ſolũ i eo ad qđ dicit̃ denoĩatũ.In quo eſt relatio ſcđm rẽ:ſcđm quã in ipſa fit variatio realis:& i illo
ad qđ dicit̃ vocalis ſolũ ſiue ſcđm dici : ſicut colũna q̃ mihi priꝰ erat dextra,mea mutatiõe circa
ipam,vertẽdo.ſ.ei ſiniſtrã meã:ſine oĩ ſui mutatiõe facta ẽ mihi ſiniſtra.Et ſcđm hũc modũ dr̃ deꝰ
de nouo dominus:quia ſeruum ſibi nouũ creauit:& ſimiliter Saluator:quia ꝑditum ſaluauit:& ſic
de cæteris.Qđ tñ Auguſt.aliq̃ñ formidauit aſſerere,ſcđm ꝙ dicit.xii.de ci.dei ca.xv.Sicut deũ ali
quando dominũ nõ fuiſſe dicere non audeo,ita hominem nunq̃ antea fuiſſe;ſed ex quodam tẽpore
primum omnium creatum eſſe,dubitare non debeo:ſed cum cogito cuius rei dominus ſemp fue-
rit:ſi ſemp creatura nõ fuerit:affirmare aliquid ꝑtimeſco.Qđ tñ poſtmodũ audacter aſſeruit clariꝰ
comperta veritate cum dixerit in.v.de tri.Si dñs dicit̃ nõ niſi cũ habere incepit ſeruũ:iſta appella-
tio relatiua ex tempore eſt.Non em̃ ſempiterna creatura eſt cuius ille eſt dñs. Ecce q̃a dñm eẽ: nõ
ſempiternum habet : ne cogamur etiam creaturam ſempiternam dicere.& infra.Quõ igit̃ obtine
bimus nihil ſcđm accidens dici dñm, niſi quia ipſius dei naturæ nihil accidit quo mutet̃ vt in ea
ſint accidentia relatiua, quæ cum aliqua mutatione rerum de quibus dicunt̃,accidũt?ſicut amicꝰ
relatiue dicit̃:neꝗ; em̃ eſſe incipit niſi cum amare cœpit.fit ergo aliqua mutatio volũtatis vt ami
cus dicat̃.Nũmus autem cum dicitur preciũ,relatiue dicit̃;nec tamen mutatus eſt cum ipſe cœ-
pit preciũ eſſe;neꝗ; cum dicitur pignus:& ſiqua ſimilia. Si ergo nummus poteſt nulla ſui mutatio
ne multotiens dici relatiue:quanto facilius de illa incommutabili ſubſtantia debemus accipere vt
dicatur relatiue aliquid ad creaturam ? vt q̃uis temporaliter incipiat dici;nõ tamen ipſi ſubſtan-
tię dei accidiſſe aliquid intelligat̃:ſed ipſi creaturę ad quã dicit̃.qđ declarat p plura exempla vt pa
tet inſpicienti.¶Ad tertiũ ꝙ in diuino ſuppoſito de nouo aduenit humana natura in Chriſto:Di- O
cendum ꝙ hoc non eſt factum per aliquam mutationem in pſona cui aduenit:ſed ſolum in natu- Ad tertiũ
ra q̃ aduenit.ſecũdũ ꝙ dicit Aug.lib.lxxxiii.q.Non oportet intelligi mutatũ eſſe verbũ ſuſceptiõe
hominis;ſicut nec membra veſtita mutant̃:q̃uis ineffabiliter illa ſuſceptio ſuſceptũ ſuſcipiẽti copu
laret.Et quõ ſit iſta copula mutatiõe eiꝰ qđ ſuſcipit̃,declarat ibidẽ p exemplũ dicẽs. Veſtis quę de
iecta atꝗ; depoſita eſt,non habet eandẽ formã quã ſumit iduta.Induta em̃ membris accipit formã
quã non habet exuta. qđ genus congruit huic cõparatiõi.Deꝰem̃ filius ſeipm̃ exinaniuit nõ formã
ſuam mutans:ſed formã ſerui accipiẽs. Sed quõ hoc , amplius debet declarari loquẽdo de verbi in
carnatione.¶Ad quartũ ꝙ in deo fit exitus ab otio ad actum:Dicẽdũ ꝙ cum actio eſt ſecũdũ quã P
agere dicimur in id qđ ſubiicit̃,vt dicit̃ in.vi.principiis:& ſic actio ſit media inter agentẽ & actũ: Ad q̃rtũ.
habens duos reſpectus,põt cõſiderari vt reſpicit agentẽ a quo eſt;vel vt reſpicit actum in qđ termi
natur.Secundũ primum reſpectum diuina actio ęterna eſt ſicut & ſubſtãtia ſua ; q̃a ſua actio non
eſt aliud q̃ ſubſtãtia ſua,vt vult Phus i.xii.meta.Scđm ſecũdũ reſpectũ tp̃alis eſt & noua ꝓpter no
uum effectum qui procedit in eſſe ab actione æterna,ſecundum determinationem p̃dictam volun
tatis.Vnde non eſt dicere ꝙ deus in operando procedit ab otio in actum:ſed ꝙ operatum de non
eſſe procedit de nouo in actũ eſſendi p eius operationem æternam.Et ideo dicit Aug.vt habitũ eſt
ſtatim.Si priꝰ ceſſauit;& poſtea operatus eſt;neſcio quẽadmodũ ab homine poſſet intelligi.põt em̃
agens quieſcere,& quieſcens agere.¶Ad quintum ꝙ deus aliq̃ñ vult facere qđ priꝰ noluit: & ecõ Q
uerſo:Dicendum ꝙ illa aduerbia aliquãdo & prius poſſunt determinare actum volendi. ſic eſt fal Ad q̃ntũ.
ſa:quia vniformiter ab æterno voluit vult & volet quęcũꝗ; vult : nec in aliquo mutatur quo ad
actum volendi.Vel poſſũt determinare illđ verbũ facere:& hoc dupliciter;vel p reſpectũ ad agen-
tem:ſic adhuc falſa eſt;q̃a vt dictũ eſt:actio ſua in ſe ęterna eſt & vniformis;vel p reſpectum ad fa-
ctum & volitũ:ſic eſt vera;q̃a ex determinatiõe ęternę volũtatꝭ facit aliq̃d nũc qđ nõ fecit priꝰ.Sed
hoc nullã ponit mutationẽ in faciẽte;ſed ſolũ in facto,vt dictũ eſt.¶Ad ſextũ dicendũ ꝙ pœnitere R
nõ dicit̃ ꝓprie de deo ſicut de hoĩbꝰ,in q̃bꝰ dicit mutationẽ;ſed ſumit̃ p mutatione oꝑis exterioris Ad ſextũ.
quę fit ſine omni diuinæ voluntatis mutatione.Vnde Aug.xvii.de ciui.d. Non eſt deus ſicut hõ

vt pœniteat eũ.Homo mutať & nõ permanet:nõ aũt deus. Vbi aũt legiť ꝙ pœniteat eum,muta
tio rerum ſignificať immutabili ꝑſcientia manente diuina. Vbi ergo nõ pœnitet diciť,nõ mutare
intelligiť.& in lib.de diuinis proprietatibus.Pœnitere diciť deꝰ, non more hoĩm pro trãſactis operi
bus ſuis:ſed pœnitentia dei eſt ſtatuta mutare.& hoc nõ quo ad interius conſiliũ, ſed quo ad exte
rioris operis ſententiam.ſecundũ ꝙ diciť ſuper illud Ionę.iii.Adhuc.xl.dies. Deus mutat ſententiã
non conſilium.

S
Queſt.v. Circa quintum arguiť ꝙ deus ſit mutabilis ſecundũ ſitũ alternando ſuas opera-
Arg.i. tiones circa diuerſa.primo ſic.Deus ſecundũ operationes ſuas circa res dicitur
accedere & recedere,aſcendere & deſcendere &c. huiuſmodi:quæ non ſunt,niſi
2 diſpoſitiones eius quod mutať. ergo &c. ¶Secundo ſic.angeli dicunť mutari &
moueri ſecundũ ſuas operationes,vt ab oriente in occidentẽ. Deus autẽ non mi
nus variat ſuas operationes modo operãdo in oriente nouum effectum, modo
In oppoſi. in occidente.ergo.&c.¶Contra eſt:quia operatio dei nõ eſt niſi exterior eiꝰ effe
ctus,qui nullã mutationẽ ponit in deo.

T
Reſpõſio. ¶Dicendũ ad hoc:ꝙ cũ deus ſit ſpiritus incircũſcriptus,neqȝ aliquo modo limita-
tus,vbiqȝ ꝑſens eſt ꝑ ſuã ſubſtantiã & eſſe,eſſe in creaturis cõſeruãs qđ eis dedit inquantũ in eſſe ꝑ
ſiſtũt.Nunc autẽ per operationẽ circa aliquid exterius nihil mutari dicitur niſi quia in eſſentia &
operatione limitatũ & circũſcriptũ eſt:vt ibi aſſit,vbi tota virtute ſua operať,& nõ alibi:vt cũ alibi
operari oporteat,ibi prius nõ erat:ſed per operationẽ ꝑſentari neceſſe eſt,& ꝑſentiã loci dimittere,
vbi prius operando erat.ſecundũ ꝙ cõtingit de angelis.vt dicit Dam̃.Cum ſunt in cœlo non ſunt
in terra,& cũ ad terram a deo mittunť nõ remanent in cœlo,quia intellectualiter aſſunt & operan
tur vbicũqȝ iuſſi fuerint,& nõ poſſunt ſecundũ idẽ tẽpus hic & illic eſſe vel operari.Quia igiť deꝰ
neceſſario vbiqȝ ꝑſens eſt,& vbiqȝ poteſt aliquid operari, nullo modo etiã per ſuã operationẽ muta
bilis dici poteſt ad modũ quo angelus ſua operatiõe diciť mutari.Licet em̃ aliquid de nouo ab ipſo
fiat:in quo etiã cũ factũ eſt habet eſſe deus de nouo cũ prius in illo eſſe nõ haberet ſecundũ illud,
quia tñ illud non fit oĩno extra eſſentiã dei: nam in ipſo viuimus mouemur & ſumus,ſicut ſunt
extra eſſentiã angeli oĩa illa in quibus per operationẽ ſuã habet eſſe angelus:ideo nõ diciť deus eſſe
vel operari de nouo in tali re per trãſmutationẽ aliquã,ſicut diciť de angelo. Vnde Aug.in fine cõ
tra Feli.loquens de filio dei dicit.Iacebat quantũ ad carnem mortuus in ſepulcro,mortuos reſuſci
tans in inferno,vitam tribuens vniuerſis in cœlo,non mũdũ dimittẽs aſcẽdit in cœlum, nõ cœlũ
deſerens venit,ſed vno eodẽqȝ tempore totũ totus impleuit,qui alicubi manifeſtatione operis agni
tionem præſentię ſuæ indignis non negauit.

V
Ad pri. ¶Ad primũ in oppoſitũ ꝙ deus per operatiões ſuas dicitur accedere recedere &
principale cętera huiuſmodi:dicendũ ꝙ oĩa huiuſmodi mutationẽ in deo ponere nõ poſſunt: quia nõ ꝑ ſub-
ſtantiã ſuam alicui abeſt,vel de nouo adeſt circa qđ operať: qđ contingit in angelo, vt dictũ eſt. &
ideo non circa deũ, ſed ſolummodo circa creaturã mutationem notant. ſecundũ ꝙ dicit Augu.in
lib.de diuinis ꝓprietatibꝰ.Deſcendere deꝰ in mundo diciť,quando aliquid nouũ qđ ante non fue-
rat operať.De cuius deſcenſu in ĩcarnatiõe dicit Pſal.Inclinauit cœlos & deſcẽdit. Trãſire diciť cũ
a cordibus quorundã hominũ in quibus ante per fidẽ habitare credebatur, poſtea ſurrepente per
X
fidia ab his recedit,& ad alios vadit:quẽadmodũ de Iudęis ad gentes.¶Ad ſecundũ de angelis:di-
Ad ſcđm. cendũ ſecundũ iam dicta ꝙ nõ eſt ſimile: quia angelus non eſt incircũſcriptus vt vbiqȝ ſit in omni
re anteq̃ in ea aliquid noui operetur, ſicut eſt deus.

Y
Queſt.vi. Circa ſextum arguitur ꝙ neceſſe eſt ponere deum aliqua ratione mutabilem. pri-
Arg.i. mo ſic.Auguſti.dicit.viii.ſuper Gene.Spiritus creator mouet ſeipſum ſine tem-
pore & loco.Idem ad Oroſ.queſtione.xi.ſed nihil mouetur niſi mutabile aliquo
2 modo.ergo &c. ¶Secundo ſic.Sapien.vii.dicitur de ſapientia increata ꝙ eſt mo-
In oppo.i. bilior omnibus mobilibus.ſed omne mobile aliquo modo eſt mutabile. ergo &c.
2 ¶In contrarium eſt Auguſti.iiii.de Trinit.c.i.vbi dicit.Omnino dei eſſentia qua
eſt,nihil habet mutabile, tale autem omnino immutabile.ergo &c.¶Ad qđ etiã
ſunt auctoritates ſacræ ſcripturæ.Mala.iii.Ego ſum deus,& non mutor.Iacobi.i. Apud quem nõ
eſt tranſmutatio. Numeri.xxiii. Non eſt deus quaſi homo vt mentiatur,neqȝ vt filius hominis vt
mutetur. Eſt etiam ad hoc ſententia philoſophi qui probat.viii.phyſicorum ꝙ in mouentibus ne-
ceſſe eſt ſtare in vnum primũ mouẽs immobile per ſe & per accidens. Vnde & dicit Auguſti.viii.



ſup Geñ.cap.xxx.Om̃is mutabilitas innitiť alicui ĩmutabili.qđ nõ ẽ niſi deus,vt habitum eſt.¶Itẽ 3
vii.de trini.dicit.Qđ mutatur nõ ſeruat ipſum eſſe:& qđ mutari poteſt:etſi nõ muteť:põt qđ fue-
rat nõ eſſe.qđ nullo modo cõtingit in deo.ergo &c.¶Idẽ contra Maxim̃.Solus deus habet ĩmorta- 4
litatẽ.in omni aũt mutabili nõnulla mors ẽ ipſa mutatio.facit em̃ aliqđ nõ eſſe qđ erat.ergo &c.
¶Et eſt dicẽdum ꝙ deus eſt omnino immutabilis nulla ratione mutabilitatis mu Z
tabilis. Cuiꝰ ratio ꝓxima & ꝓciſa eſt:quia eſt omnino ſimplex,vt habitũ eſt ſupra:& tale oĩno eſt ĩ Reſpõſio.
mutabile,ſecũdũ ꝙ dicit Auguſt.vi.de trini.cap.vi.Nihil ſimplex mutabile eſt. &.xii.de ci.d.ca.ix.
Eſt bonũ ſolum ſimplex, & ob hoc ſolũ immutabile:ab hoc creata ſunt om̃ia bona: ſed non ſimpli-
cia:& ob hoc mutabilia.Et ex hac cauſa ſumunť oẽs alię quibus oſtendiť eſſe immutabilis.ſ.qa om̃e
qđ mutať eſt aliquo mõ in potẽtia ad illud ad qđ mutať:qa nihil mutať ad id qđ habet in actu:&
ꝑ mutationẽ ſe habet res aliter q̃ priꝰ.Deꝰ aũt(vt oñſum ẽ priꝰ)ꝓpter ſuã ſimplicitatẽ nõ habet cõ
poſitionẽ ex aliis:& ideo nullo modo eſt mutabilis mutatiõe vertibilitatis in nõ eſſe ab eſſe:nec ecõ
uerſo,vt dictum ẽ ſupra:neqȝ cum alio.& ideo nullo modo eſt mutabilis mutatione variabilitatis,
vt dictum eſt ſupra.& hoc ideo:quia nõ habet om̃ino primã(vt oſtenſum eſt ſupra)compoſitionẽ
quæ eſt actus cum potẽtia:ꝑ quã ſeparatione ab actu ſuo poſſit mutari in ſtatum deteriorẽ vel me
liorem vel alium ęqualem.ſecũdum ꝙ ex hoc arguit eius immutabilitatem Ri.ii.de trini.ca.x.Vn
de qa eſt ſimplex eſſe quo eſt neceſſe,cui nihil addi,nihil ſubtrahi poteſt,vt habitum eſt ex ꝓceden-
tibus,oĩno ĩmutabilis eſſe iudicãdꝰ eſt.ſecũdũ ꝙ dicit Aug.de fide ad Pe.Firmiſſime tene,& nulla-
tenus dubites ſolum deum verũ naturaliter ĩmutabilem eſſe.hoc em̃ ſignificauit Moyſi ſeruo ſuo
cum dixit, Ego ſum qui ſum:& de natura boni vere eſt quia immutabilis eſt.om̃is enim mutatio
facit non eſſe qđ erat. Et ex hoc patet ꝙ ſicut deus ex hoc dicendus eſt ſumme vnus ꝙ eſt ſimpli- A
ciſſimus in fine ſimplicitatis,vt habitum eſt ſupra: ſic dicendus eſt ſumme eſſe ex hoc ꝙ habet im
mutabiliſſimum eſſe.ſecũdum ꝙ dicit Auguſt.v.de trini. Sola eſt incommutabilis eſſentia q̃ deus
eſt:cui ꝓfecto ipſum eſſe maxime ac veriſſime cõpetit. Qđ em̃ mutatur non ſeruat ipſum eſſe:&
qđ mutari põt etiam ſi non mutetur poteſt qđ fuerat non eſſe:ac ꝑ hoc illud ſolum qđ nõ tm̃ non
mutatur,verũetiam omnino mutari non poteſt,ſine ſcrupulo accidit ꝙ veriſſime dicať eſſe. & de
moribus Manich.Hoc maxime dicendũ eſt eſſe qđ ſemper eodem modo ſimul eſt:qđ ex nulla parte
corrumpitur atqȝ mutari poteſt.ſubiacet enim huic verbo manentis in ſe atqȝ immutabiliter ſe ha
bentis naturę ſignificatio,qđ nihil q̃ deũ recte poſſumꝰ dicere,cui ſi cõtrariũ q̃ras,oĩno nihil eſt.&
ideo ꝑ conſequens vere immortalis eſt.Et ecõuerſo res omnis inquantum habet aliquid mutabili- B
tatis intãtũ habet aliqđ mortalitatis.Mors em̃ vt dicit Aug.de vera rel.nõ eẽ cognoſciť qcqđ mo
ritur inquantũ moriť.Nam ſi ea quę moriunť penitus morerenť, ad nihilum ſine dubio ꝑuenirẽt:
ſed tanto minus moriuntur quanto magis eſſe ꝑticipãt:ꝙ vt breuiꝰ põt dici,tanto magis moriun
tur quanto minꝰ ſunt.Vt em̃ dicit de immortalitate aĩę in principio,omnis defectus ad nihilũ ten
dit & ad interitũ.&.xi.confeſ.ca.x.Inquantũ quiſqȝ non eſt qđ erat:& eſt qđ non erat,intantũ moriť
& oriť.& ideo omnis creatura quia quodammodo eſt mutabilis,reſpectu eſſe dei quaſi nõ eſt.ſecũ-
dum ꝙ dicit Anſel.Creaturę cõparatę ad deũ vix ſunt:& forte non ſunt.Id tñ qđ ſunt nõ ſunt ni
ſi inquãtũ ſimilitudo eiꝰ ſunt.ſecundũ ꝙ dicit ĩ monol.ca.xxxi.Sicut in viuo hoĩe veritas hoĩs dici
tur eſſe:in picto vero ſimilitudo ſiue imago:ſic exiſtẽdi veritas ĩtelligiť ĩ verbo,cuiꝰ eẽntia ſic ſum
me eſt,vt quodammodo illa ſola ſit:& in his q̃ eius comparatione quodãmodo non ſunt,imitatio
aliqua illius ſummę eſſentię ꝑpendiť.Ideoqȝ ꝓprium eſt deo eſſe.Vnde dicit Anſel.ꝓſol.xxii.Tu ſo
lus dñe es qđ es:in quo eſt aliquid mutabile non omnino eſt qđ eſt:& qđ habet fuiſſe qđ iam nõ ẽ: C
& futurum eſſe qđ nondũ eſt:id nõ eſt proprie & abſolute.Tu vero es qđ es:quia quicqđ aliquãdo
aut aliquo modo es:hoc totꝰ ac ſemper es:& tu es qui ꝓprie & ſimpliciter es:nec potes cogitari ali
quãdo nõ eſſe.& in mon.ca.xxviii.Videť cõſequi vt iſte ſpũs qui ſic ſuo quodã mirabiliter ſingu-
lari & ſingulariter mirabili modo eſt,quadã ratione ſolus ſit:alia vero quęcũqȝ videnť eẽ,huic col-
lata,non ſint.Si em̃ diligenter intendať, ille ſolus videbiť ſimpliciter & perfecte & abſolute eẽ:alia D
vero fere nõ eſſe:& vix eſſe.Qm̃ nãqȝ idem ſpiritus ꝓpter incõmutabilem ęternitatẽ ſuã nullo mo
do ſecundum aliquem motum dici poteſt quia fuit vel erit:ſed ſimpliciter eſt: neqȝ cõmutabiliter
eſt aliquid quod aliquando aut non fuit aut non erit:neqȝ non eſt qđ aliqñ fuit aut erit:ſed quicqđ
eſt ſimul & ſemel & incommutabiliter eſt:qm̃ inquam hmõi eſt eſſe eius,iure ipſe ſimpliciter & ab
ſolute & perfecte dicitur eſſe.Qm̃ vero omnia alia mutabiliter ſecundũ aliquid aliqñ aut fuerunt
aut erunt:vel non ſunt:aut ſunt qđ aliquando non fuerũt aut erunt:& quoniã hoc qđ fuerunt iã
non eſt:illud autem qđ erunt nondũ eſt:& hoc qđ in labili breuiſſimoqȝ & vix exiſtenti præſenti ẽ
vix eſt:quoniã ergo tã mutabiliter ſunt:non ĩmerito negant ſimpliciter & ꝑfecte & abſolute eſſe:&

aſſerunt fere nõ eſſe & vix eſſe.Ex hoc ẽt vlteri⁹ cõcludit q̄ violẽtia nulla,neq̧ aliq̄d q̄d ẽ extra naturã,in deo cadere põt,quia tale nõ cõtingit rei ſine ei⁹ tranſmutatione abextra. q̄d em̄ eſt de ſubſtantia rei abintra,nõ poteſt ei eſſe violẽtũ,neq̧ p̄ter naturã. Violẽtũ nanq̧ ſcd̄m Ph̄m eſt id cuius principiũ eſt extra. Vnde dicit Ph̄s.i.de cę.& mũ.q̄ accidentia q̄ accidunt extra naturã non cadũt ſupra corpora prima,quoniam ſunt ſimplicia,& non eſt eis contrarium.

E Ad pri. principale ¶Ad primũ in oppoſitũ q̄ creator ſpũs mouet ſeipſum: dicendũ q̄ Aug. in dicto ſuo modo Platonicorũ large ſumit motũ p̄ omni operatione,cũ tñ ſcd̄m Ph̄m.x.Ethi. mot⁹ & operatio multum differunt.Mouere ergo in deo intelligit actũ intellectus & volũtatis quo ſeipſo intelligit & vult ſe & alia.Vnde Aug.in.xli.q.ad Oroſ. dicit q̄ deus nõ mouet in tẽpore,quia nulla accidit illi noua cogitatio,nullũ nouũ conſiliũ.Spũs vero hoĩm mouet in tẽpore reminiſcendo p̄terita,futura expectando,aliqua noua diſcendo.Ex quo plane patet q̄ ęternã & manentẽ dei cogitationem ſiue conſiliũ vocat eius motũ quo mouet ſe,quia ſeipſo vult cogitat & conſulit de omnibus.

F Ad ſcd̄m. ¶Ad ſecundũ q̄ oĩbus mobilior eſt ſapiẽtia: dicẽdũ q̄ eodẽ modo loquit ſcriptura ſicut iã dictus ẽ loqui Aug.Sicut em̄ dicit Spũs ſctũs ſapientię multiplex,quia in ſe cõtinet oĩm rerũ mutabilium ĩmutabiles rationes,ſic & mouere ſeip̄m dicit,q̄a ſeipſo in ſeipſo cõtinet oĩm notitiã. Sic etiã dicit oĩb⁹ mobilior,q̄a actu notitię & volũtatis ſuę oĩa p̄uenit:& motu ſuo tali oĩa agẽdo & mouẽdo ẽt vſq̧ ad intima & minima rerũ attingit.Vnde dicit Aug.ſup Gen̄.& ad Oro.vbi ſupra, q̄ ĩcreat⁹ ſpũs mouet ſeipſum ſine tp̄e & loco.Mouet autẽ creatũ ſpũm ſine loco tẽporaliter:mouet aũt creaturã corporeã tẽporaliter & localiter.vnde dicit.iii.de Tri.c.v.Dei volũtas ĩ excelſa,ſctã, & ſecreta ſede p̄ſidens q̄buſdã ordinatiſſimis creaturę motib⁹ primo ſpũalib⁹ deinde corporalib⁹ per cuncta diffundit.ac per hoc voluntas dei prima & ſumma cauſa eſt oĩm ſpecierum ac motionum.

## Artic.XXXI.de æternitate Dei.

Articulus XXXI. Quia immutabilitas eſt cauſa æternitatis, ſicut ſimplicitas eſt cauſa immutabilitatis,poſt dei immutabilitatẽ videndũ eſt de eius ęternitate,ſicut poſt ei⁹ ſimplicitatẽ viſum eſt de ei⁹ ĩmutabilitate. Et ſunt quatuor quęrenda circa diuinam ęternitatem.

Primum:vtrum deus poſſit dici eſſe ęternus.

Secundum:vtrum ęternitas poſſit dici menſura dei.

Tertium:vtrum æternitas poſſit diſtingui ſecundũ differentias temporis:quæ ſunt pręſens,pręteritũ,& futurũ.

Quartum:quę differentiarũ temporis magis proprie attribuitur deo præſens,præteritum,an futurum.

G Queſt.i. Arg.i. Circa primũ arguit q̄ deus non poſſit dici eſſe ęternus,primo ſic. Deus non eſt id cuius ipſe eſt auctor,q̄a tale eſt creatura.ſed ſecũdũ Aug.lib.lxxxiii.q. deus ipſi⁹ ęternitatis eſt auctor.ergo &c.

2 ¶Secũdo ſic,de⁹ nõ eſt id q̄d eſt infra eũ: q̄a illud nõ eſt niſi creatura.ęternitas eſt aliq̄d ĩfra deũ,q̄a dr̄ in ſcd̄a p̄poſitiõe de cauſis. De⁹ eſt ſupra ęternitatẽ.& in Cãti.ii.Exo.dicit. Dñs regnabit in ęternũ & vltra ergo &c.

In oppoſi. ¶In contrariũ eſt q̄d dicit in ſymbo.Athana.Aeternus pater, ætern⁹ filius,æternus ſpiritus ſanctus.

H Reſpõſio. ¶Dicendũ ad hoc,q̄ cũ ęternitas dicat durationẽ in eſſendo rei æternæ: duratio aũt in eſſẽdo duo reſpicit,& terminos eſſẽdi quo ad initiũ & finẽ,& eſſendi modũ quo ad fluxũ & ſtabilitatẽ:q̄ſtio ergo de ęternitate dei põt attẽdi vel p̄ reſpectũ ad termĩos eſſẽdi,vtrũ.ſ.de⁹ ſit ęternⁿ,hoc eſt carẽs principio & fine in ſuo eſſe:ſ̄m q̄ dicit Anſel.in Mon. Vera ęternitas principii finiſq̧ meta carere intelligit.vel põt attẽdi p̄ reſpectũ ad eſſendi modũ:vtrũ.ſ.de⁹ ſit ętern⁹ hoc eſt hñs durationẽ ſtantẽ & fixã.ſcd̄m q̄ dicit Anſel.in eodẽ.Aeternitas nihil aliud eſt q̄ eſſẽdi incõmutabilitas.de q̄ habitũ eſt in q̄ſtione p̄cedẽti.Quęſitũ vero in q̄ſtiõe iſta primo modo,determinatũ eſt in p̄cedẽtib⁹:vbi oñſum eſt q̄ de⁹ eſt neceſſe eẽ hñs eſſe ex ſe p̄ eſſẽtiã,& nõ potẽs oĩno nõ eẽ. Vñ quo ad oẽm modũ patet hui⁹ q̄ſtiõis determĩatio ex p̄cedẽtib⁹,& nõ reſtat niſi p̄tractatio.Sciẽdũ igit q̄ de⁹ex hoc q̄ ẽ purũ eẽ,ſ̄m q̄ determĩatũ ẽ ſupra,habet ĩ ſe p̄fectiõnẽ oĩs entis, vt determĩabit ĩfra: & iõ oĩs diſpoſitio q̄ rõnẽ p̄fectiõis ĩportat inquãtũ hmõi,purã.ſ.ab oĩ rõne ĩp̄fectiõis,deo attribui debet.Talis aũt diſpoſitio ĩportat noĩe ęternitatis. Idcirco abſolute cõcedẽdũ ẽ q̄ de⁹ debet dici eẽ

I ętern⁹.Ad intellectũ aũt aſſumpti ſciendũ:q̄ cũ eſſe dicit actũ exiſtendi,& oĩs actus exiſtẽdi ponit durationẽ in eſſe circa illud cui⁹ eſt:ita q̄ eſſe & duratio in eſſẽdo in diuerſis:ſunt diuerſa ſecũdũ diuerſitatẽ eius cuius ſunt:neceſſario ſequit q̄ ſecũdũ diuerſitatẽ rerũ eſt diuerſitas modi eſſendi



& durationis in eſſendo.Vnde & dictũ eſt ſupra, q̄ propter rerũ diuerſitatẽ quę ſubſunt enti ens de quolibet vſq̧ ad minima rerũ dicit analogice, & alio modo q̄ de alio.Nũc autẽ modus eſſendi & durãdi rei entis p̄ eſſentiã,quia ipſa eſt ſimplex & ĩmutabilis ſcd̄m p̄determinata,nõ poteſt eſſe niſi ſimplex & vniformis ſine omni variatione:ſicut modus eſſendi rei entis p̄ p̄ticipationẽ: quia ip̄a nec oĩno ſimplex eſt,nec oĩno immutabilis,nõ põt eſſe niſi variabilis & multiformis: vt debet exponi loquẽdo de creaturis.Quia ſicut rei mobili & trãſmutabili vel ſ̄m ſubſtãtiã,vel ſ̄m diſpoſitiões ſubſtãtię attribuit diſpoſitio mẽſurę:quę modũ durationis ſibi reſpõdẽtis ĩportat:cuiuſmõi eſt tẽp⁹:Tẽp⁹ em̄ nihil aliud eſt niſi diſpoſitio mẽſure q̄ dicit modũ durationis eſſendi ĩ trãſitu & ſucceſſione diſticte ſcd̄m pri⁹ & poſteri⁹ in re mobili & trãſmutabili exiſtẽs,vt patet ſcd̄m ph̄m ex definitione tẽporis in.iiii.Phy. ſicut declarari habet loquẽdo de tẽpore: cõſimiliter & rei oĩno p̄manẽti & intrãſmutabili ſcd̄m ſubſtãtiã & diſpoſitiões ſubſtãtię:cuiuſmõi eſt deus:debet attribui diſpoſitio mẽſurę q̄ modũ durationis ſibi reſpõdẽtis ĩportet:cuiuſmõi ẽ æternitas. Aeternitas.n.nihil aliud ẽ niſi diſpoſitio q̄ dicit modũ durationis eſſendi in p̄ermanẽtia & fixione in re fixa & p̄manẽti abſq̧ omni trãſmutatione exiſtẽs. vt patet ſ̄m Boethiũ ex definitiõe ęternitatis quã ponit.v.de cõſolatiõe dicẽs.Aeternitas eſt interminabilis vitę tota ſimul & p̄fecta poſſeſſio.In q̄ definitione nõ niſi vniformitatẽ duratiõis circa modũ eſſendi quẽ ĩportat æternitas,exprimit:q̄ vt dicit Boethi⁹ in fine de cõſol. clarius nobis ex tẽporis & tẽporaliũ cognitione liquet.In cognitionẽ em̄ ſimpliciũ oportet nos deuenire ex cognitione cõpoſitorũ,ſcd̄m ph̄m in p̄ricipio Phy. Sicut ergo ĩ ſumẽdo tẽp⁹ large & cõſimiliter motũ dicimus omnẽ creaturã mobilẽ & tẽporalẽ:ſcd̄m q̄ dicit Aug.viii.ſup Gen̄. & in q̄ſtionibus ad Oroſ. dicit creaturã ſpiritualẽ moueri p̄ tẽpus: eo q̄ durationẽ oĩmode fixã & p̄manentẽ nõ habet in ſuo eſſe:ſed quodãmodo variabilẽ & ſuccedẽtẽ: eo q̄ q̄libet creatura quãtũ eſt de ſe cõtinue tẽdit in nõ eſſe:quia de nihilo eſt,vt declarari debet loquẽdo de creaturis: q̄ quidẽ duratio tẽpus appellat:Tẽpus em̄ ſcd̄m ph̄m,eſt mẽſura motus ſcd̄m prius & poſteri⁹: K

Sic deũ dicimus æternũ:eo q̄ ĩ ſuo eſſe habet durationẽ oĩno fixã & p̄manentẽ quę æternitas appellat,& p̄cedit ex ipſius entis oĩmoda ĩtrãſmutatione in ſuo eẽ.ſ̄m q̄ dicit Aug.lib.lxxxiii. q.Q̄d ĩmutabile eſt,æternũ eſt:ſemp̄ em̄ eiuſmodi eſt:q̄d aũt cõmutabile eſt,tẽpori obnoxiũ ẽ. Nõ em̄ ſemp̄ eiuſdẽ modi eſt:& ideo æternũ nõ recte dicit.Et.viii.de tri.c.xix.Nõ p̄prie vocatur æternũ:q̄d aliqua p̄te mutat.Inquãtũ ergo mutabiles ſum⁹, intãtũ ab æternitate diſtam⁹. Vera aũt immortalitas:vera ĩmutabilitas:ipſa eſt æternitas.Idẽ dicit de natura boni. Propter q̄d dicit Anſel.in moñ.xxiiii.Aeternitas nũq̄ eſt diſſimilis.tẽp⁹ aũt ĩ aliquo eſt diſſimile. Hãc aũt ſimilitudinẽ & vniformitatẽ deſcribit Boet. per mẽbra definitionis p̄dictę:excludẽdo oẽm tẽporaliũ variationẽ:appellando etiã omnẽ creaturã ratione ſuę variabilitatis temporalẽ.ſcd̄m q̄ dicit exponendo ſuã definitionẽ,ſic. Quicq̄d viuit in tẽpore id p̄ſens a p̄teritis ĩ futura p̄cedit:nihil em̄ eſt in tp̄e cõſtitutũ:q̄d totum vitę ſuę ſpatiũ poſſit amplecti:ſed craſtinũ quidem non app̄hendit: heſternũ vero perdidit.Q̄d igitur interminabilis vitę plenitudinẽ totã pariter comp̄hendit ac poſſidet:cui nec futuri aliquid abſit: nec aliquid p̄teriti:id æternũ iure perhibetur.Scd̄m hanc ergo explanationẽ primo deſcribit æternitatẽ in generali & in ſumma,ex rõne.ſ.ſubiecti in quo eſt æternitas.Ex cuius vniformitate in eſſendo habet eſſe cũ dicit vitæ. Vita enim nominat actum eſſendi purum:qui excludit oẽm variationẽ & diſſimilitudinem in eſſendo:quia eius cõtrarium eſt mors:quæ cõtingit in omni modo variationis:quia omnis variatio mors quædã eſt in eo q̄d variatur,vt p̄dictum eſt,quæ nullo modo in deo poteſt cadere vt ſilr̄ dictum eſt. Et ideo eſſe ipſum q̄d deus eſt,propriiſſime vita appellatur:quia (vt dicit Gregorius ſup̄ Eze.)eſſe dei eſt nũq̄ diſſiliter eſſe. Cũ ergo dicit q̄a æternitas eſt vitę,in ſumma eius vniformitatẽ omnimodã exprimit:ponendo ſubiectum in dicta definitione loco generis:per q̄d in generali omnẽ variationẽ ab ipſa excludit.Et tũc p̄ alias particulas quę ponũtur in definitiõe loco differẽtiarũ,q̄ſi p̄ p̄tes eã deſcribit:excludẽdo ab ea p̄ illas p̄ticulas oẽm diſſimilitudinẽ & variationẽ quæ cõtingit circa tempus ex rerũ tẽporaliũ variatione.Perfecta em̄ vniformitas durationis conſiſtit in hoc q̄ nec eſt incipiens nec deſinens:nec diuerſum eſſe habens:nec ſuccedens:nec dependens.Propter primũ dicit ęternitas poſſeſſio:q̄d em̄ poſſidetur iam habitũ eſt:nec acquirit inquãtũ hmõi: & ita haberi nõ incipit: & ſignificat in ęternitate carentiam principii in duratione eſſendi circa æternũ : p̄ q̄d generaliter excludit oĩs duratio eſſendi q̄ eſt circa id q̄d in creaturis incipit eſſe de nouo.Propter ſecũdũ dicit interminabilis: q̄d em̄ terminari nõ põt deſinere eẽ nõ põt: & ſignificat in ęternitate carẽtiã finis ĩ duratione eſſendi circa æternũ:per q̄d generaliter excludit omnẽ durationẽ eſſendi periodalem,quæ eſt L M

circa id qđ in creaturis deſinit eſſe.Propter tertiũ dicit tota. Cũ eñ totalitas ꝑtialitati oppo-
nit,qđ vere eſt totũ in ſe continet quicqd naturę ſuę eſt,tãq̃ indiuiduũ perfectũ totaliter con
tinẽs in ſimplici totã naturã ſuę ſpeciei:& ideo ꝑtiũ ſub ſe multitudinẽ vel diuerſitatẽ nõ ha-
bet: & ſignificat in æternitate ſimplicitatẽ q̃ oĩno ĩmutabilis eſt: & excludit omnẽ durationẽ
eſſendi pluribꝰ cõicatã vt ꝑtibꝰ ſubiectiuis,cuiuſmõi ẽ rõ tpis,q̃ pluribꝰ ſm idẽ nomẽ & rõnẽ
cõuenit.Quęlibet.n.ps tpis tẽpus ẽ. Propt q̃rtũ dr̃ ſil',qđ.n.eſt ſil',cũ habet eẽ ſui vnũ aliqd, nõ
expectat aliđ:& ſignificat ĩ æternitate ĩꝑtibilitatẽ quo ad ptes ĩtegrãtes, q̃ ĩ ſimplici ĩſtãti cõti
nẽt exiſtẽs ſemp pñs & nihil reſpiciẽs ꝑteritũ vl' expectãs futurũ.p qđ excludit tota ſucceſſio q̃
eſt ĩ tẽpore:& fluxus inſtãtis tpalis.Vñ dicit Boethius de tri.c.xi. Tãtũ ĩter nr̃arũ rerũ pſens
qđ eſt nũc,intereſt ac diuinarũ:ꝙ noſtrũ nũc,quaſi currens,tẽpus facit:diuinũ vero nũc pma-
nens atq; cõſiſtẽs neq; mouens ſeſe, æternitatẽ facit.Et Augu.xi.cõf.c.xv.Pręſens ſi ſemp eſſet
nec in ꝑteritũ tranſiret:non iã eſſet tẽpus:ſed æternitas.Q̃m vt dicit Boethius in fine de cõ-
ſolatione,Aeternitatẽ infinitus tẽporũ motus imitatur:ſed quoniã manere nõ potuit in pſen-
ti,infinitũ tẽporis iter arripuit: ſicq; factũ eſt vt eſſe cõtinuaret eundo,cuiꝰ plenitudinẽ cõple
cti nõ valuit pmanẽdo.Propter qntũ dicit̃ pfecta:qđ eñ perfectũ eſt in duratione ſua eſſendi,a
nullo depẽdet in ſuo eſſe: & ſignificat ĩdependẽtiã æternitatis ab alio in ſuo eſſe: qua eã ſemp
durare neceſſe eſt:& excludit oẽm durationẽ ęui.Quãtũcũq; eñ ęuiterna manẽt in duratione
eſſendi ſimplicis æuitatis:ſemper tñ in hoc depẽdent ab vno primo ſimplici: qđ eſt ipſum ne-
ceſſe eẽ.Scđm ꝙ dicit.xvii.ꝓpoſitio de cauſis. Oĩs virtus cui nõ eſt finis, pendẽs eſt p infinitũ
primũ qđ eſt virtus virtutũ. Et ſic patet ꝙ definitio æternitatis excludit oẽs rõnes defectibili
tatis in duratione eſſendi aliarũ rerũ:& includit perfectã rõnẽ ĩ duratione eſſendi entis æterni
qđ deus eſt:vt ſolus deus ꝓpter ſuã immutabilitatẽ vere debeat dici æternus . Scđm ꝙ dicit
Boethiꝰ.v.de cõſo.Deũ æternũ eſſe cunctorũ rõne degentiũ cõmune iudicium eſt.

N
Ad primũ princip. ❡Ad argumenta in oppoſitũ:ꝙ deus eſt auctor æternitatis: & ꝙ eſt ſupra æter-
nitatẽ:& ꝙ regnabit vltra ęternitatẽ:Dicẽdũ ꝙ ſicut eſſe cui nihil latius & cõmuniꝰ eſt ſcđm
ꝑdeterminata veriſſime cõuenit deo:& quaſi ſoli deo:p ꝑticipationẽ tñ quãdã oĩbus creaturis
cõuenit:ſcđm gradũ tñ & ordinẽ:& ſcđm plus & minus:ſcđm ꝙ plus & minꝰ appropinq̃t ad
eſſe dei: ſic illa q̃ ſunt deo propinquiſſima,etiã p quãdã attributionẽ cõueniũt q̃buſdã creatu-
ris:& hoc ei magis approximatis:licet nõ oĩbus:& illis ſcđm plus & minꝰ ĩquãtũ ei magis ap
proximant̃:vt ſunt incõmutabilitas & æternitas. Et ſic vita beatoꝝ dicit̃ vita ĩcõmutabilis &
ęterna:ĩquãtũ diuinę.ſ. viſioni inhęrẽtes carent terminatione finis & ſucceſſione variationis.
O Dicit̃ etiã æternũ,qđ nõ ſubeſt variationi in eſſe ꝓpter carẽtiã durationis in eſſendo: vel ex p
te finis tm̃:ſicut eſt duratio mundi ſcđm fidẽ catholicã,ſcđm ꝙ dicit̃ in Pſal. Terra in æternũ
ſtat.vel etiã etſi principio caruiſſet ſicut & carebit fine:ſicut poſuerũt phi.Et ſiue iſtis modis,
ſiue aliis aliqd aliđ a deo æternũ dr̃,cuiꝰ Deus ipſe eſt cã,& ęternitatis eiꝰ:nũq̃ tñ eiuſdẽ natu
rę eſt æternitas eius cũ ęternitate dei:ſed ꝑticipata ab illa :& ꝓ tãto ꝓ quãto ĩmutabilitate ꝑti
cipat.Vñ tẽpꝰ etſi ſemp fuiſſet:& ſemp futurũ eſſet:tñ nũq̃ fuiſſet æternitas:q̃a vt dicit Aug.
xi.de ci.dei.c.vi.ſi recte diſcernunt̃ ęternitas & tẽpus:tẽpꝰ ſine mutabilitate nõ eſt:ĩ ęternitate
P aũt nulla mutatio ẽ.Et ideo ſi mũdꝰ ſemp fuiſſet cũ deo,& futurꝰ eẽt:reſpectu tñ dei nõ ætera-
nꝰ:ſed tpalis dici deberet:q̃a variabilis eſt atq; mutabilis.Vñ dicit Aug.de angelis.xii.de ci.d.
c.xv.Angeli etſi ĩmortalitas eoꝝ nõ tranſit in tpe:nec ꝑterita eſt q̃ſi iam nõ ſit:nec futura qua
ſi nõdũ ſit:tñ eoꝝ motus q̃bus tẽpora ꝑagunt̃ ex futuro in ꝑteritũ tranſeunt. Et ideo creato-
ri in cuius motu dicẽdũ nõ eſt fuiſſe qđ iã nõ ſit:vel futurũ eſſe qđ nõdũ ſit:coæterni eſſe nõ
poſſunt. Talis ergo æternitatis participatę deus eſt auctor nõ ſuę:q̃a ipſe p eſſentiã eſt illa . Et
hoc mõ ad literã ĩtelligit̃ dictũ Aug.dicit eñ ſic.Oẽ æternũ æternitate æternũ eſt . Nã & aĩa
æternitatẽ cõſeq credit̃:ſed ęterna ęternitatis ꝑticipatione fit:nõ ita deus æternꝰ:ſed ipſiꝰ ęter
Q nitatis eſt auctor.Hoc idẽ de pulchritudine & bonitate licet ĩtelligi. ❡Et de tali æternitate,ꝑ
Ad ſecũdũ. ticipata.ſ.intelligit̃ ꝙ deꝰ eſt ſupra æternitatẽ.Aeternitas eñ p eſſentiã eſt ſupra æternitatẽ ꝑ
ticipatã:quia eſt cauſa ei:vt dicit Cõm.ſup illã ſecũdã ꝓpoſitionem de cauſis.Cauſa prima eſt
ſupra æternitatẽ:q̃m eſt cauſatũ ipſius.Et p hũc modũ etiã eſt prius illa æternitate: etſi ſemp
fuiſſet:& vltra eã etiã eſt p eũdẽ modũ,ſcđm Anſel.in proſol. c.xx.q illiꝰ dicti triplicẽ aſſignat
rationẽ,dicẽs.Vltra oĩa vero quomodo es?qualiter eñ es vltra ea q̃ finẽ nõ habebũt? an q̃a illa
ſine te nullatenus eſſe poſſunt : tu autẽ nullo modo minus es:etiã ſi illa redeunt in nihilũ?Sic
eñ quodãmodo es vltra illa. An etiã quia illa cogitari poſſunt habere finẽ: tu vero nequaq̃?



an etiã hoc mõ tranſis oĩa etiã ęterna:q̃a tua & illoꝝ ęternitas,tota tibi pſens eſt:cũ illa nõdũ
habẽt de ſua æternitate qđ vẽturũ eſt:ſicut iam nõ habent qđ pręteritum eſt?
CIrca Secũdũ arguit̃:ꝙ æternitas nõ põt dici mẽſura eſſe dei.Primo ſic. Oĩs A
mẽſura ĩportat finitationẽ.Vñ ad exprimendũ infinitatẽ gratię Chriſti,dr̃ Quęſt.II.
Io.i.quia data eſt ei gratia nõ ad menſurã.Sed eſſe dei eſt infinitũ:& infini Arg.1.
to nulla cõuenit finitatio. ergo nulla mẽſura. etſi ergo deus dicat̃ æternus
æternitas tñ nõ põt dici eius menſura.❡Secũdo ſic.cõtinẽtia mẽſurę nõ ex 2
cedit mẽſuratũ:cõtinentia æternitatis excedit eſſe dei: quia cõtinet tẽpora
& oĩa tẽporalia.ſcđm ꝙ dicit Anſel.in Proſol.Sicut ſeculũ cõtinet oĩa tẽporalia:ſic tua æterni
tas cõtinet ſecula tẽpoꝝ.ergo &c. ❡Tertio ſic.Mẽſura debet eẽ vnigenea mẽſurato . ſm phm 3
x.Met.Aeternitas nõ ẽ vnigenea eẽ dei:q̃a eſſe dei eſt oĩno ſimplex,ĩ quo nulla cadit multiplici
tas neq; diuiſio.ĩ ęternitate autem cadit m̃ltiplicitas & diuiſio dierũ & annoꝝ,& hmõi, q̃ ſũt
ſpatia duratiõis.Michęę.v.Egreſſus eiꝰ a diebꝰ ęt̃nitatis.In pſal.Annos æternos ĩ mẽte habui.
❡Quarto ſic.Mẽſura cõtinet mẽſuratũ.& ſic mẽſuratũ ẽ ĩ ſua mẽſura.Deꝰ nõ eſt ĩ ſua æterni 4.
tate:q̃a Anſel.dicit ad deũ ĩ Proſol.Tu es tua æternitas.Idẽ aũt nõ eſt ĩ ſeipſo niſi p accñs: vt
dr̃ ĩ.iiii.Phy.In deo aũt nullũ cadit p accñs.ergo &c.❡Quinto ſic.Oẽ id cuiꝰ ẽ mẽſura,ęq̃le eſt 5
& cõparabile ſuę mẽſurę.Ri.aũt de tri.dicit.Immẽſum nulli mẽſurę ęq̃le vel cõparabile ĩuenit̃
Sed deus eſt ĩmẽſus.deus ergo nullã mẽſurã habet.Nõ eſt ergo æternitas mẽſura dei.❡Cõtra In oppoſit.
eſt.q̃m ſicut ſe habẽt tẽpus ad tpale:æuũ ad ęuiternũ:ſic æternitas ad ęternũ.Sed tẽpus eſt mẽ
ſura tẽporalis:æuũ æuiterni,vt videbit̃ loquẽdo de creaturis.ergo &c.
❡Dicendũ ad hoc:ꝙ ſcđm philoſophũ.x.Meta.Mẽſura eſt id per qđ cognoſcitur B
quãtitas rei:& debet eſſe vnigenea mẽſurato.Vñ & ſm diuerſam rõnẽ quãtitatis mẽſurãdę in Reſponſio.
rebus reſpõdent eis diuerſę mẽſurę:vt ſicut quãtitas menſurati cognoſcit̃ p quãtitatẽ mẽſurę
ſic qualitas & ſpecies menſurę cognoſci debet p qualitatẽ & ſpeciẽ menſurati.Propter qđ dicit
Ph̃s.iiii.Phy.Cũ q̃rimus quid eſt tẽpꝰ,oportet abhinc incipere,quid eſt motus?Nũc aũt ita eſt C
ꝙ quãtitas rei large ſumẽdo nomẽ quãtitatis:vel cõſiſtit in natura & veritate eſſentię rei:vel
in extẽſione rei & numero ꝑtiũ eius:vel ĩ duratione ſua eſſendi. Scđm primũ modũ quãtitatis
dicit̃ quãtitas maior vel minor in re.ſcđm ꝙ in eſſentia ſua verius eſſe naturę & eſſentię habet
& ſcđm hũc modũ in vnoquoq; genere & gradu entis:eſt vnũ primũ qđ eſt mẽſura oĩm alioꝝ
vt in coloribus color albus,& in literis vocalis,& ſic de aliis,vt determinat ph̃us in.x.Metap.
Et ſcđm hũc modũ deo nõ reſpõdet aliqua menſura:immo ipſe eſt primũ & mẽſura oĩm alioꝝ
entiũ,vt dictũ eſt ſupra.Scđm aliũ modũ dicit̃ quãtitas maior vel minor ĩ re ſcđm maiorẽ vel
minorẽ extenſionẽ vel numerũ ꝑtiũ rei.Et ſcđm hũc modũ ſolũ inuenit̃ menſura in habẽtibus
quãtitatẽ cõtinuã vel diſcretã:quibus & ꝓprie cõuenit menſurari.& ſic quãtitas eſt menſura
h̃ntiũ quãtitatẽ cõtinuã ĩ cõtinuis,& diſcretã tã ĩ diſcretis q̃ ĩ cõtinuis,ĩquãtũ diſcretio ꝑtiũ
cadit in cõtinuis:ſcđm ꝙ habitũ eſt ſupra.Vñ & ex rõne menſurę ĩ quãtitate ꝑcipue diſcreta
deriuat̃ rõ mẽſurę in oĩbus aliis,vt dicit Cõm.ſup.x.Meta. Vñ quia in deo nõ cadit quãtitas
niſi virtutis,potẽtię,bonitatis,& hmõi, talis menſura nõ cadit in ipſo niſi ſcđm quãtitatẽ vir
tutis in potẽtia,ſapientia,& bonitate,& hmõi.Et appellat̃ hmõi quãtitas eius immẽſitas ſiue
infinitas.de qua infra videbit̃.Scđm tertiũ modũ dicit̃ quãtitas maior vel minor ĩ re ſcđm du
rationẽ maiorẽ vel minorẽ in eſſendo.& ſcđm hũc modũ ĩuenit̃ ratio menſurę in omni ente:&
eſt quãtitas menſura oĩs habentis eſſe:quia nihil eſt ens niſi iuxta ꝓpriã qualitatẽ naturę ſuæ
habeat ꝓpriũ modũ eſſendi:cui reſpõdet neceſſario ꝓprius modus durationis in eſſendo. Vñ D
& ſcđm diuerſitatẽ eſſe rei & modi eſſendi eiꝰ:diuerſificat̃ talis mẽſura:& eſt triplex ſcđm di-
uerſitatẽ triplicis eẽ,& triplicis modi eſſendi ĩ rebꝰ.Eſt.n.qđdã eẽ oĩno ĩmutabile,& ſubſtãtia,
& opatione:ſicut ẽ diuinũ eẽ,vt habitũ eſt ſupra. Cuiꝰ duratio ſiue quãtitas duratiõis ĩ eſſen
do,ꝓpter eius ĩmutabilitatẽ eſt ſemp fixa ſtans & eodẽ mõ pſeuerãs:nec incipiẽs,nec deficiẽs,
nec ſcđm aliqd in ipſo exiſtens incipe ac deficere potens.& appellat̃ æternitas. Eſt aũt quoddã
aliud eſſe:qđ etſi forte in ĩmutabilitate ſolidet̃ alterius munere & in ſubſtãtia rei & in eiꝰ ope
ratione:vt nec ipm,nec aliqd in ſe vnq̃ deficiat aut variet̃:ſed ſemp fixũ ſtet:& eodẽ mõ pſeue
ret:incepit tñ eſſe,& deficere põt ab eſſe:vel ab aliquo qđ in ipſo eſt:& hoc ex debilitate ꝓpriæ
naturę:cuiuſmõi eſt eſſe ſubſtãtiarũ ſepatarũ:q̃rũ duratio ſiue quãtitas durationis ĩ eſſendo
propter earũ ĩmutabilitatẽ in diuina cõtẽplatione:in qua forte(ſcđm ꝙ ĩ li.de tri.de beatis di
cit Aug.)nõ habẽt volubiles cogitationes,fixa eſt:& ſtãs,& eodẽ mõ pſeuerans:licet q̃nq; ĩce-
pta & potẽs deficere.& appellat̃ æuũ.Tertiũ vero eſſe qđ & incepit & deficiet & ĩ ſubſtãtia rei

& in eius opatione,cõtinuũ fluxũ habẽs & mutationẽ,cuiuſmõi eſt eſſe gñabiliũ & corruptibiliũ:quoꝝ duratio ſiue quãtitas durationis in eſſendo ꝓpter eoꝝ mutationẽ in cõtinuo fluxu eſt & ſucceſſione incipiẽs & deficere potẽs.& appellaẗ tẽpus : qđ ꝓpter fluxũ ſuũ diſtinguitur cõtra æternitatẽ & æuũ,cõphẽdẽdo ambo.ſ.æuũ & æternitatẽ ꝓprie dictã,ſub ęternitate cõmuniter dicta:& hoc ꝓpter eoꝝ ſtatũ.ſcđm ꝙ dr̃ ĩ Cõm.antepenultimę ꝓpõnis de cauſis.Durabilitatis duę ſunt ſpecies:quarũ vna eſt ſtans fixa:& altera tẽporalis & mota. Et vna earũ aggregaẗ ſimul:& altera eſt currẽs extẽſa.Vñ Boethius.v.de cõſo.In æternitate nõ eſt ps,& ps:ſed ꝑ priuationẽ prioris & poſterioris ĩtelligiẗ.Sed vl̃itas & totalitas alteri⁹ durabilitatis q̃ eſt tẽpus:eſt ꝑ ꝑtes ſuas:quarũ vna p̃terit:& altera ſuccedit ẜm prius & poſteri⁹.& in eodẽ dicit. Aeternitas eſt duratio ꝑmanẽs:tẽpus vero ſucceſſiua.Et iterũ ĩ eodẽ.Nec æternitas,nec aliqđ in æternitate p̃terit.In tẽpore vero vtrũq; reperire cõtingit.Et licet ſic tẽpus diſtinguiẗ ſcđm pħos cõtra æternitatẽ cõmuniter acceptã:ipſa tñ ſcđm ꝙ ꝓprie accipiẗ ſcđm theologos & rei veritatẽ,diſtinguiẗ etiã cõtra æuũ,vt iã dictũ eſt.De natura eñ æui & tpis infra ſermo habendus eſt loquẽdo de creaturis.

E Sed de ęternitate ꝓprie dicta ad p̃ſens ſermo eſt.ſ.vtrũ æternitas poſſit dici eẽ mẽſura dei:cũ cõceſſum eſt ꝙ deus põt dici eſſe ætern⁹.Et eſt dicendũ ſimpl̃r ꝙ ſic.Sicut eñ tẽpus diciẗ mẽſura rerũ tẽporaliũ: quia dicit durationẽ earũ in modo exiſtẽdi in fluxu.ſ.& ſucceſſiõe cõtinua:& ęuũ mẽſura æuiternoꝝ:quia dicit durationẽ eoꝝ ĩ mõ eſſendi eoꝝ,in ꝑmanentia.ſ.incipiente tñ & potẽte deficere:Sic æternitas dr̃ menſura æterni:qa dicit durationẽ ei⁹ ĩ mõ eſſendi,ĩ ꝑmanẽtia.ſ.nõ ĩcipiẽte:nec oĩno potẽte deficere.Differt tñ,ꝙ ĩ illis mẽſura re differt a mẽſurato:ſicut accñs a ſubiecto: Si tñ tẽp⁹ ſit aliqđ re ĩ tꝑali p̃ter id qđ habet eẽ ĩ apphẽſione aĩę:& ſimiliter æuũ in ipſo æuiterno: de quibus debet eſſe ſermo,loq̃ndo de creaturis.In deo vero æternitas q̃ eſt eius mẽſura,ab ipſo differt ſola ratione, ad modum quo alia diuina attributa differũt a diuina eſſentia. Vnde ſicut a diuina bonitate aut ſapientia differt ſola ratione eius immenſitas aut infinitas, cum diciẗ ꝙ diuina bonitas ſiue ſapientia ĩmenſa eſt,aut infinita:cum tamen immẽſitas dicit menſurã bonitatis aut ſapientię diuinę in ſecũdo modo mẽſurę,vt dictũ eſt,& ãplius infra diceẗ:Sic a diuino eſſe qđ ẜm p̃determinata deus ipſe eſt:differt ſola ratione eius æternitas,cum diciẗ quia deus eſt æternus: cum tñ æternitas dicat menſuram diuini eſſe : eo ꝙ æternitas ſignificat modo durationis id qđ diuina natura ſignificat modo rei durãtis,ſcđm modum iam dictum.Et eſt iſta diuerſitas ſolum reſpectu intellectus concipientis eſſe dei ſic vel ſic: ſicut contingit in aliis attributis, vt infra videbitur. Et forte ſic eſt de tempore:ꝙ nihil ponit in re niſi ſecũdum conceptionem animæ:de quo infra dicetur.

F

Ad primũ princip.

¶Ad primũ in oppoſitum:ꝙ omnis menſura importat finitationem,quæ deo nõ conuenit: Dicendum ꝙ cum(vt dictum eſt) menſura vnigenea debet eſſe menſurato:vbi ergo menſuratum eſt finitũ & limitatũ:& menſura limitationem importat.vbi autem menſuratum eſt ĩfinitum & illimitatum:& menſura nullam limitationẽ importat,vt in deo.Vnde qđ dicitur,ꝙ ſpiritus datus eſt Chriſto nõ ad menſuram,intelligitur non ad menſurã aliorũ hominũ:in quibus erat gratia ſpiritus limitata:vt habet ibidem exponi.

G

Ad ſecũdũ.

¶Ad ſecũdũ:ꝙ æternitas plura continet q̃ diuinam naturam,ergo excedit eam:& non poteſt eſſe menſura eius:Dicendum ꝙ aliquid continet aliud tãq̃ menſura intrinſeca:vel tãq̃ mẽſura extrinſeca.Qđ rem excedit continendo aliud tãq̃ menſura intrinſeca:non eſt propria menſura eius qđ excediẗ:vt quantitas bipedalis non eſt propria menſura pedalis ſubſtantię. Qđ autem rem excedit continendo aliud tãq̃ menſura extrinſeca:bene poteſt eſſe propria menſura eius intrinſeca:vt tẽpus qđ eſt menſura propria motus primi mobilis intrinſeca, eſt menſura cõmunis extrinſeca omniũ aliorum motuũ.Quomodo autẽ æternitas continet tempora & temporalia,exponendum eſt loquẽdo de tempore.

H

Ad tertiũ.

¶Ad tertium:ꝙ æternitas nõ eſt oĩno ſimplex ſicut eſt eſſe dei: quia in ipſa cadit multiplicitas dierũ & annoꝝ:Dicendũ ꝙ dies & anni aſcribũtur durationi æternitatis, nõ qa hęc aliquã diuerſitatẽ aut diſtĩctionẽ ſeu ſucceſſionẽ ponãt in ipſa æternitate:ſicut nitiẗ ꝓcedere argumentũ:ſed qa ęternitas infinitoꝝ annoꝝ ac dierũ rõnes in ſe cõplectitur:q̃ ſi in infinitũ accipiendo cucurriſſent ante primũ inſtans temporis,ſimul cum toto eoꝝ defluxu ſtetiſſet immutabilis æternitas.Et ſcđm hoc aliquãdo facta in æternis tpib⁹ dicũtur fuiſſe diſpoſita fieri.ſcđm ꝙ dicit Ap̃s Ro.vlti. Potens eſt vos cõfirmare iuxta euangeliũ meũ & p̃dicationẽ Ieſu Chriſti,ẜm reuelationẽ myſterii æternis tẽporibus taciti: qđ nũc patefactum eſt.Scđm etiam ꝙ dicit Anſel.Proſol.c.xxii.Tua ęternitas continet ſecula temporum.



I

Ad quartũ

¶Ad quartũ:ꝙ deus nõ eſt in ſua ęternitate:qa nihil eſt ĩ ſeipõ niſi ꝑ accidẽs:Dicẽdũ ꝙ verũ eſt vbi mẽſura & menſuratũ differũt re:vt vinũ & amphora:de q̃bus loquiẗ pħs.iiii.Phy.Vbi aũt differũt ſola rõne,nõ eſt incõueniẽs ꝙ idẽ ĩ ſe exiſtẽs ꝑ ſe,ſit ĩ ſua duratione vt in alio ẜm rõnẽ tñ:non aũt ſcđm rem. Licet eñ ſunt idẽ eſſe dei & duratio eſſendi,vt dictũ eſt: differũt tñ rõne ſicut & alia attributa in eo.

K

Ad quintũ

¶Et ꝑ idẽ patet reſpõſio ad quintum.

L

Queſt.III. Arg.i.

CIrca Tertiũ arguiẗ ꝙ æternitas nõ poſſit diſtĩgui ſcđm p̃ſens,p̃teritũ,& futurũ,vt ſcđm ipſam de⁹ dicaẗ eſſe,fuiſſe,vel fore.Primo ſic.Aeternitas ĩ nullo eſt diſſimilis:qa eẽ dei ad qđ ſequiẗ:eſt nũq̃ diſſimiliter ſe habere:vt iã p̃dictũ eſt.illa tria eſſe,fuiſſe,& fore,ponũt in duratione eſſendi aliquã diſſilitudinẽ:quia aliter eſſent ſynonyma.qđ falſum videẗ.ergo &c.

2 ¶Secũdo ſic. Anſel.dicit in Monol.xxiiii.Sũma eſſentia cõſtat ſine principio & ſine fine nec habere põt p̃teritũ aut futurũ:nec hoc p̃ſens quo nos vtimur.Sed ęternitas nõ põt diſtingui penes ea q̃ deus in ſe habere nõ põt:qa ipſe eſt ſua ęternitas,vt dictũ eſt.ergo &c.

In oppoſi. Primo.

¶Cõtra eſt illud Apoc.i.Qui eſt,& q erat,& q venturus eſt.

2 ¶Itẽ Anſel.in Mõñ.c.xx.Sũma eſſentia neceſſe eſt vt ſit vbiq; & ſemp.i. in oĩ loco,& in oĩ tpe. Sed nõ eſt in oĩ tpe niſi ei⁹ æternitas oẽm differentiã temporis in ſe cõtineat. ergo &c.

M

Reſpõſio.

¶Dicendũ ad hoc:ꝙ ſicut eſt in aliis attributis deo ex eis q̃ exprimũt aliquod eſſe in creaturis: ꝙ quicq̃d eſt nobilitatis & dignitatis ĩ creaturis:ſed ſub aliqua rõne defectus & ignobilitatis:deo attribuim⁹ qđ nobilitatis eſt & dignitatis amouẽdo ab eo qđ ĩdignitatis eſt & ignobilitatis,vt infra videbiẗ:Sic eſt & circa durationẽ dei q̃ diciẗ ęternitas.Deo attribuere debemus q̃cq̃d dignitatis eſt & nobilitatis in duratione creaturarũ amoto oĩ eo qđ indignitatis eſt & ignobilitatis.Nũc aũt ita ẽ ꝙ circa illas differẽtias q̃ ſunt eſſe,fuiſſe,& fore,duo eſt cõſiderare.Quoꝝ vnũ eſt ratio durationis ĩ eſſe:qđ eſt nobilitatis & dignitatis. Digni⁹ eñ & meli⁹ ẽ eſſe q̃ nõ eſſe,fuiſſe q̃ nõ fuiſſe,fore q̃ nõ fore. Aliud vero eſt ĩdignitatis qđ eſt eis annexũ:vt ei qđ eſt fuiſſe,p̃teritio:qua id qđ habitũ ẽ iã nõ ſit:& ei qđ eſt fore, futuritio:q̃ id qđ futurũ eſt,nõdũ ſit:& ei qđ eſt eſſe,trãſit⁹: quo p̃ſens nõ ꝑſeuerãs ſit:qđ oĩno imꝑfectionis eſt & ignobilitatis.Quãtũ ergo eſt ex ꝑte durationis ĩ eo qđ eſt eſſe,fuiſſe,& fore,abſolute cõcedẽdũ eſt ꝙ æternitas q̃ eſt dei duratio,poſſit diſtingui ſcđm p̃ſens,p̃teritũ,& futurũ, vt ſcđm ipſam deus dicaẗ eſſe, fuiſſe,& fore,diſtinctione dico nõ rei ſed rõnis:diſtinguẽdo.ſ.ſcđm rõnẽ ĩtellectus noſtri ſimplicitatẽ ęternitatis iuxta rõnes viciſſitudinis tpis:ſicut intellect⁹ noſteẗ diſtinguit ſimplicitatẽ attributoꝝ q̃ idẽ ſunt ĩ deo:iuxta rõnẽ diuerſitatis eoꝝ ĩ creaturis.Intellect⁹ eñ noſter nõ potẽs attingere ĩfinitã ſimplicitatẽ in deo,ea q̃ in ipſo ſunt ſimplicia quodãmõ diuidit & diſtinguit,vt infra diceẗ loquẽdo de creaturis attributis.Et hoc bene eſt ſcđm naturã rei: quia q̃cũq; ſunt re diſtincta in creaturis & dignitatis alicui⁹, in deo ſunt vnita & virtute in vno ſimplici adunata,vt infra diceẗ loquẽdo de diuina ꝑfectione. Vñ æternitas virtute ĩ ſe cõtinet q̃cq̃d durationis in tẽpore eſt:ſicut mẽſura ſupior q̃cq̃d eſt in inferiori.

N Quãtũ vero eſt ex ꝑte p̃teritionis circa fuiſſe:& expectationis circa fore:& fluxus circa eſſe:oĩno abnegandũ eſt in æternitate diſtingui eſſe,fuiſſe,aut fore.Ita ꝙ ſcđm illas rõnes defectus & impfectionis circa eſſe,fuiſſe,& fore,ſcđm q̃s reperiunẗ in tꝑalibus:Dicendũ eſt deũ ꝓprie nec eſſe, nec fuiſſe,nec fore.Et hoc eſt qđ dicit Aug.de vera rel.Mẽtis aſpectu ab æternitate oẽm mutabilitatẽ ſeiũgo & in ipſa æternitate nulla ſpatia tẽporis cerno:quia ſpatia tẽporis p̃teritis & futuris rerũ motibus conſtãt: nihil autẽ p̃terit in æterno:& nihil futurũ eſt: quia & qđ p̃terit eſſe deſinit: & qđ futurũ eſt nondũ eſſe cœpit.Aeternitas aũt tñmodo eſt,nec fuit quaſi iam nõ ſit, nec erit quaſi adhuc nõ ſit.Idem ſup Io.ſer.xxxiiii.In oĩb⁹ actionibus & motibus noſtris & in omni ꝓrſus agitatione creaturę duo tempora inuenio:præteritum & futurũ.Præſens q̃ro. Nihil ſtat: qđ dixi,iam non eſt:qđ dicturus ſum,nondũ eſt: qđ feci, iam non eſt:qđ facturus ſum, nondũ eſt: quod vixi, iam non eſt:quod victurus ſum, nondum eſt.Præteritum & futurum inuenio in omni motu rerum:in veritate quę manet,præteritum & futurum non inuenio : ſed ſolum præſens:& hoc incorruptibiliter,qđ in creatura non eſt. Diſcute rerum mutationes: inuenies fuit,& erit:cogita deum,inuenies eſt:vbi fuit,& erit eſſe non poſſit.

O Qđ verũ eſt quantũ eſt ex parte rei æternę,& imperfectionis quam importãt pręteritum & futurum circa durationem. Quantũ tñ eſt ex noſtrę cõſiderationis ratione:& eius qđ perfectionis importãt,bene cõtingit ponere ĩ diuina duratione p̃teritũ & futurũ cũ p̃ſenti.Scđm ꝙ dicit Anſel.in proſol.xix.interrogãdo & ſoluẽdo.Si ꝑ ęternitatẽ tuã fuiſti,& es,& eris,& fuiſſe nõ eſt futurũ eſſe: & eſſe non eſt fuiſſe vel futurũ eſſe:quõ æternitas tota eſt ſimul:an de ęternitate tua nihil p̃terit vt iã nõ

ſit:nec aliqd futurũ eſt qſi nõ ſit? Nõ ergo fuiſti heri,aut eris cras:ſed heri,& hodie,& cras es. Immo nec heri,nec hodie,nec cras es:ſed ſimplr es extra oẽ tẽpus. Nã nihil aliud eſt heri,& hodie,& cras:q̃ in tẽpore. Per qđ ĩnuit apte ꝙ deus pꝫ eternitatẽ ſuã habet ꝙ eſt,fuit,& erit quodãmõ:& ꝙ alio mõ nõ eſt,nõ fuit,nõ erit:& vnũ rõne pfectionis quã ĩportãt ĩ duratione eſſendi:alia vero rõne impfectiõis quã ĩportãt circa rẽ tẽporalẽ ſcđm ꝙ ſunt differẽtię tẽporis. Vñ dicit ĩ Monol.xxii.c. Nec ideo qm̃ fuit aut erit aut eſt,ęternitati eius euanuit aliqd a pſenti tẽpore cũ pterito qđ iã nõ eſt,aut trãſiit cũ pſenti qđ vix eſt:aut futurũ eſt cũ futuro qđ nondũ eſt. Q̃uis em̃ de illa re & de tẽporalibus ſit vna prolatio ꝓpter loquẽdi cõſuetudinẽ, diuerſus tñ eſt intellectus ꝓpter rerũ diſſimilitudinẽ:nec in ſe recipit tẽporũ diſtĩctiones,vt nũc,vel tũc vel aliqñ,nec ſcđm labile pſens tẽpus quo vtimur: qm̃ æternitas ei⁹ nihil aliud eſt: q̃ ipſa ĩmutabilis,& ſine ptib⁹. Et Aug. de ſent. Proſperi. Q̃uis natura ĩmutabilis nõ accipiat fuit,& erit, ſed tm̃ eſt: ipſe em̃ veraciter eſt:qa aliter q̃ eſt,eſſe nõ põt:tñ ꝓpter mutabilitatẽ tẽporũ,in qb⁹ noſtra verſaẽ mortalitas,nõ mẽdaciter dicimus & fuit,& eſt,& erit. Fuit em̃ ĩ pteritis ſeculis, eſt in pſentib⁹,erit in futuris. Fuit quippe,quia nunq̃ defuit:erit qa nũq̃ deerit:eſt qa ſemp eſt. Neq; em̃ velut qui iã nõ ſit:cũ pterit,occidit:aut cũ pſentibus tãq̃ nõ manẽs labiẽ: aut cũ futuris tãq̃ nõ fuerit orieẽ. Proinde cũ ſcđm volumina tẽpoꝝ locutio varieẽ,q ꝑ nullo deeſſe potuit,aut poteſt,aut poterit tẽpore,vere dicunẽ de illo cuiuſlibet temporis verba.

P
Ad primũ princip.

Per hęc patent obiecta. Cũ em̃ dicitur in primo:ꝙ eſt,fuit,& erit,ponũt in duratione eſſendi diſſimilitudinẽ: Dicẽdũ ꝙ verũ eſt in tpe,vbi re differũt: & hoc ꝓpter ſucceſſionem & mutabilitatẽ in menſurato: nõ aũt in æternitate, vbi differũt ſola rõne in eodẽ fixo & pmanẽti vt dictũ eſt. Vñ dicit Anſel.ĩ Proſol.c.xx. Trãſis oĩa etiã ęterna: qa tua & illoꝝ ęternitas,tota tibi pſens eſt:cũ illa nõdũ habẽt de ſua æternitate qđ vẽturũ eſt: ſicut iã nõ habẽt pteritũ. Tua æternitas cõtinet ſecula tẽporũ: quæ ſeculũ qdẽ eſt ꝓpter indiuiſibilem vnitatẽ:ſecula ꝓpter interminabilẽ ĩmẽſitatẽ. Vñ & dicit in Moñ.xxviii. Propter incõmutabilẽ ęternitatẽ ſuã nullo mõ ſcđm aliquẽ motũ põt dici qa fuit vel erit: ſed ſimplr eſt: nec mutabiliter eſt aliqd qđ aliqñ nõ fuit aut nõ erit. Vñ patet ꝙ nõ diſtinguiẽ ęternitas dei ſcđm pſens,pteritũ, & futurũ propter aliquã hoꝝ diuerſitatẽ in ipſa, ſed ꝓpter reſpectũ ad diuerſa tpa ſcđm illa diſtincta:qbus pſens eſt ſimplex ęternitas tota,ſcđm ꝙ dicit Aug.ſup Io. Cũ de ſempiterna re proprie dicaẽ ẽ,ſcđm nos ꝓprie diciẽ fuit,& erit. Fuit:qa nũq̃ defuit,vel deeſt,vel deerit. Et ſm hũc modũ vnũ nũc ęternitatis:oĩa cõplectitur tpa. ſcđm ꝙ dicit Boe.in fi.de cõſo. Eſt aũt deo ſemp ęternus & pſentaneus ſtatus:ĩ ſua manet ſimplicitate pręſentię,ĩfinitaq; pteriti & futuri ſpatia cõplectẽs,qſi iã geranẽ. Quõ aũt ſe habẽt adinuicẽ nũc æternitatis,æui, & tpis ſcđm cõuenĩẽtiã & differẽtiã,exponi debet loquẽdo de ęuo & tpe cũ creaturis.

Q
Ad ſecũdũ.

Ad ſecũdũ patet p dicta. Bene em̃ verũ eſt ꝙ ęternitas nõ põt diſtingui p pſens,pteritũ,& futurũ,tãq̃ per differẽtiã re:qa ſic nõ habet ea in ſe.põt tñ diſtingui ſcđm ea differẽtia rõnis:qa rõnes illoꝝ in ſe habet & cõtinet,ſicut dictũ eſt.

R
Ad primũ in oppoſi.

Ad primũ ĩ oppoſitũ de Apo. Dicẽdũ ꝙ loquiẽ de eſſe,fuiſſe,& fore, ſcđm expoſitũ modũ.

S
Ad ſecũdũ.

Siliter ad dictũ Anſel.qm̃ loquiẽ de eſſe in tpe:nõ ſicut mẽſuraẽ ĩ mẽſurato:ſicut ptẽdit obiectio:qa ſua ſtãte ęternitate eſt in oĩ eſſe & ente qđ eſt, ĩquãtũ ĩ eẽ cõtinet ipm.& qđ ſic eſt in tpe,nõ oportet ꝙ ei⁹ duratio ſequaẽ differẽtias tpis.ſcđm ꝙ oĩa hæc expſſe dicit Anſel.proſol.xxii. In nullo (inqt) tpe ꝓprie diciẽ eſſe:quia oĩno a nullo alio contineẽ:& tñ in omni tẽpore quodãmodo dici poteſt eſſe:qm̃ qcqd aliud eſt ne in nihilũ cadat ab ea pſente ſuſtinetur. Sũma ergo ſubſtantia nulla tempoꝝ lege ad ptiũ multiplicitatẽ cogatur:aut pſens eſſe tota pluribus temporibus prohibeatur.

T
Queſt.IIII.
Arg.1.

CIrca Quartũ arguiẽ:ꝙ futurũ maxime deo conuenit:& ꝙ ꝓpriiſſime dicaẽ de eo erit.qm̃ illđ ꝓpriiſſime deo cõuenit, qđ ſumme remotũ eſt a rõne defectus. Ipſe em̃ eſt ſumme indeficiẽs.tale eſt futurũ:qa inquãtũ futurũ,ad ſolũ eſſe ordinaẽ.ergo &c.

2

Q2 præteritũ maxime deo cõuenit: vt ꝓpriiſſime dicaẽ de eo,fuit,arguiẽ p hoc qđ diciẽ Io.i. In principio erat verbũ. Vbi p illud verbum erat: exprimiẽ æternitas filii cũ patre.

In oppoſi.

Q2 aũt pſens maxime deo cõuenit:vt ꝓpriiſſime dicaẽ de eo eſt:arguiẽ p Anſel.qui dicit in ꝓſol.xxii. Tu es q proprie & ſimpliciter es:quia nõ habes fuiſſe aut futurũ:ſed tm̃ pręſens eſſe.

V
Reſponſio.

Dicendũ ad hoc ſcđm prędicta in qſtione pcedenti: ꝙ cũ eſſe, fuiſſe,vel fore ꝓprie nõ dicũtur de deo ſcđm rationẽ qua diſtĩguũt tẽpora ꝓpter defectũ & impfectionẽ eis annexam:ſed ſolũ ratione qua aliqd dignitatis importãt: Etſi igiẽ quo ad hoc eſſe,fuiſſe, & fore



attribuũtur æternitati.ſ.eo ꝙ aliqd dignitatis ĩportant in rõne durãdi:tñ illud veriſſime ęternitati congruit ad ipſam exprimendũ:qđ maiorẽ dignitatẽ durationis in creaturis importat: & minorẽ rationẽ indignitatis.& hoc eſt pſens ſcđm deteriata in pcedenti qſt. Verũtñ diſtinguẽdũ ſcđm ꝙ diſtinguit Aug.ſup Io.ꝙ cũ diciẽ eſt, fuit,& erit, duo intelligunẽ:& res ſignificata:& modus ſignificãdi ſub ꝓprietate tẽporis. Dicit em̃ ꝙ verbũ ſubſtãtiuũ duplicẽ habet ſignificationẽ. Aliqñ em̃ tẽporales motus ſcđm naturã alioꝝ verboꝝ deſignat.aliqñ ſubſtantiã vniuſcuiuſq; ſine motu. Primo mõ æqualiter congruũt deo & æternitati eſſe fuiſſe & fore: quia idẽ ſignificãt.ſ.diuinã ſubſtãtiam ſub ratione durationis: q̃ eſt ſua æternitas. Secũdo aũt mõ dicẽdũ ꝙ maxime ei cõgruit ratio nũc pſentis:tũ ꝓpter ei⁹ actualitatẽ:tũ ꝓpter eius ĩmutabilitatẽ:q̃ minime inueniunẽ in pterito & futuro:& maxime cõueniũt æternitati. Vñ ꝓpter pſentis actualitatẽ dicit Aug.lib.lxxxiii.q.q.xvii. Omne pteritũ iã nõ eſt:oẽ futurũ nõdũ ẽ. Oẽ igiẽ & pteritũ & futurũ deeſt.apud deũ aũt nihil deeſt:nec pteritũ igiẽ nec futurũ:ſed oẽ præſens eſt apud deũ. Propter eius vero ĩmutabilitatẽ,dicit in.q.xix. Qđ ĩmutabile ẽ,æternũ eſt. ſemp em̃ eiuſmodi eſt.qđ aũt mutabile ẽ,tẽpori obnoxiũ eſt. Nõ em̃ ſemp eiuſmodi eſt,ĩ ęterno ergo cũ ꝓprie diciẽ:nec qcq̃ pteritũ,nec qcq̃ futurũ:ſed qcqd eſt,tm̃mõ ẽ.

Eſt aũt aduertẽdũ ꝙ licet eſſe ſimplr acceptũ magis ꝓprie congruit deo & æternitati q̃ fuiſſe vel fore:& propter hoc dicat Anſel. Nõ fuiſti heri,aut eris cras:ſed heri & hodie & cras es: tñ ipm eẽ deteriatũ p illud qđ ſil' totã rõnẽ durationis ĩportatę p eſſe,fuiſſe,& fore,ĩportat: cuiuſmõi eſt hoc aduerbiũ ſemp:adhuc magis ꝓprie cõgruit ei:vt veriſſime circũloquamur æternitatẽ dei,dicẽdo ꝙ ſemper eſt.ſcđm ꝙ dicit Anſel.Moñ.xxiiii.c. Si dicaẽ ſemp eſſe,nihil melius intelligiẽ q̃ æterne eſſe.i.interminabilẽ vitam perfectam ſimul totam obtinere. X

Y
Ad primũ.

Ad primũ ĩ oppoſitũ de futuro qđ eſt ſumme ĩdeficiẽs ab eſſe, Dicẽdũ ꝙ aliqd nõ deficit ab eẽ,aut qa oĩno caret eẽ:ſicut lapis nõ moriẽ qa caret oĩno vita:aut qa ĩdeſinẽter cõſeruat ſuũ eẽ. Hoc ſm ꝓpriiſſime cõgruit & deo & æternitati:primũ aũt minime.& illđ maxime ĩueniẽ ĩ futuro ĩquãtũ futurũ:hoc aũt ſecũdũ ĩ pñti ĩquãtũ pñs eſt. Et ideo veri⁹ ei cõuenit pñs,q̃ futurũ.

Z
Ad ſcđm.

Ad ſecũdũ de pterito,dicẽdũ ꝙ ĩ æternitate ſcđm modũ nři ĩtellect⁹ aliqd cõcipimus poſitiue:& aliqd priuatiue. Poſitiue,vt qđ ſemp inſtet cõſilr & eodẽ mõ ſe habẽdo. Priuatiue,vt quod principio & fine durationis caret: Vbi ipſa priuatio fundata in affirmatione eſt. Simplex em̃ vniformitas æternitatis nõ patiẽ initiũ aut finẽ:qa nõ ſunt ſine mutabilitate,quę repugnat vniformitati. Et ſic principalior ratio & pfectior æternitatis intelligiẽ per hoc qđ poſitiue ſignificaẽ,q̃ p hoc qđ priuatiue. Nũc aũt ſcđm id qđ poſitiue ſignificaẽ:exprimiẽ p eſſe ꝓpriiſſime, vt dictũ eſt.ꝙ aũt ꝓprie exprimitur per fuit vel erit,hoc eſt quo ad illud quod priuatiue ſignificaẽ in æternitate.ſ.carentia principii. Et ſic ſimplr magis ꝓprie circũloquitur æternitas per eſt pſens,q̃ p aliquod pteritũ vel futurũ.et ſi quo ad aliqd magis ꝓprie circũloquitur p pteritũ,hoc eſt ſcđm qd. Et ſcđm hoc Io.i.circũloquitur ꝓpriiſſime æternitas filii cũ patre p hoc verbũ erat.qa ly erat ꝓpriiſſime exprimit rationẽ principii carẽtis omni principio durationis,propter pteritionẽ q̃ importat anteceſſionẽ:& cũ hoc quodãmõ ſtatũ manẽtis ęternitatis rõne cõiũctionis eius ad pſens:qa pteritũ impfectũ eſt. Non tñ p illã circũlocutionẽ intendiẽ ꝙ ſimplr & abſolute magis ꝓprie circũloquiẽ ęternitas p aliqđ pteritũ q̃ p pręſens.

## Art. XXXII. De proprietatibus cõmunibus ſubſtantialibus diuinę eſſentię,a creaturis attributis in generali.

Ar.xxxii.

POſtq̃ expeditũ eſt de diuinis ꝓprietatibus ꝓpriis: & quaſi diuinę naturę inditis:Sequiẽ de eius ꝓprietatib⁹ cõibus: & quaſi diuinę naturę a creaturis attributis. De qbus Primo tractabim⁹ in ſe & abſolute. Secũdo cõparãdo ea ad eſſentiã,& adinuicẽ:& ĩ ſe duplr Primo ĩ generali. Secũdo in ſpeciali.

Circa primũ ſunt.v.qſtiones.

Prima: vtrum deo eſt aliquid tribuendum ex creaturis.

Secũda: vtrũ q̃libet res cuiuſq; pdicamẽti ĩdifferẽter deo ẽ tribuẽda.

Tertia: vtrũ genus alicui⁹ pdicamẽti deo põt attribui & nõ ſpecies vel econuerſo.

Quarta: vtrum deo attributa ſignificãt de ipo aliquid poſitiue an negatiue.

Quinta: vtrum ratio alicuius prædicamenti cadat in deo.

A
Queſt.I.
Arg.i.

CIrca Primum arguitur:ꝙ deo nihil poſſit attribui ex creaturis. Primo ſic.
Boethius dicit.c.ii.de tri.In diuinis intellectualiter verſari oportet, nec de-
duci ad imaginationes:ſed potius ipſam inſpicere formam quę vere eſt for
ma:nec eſt imago,& quę eſſe ipſum eſt. ſed attribuens deo aliquid ex crea-
turis reſpicit ad imaginationē. vt enim dicit Dio. de di.no.c.ii.habēt cauſa
2 tiua cauſalium receptiuas imaginationes.ergo &c. ¶Secundo ſic.Boethius
ibidē.c.iii.Deus vere vnū eſt,in quo nullus numerus neq; ſubiectū fieri poteſt.ſed id qđ a crea
turis attribueret̃ deo,nūerū aliquē neceſſario facit cū eo cui attribuit̃: & ſubiectū habet id cui
3 attribuit̃.Idē em̄ nō attribuit̃ ſibiipſi:neq; eſt in ſeipſo.ergo &c.¶Tertio ſic.Si aliqd dicat̃ at-
tribui deo:hoc eſt qđ cōiter ineſt deo & creaturis:& ex creaturis coniicimus ipm̄ ĩeſſe deo.ſed
eſſe & eſſentia,viuere & vita ſunt hmōi. ergo debent dici attribui deo: & eſſe attributa.con-
ſequēs falſum eſt:qa nihil attribuit̃ niſi alicui p̄exiſtenti:& nihil eſt ſcđm rationem intelligēdi
4 prius in deo,q̄ ratio eſſe & eſſentię,viuere & vitę.ergo &c. ¶Quarto ſic.quę deus habet ex ſe
ab ęterno, nō debēt dici ei attributa ex creaturis:talia ſunt ſapientia,bonitas,& cętera hmōi.
In oppoſi. ergo &c.¶In oppoſitū eſt.qm̄ Anſel.dicit in moñ.xv.c. Summa eſſentia dicenda eſt quodlibet
eoꝝ qbus eſt omne qđ nō ſunt ipſa inferius:vt viuentē eſſe,ſapientē,potentē:& quicquid ſim-
pliciter melius eſt q̄ ipm̄.Sed talia nō dicūtur niſi ea tribuendo ei ex creaturis.Vnde cōtinuo
ſubdit. Quid ergo quęritur amplius, quid ſumma ſit illa natura,ſi manifeſtū ſit quid omniū
ſit:aut quid non ſit?ergo &c.

B
Reſponſio.

¶Dicēdum ad hoc: ꝙ ſcđm Dio.ca.ii.de di.no.oia diuina quęcūq; nobis manife-
ſtantur:in participiis ſolis cognoſcimus.hęc aūt qualia ſunt ſcđm propriū principiū & funda-
mentū,ſup intellectū ſunt & omnē eſſentiam & ſcientiam:vt ſupeſſentiale occultum.Iuxta ea
igitur quę videmus in creaturis:coniicere debemus ea quę intelligere debemus in creatore.&
hoc maxime in creaturis ſenſibilibus, ex quibus omnis noſtra ſcientia cōcipitur ortum habēs
ex ſenſu,in quo inferiores ſum⁹ angelicis ſubſtantiis.Propter qđ dicit Diony.c.i.cęl.hierar.Ipſi
vt intellectus intelligunt iuxta ꝙ eis fas eſt.Nos vero ſenſibilibus imaginibus in diuinas quā
tum poſſibile eſt reducimur contemplationes.Nunc autem in creaturis duo videmus:quę ad
earum ꝑfectionem ꝑtinent: vnū per qđ ꝑficiuntur ſcđm gradus ſuos in eſſe ſubſtantiali:
vt eſt forma ſubſtantialis cuiuſq; quę dat ei eſſe primū. Etſi enim materia ſit de eſſentia cōpo-
ſiti in habentibus materiā:tñ ſcđm Boe.c.iii.de tri. nihil ſcđm materiā eſſe dicitur: ſed ſcđm
propriā formā. Aliud vero eſt ꝑ qđ ꝑficiūtur in eſſe accidentali:vt eſt forma nobilis accidē
talis q̄ dat ei bene eſſe:qđ appellat̃ eſſe ſecūdū. Vt em̄ dicit phs.iii.Topi.quæ ſunt ex circūſtan
tiis neceſſariis,ſunt meliora.Melius enim bene viuere q̄ viuere.Et ſunt illa q̄ in creaturis dant
rei bene eſſe,quaſi attributa illis quę dant eſſe abſolutum.Vnde phs exponēs ſeipſum in verbo
prædicto,dicit.Ex circūſtantia autem eſt quando exñtibus neceſſariis alia quędam adiūgūtur
bonorū.Igitur qđ eſt ex circūſtantia bonorum, abſolute melius eſt q̄ qđ non ex circūſtātia. Et
ſcđm regulam prædictā Anſel.qđ abſolute melius eſt ipſum q̄ non ipſum:dicēdum eſt deo cō
uenire.& ſcđm ꝙ dicit Ambr.de tri.quicqd religioſius ſentiri poteſt, quicquid prȩſtantius ad
decorē,quicqd ſublimius ad poteſtatē,hoc deo intelligas cōuenire.& ſcđm ꝙ dicit Auguſt.li.
de li.ar.Quicquid laudabile aduertit̃ in rerum natura ſiue exigua ſiue ampla laude dignū iu-
dicetur,ad excellentiſſimam & ineffabilem laudem referendum eſt conditoris.Tunc autē ſum
me ad laudem refertur conditoris:quando ipſi attribuitur:non ſolum quia ex ipſo eſſe iudica
tur : immo quia ab ipſo eſt,coniicimus quia eſt in ipſo . iuxta hoc quod dicit de verb.dñi. ſer.
xxxviii.In creaturis deeſt aliquid qđ laudas:in creatore autem nihil deeſſe poteſt: quia qđ in-
uenitur in creatura,a creatore artifice proceſſit. & hoc quo ad eſſe & bene eſſe. Scđm ꝙ dicit
Dio.c.v.de di.no.Omnia exiſtentia ꝑ eandem rationem & eſſe & bene eſſe habent:& ſunt &
bene ſunt, ex ante ente & eſſe & bene eſſe habentia . Eſſe igitur ex circūſtantia bonorum deo
C attribuendum eſt,non ſolum eſſe abſolutū.hoc autē non fit niſi deo attribuendo aliqua q̄ ſunt
dignitatis & nobilitatis abſolutę in creaturis.In deo igit̃ dicēdū eſt eſſe attributa quaſi ſupra
rationem ſuę eſſentię, a creaturis,in quibus conſimilia coniicimus,deo attributa.& hoc quaſi
qualitates quaſdā ſubſtantiæ ſubiectę.ſcđm ꝙ dicit Augu.xv.de tri.c.vi.Si dicimus æternus,
immortalis, incorruptibilis, immutabilis, viuus, ſapiens,potens,ſpecioſus,iuſtus,bonus,bea-
tus,ſpiritus,horū omniū nouiſſimū qđ poſui quaſi tm̄modo videt̃ ſignificare ſubſtātiā:cętera
vero hui⁹ ſubſtantię qualitates. Sed hoc intelligendū ſcđm modū qui infra videbit̃. Quę aūt
& quomodo deo ſunt attribuenda:patebit in quęſtione ſequenti.



¶Ad primū in oppoſitum,ꝙ ſecundū Boethium in diuinis nō oportet deduci ad D
imaginationes,verū eſt ipſam veritatē imaginationū deo attribuendo:ſed bene oportet deduci Ad primū
ad imaginatiōes ab illis deo aliqd ineſſe ſupereminēter coniiciēdo,& hoc appellādo oēm formā prin.
creaturę imaginē.ſecūdū ꝙ dicit ibidē.c.iii.in fine.Ex his formis quę p̄ter materiā ſunt,iſtę for-
mę venerunt q̄ ſunt in materia.Nā abutimur formas vocātes dū imagines ſunt. Aſſimilantur
em̄ formis his quę nō ſunt in materia cōſtitutę. Bene inquā oportet ad tales imaginationes de
duci:ponēdo.ſ.ſub excellētiori modo in deo q̄ dignitatis ſunt in creatura,inquātū forma prin
cipalis & exēplaris excellētioris gradus eſt q̄ forma q̄ imago eius tantū eſt.ſecūdū ꝙ dicit Dio-
ny.i.c.de di.no.Quia oīm eſt quę ſunt cauſale,ipm̄ nihil eſt in omībus quę ſunt ſupeſſentialiter E
exaltatū. ¶Ad ſecundū ꝙ in deo nullus eſt numerus,& ſubiectū eſſe nō poteſt:dicēdū ꝙ in eo Ad ſecūdū
nullus eſt numerus re abſoluta vel intētione differentiū inter ſe,neq; etiā differentiū re abſolu
ta,vel intētione a ſua eſſentia.Sic etiā differētiū ſubiectū eſſe poteſt ꝑ ſuā ſubſtātiā.Re em̄ dif
fert accidēs a ſubiecto:intētione autē differentia a genere in cōſtitutione ſpeciei.Sic em̄ intelli-
git ipſe Boethius dictū ſuū.Vnde ei qđ dicit.Nullus in eo numerus,nullū in eo aliud eſt prȩter
id qđ eſt,& ei qđ dicit Subiectū fieri nō poteſt,addit.Nam ꝙ cęterę formę ſubiectę ſunt accidē-
tibus hoc facit materia.& ſubdit pro vtroq;.c.iiii.Nulla igitur in eo diuerſitas,nulla ex diuer-
ſitate pluralitas,nulla ex accidētibus multitudo: atq; idcirco nec numerus. Deus vero a nul-
lo differt,vel accidentibus,vel ſubſtātialibus differentiis in ſubiecto poſitis.Bene tñ pōt eſſe in
eo numerus aliquoꝝ differentiū ratione tm̄,cuiuſmodi ſunt attributa,qbus etiā bene pōt quo F
dā modo eſſe ſubiectum:vt videbit̃ conſequenter.¶Ad tertiū dicendum ꝙ aliquid coniicimus Ad tertiū.
in deo ex creaturis dupliciter,aut quia ꝑ creaturas,aut quia a creaturis.Primo modo coniici
mus ĩ deo ſimplicitatē, immutabilitatē,infinitatē,& huiuſmodi,quę inſunt deo ratione qua eſt
eſſentia quædā,& nullo modo ſunt in creaturis.Secūdo coniicimus aliqua in deo eſſe duplici-
ter,aut ab eis quæ ſunt de eſſentia creaturę,aut ab eis quæ ſunt addita eſſentię, velut acciden
tia in ea.Primo modo coniicimus deo ineſſe viuere eſſentiā & vitā.Secundo modo coniicimus
ei ineſſe ſapientiā, bonitatē,& huiuſmodi,& hoc quia videmus ea aliquo modo ineſſe creatu-
ris:vt aliquid nobile,propter qđ ea attribuimus deo:vt patebit in ſequēti quęſtione. Quę pri-
mo modo coniiciunt̃ in deo,non dicunt̃ attributa,niſi extēſo nomine. Quæ vero ſecūdo modo
coniicimus deo ineſſe ex creaturis, nullo modo dicunt̃ attributa deo: ſed ſolummodo illa quæ
coniicimus ei ineſſe tertio modo.Ad rationē enim attributi tria requirunt̃, Vnum ꝙ ipm̄ ſub
ſe habeat aliquid,cui vt ſubiecto fiat attributio,cuius ſit quaſi diſpoſitio ſuꝑ rationem ſubie
cti.Alterū eſt ꝙ ſit nobile quid.Tertium ꝙ in creaturis aliquo modo inueniat̃. Hoc em̄ modo
ſe habēt ſapientia,bonitas,& huiuſmodi,q̄ quaſi qualitates aut diſpoſitiones ſunt additę eſſen-
tię.Et ideo illa ſola ꝓprie dicunt̃ attributa,eſſe aūt,viuere,eſſentia,& vita,attributa ꝓprie dici
nō poſſunt:quia ſunt rationes primę cōceptę in deo:ſup quas fundant̃ cōceptus oīm aliarū ra-
tionū. Et ſimiliter ĩmutabilitas,ſimplicitas,ęternitas,infinitas,& omīa hmōi,attributa dici nō
poſſunt:quia creaturis nō inſunt,& ideo nec ab ipſis deo tributa, licet ꝑ ipſas deo ineſſe du-
ctu rationis cognita.¶Ad quartū,Dicendū ꝙ aliqd pōt intelligi deo attributū dupliciter.Vno G
modo quo ad attributi in eo cui attribuit̃ realem exiſtētiam.Alio modo quo ad noſtrā ſup hu- Ad quar-
iuſmodi eius exiſtētia innoteſcētiam.Primo modo nihil omnino deo attribuit̃ a creaturis ex tē tum.
pore niſi aliquę relatiōes:vt ꝙ ſit creator,dñs, aut huiuſmodi:quæ nec attributa dicunt̃. quia
nō dicunt̃ proprie attributa,quę deo ex natura ſua nō inſunt ab ęterno.Quę dicunt̃ attributa
ſecūdo modo multa ex creaturis deo attribuimus,non ſolū ꝑ creaturas: ſed quia ea videm⁹
eſſe in creaturis,tanq̄ ea quę ſunt nobilitatis, ex creaturis ipſa deo ineſſe cognoſcimus.Et ideo
ex creaturis ea deo tributa dicimus.

CIrca ſecundū arguit̃, ꝙ quęlibet res cuiuſlibet p̄dicamenti indifferenter deo H
poſſit attribui.Primo ſic.Quę ꝑ ęqualem diſtantiā ſe habent ad idem,ſi vnū Queſt.II.
illorū poteſt attribui illi ꝓpter approximationē aliquā ad illud,& reliquū.ſed Argu.i.
omnes creaturę ꝑ ęqualē diſtātiam ſe habent ad deū:quia ꝑ infinitā.Cum
ergo aliqua ex creaturis deo attribuunt̃,quia aliquā rationē ꝑfectionis im-
portāt,ꝑ quā ad ipſum habēt approximationē.ergo &c̄. ¶Secundo ſic.Illud 2
poteſt deo attribui,qđ ipſe habet in ſeipſo,& a quo ipſe denominat̃:quia ĩ de-
nominando denominās attribuitur denominato,& ipſa denominatio eſt quędā attributio.quę
libet aūt res cuiuſlibet p̄dicamenti eſt huiuſmodi.Iuxta illud qđ dicit Diony.c.i.de di.no.Oīa

ſimpliciter & indefinita in ipſo, quę ſunt, pręambiuit perfectiſſimis vnius ſuę & cauſaliſſimę p
uidentię bonitatibus, & ex omnibus quæ ſunt, laudatur & nominat̃. Qđ etiã patere poteſt in-
ducẽdo exẽpla rerũ cuiuſlibet p̃dicamẽti, quibus deus inuenit̃ in ſcripturis denominari. Dicit̃
eñ ſcđm ſubſtantiam ſpũs, ẜm quãtitatem magnus, ẜm relationem pater, ẜm qualitatẽ bonus,
ſecundũ agere creare, ſecundũ pati iraſci, ſecundũ quãdo ſemper eſſe, ſecundũ vbi vbiq; eſſe, ẜm
In opp. primo. ſitũ ſedere, ẜm habitũ amictus lumine. ergo &c̃. ℭIn cõtrariũ eſt: quia vt dicit in eodẽ, oĩm qui-
dem eſt quę ſunt cauſale, ipſum autẽ nihil in oĩbus quę ſunt ſupeſſentialiter exaltatũ. ſed ni-
2 hil poteſt deo attribui, niſi qđ eſt ipſe. ergo &c̃. ℭPręterea ſi ĩdifferẽter etiã quęlibet res cuiuſli-
bet p̃dicamenti deo attribueret̃, tunc ſicut per attributionẽ iuſtitię vel ſapiẽtię ad deũ, dicitur
deus iuſtus vel ſapiẽs, ſimiliter per attributionẽ ligni aut lapidis ad ipſum diceretur lignũ aut
I lapis. conſequens eſt falſum. ergo & antecedens.

Reſolutio queſtionis. ℭAd intellectũ quæſtionis huius & diſtinctionis eius a q̃ſtione vltimo propoſita
in hoc articulo, Sciendũ ꝙ aliud eſt res p̃dicamenti, aliud ratio p̃dicamẽti circa rem intellecta:
vt ratio ſubſtãtię eſt ſubſiſtere ſiue ſubſtare: res p̃dicamẽti ſubſtãtię eſt omne illud cui conue-
nit iſta ratio. Ratio quãtitatis eſt ſcđm partes rẽ mẽſurare. Res quãtitatis eſt omne id in quo
p ſe ratio talis inuenit̃: vt ẽ prĩo quãtitas diſcreta: deinde cõtinua: vt determĩat phs. iiii. meta.
Ratio ꝓpria qualitatis eſt ſubiectũ informare. Eſt eñ ẜm phm qualitas: ſecundũ quã quales eſ-
ſe dicimur. Res qualitatis eſt omne cui talis ratio cõuenit. Et differũt in hoc res p̃dicamenti &
ratio, ꝙ bene poteſt alicuius p̃dicamẽti res ad diuina trãſferri, abſq; eo ꝙ ratio p̃dicamẽti illiꝰ
deo attribuatur, ad modũ quo res generis bene attribuitur ſpeciei dicẽdo homo eſt animal, non
autẽ ratio eius, ſecundũ quã dicit̃ genus, ſcilicet ꝙ eſt p̃dicabilis de pluribus differẽtibus ſpe-
cie. Et ſecundũ hoc multũ refert interrogatũ in hac prima q̃ſtione & in illa vltima. ſecundũ ꝙ
K manifeſte apparebit ex earũ pertractatione. ℭQuãtum ergo ptinet ad hãc primã queſtionẽ, Di-
Reſponſio. cendũ ꝙ attributionẽ rei alicuius p̃dicamẽti fieri deo, dupliciter põt intelligi: vel per ſimilitudi-
nẽ, vel per proprietatem. Per ſimilitudinẽ res accepta a creaturis aliquãdo deo attribuit̃, quæ p
ꝓprietatẽ ſuę naturę eſſe in deo nõ põt. Et eſt iſta attributio non proprie attributio: ſed magis
trãſlatio quædã ad aliquid per ſimilitudinẽ illã explicandũ. Vnde res p̃dicamentorũ inquãtum
ſic deo attribuunt̃, non ꝓprie: ſed cõmuniter & trãſlatiue dicunt̃ attributa. Per proprietatem
autẽ res a creaturis accepta deo attribuit̃, quæ per ſubſtantiam & rei veritatẽ in deo eſſe intel-
ligit̃, licet modo eminẽtiori, vt iam dicet̃. Quorũ eſt attributio ꝓprie dicta, & ipſa proprie at-
tributa ſunt. Primo modo ea quę inueniunt̃ in creaturis deo attribuunt̃ ẜm illũ modũ quo in-
ueniunt̃ in creaturis, ſecundũ quẽ deus dicit̃ bos, leo, ouis, & huiuſmodi. Secũdo modo ea quę
inueniunt̃ in creaturis deo attribuuntur ſcđm alium modum & ſublimiorem q̃ inueniuntur
in creaturis. ſecundũ quem deus dicitur bonus, ſapiens, iuſtus, & huiuſmodi. Hanc differentiã
attributoꝝ inſinuat nobis Augu. ſuper Io. exponens illud Io. xiiii. Ego ſum vitis vera. vbi dicit.
Dicit̃ vitis p ſimilitudinẽ, nõ per ꝓprietatẽ, quẽadmodũ dicit̃ ouis, agnus, petra, lapis, &c̃. huiuſ-
modi, quę magis ſũt ſimilitudines q̃ ꝓprietates. Et eã ſimiliter exprimit Ambro. ii. de tri. dicẽs.
Sunt quędã noĩa quę euidẽter diuinitatis ꝓprietatem oſtendũt, & pſpicuam diuinę maieſtatis
exprimũt veritatẽ. Alia vero ſunt quę trãſlatiue & per ſimilitudinẽ de deo dicunt̃. Sed hoc du-
pliciter fieri poteſt. Vno modo p ſimilitudinẽ alicuiꝰ ꝓprietatis quã habet in ſua eſſentia. Alio
modo p ſimilitudinẽ ipſius eſſentię ſuę. Primo modo deus dicit̃ leo, propter leonis fortitudinẽ:
quia ipſe fortis eſt: & ouis ꝓpter ouis manſuetudinẽ: quia ipſe mãſuetus eſt. & hęc eſt trãſlatio-
nis attributio magis vſitata in ſacra ſcriptura: largo tamen modo dicta attributio. Scđo modo
noĩe cuiuſlibet creaturę põt deꝰ nominari, nõ ſolũ quia idea eius eſt in ipſo deo, ſed quia ratio
pfectionis eiꝰ propria in dei pfectione includit̃, in qua fundat̃ ratio idealis inquãtum concipit̃ a
L diuina ſapientia: vt infra declarabit̃. & eſt ſimiliter attributio largo modo dicta. Loquendo er-
go de attributis largo modo, dicendũ ad queſtionẽ, ꝙ quęlibet res cuiuſlibet p̃dicamenti q̃tũ
ad primũ modum eius deo poteſt attribui. Non eñ eſt aliqua res in creaturis, quin ſit ſimilitu-
do aliqua eius qđ eſt in creatore, q̃q̃ in multo diſſimilis. ſecũdũ ꝙ dicit Diony. c. ii. cę. Hier. In-
telligere oportet nihil eorũ quæ ſunt eſſe vniuerſaliter boni participatione priuatũ. Eſt igitur
vt ibidẽ ſequit̃, ex omnibus intelligere bonas ſpeculationes, ex materialibuſq; formare diſſimiles
ſilitudines, altero modo intellectualibꝰ habẽtibus quę ſenſibilibus aliter diſtributa ſunt. & infra
Eſt itaq; non diſſonas formare cęleſtibus formas ex vilibus materię partibus: qm̃ & ipſa ex ve-
ro bono ſubſtantiã poſſidẽs, per oẽm ſui materialem diſpoſitionẽ imagines quaſdã intellectua-
lis pulchritudinis habet, & poſſibile eſt p eas reduci ad ĩmateriales primas formas. de quibꝰ plu-



rima exẽpla ponit ibidẽ, & in. c. iii. Et ꝓpter hãc ſimilitudinẽ q̃q̃ multum diſſimilem: oĩa deo
poſſunt attribui. ſecundũ ꝙ dicit. i. c. de di. no. Oĩm cauſalẽ theoſophi multiuoce ex oĩbꝰ crea-
turis laudãt: vt optimũ: vt bonũ: vt ſapientẽ, vt ſanctũ, vt ęternũ, vt exiſtentẽ, vt ſapientiã, vt
intellectũ, vt virtutẽ, vt regẽ, vt antiquũ, vt iuſtificationem, vt ſanctificationẽ, vt magnitudinẽ
oĩa excellentẽ, & in aĩabus, & in corporibꝰ, & in cęlo, & in terra ſimul, ſolẽ, ſtellã, ignẽ, aquã,
ſpũm roris, nebulã, lapidẽ, petrã. Ex quibꝰ cõcludit ſic. Ex oĩbꝰ igit̃ quę ſunt harmoniace lauda-
tur & nominat̃. Nec mirũ ꝙ propter hmõi ſimilitudinẽ oĩa deo poſſunt attribui: quia & pro- M
pter eandẽ oĩa quodãmodo habẽt eſſe in ipſo. qđ patet ex hoc, ꝙ eſſe & bene eſſe habẽt ab ipſo
vt infra patebit loquẽdo de diuina pfectione. Vnde dicit Diony. v. c. de di. no. In monade oĩs
numerus vniformiter ante ſubſiſtit, & habet numerũ oẽm monas in ſemetipſa ſingulariter. &
infra. Sed & in tota oĩm natura oẽs ẜm ſingulas naturę ratiões cõuolutę ſunt p vnã incõfuſam
vnitatẽ. Nihil ergo (vt dicit) incõueniẽs ex obſcuris imaginibus in oĩm cauſale aſcẽdentes ſu-
permũdanis oculis cõtemplari oĩa ĩ omniũ cauſali, & ſibiinuicẽ oppoſita vniformiter & vnite.
Principiũ eñ exiſtentiũ, ex quo & ipſum eſſe & omnia vtcũq; exiſtentia, omne principiũ, oĩs
finis, oĩs vita, oĩs immortalitas, oĩs ſapientia, oĩs ordo, oĩs harmonia &c̃. huiuſmodi. ſecũdum ꝙ
ipſe annumerat. Ex quibus poſt pauca cõcludit. Deinde & oĩno de deo & ſimul p̃dicant̃. ſed
hoc ſecundũ ſimilitudinis (vt dictũ eſt) trãſlationẽ: non autẽ ẜm naturę ꝓprietatẽ. Vnde ſta-
tim ſubdit. Et nihil eſt exiſtentiũ, formoſiſſimũ, ſpecioſiſſimum, ſine forma, ſine ſpecie, principia,
& media, & fines exiſtentiũ immẽſurate & cõuolute in ſemetipſo perambiẽs, & oĩbus eſſe iuxta
primã & ſupunicã cauſam incõtaminate declarãs. & ſubdit exẽplũ de ſole dicẽs. Sicut eñ iuxta N
nos ſol ſenſibiliũ eſſentias & qualitates & multas & diſcretas exiſtẽtes, tñ ipſe vnus ens, & vni-
formiter illuminãs vnit, cuſtodit, & pficit, & cętera quę annumerat: multo magis ĩ omniũ cau-
ſali pręextitiſſe oĩm exiſtentiũ paradigmata ẜm vnã ſupereſſentialẽ vnitatẽ cõcedẽdũ eſt. Et ſe-
cundũ hoc cõceſſum eſt ſupra & determinatũ ꝙ oĩa in vſum theologicę ſciẽtię cadũt, & ad ip-
ſam vt materia eiꝰ ptinẽt: & vt ea q̃ ad ſubiecti ſui cognitionẽ, qđ deꝰ eſt, referant̃. Et hoc eſt qđ
cõtinuo cõcludit Diony. dicẽs. Per hęc ꝓportionali ſcientia in oĩm cauſam quãtũ potẽtes ſu-
mus aſcẽdamus. Oĩa igit̃ (vt cõcludit) hinc exiſtẽtia ẜm vnam oĩm excellẽtẽ ſcientiã referẽdũ.
ℭLoquendo autẽ de attributione ꝓprie & ſcđm ꝓprietatẽ, tunc ex parte eoꝝ q̃ attributa ſunt O
diſtinguendũ. Aut eñ intelligit̃ attributio facienda vniuoce, attribuendo deo veritatẽ rei quę
eſt in creaturis ẜm modum quo eſt in creaturis. Aut intelligit̃ facienda ęquiuoce, attribuẽdo. ſ.
ea quæ ſunt in creaturis, deo ſcđm modũ ſupeminentẽ. Primo modo nulla res creata cuiuſcũq;
p̃dicamẽti deo poteſt attribui: quia in nullo poteſt vniuocari creator cũ creatura: vt infra di-
cetur. immo ſic accipiẽdo rem p̃dicamẽti, quęlibet res cuiuſlibet p̃dicamẽti vere ab ipſo remo-
uet̃. ſecundũ ꝙ dicit Diony. iiii. c. de myſtica theologia. Cauſa ſup oĩa ens neq; eſſentia eſt, neq;
vita: neq; irratiõalis, neq; inſenſibilis, neq; corpꝰ eſt, neq; figura, neq; ſpecies, neq; q̃litatẽ aut quã-
titatẽ habet, neq; in loco eſt. &. c. v. Neq; aĩa eſt, neq; intellectus, neq; phãtaſiam, neq; opinionẽ,
aut virtutẽ, aut intelligẽtiam habet: neq; ratio eſt neq; intelligere, neq; dicit̃, neq; intelligitur,
& cętera hmõi, ſecundũ ꝙ annumerat. neq; ſapientia, neq; vnũ, neq; vnitas, neq; diuinitas, aut
bonitas, neq; ſpũs eſt, ſicut nos ſumus, neq; filialitas, neq; paternitas, neq; aliquid quicquid no-
bis aut alicui exiſtentiũ cognitũ. & addit in fine. Sed eorum quę poſt eã ſunt poſitiones & abla-
tiones facientes, ipſam neq; auferimus, neq; ponimus, qm̃ & ſup oẽm poſitionẽ eſt perfecta & ſin-
gularis oĩm cauſa: & ſup oẽm ablationẽ excellẽtia oĩm ſimplr̃ pfectione & ſummitas oĩm. Scđo P
mõ ſubdiſtinguendũ, aut eñ intelligit̃ attributio faciẽda ſub ratiõe noĩs appropriati creaturę,
aut ſub ratione alicuius noĩs generalis. Iſto ſcđo mõ oĩa q̃ ſunt in creaturis deo pñt attribui.
Prĩo aũt mõ aliq̃ ex creaturis deo pñt attribui ex aliqbꝰ p̃dicamẽtis, & aliq̃ nõ, & ex aliqbꝰ nul-
la, & ex nullo oĩa. Ad quorũ diſcretionẽ ĩtelligẽdũ, ꝙ ſecũdũ ꝙ amplius declarabit̃ loquẽdo de
pfectĩoibꝰ oĩm rerũ ĩ deo, quęlibet creatura in ſuo eſſe formali qđ participat a deo iuxta gradũ
naturę ſuę, & eſſentię, quædã ĩ gradu ſuperiori, alia in gradu inferiori per maiorẽ vel minorem
approximationẽ ad eſſe primi, & hoc aſcendẽdo ab vltima creatura vſq; ad ſupremã, habet ali-
quã rationẽ diuinę pfectionis in ſe. In qua quidẽ eſt cõſiderare tria. ſ. rationẽ ipſius pfectĩois ſim-
pliciter & abſolute, & rationẽ ꝓprietatis eſſentię & naturę cuiꝰ eſt pfectio, & rationẽ imitatio-
nis in gradu cõpetẽti creaturę. Cõſiderãdo quãcũq; creaturã in q̃cũq; re cuiuſcũq; p̃dicamẽti
prĩo mõ eſſe eiꝰ eſt aliqd dignitatis & nobilitatis ſimplr̃. Quare cũ oĩe tale vt dictũ eſt deo de-
bet attribui, hoc mõ q̃libet res cuiuſcũq; p̃dicamẽti deo habet p ꝓprietatẽ attribui: ſed nõ ſub
noĩe ꝓprio creaturę: vt carnis vel oſſis ligni vel lapidis: ſed ſub cõi noĩe dignitatis, exprimẽtis

ſcilicet dignitatē pfectionis cuiuſq; inquātum pfectio eſt,cuiuſmodi eſt nomen bonitatis,quia
perfectio eſt in fine rei & cōplemēto. Bonitas autē eſt ꝓpria ratio finis:vt infra declarabit̄.Pro
pter qđ bonitas eſt generale attributū deo,qđ omne ens inquātū habet pfectionē aliquā in ſuo
cōplemēto cōſequit̄:& circuit etiā ipm eē qđ ē primū,i quo ratio formalis oīs pfectiōis cōſiſtit.
Cōplementū eñ cuiuſq; in ſuo eſſe dicit̄ bonitas eſſe eius, & in ei⁹ ſapiētia dicit̄ bonitas ſapiē-
tię eius,& in eius pulchritudine dicit̄ bonitas pulchritudinis eius, & ſimiliter pfectio in forma
aſininitatis,lapideitatis,& cęterorū huiuſmodi dicit̄ bonitas ei⁹, qua.ſ.pfecte pōt quę ſunt illi⁹
Q nature,& hoc iuxta modū illū quo tale vltimū & cōplementū in virtutib⁹ actiuis,dicit̄ virtus
quę eſt vltimū de potētia.ſcđm Phm in primo cę.& mun. Vnde ſm Diony.iiii.c.de di.no.nihil
ſignificat̄ ſeu intelligit̄ hoc noīe malū qđ eſt contrariū bono in quocūq;, pterq̄ nō poſſe q̄ ſunt
ꝓprie naturę pfectę. Hoc modo ergo nō ſub ꝓprio vocabulo attribuit̄ res alicuius pdicamenti
deo:ſed ſolū ſub hoc noīe generali qđ eſt bonū.ſecundū ꝙ docet Aug.viii.de tri.cū dicit.Bonū
hoc,bonū illud &c.vt ſatis expoſitū eſt ſupra.Tertio modo licet eē creaturę cuiuſcūq; aliquid
dignitatis in ſe habet ratiōe pfectionis ꝓprię:quia tñ vt ꝓpria eſt,& in gradu creaturę exiſtit,
limitationē habet,& ſic aliquid indignitatis & ignobilitatis habet ex natura ſuę eſſentię ratiōe
qua creatura ē diuerſa & diuiſa ab eēntia diuina,& p hoc ē qđ diminutū ī natura & eēntia ſua
qđ appellat̄ eſſe creaturę ꝓprium:hoc igit̄ modo & vt ſic ſignificat̄ eſſe creaturę ſub ꝓprio vo-
cabulo qđ a propria eſſentia creaturę vt creatura ē ei imponit̄,veluti lignū,lapis,caro,os & hu
iuſmodi,quia nihil qđ impfectionis aut indignitatis alicui⁹ eſt,deo attribui pōt,nulla res crea
turę cuiuſq; pdicamenti ſub ſuo proprio noīe creaturę p proprietatē pōt deo attribui. Vnde
& res illa quę ſapiētia,ſeu virtus,aut pulchritudo,aut aliquid huiuſmodi in creatura dicitur
ſub ratiōe illa q̄ in eſſentia ſua eſt creatura aliqua & limitata,nullo mō deo attribui pōt, niſi p
ſimilitudinē.qđ intellexit Diony.cū dixit. Neq; eſſentia eſt,neq; vita,aut bonitas,aut ſpūs. qđ
etiā bene expreſſit p hoc qđ ſubdit.Sicut nos ſumus.vt habitum eſt ſupra.Eſſe vero creaturę ſe
cūdo modo:medio modo ſe habet,& penes hunc modū noīa impoſita ſunt reb⁹.ſ.iuxta rationē
proprietatis eſſentię earū,qualis debet eſſe vera impoſitio realis, non ſicut illa quę tātū eſt vo-
calis:vt exponendū eſt loquēdo de dei nominib⁹.& hoc modo quædā ex rebus aliquorū pdica-
mentorū deo habēt attribui,& aliquorum pdicamentorū nulla:ſed nullius pdicamēti omnia.
R Et eſt hic difficultas q̄ſtionis.¶Ad cuius intellectū ſciendū:ꝙ quędā ſunt res pdicamentorum
aliquorū quibus de natura & ꝓprietate eſſentię ſuę cōuenit aliquid qđ eſt ſimpliciter dignita-
tis & nobilitatis quātūcūq; ſit ipſa rei eſſentia limitata inquātum eſt creatura.Quædā autem
alię ſunt res in quolibet pdicamēto, quibus de natura ſua & ꝓprietate eſſentię ſuę non cōue-
nit aliquid qđ eſt dignitatis ſimpliciter aut nobilitatis.Verbi gratia,Ex natura & ꝓprietate eſ
ſentię createę quę ſapientia dicitur,eſt notitia & illuſtratio quędā,cuius ꝓpria actio eſt illuſtra-
re id cuius eſt:& pulchritudo nihil aliud eſt q̄ decētia quædā,cuius opus eſt, id cuius eſt de-
cēs & acceptabile facere:quę dignitatis ſunt & nobilitatis in quocūq; inueniant̄:ita ꝙ aliis eiſ-
dē retentis melius dignius & nobilius eſt in quocūq;, ſapientia illuſtratū eſſe, q̄ non illuſtratū,
pulchritudine decoratū eſſe,q̄ non decoratū. Ex natura aūt & ꝓprietate eſſentię lapidis vt eſt
lapis,ligni vt eſt lignū, & cęterorū huiuſmodi,nō conuenit lapidi,aut ligno, aliquid qđ eſt di-
gnitatis ſimpl'r aut nobilitatis : vt.ſ.quodcunq; ens dignius ſit & nobilius ex eſſe illius in ipſo
q̄ ex nō eſſe eius in illo.immo lapidi, aut ligno quicquid nobilitatis ineſt ex hoc ꝙ tale eſt, hoc
nō eſſet nobilitatis in alio quocunq;,licet nobilitatis eſt in ligno aut lapide. Bene enim verum
eſt ꝙ ex ꝓprietate naturę & eſſentię ſuę quęlibet res aliquid habet qđ eſt ſibi dignitatis & no-
bilitatis,& qđ eſt ſibi optimū:vt oliua ratione eſſentię ſuę aliquod eſſe habet qđ eſt ſibi optimū
& melius inquātum eſt oliua,q̄ quodlibet aliud eſſe cuiuſlibet alterius rei.Nō tñ illud eſt opti
mū ſimpliciter & nobili⁹, neq; cuiuſcūq; alteri:quia eſt aliud eſſe alteri melius & nobilius ſim-
pliciter illo,& etiā illi alteri eſt melius & nobilius licet nō oliuę:vt eē leonis ſimpl'r melius eſt
& nobilius,& etiā leoni eſt melius & nobilius q̄ eſſe oliuę,licet non ſit melius oliuę inquantum
eſt oliua.Licet eñ melius eſſet ſimpl'r in rerū natura quod modo eſt oliua ſi eſſet leo: nō tñ hoc
eſſet melius oliuę inquantū oliua eſt,quia tūc oliua nō eſſet omnino,& bonū cuiuſcūq; & nobi
le in ſuo eſſe ſpecifico conſiſtit.Et hoc eſt qđ dicit Philoſophus.ii.phyſi. Quod quid eſt finis &
forma hoc erat qđ aliquid erat eſſe:& propter hoc dignius eſt non ſimpl'r:ſed ad vniuſcuiuſq;
ſubſtātiam.vbi dicit Cōmen.Forma eſt in reb⁹ naturalibus:vt ens ſit in diſpoſitione nobiliori
ſecundum ꝙ eſt illud ens,nō nobilius ſimpliciter. Nobilius eñ in oliua eſt oliuam eſſe oliuā,
nō nobilius ſimpl'r.Res pdicamenti cuiuſq; de primo modo per ꝓprietatē poteſt deo attribui



ſecundum idem ſignificatum nominis,analogice tamen vt infra patebit.Quicquid eñ eſt ſim- S
pliciter & abſolute dignitatis & perfectionis, deo tribuendum eſt:vt ſunt ſpiritus, vita, intel-
lectus,intelligentia, & huiuſmodi de prędicamento ſubſtantię:magnum,immēſum,infinitum,
de prędicamento quantitatis:bonum,ſapiens,iuſtum, & huiuſmodi de prędicamento qualita-
tis:paternitas,filiatio,& huiuſmodi,de prędicamento relationis:creare, gubernare, & huiuſ-
modi de prędicamento actionis:generari,ſpirari,& huiuſmodi de prędicamento paſſionis. &
hoc fit abſoluendo de huiuſmodi rebus & ſignificatis nominum ſuorum omnem rationem im
perfectionis quam in ſe includunt vt ſunt in creaturis:quia modo ſublimiori & omnino perfe
cto habēt eſſe in deo.ſecundum ꝙ dicit Dionyſius capite ſecundo de diuinis nominibus.Abū-
danter & ſuperſubſtantialiter ea quæ ſunt cauſatorum pręinſunt in cauſis, & per hoc analo-
gice:vt infra dicetur. Res vero cuiuſcūq; pdicamenti de ſecundo modo nullo modo per pro- T
prietatē deo poteſt attribui:quia nihil deo poteſt attribui qđ nō ſit ſimpl'r dignitatis & pfectio
nis alicuius:quia quicquid ei attribuit̄, ipſe eſt per ſuā ſubſtantiā, qui pfectiſſimus eſt, & nobi-
liſſimus & digniſſimus,cui nihil cōuenire pōt niſi ſupeminēter,& p ſuperabundantiā dictum,
iuxta doctrinā Diony.Tales ſunt res ſpecierū ſpecialiſſimarū quaſi oīm in pdicamēto ſubſtātię:
vt ſunt homo,aſinus,lignum,lapis,& huiuſmodi:& ſimiliter in pdicamēto quātitatis:vt ſunt
triangulus,quadrāgulus,& cęterę ſpecies figurarū:& plures in pdicamento qualitatis: vt albe
do,nigredo,calidū,frigidū,& huiuſmodi:& in relatione,duplum, ſubduplum,maius, minus &
hmōi:in actione calefacere,frigefacere:& in paſſiōe dolere,iraſci,& hmōi:& quęcūq; ſunt ī aliis
pdicamentis.iiii.nō niſi tranſlatiue deo attribuunt̄.ſecūdū ꝙ dicit Aug.v.de tri. Situs,habit⁹,
& loca,& tēpora,non dicuntur de deo proprie:ſed tranſlatiue, ac p ſimilitudinē dicunt̄ in illo.
Nā & ſedere ſup Cherubim dicit̄ quo ad ſitū:& abyſſum tanq̄ veſtimentū amictus ei⁹,quo ad
habitū:& Anni tui non deficient,quo ad tēpus:Si aſcēdero in cęlū tu illic es,quo ad locū. ¶Di V
ctam regulā de attribuendis deo p proprietatē,& nō attribuendis, cōſiderauit Anſel.quando
dixit mon.xv.c.Si quis diligēter ſingula intueat̄, quicquid eſt aut tale eſt vt ipm omnino vni-
uerſaliter in quolibet exiſtēti melius ſit q̄ nō ipſum: aut tale vt nō ipſum in aliquo melius ſit
q̄ ipſum,licet nō in quolibet alio.Ipm autē & nō ipm(vt dicit)nō aliud hic intelligit̄ q̄ veluti
corpus nō corpus,verū non verū:& ſimilia.Melius quidē omnino eſt ipm q̄ nō ipſum: vt ſapiēs
q̄ non ſapiens.Quis eñ iuſtus nō ſapiens melior videat̄ q̄ non iuſtus ſapiens:quia cōiunctum
illud melius eſt q̄ iſtud:eo ꝙ iuſtitia melior eſt q̄ ſapientia: non tñ eſt melius ſimpliciter nō ſa
piens q̄ ſapiēs.Omne quippe nō ſapiens ſimpl'r inquātū non ſapiēs, minus eſt q̄ ſapiēs: quia oīs
nō ſapiens melior eſſet ſi eſſet ſapiēs.Melius autē eſt in aliquo nō ipm q̄ ipm: vt nō aurū q̄ au
rū.Nam melius eſt homini eſſe non aurū q̄ aurum.q̄uis forſitan alicui melius eſſet eſſe aurum
q̄ non aurū:vt plumbo.Cum enim vtrūq;,ſcilicet homo & plumbum,ſit non aurū, tanto me-
lius aliquid eſt homo q̄ aurum,q̄to homo inferioris eſſet naturę ſi eſſet aurū:& plumbum tan
to melius eſſet,q̄to precioſius eſſet ſi aurum eſſet.hoc eſt dicere:qđ modo eſt plumbū:ſi idipm
a deo factum eſſet aurum,vel cōuerſum in ipſum:q̄to aurum melius eſt & precioſius plumbo,
tanto illa res melior eſſet & precioſior eo qđ modo eſt plumbum. Non tamen ſequitur ex hoc
ꝙ plumbum eſſet melius plumbum, vel ꝙ plumbum eſſe aurum eſſet melius plumbo, q̄ eſſe
plumbum,ſicut patet ex eo qđ ſupra dictū eſt de oliua.propter quod (vt credo) dixit forſitan.
Nec etiam ex hoc ſequitur ꝙ melius eſſet vniuerſo ſi totum plumbum cōuerſum eſſet in au-
rum:quia tunc deficeret ei vna ſpecies,& melius & precioſius eſt vniuerſo ꝙ in ipſo ſint plū-
bum & aurum, q̄ ꝙ omne plumbum eſſet aurum.Ex quo(vt videtur)apparet ꝙ nulla ſit di- X
uiſio Anſel.prędicta:quoniam nihil eſt inuenire in creaturis quin nō ipſum in aliquo meli⁹ ſit
q̄ ipſum.Quicquid enim nō eſt plumbum,ſiue ſit creatura ſuperior in gradu ſiue inferior,me-
lius eſt plumbo nō eſſe illud q̄ eſſe illud:& hoc eadem ratione qua(vt dictū eſt)melius eſt plū-
bo non eſſe aurum q̄ eſſe aurum.& eadem ratione eſt melius ſimpliciter vniuerſo plumbo ſe-
cundum totam ſuam ſpeciem non eſſe illud q̄ eſſe illud. Falſum eſt ergo illud primum mem-
brum diuiſionis ꝙ aliquid in creaturis ſit tale vt omnino ſit melius eſſe ipſum q̄ non ipſum.
Et eſt dicendum ad intellectum regulę,ꝙ eſſe ipſum poteſt dici aliqđ de alio; & ſimiliter non
ipſum dupliciter,vel per exiſtentiam,vel per denominationem.Per exiſtentiam,dicendo hoc eſt
hoc per eſſentiā: vt ꝙ homo eſt animal rationale.Per denominationem,dicendo hoc eſt hoc per
inhęrentiam: vt ꝙ homo eſt albus: quia homo nihil eſt in re,niſi id quod re eſt animalitas cū
rationalitate.Non autē eſt re id qđ eſt albedo:ſed albedo ineſt ei.Primo modo ꝓcedit obiectio,

Y Nihil em̃ eſt in creaturis qđ omnino.i.cuilibet vniuerſaliter melius eſt eſſe ipſum q̃ nõ ipm̃.immo nõ eſt aliquid quin cuilibet alteri melius ſit nõ eſſe ipm̃ q̃ eſſe ipſum: ſiue illud ipm̃ fuerit ſubſtãtia ſiue accidẽs.Melius em̃ eſt plũbo nõ eſſe angelum q̃ eſſe: ſimiliter non eſſe ſcđm rem accidẽs illud qđ eſt ſapiẽtia,q̃ eſſe: vt patet ex dictis.Scđo modo regula eſt vera,& illo modo intelligẽda.Hoc em̃ modo ſiue per poſſibile,ſiue per impoſſibile melius eſſet cuilibet rei ꝙ eſſet ſapiens q̃ nõ ſapiens,iuſtum q̃ nõ iuſtum,& huiuſmodi. Vñ de accidẽtibus in creaturis q̃ iuxta dictã regulã aliquid nobilitatis ſimpliciter importãt,ĩtelligunt̃ ſumi deo attribuẽda:vñ & ſola talia a creaturis ad deũ tranſlata ꝓprie attributa dicẽda ſunt.& ſunt quaſi diſpoſitiões in deo & verę diſpoſitiones accidẽtales in creaturis. Et tunc non valet exemplum Anſel. de non ipſo qđ melius eſt alicui q̃ ipſum:vt homini nõ eſſe aurũ q̃ aurũ:quia de ſubſtantiis nihil ad iſtam regulã:ſed debet ſumi exemplũ de non ipſo:vt nõ eſſe amarũ melius eſt vino q̃ eſſe amarũ: quis ſine forte melius eſt alicui eſſe amarũ q̃ non eſſe:vt abſinthio.Regulã ergo ſuã ſic intellectã

Z vt iam dictum eſt,Anſel.applicat ad ꝓpoſitum,dicẽs.Cum igitur quicquid eſt ſi ſingula reſpiciant̃,aut ſit melius ipm̃ q̃ non ipſum,aut non ipſum in aliquo ſit melius q̃ ipſum, ſicut nefas eſt putare vt ſubſtãtia ſupremę naturę ſit aliquid quo meli⁹ aliquo modo ſit nõ ipſum,ſic neceſſe eſt vt ſit quicquid oĩno melius eſt ipm̃ q̃ nõ ipſum.Illa em̃ ſola eſt qua penit⁹ nihil meli⁹: & q̃ meli⁹ eſt oĩbus q̃ nõ ſunt qđ ipſa eſt.Ex quo cõcludit determinationẽ noſtram circa nõ attribuenda deo per ꝓprietatem,& attribuenda,dicẽs.Non igitur deus eſt corpus,vel aliquid eorũ quę corporei ſenſus diſcernũt.quippe omnibus his aliquid melius eſt,qđ nõ eſt qđ ipſa ſunt. Mens em̃ rationalis quę nullo modo corporeo ſenſu quid vel qualis vel quãta ſit percipit̃,q̃to minor eſſet ſi eſſet aliquid eorũ quę corporeis ſenſibus ſubiacẽt,tãto eſt melior q̃ quodlibet eorum.Penitus enim ipſa ſumma eſſentia tacenda eſt eſſe quodlibet eorũ quibus eſt aliquid melius qđ nõ ſunt ipſa:& eſt omnino ſicut ratio docet,quodlibet eorũ quib⁹ omne qđ nõ ſunt ipſa inferius eſt.quare(vt cõcludit) neceſſe eſt eã eſſe viuentẽ,ſapientẽ,potentẽ,ſubſtantiã ęternam & quicquid abſolute melius eſt ipm̃ q̃ non ipm̃.Quid ergo quęrit̃ amplius,quid ſumma ſit illa natura,ſi manifeſtũ ſit quid oĩm ſit,aut quid non ſit?Reuera nihil.Euacuat em̃ dicta regula totũ quęſitum,& fundatur ſup ſignificata noĩm rebus p̃dicamẽtalibus impoſitorũ. In rebus em̃ in quibus ipm̃ eſt omnino melius q̃ nõ ipm̃,noĩa earũ imponũtur ad ſignificandũ earũ naturas & eẽntias:vt habẽtes rationẽ ꝑfectiõis & dignitatis ſimplr̃ & abſolute.& ſic ſimplr̃ & abſolute ipſas ꝑfectiões earũ & dignitates ſignificãt,nõ ſub ratione alicuius limitatiõis in gradu dignitatis naturę ſuę,ꝓpter qđ nullo impediẽte poſſunt extẽdi ad ſignificãdũ per analogiã id qđ eis de ꝑfectione reſpõdet in creatore,& ꝑ hoc deo eminẽtiori modo attribui q̃ attribuunt̃ creaturę,licet ſub eiſdẽ nominib⁹ quib⁹ attribuunt̃ creaturis.Vnde Aug.lib.xv.de tri.c.iiii. Oportet eũ ſumme viuere,cũcta ſentire atq; intelligere,nõ corpus eſſe,ſed ſpiritũ, potẽtiſſimũ,ſpecioſiſſimũ,optimũ,iuſtiſſimũ,beatiſſimũq;.& ſequitur in principio.v.c.Hęc oĩa & quęcũq; alia cõſimilia more locutionis humanę digne de deo dici videntur. Quomodo autem a talibus aſcẽdendũ eſt vt cognoſcamus ſub modo eminẽtiori eſſe in creatore ea quæ dignitatis videmus in creaturis,& ſic intelligamus ea ſignificari noĩbus creaturarũ,determinatũ eſt in p̃cedentib⁹.In rebus vero ex quib⁹ alicui melius eſt eſſe nou ipm̃ q̃ ipſum: noĩa earum imponunt̃ ad ſignificandũ earũ naturas & eſſentias,nõ vt habẽtes rationẽ ꝑfectiõis & dignitatis ſimpliciter: ſed alicui tm̃:& ſic nõ abſolute ipſas ꝑfectiones earũ ſignificãt:ſed ſub ratione alicuius limitatiõis in gradu aliquo dignitatis naturę. ꝓpter qđ impediente ratione limitationis cadẽte in nominis ſignificatiõe nõ poſſunt extẽdi ad ſignificandũ per analogiam id qđ eis de ꝑfectione reſpondet in creatore.Et ideo nec deo poſſunt attribui,niſi per ſimilitudinẽ,quia id qđ in deo eis reſpondet omnino illimitatum eſt.

A
Ad primũ prin.

¶Ad primũ in oppoſitũ ꝙ omnes creaturę per ęqualem diſtantiã ſe habẽt ad deũ ergo ęqualiter poſſunt ei attribui,Dicẽdũ ꝙ licet oẽs creaturę ꝑ ęqualẽ diſtãtiã ad deũ ſe haberẽt:& oẽs eẽnt ęquales quo ad gradus naturę, qđ nõ ẽ verũ:vt patet ex dictis:& licet etiã quo ad rationẽ ĩfinitatꝭ ei⁹ oĩa ęq̃lit̃ diſtẽt ab eo,ſupiora.ſ.& ĩferiora:vt ꝓcedit obiectio:tñ q̃a aliquę res etiã ĩferioris grad⁹ dicũt aliq̃d qđ ſimplr̃ ẽ meli⁹ ipm̃ q̃ nõ ipm̃:aliq̃ vero ſupioris grad⁹ dicũt aliq̃d qđ nõ ſimplr̃ ẽ meli⁹ ipm̃ q̃ nõ ipm̃. Verbi gr̃a,Lux inferioris grad⁹ eſt ſole q eſt fons luminis & ſubiectũ, & luminis naturalis origo:q̃a tñ lux ſignificat id qđ meli⁹ eſt oĩno ipm̃ q̃ nõ ipm̃. Quodlibet em̃ meli⁹ ẽ ſi luceat q̃ ſi nõ luceat,aliis eiſdẽ retẽtis.Lux em̃ ĩponit̃ ad ſignificãdũ rẽ ſub ratiõe cuiuſdã manifeſtatiõis ꝑ ipam faciẽdę.dicẽte aplo Eph.v.Oẽ em̃ qđ manifeſtat̃ lumẽ ẽ.ꝓpt qđ ꝓprie attribuit̃ deo dicẽdo ꝙ de⁹ lux ẽ.Sol vero ſignificat id quo aliq̃d me



lius eſt nõ ipſum q̃ ipſum:vt eſt mens rationalis humana vel angelica.Et ideo deo attribui nõ poteſt dicẽdo deus eſt ſol,niſi per quãdam ſimilitudinẽ:dicẽte Augu.v.de tri.c.i.Qđ nõ inuenimus in meliore noſtro,nõ debemus in illo quęrere qđ lõge melius eſt meliore noſtro.

B
Ad ſecũdũ

¶Ad ſecũdũ ꝙ deus oĩa quę ſunt pręhabuit:& ab oĩbus denominat̃:ergo &c̃. Dicendũ ꝙ oĩa pręhabere facit ꝙ omnia poſſunt attribui per ſimilitudinẽ, nõ autem per ꝓprietatẽ. ad hoc em̃ plus requirit̃:vt iã expoſitum eſt. Ex parte autẽ denominationis etiã dicendũ eſt,ꝙ eſt quædã denominatio ꝑ attributionẽ ſimilitudinis,& hoc modo ſcđm Diony.ab oĩibus denoĩatur, & noĩb⁹ omniũ noĩatur,ſecundũ ꝙ probat inductio facta in argumẽto.Eſt autẽ alia denoĩatio per attributionẽ ꝓprietatis,& hęc eſt duplex:vel vniuoce,vl̃ analogice.Primo mõ nullius rei createę nomẽ ei attribuit̃:quia in nullo cum creatura vniuocatur:nec ſic res alicuius creaturę eſt in deo:vt infra videbit̃.Secũdo modo noĩa aliquorũ,& nõ oĩm ei attribuunt̃:vt dictũ eſt. Et ꝓpter hãc diuerſitatẽ dicit Diony.in eodẽ.c.i.de di.no.ꝙ theoſophi deũ multiuoce ex oĩbus creaturis laudãt:vt bonũ:vt ſapientẽ:vt ſolem,ſtellã,ignẽ,& huiuſmodi.poſt quę ſubdit.Et eſt oĩa quæ ſunt,& nihil eorũ q̃ ſunt.Sic igitur oĩm cauſę & ſup oĩa enti & innoĩabili adunabunt̃ oĩa:& omnia eorũ q̃ ſunt nomina.

Ad arg.in oppoſitum

¶Per iam dicta patet quomodo reſpõdendum ad argumẽta duo in oppoſitum.

C
Queſt.III.
Argu.1.

CIrca tertiũ arguit̃,ꝙ ſpecies alicuius p̃dicamẽti deo poteſt attribui ita ꝙ non genus.Primo ſic.Auguſt.dicit.v.de tri.c.i.Intelligamus deũ ſi poſſimus quãtum poſſumus ſine qualitate bonũ,ſine quãtitate magnũ.bonum autẽ & magnũ ſunt ſpecies,qualitas vero & quantitas ſunt genera.ergo &c̃.

2

¶Scđo ſic. Si genus & ſpecies ſimul deo attribuerent̃,cũ ea quę deo attribuunt̃ ſcđm veritatẽ ſunt in ipſo,& genus & ſpecies ſe habent ſicut vniuerſale & particulare, eſſent ergo in deo vniuerſale & particulare.cõſequẽs falſum eſt:vt infra oſtẽdet̃.ergo & añcedẽs.

In oppoſi. primum.

¶In oppoſitũ arguit̃ Primo ſic.Bñ q̃rit̃ de deo qualis ipſe eſt aut quãtus:& reſpondet̃ bonus vel magnus,& hoc nõ ſolum ſatiſfaciendo interrogãti:ſed etiã interrogationib⁹. Hoc autem nõ fit niſi ſupponẽdo ꝙ ille de quo interrogat̃ ſit qualis vel quãtus.ergo &c̃.

2

¶Scđo ſic.Cui attribuit̃ ſpecies, ei attribuit̃ & quicquid eſt de eſſentia & ꝑfectione ei⁹:quia qđ eſt de ratione perfectionis eſſentię rei,deo maxime attribuit̃. genus eſt de eſſentia & perfectione ſpeciei:quia ſpecies ex genere & differentia conſtituitur.ergo &c̃.

D
Opi.quorũdam.

¶Ad hoc dicũt aliqui propter dictã auctoritatẽ Auguſtini.v.de tri. ꝙ genus in p̃dicamẽtis accidẽtiũ,qualitas.ſ.& quãtitas, a quibus ſpecies deo attribuunt̃, rationẽ inhęrentis & denominãtis ĩportat:& hoc vel vt informãtis,ſicut qualitas:vel vt mẽſurãtis,ſicut quantitas.qđ quidem eſt ratio impꝑfectionis,quæ omnino deo repugnat.Et ideo(vt dicũt)genera iſta deo nõ attribuunt̃,ſed ſpecies:quia talem impꝑfectionẽ nõ ĩportat.Qđ reuera dicũt vere:ſed ſermone nõ perſcrutato. Quicquid em̃ in genere eſt,deſcendit in quãlibet eius ſpeciem, p̃terq̃ illa intẽtio q̃ genus denominatur generaliſſimũ vel ſubalternum.Quare cũ ratio inhęrentis,& denominãtis,ſiue vt informantis,ſiue menſurantis non ſit in p̃dicamento qualitatis aut quãtitatis,illius intentionis ratio qua eſt genus.Tunc em̃ eſſet ratio inhęrentis in p̃dicamento ſubſtãtię,quia in illo eſt ratio generis:ſed iſtud falſum eſt. Cum igitur quicquid eſt ĩ genere quocũq; p̃ter illã intẽtionẽ qua dicit̃ genus,deſcẽdat cũ re generis in quãlibet ei⁹ ſpeciem: igit̃ res tota generis deſcẽdit in ſpeciem ſub omni ratione ſua,excepta ratione illa intẽtionis ſecũdę qua dicitur genus.Ratio igit̃ illa inhęrentis & denominantis ſicut eſt in genere:ſic & a genere deſcẽdit in quãlibet eius ſpeciem:& ita quęcunq; imperfectio ex hoc eſt in genere: ſimiliter eſt & in ſpecie.Nam ſicut qualitas in creaturis ſignificat per modum inhęrentis & informantis, ſimiliter & ſapientia & bonitas: & ſicut quantitas ſignificat per modum inhærentis & menſurantis,ſimiliter & magnitudo & multitudo quæ ſunt eius ſpecies. Si ergo ratione illius imperfectionis genus qualitatis & quãtitatis deo non poſſit attribui,eadẽ ratione neq; ſpecies: & ecõtra ſi ſpecies attribuitur, & genus, niſi aliud obſiſtat.

E
Reſponſio.

¶Dicendum eſt ergo:ꝙ quia ſpecies in ſe habet totam naturam generis, & non habet eſſe genus niſi in ſpeciebus: ita ꝙ ſemper eadem ſit natura rei in ſpecie & in genere: Idcirco oportet ꝙ ſi res ſpeciei ſit aliquid quod eſt melius omnino ipſum q̃ non ipſum, & ſimiliter res generis & econuerſo. Hoc autem facit (vt dictum eſt) ꝙ res alicuius prędicamenti deo poſſit attribui per proprietatem, de qua attributione loquimur in hac quæſtione. Abſolute igitur concedendum ꝙ non poteſt ſpecies alicuius prędicamenti deo attribui quin ſimiliter ei attribuatur & genus. Dico quo ad rem ipſam generis, non autem quo ad rationem informantis vel menſurantis, quæ eſt propria ratio generis:

licet ipſa deſcendat in ſpeciem cū re generis:vt dictum eſt.Cuius ratio eſt,quia res ſpeciei in ſe
duo cōtinet:videlicet genus & differentiā,& rationes proprias vtriuſqꝫ:quę ſic ſe habēt ,ꝙ ra
tio differentię a qua ſpecies cōſtituit̄ in eſſe ſpecifico,aliquādo eſt ratio nobilitatis, vbi ratio ge
neris eſt ratio ignobilitatis.Verbi gratia:Ratio mēſurandi quæ eſt ꝓpria ratio quātitatis,quia
limitationē dicit,quid ignobilitatis eſt in qualibet quātitate inquantū quātitas eſt . Ratio vero
eminētię dicit quid ſimpliciter nobilitatis in magnitudine inquantū magnitudo eſt,& eſt pro-
pria ratio differētię quātitatis in magnitudine.Propter qđ cū nihil ignobilitatis,ſed ſolū id qđ
eſt ſimplr̄ nobilitatis, deo attribuēdū eſt, vt dictū eſt,& res vna ſimplex ē res generis & differē
tię in qualibet ſpecie accidētis:tota igitur res generis quantitatis in ſpecie ſua quæ eſt magni-
F tudo,attribuitur deo ſcđm rationem differentię,non autem ſm̄ rationem generis.
Ad primū prin. ¶Nunc autem quia ſic in ſpecie genus & differentia ſe habent,ꝙ genus eſt mate-
riale in ipſa,differētia autem formale,ꝓpter hoc ſpecies tenet rationē differētię,nō aūt generis.
vnūquodqꝫ em̄ ſemper ſequit̄ rationē formalis ī ſe:quēadmodum cōpoſitū ex materia & forma
tenet rationē formę:vt dicatur eſſe aliquid in actu propter formā,cuius ratio eſt ꝙ ſit actus,&
non in potētia ꝓpter materiā,cuius ratio eſt ꝙ ſit in potētia.Licet ergo res generis tota cū ſua
ratiōe deſcēdat in ſpeciē,ſequit̄ tn̄ ſpecies rationē differētię principaliter. Idcirco ergo dicit̄ ſpe
cies deo attribui,non autē genus:licet in ſpecie attribuitur eidē res generis,ſicut & contingit̄
aliquādo ecōuerſo:ꝙ propter rationē ignobilitatis quā dat ſpeciei differētia, ipſa deo nō attri
buitur, ſed genus quia ex ſe habet rationem nobilitatis, bene ei attribuitur:vt patet in agere
& currere.Agere em̄ attribuimus deo:nō autē currere. Qꝛq̄ ergo in creaturis om̄is alia ratio
generis ab illa qua genus dicitur,cū genere deſcēdat in ſpeciem:quia tamen ſpecies non ſequi-
tur,neqꝫ tenet illam rationem generis:ſed differentię:idcirco ſpecies poteſt attribui deo, nō au
tem genus,& econuerſo. Et hoc intellexit Auguſtinus dicens ꝙ deus eſt ſine qualitate bonus.
qđ nō dixit propter rem qualitatis,ſed propter rationē quam habet: vt per ſe ſignificat̄ ſub no
mine qualitatis:non autē vt deſcēdit in cōpoſitionem ſpeciei ſub ratione differētię.Et ſic patet
G reſponſio ad primū. ¶Ad ſecundū: ꝙ ſi res generis cum re ſpeciei attribueretur deo : tunc in
Ad ſecūdū deo eſſent vniuerſale & particulare:Dicendū ꝙ verum eſt ſi vniuoce & ſub eadē ratione reifie-
ret attributio,qđ nō eſt verū:vt dictū ē,& ampliꝰ infra dicet̄.Quia ergo nō ſub eadē ratiōe rei
ſed ſub alia ſunt in deo & in creaturis: & ſub illa ratiōe qua ſunt in creaturis habēt rationem
vniuerſalis & particularis:& ponunt aliquā compoſitionē in ſpecie:in deo ſunt ſub eſſe omni-
no ſimplici etiā quæ de diuerſis p̄dicamentis ei attribuunt̄:vt bonitas & magnitudo,ſine omni
H ratione vniuerſalis & particularis:vt inferius declarabitur.¶Ad primū in oppoſitum,ꝙ ad in
Ad primū in oppoſi. terrogationē de deo per qualis & quātus reſpondet̄ ꝙ eſt bonus & magnus:ergo pōt dici qua-
lis & quātus,& ſic genus deo attribuitur ſicut ſpecies:Dicendū ꝙ in illis interrogatiōibꝰ qua-
lis & quātus aut ſolūmodo ſupponunt res generū ratione rerum abſqꝫ ſuis propriis rationibꝰ
aut reſpōſio licet ſatiſfaciat interrogāti quo ad ipſas res,nō tn̄ quo ad ipſas rationes.immo fal
ſum ſupponerēt q̄ſtiones, īplicando res ſub ſuis rationibus . ſicut cū Pilatus q̄ſiuit de Chriſto:
Quid em̄ mali fecit? ſi aliquis diſcipulorū reſpondiſſet,ipſe docuit deū colere:ſatiſfeciſſet inter-
rogationi quo ad rem quæſitam,ſiue quo ad ſubſtantiam facti,non autē quo ad modū facti,per
hoc inſinuando ꝙ queſtio quo ad hoc falſum ſupponit.¶Ad ſecundum patet ex dictis.

I
Que.IIII. Argu.i. CIrca quartū arguitur,ꝙ attributa deo nō ſignificāt aliquid poſitiue,& abſo-
lute,ſic.attributa omnia,eſſe dei & eius eſſentiam pręſupponendo,deo attri
buuntur.Vnde dicunt̄ attributa,quia eſſe vel eſſentię eius tributa.& eſt eſ-
ſentia vel eſſe dei,quaſi ſubiectū attributoꝝ & ꝓprietatū diuinarū.ſed nihil
abſolutū pōt eſſentię dei attribui poſitiue,ꝓpter perfectionē & ſimplicitatē
eius.Perfectioni em̄ repugnat additio,& ſimplicitati repugnat alietas:vt pa
tet ex ſupra determinatis de ſimplicitate , & ex infra determinandis de perfectione . ergo &c.
2 ¶Qꝛ ſimiliter nō ſignificant aliquid poſitiue in reſpectu,arguit̄ ſic.verius eſſe habet quid in ſe
abſolutū q̄ reſpectiuū ſolū. propter qđ relatio debilius eſſe habet q̄ ſubſtātia,qualitas,aut quā-
titas.ſed attributa deo a creaturis verius eſſe habēt in deo q̄ in creaturis:vt dictum eſt ſupra,
& dicet̄ infra.Sed in creaturis ſignificāt aliqđ eſſe abſolutū: vt bonitas,ſapiētia,veritas,& hu-
3 iuſmodi.ergo &c̄.¶Pręterea ſi ſignificarēt aliquid in reſpectu:tūc intelligēs aliquod attributū
in deo non ſtaret in abſoluto:ſed qđ intelligeret ad alterū referret:quia aliter non eſſet intelle-
ctus verus qui ſequit̄ cōditionē intellecti.illud aūt falſum eſt:vt videtur.Intelligēs enim deum



verum,bonum,ſapientem,& huiuſmodi,ſtat in abſoluto.ergo &c. ¶Qꝛ non ſignificant negatiue: 4
arguitur ſic.quia tunc verius prędicarent̄ de creaturis:cū in eis aliquid poſitiue dicunt:q̄ de deo.
¶Item cum negatio pura nihil dignitatis ponat:nihil igitur dignitatis notaretur circa deum:cū 5
diceretur bonus,ſapiens,& huiuſmodi.Conſequens eſt falſum:quoniam hoc eſt contra intentionē
omnium enūciantium talia de deo.ergo &c.¶Item ſi deus diceretur ſapiens:quia non eſt ignorās: 6
tunc ſimiliter dici poſſet aſinus:quia non eſt lupus.

¶Quæſtionem iſtam de ſignificato attributorum diuinorum ſub nominibus im K
poſitis creaturis a quibus aſſumuntur & transferūtur ad deum,poſſumus intelligere generaliter: Reſolutio q.
& de illis attributis quæ attribuuntur deo per quandam ſimilitudinem:& de illis quæ attribuun
tur eidē per proprietatē.Si ergo loquamur de attributis per ſimilitudinē:Dicēdum ꝙ planū eſt il
la ſignificare poſitiue rem aliquā in creaturis:ſed non ſignificāt illā ineſſe deo: ſed ſolū ſignificāt ei
dem ineſſe ſimilitudinem eius:vel quę pertinet ad diuinam perfectionem cōtinentem omnium re
rum perfectiones in ſe:vel quę pertinet ad aliquam eius proprietatem:vt patet ex præcedentibus.
Pondus ergo huius quæſtionis totaliter vertitur circa ea quæ attribuuntur deo per proprietatē: L
& eſt dicendum ꝙ ſignificatum nominis eſt quadruplex.Aut enim nomē ſignificat poſitiue & ab
ſolute:aut poſitiue & in reſpectu:aut negatiue & abſolute:aut negatiue & in reſpectu . Et ſecūdū
hoc q̄ſtio iſta de ſignificato attributoꝝ.iiii.habet mēbra:& quodlibet eorum ſcđm varia attributa
habet multiplicari in tria:& ſic habet mēbra.xii.an.ſ.oīa attributa ſignificant poſitiue & abſolute:
an nullum:an aliquod ſic & aliquod non: & ſic de aliis tribus membris principalibus. Vnde per-
plexa eſt quæſtio:& procedendum eſt in ea diſtinguendo:& in membris diſtinctionis diuerſa dicta
doctorum circa eam exponendo.¶Ad propoſitam igitur quęſtionem credimus dicendum diſtin-
guendo ꝙ in ſignificato nominis aſpiciendum eſt ad duo: & ad rem ipſam ad quā ſignificandam M
imponitur:& ad rationem impoſitionis ipſius , hæc enim differunt inter ſe . Si enim inſpiciamus Reſponſio
ad rem ſignificatam,omnino idem ſignificant lapis & petra:Si vero inſpiciamus ad rationē impo-
ſitionis nominis,lapis imponitur a proprietate agēdi.dicitur em̄ lapis quaſi lædens pedē:petra ve
ro a proprietate patiendi : quaſi pede trita. Si igitur in ſignificatis nominum deo attributorum
aſpiciamus ad rem per nomina ſignificatam, ſubdiſtinguendum:quoniam aut aſpicimus ad rem
quam ſignificatam per nomē diſtincte & in particulari intelligimus:aut aſpicimus ad rem quā ſi-
gnificari per nomen diſtincte & in particulari intendimus. Primo modo nullum nomen omnino
ſignificat poſitiue aliquid eius qđ eſt in deo.Si enim per nomen aliquod poſitiue de deo ſignifica
tū intelligamus,hoc eſt valde in generali:& incomplete: & hoc quantum ex creaturis elici poteſt:
ſecūdum ſupra determinata. Vnde Dionyſius de diuinis nominibus.cap.ii. Omnia diuina quęcū
qꝫ nobis manifeſtantur, in participibus ſolis cognoſcuntur:hæc autem qualia ſunt ſecundū prin-
cipium & fundamentum,ſuper intellectum ſunt & omnem ſcientiam.& poſt modicum ſubdit.Ip
ſum vero iuxta omnium intellectualium operationum abſolutionem deſideramus : nullam oſten
dentes deificationem,aut vitam,aut eſſentiam: quæ diligenter ſimilis eſt omnium remote : iuxta
omniū rerū ſup eminentiā cauſę.& infra ſtatim.Quomodo autem hęc ſunt,neqꝫ dicere,neqꝫ intel
ligere poſſibile eſt:ſed vſqꝫ ad hęc eſt oīs noſtræ intellectualis actionis virtus.Vnde & dicit in epi-
ſtola ad Caium. Siquis videns deum intellexit quod vidit:non ipſum contemplatus eſt : ſed quid
eorum ab ipſo exiſtentium & cognitorum : ipſe autem ſuper animum & eſſentiam ſupercolloca-
tus,vniuerſaliter non cognoſcendo neqꝫ videndo cognoſcitur:& ipſius ſecundū ꝙ melius ꝑfectiſſi N
ma ignorantia:ſcientia eius eſt ſuper omnia cognita. Vnde dicit & Rabi Moyſes.iii.lib.cap.xxxiii.
Non eſt via ad demonſtrandum ipſum niſi per creata ſua:aliquo tamen modo generali & confu-
ſo pes rationis fixus in creaturis vltra creaturas quaſi collum erigens ſe eleuans conſpicit ipſum
ſub ratione generalium attributorum.quæ ſunt verum,bonum,& huiuſmodi:vt ſupra determi-
natū eſt.Vnde quia id quod per huiuſmodi nomina deo attributa diſticte & in particulari intel
ligimus,non eſt niſi qđ in creaturis cōſpicimꝰ: hoc ergo mō attributa in deo nihil poſitiue & ab-
ſolute ſignificant:niſi valde confuſe & imperfecte : immo omnia (vt dicit Rabi Moyſes)impoſita
ſunt ad negandum aliquid ab eo:aut ad indicandum aliquem reſpectum in eo.Qꝛ autem in par-
ticulari attributa nihil ſignificant in deo poſitiue & abſolute, quod ſignificari per nomen diſtin-
cte & in particulari intelligimus : ſed ſolum aliquid in creaturis : dicit Rabi Moyſes libro primo
cap.lii. loquens de attributis,Intentio ( inquit ) omnium iſtorum eſt ad ſignificandum perfectio-

nem in creatore: non ad tribuendum aliquid ſubſtantiæ eius. Dico ſecundum ꝙ inuenitur in re: vnde (vt dicit) iſtæ diſpoſitiones non conueniunt ei cum intendimus in ſubſtantiam eius: ſed cum intendimus in creata ipſius. Qꝫ tamen in generali, licet imperfecte, ſignificant aliquid in deo poſitiue, & abſolute, dicit conſequenter in capitulo. lvii. Enunciatio (inquit) de creatore per verba negatiua eſt vera, in qua non cadit dubitatio: ſed enunciatio per verba affirmatiua partim eſt in æquiuocatione: partim in imperfectione. Intelligo in æquiuocatione, habendo aſpectum ad illud quod per huiuſmodi nomina in deo ſignificari intendimus. Aequiuoce enim dicitur bonum de deo & de creatura: vt infra videbitur. Vnde dicit idem capitulo. lix. In enarratione ipſius per affirmationes eſt magnum periculum: quia quicquid credimus eſſe perfectionem in agnitionibus ſecundum ſenſum credentium, non eſt de genere perfectionis quam nos opinamur: ſed dicitur æquiuoce ſolummodo: nec conuenit creatori: & ideo de neceſſitate oportet procedere ad rationem abnegationis. Intelligo autem in imperfectione habendo aſpectum ad illud quod per huiuſmodi nomina de deo ſignificari intelligimus. Per illud enim quod in ſpeciali intelligimus ex creaturis: ſaltem manuducimur ad credendum, licet non ad intelligendum perfecte quid exprimere intendimus. vnde dicit in capitulo. lvii. Abnegationes communicant cum affirmationibus: quia non poteſt eſſe vt non terminentur per aliquem terminum: licet nihil ſit determinatiuum. Vnde negationes ſunt neceſſariæ intellectui vt per eas demonſtretur primo quid oportet non credere de creatore: quod eſt præparatio ad illa quæ oportet credere. Et ſic patet ꝙ attributa ex creaturis: vt ſignificantia ſunt rem quam diſtincte & in particulari per nomina intelligimus: etſi negatiue aliquid de deo ſignificant: hoc eſt vt per negationem veriſſima affirmatio nobis incomprehenſibilis credenda inſinuetur. Vnde dicit Auguſtinus. xv. de Trinitate capitulo quinto. Incorruptibilis vel immortalis ideo deus dicitur, vt ſpiritus credatur. Et Dionyſius ſeptimo capitulo de diuinis nominibus. Non intellectuale & non ſenſuale per excellentiam non per defectum in deo ordinandum: quia conſuetum eſt theologis contrario mentis affectu in deo quæ ſunt priuationes repellere. ſic inuiſibilem aiunt claram lucem. Et Rabi Moyſes libro primo capitulo. lix. Cum dixeris ꝙ creator ſcit ea quæ ſcit ſcientia inuariabili quæ non multiplicatur: & quæ ſemper variantur ſine renouatione ſcientiæ: iam oſtendiſti ꝙ eſt ſciens non ſcientia ſimili noſtræ: & ita ſequitur vt ſciat non eo modo quo nos ſcimus. Iã ergo induxiſti negationes neceſſario: nec inueniſti veritatem agnitionis ſubſtantialis: ſed inueniſti ꝙ credis, ꝙ habet ſcientiam: & ꝙ habet agnitiones quæ non ſunt ſcitæ. Ex quo concludit dicens. Neceſſarium eſt igitur vt credas ꝙ omnia ex agnitionibus dicta ſunt ad demonſtrandum ipſius perfectionem: vel ſunt agnitiones operum quæ proueniunt ex ipſius virtute. & quomodo hoc: ſtatim inferius explicabimus. Sic ergo patet quid ſentiendum eſt de ſignificato attributorum aſpiciendo ad rem quã per nomina ſignificatã diſtincte & in particulari intelligimus. Si vero aſpiciamus ad rem quã per nomina attributorum ſignificari intendimus, hoc modo oĩa attributa per proprietatem accepta a creaturis: vt ſunt illa quæ important aliquid q̄d eſt dignitatis ſimpliciter iuxta regulam ſupra expoſitam, ſignificant aliquid de deo poſitiue: quod ſcilicet per eminentiam deo conuenit ſuper id quod velut ſimile eius, licet æquiuoce, eſt in creaturis. Propter quod motus eſt Dionyſius dicere de deo: ꝙ non eſt bonus vel ſapiens: ſed ꝙ eſt ſuperbonus & ſuperſapiens: & huiuſmodi: per hoc proculdubio intendens ſignificari aliquid poſitiue in deo: in quo ſupereminet creaturis: licet illud vt homo intelligere non potuit: & hoc quemadmodum hoc nomine deus omnes ſignificare intendunt quod cæteris omnibus anteponendum eſt: & tamen quid ſignificare intendunt non perfecte intelligunt, vt determinat Auguſtinus libro primo de doctrina Chriſtiana: cum dixiſſet ibidem. Res quibus fruendum eſt, pater & filius & ſpiritus ſanctus, eademq; trinitas vna quædam ſumma res. Si tamen res non rerum omnium cauſa ſit: ſi tamen & cauſa. Non enim facile quod tantæ excellentiæ conueniat poteſt inueniri: niſi ꝙ melius dicitur trinitas vnus deus. Poſtmodum ſubiunxit interrogando dicens. Dixi ne aliquid, & ſonuimus aliquid dignum deo? immo me aliud dicere q̃ voluiſſem ſentio. Si autem dixi, nõ eſt q̄d dicere volui: hoc vnum ſcio, ꝙ deus ineffabilis eſt: q̄d autem a me dictum eſt: ſi ineffabile eſſet, dictum non eſſet: ac per hoc quidem nec ineffabilis dicendus eſt Deus: quia & hoc cum dicitur, aliquid dicitur: & fit neſcio quædam pugna verborum: quæ ſilentio cauenda potius q̃ voce patenda eſt. Ecce quomodo Auguſtinus aliquid de deo ſignificare intendit: ſed non niſi imperfecte intelligere potuit. & illud intentum eſt id quod omnis catholicus per attributorum nomina deo tribuere



intendit: non vt aliquid inhęrens & ſuperueniens ſubſtantiæ eius: ſed quod eſt re ipſa ſubſtantia eſt: vt infra melius patebit. Et hoc eſt illud etiam ad cuius intellectum aliqualem nititur aſcendere q̄d neceſſe eſt fieri primo per abnegationem omnium eorum quæ inueniuntur in creaturis: & deinde per eminentiam ad illud q̄d eſt perfectionis in creatore: ſecundum ꝙ ſupra determinatum eſt ſecundum doctrinam beati Diony. Et ſecundum hoc quanto quis plura ſcit primo a deo remouere: & ſecundo per eminentiam ipſi attribuere: tanto cognitioni diuinorum magis appropinquat. iuxta hoc q̄d dicit Rabi Moyſes ca. lviii. Si non extat via ad apprehendendũ veritatem ſubſtantiæ creatoris: niſi quoniam nominationes attributiuæ remouentur ab ipſo: q̄d ergo apprehẽdit Moyſes magiſter noſter & Salomon, idẽ apprehendit vnus ex diſcipulis: nec erit ſuperadditio. Notũ autem eſt ꝙ magna præeminentia eſt vnius hominis ad alium in hac re. Et ſcias ꝙ ita eſt, quicquid enim addideris agnitionibus negatiuis: erit magis determinatum: & appropinquabit apprehenſioni illius: & eris propinquior, q̃ ille qui ignorat remouere agnitiones quę debẽt ab eo remoueri. Igitur tanto perfectior eris: quanto de pluribus probare poteris ꝙ abnegari debent a creatore. Quicquid autem attribuitur ei quaſi ſuperadditum, elongabit te a ſcientia veritatis eius. Ergo neceſſe eſt vt comprehẽdatur inquiſitione per abnegationem: donec ſciatur remotio eorũ quę ab eo ſunt remouenda: non ꝙ attribuatur ei aliquid quaſi additum ſuper ſubſtantiam eius: velut id q̄d attribuitur ſit perfectio in ipſo: ſed quia inuenitur perfectio in nobis, quicquid em̃ ei attribueris: nobis eſt perfectio: & nihil aliud eſt in eo: ſed ſua ſubſtantia eſt ſua perfectio. Et quoniam quilibet ſerit ꝙ non apprehendimus de creatore quid eſt niſi per abnegationem: abnegatio autem non facit ſcire aliquid de veritate rei a qua fit abnegatio: idcirco conuenerunt ſapientes: ꝙ ſcientiæ nõ comprehenderunt creatorẽ: & ideo non apprehendit quid eſt niſi ipſe: & apprehenſio noſtra reſpectu illius eſt defectus. Quicquid em̃ laudis vel exaltationis dicimus de eo, inuenimus ꝙ per illud diminuimus id q̄d pertinet ad ipſum: & videm⁹ ꝙ defectus eſt: & tacere melius eſt: & non expedit vt iſtud diuulgetur genti. Hęc oĩa vera ſunt: ſed exponenda iuxta prędeterminata: & concordant dictis Aug. & ſecundum hoc nullum eſt nomen attributi quo intelligimus ſignificari aliquid perfectionis in deo, niſi in generali: licet id ſignificare intendimus. In ſpeciali autem nihil intelligimus ſignificari nominibus impoſitis ab homine: niſi q̄d in creaturis videmus: ita ꝙ nomen propriũ diuinæ eſſentię & naturę q̄d reſpondet veritati & perfectioni rei, homo imponere non poteſt: q̄a qui non definit & diſcernit rem non poteſt ei nomen imponere: quoniam non eſt notũ ei: vt dicit Philoſophus in. vii. Metaph. vbi dicit Cõmẽt. Qui neſcit rem non ponet ei nomen. nullus enim ponit nomen rei quã neſcit. vnde ſolus deus põt tale nomen ſibi imponere q̄d congruit pfectioni naturę ſuę. Sed tñ etſi vocem noĩs hmõi haberemus, per ipſam in perfectum intellectum rei peruenire nõ poſſemus. Vnde de hmõi nomine dei ineffabili dicit Rabi Moyſes cap. lx. Oĩa nomina creatoris quę inueniuntur in libris, ſunt ab operibus ſumpta præter vnum nomen appropriatum: & idcirco vocatur nomen ſeparatum: quia ſignificat ſubſtantiam creatoris ſignificatione pura in qua nõ eſt participatio. Alia vero nomina ſignificant cum participatione: quia ſumpta ſunt ab operibus Et hoc nomẽ Adonai eſt agnitio alterius nominis q̄d eſt magis abſtractum q̃ alia nomina quę ſciuntur de deo. Omnia vero alia nomina ſicut iudex, iuſtus, gratioſus, pius, heloin, manifeſtum eſt generaliter ꝙ deciſa ſunt ab operibus. Nomẽ autem appropriatũ eſt q̄d ſcribitur & nõ legitur niſi in ſanctuario a ſacerdotibus ſanctis dñi tantummodo in benedictione ſacerdotali, & a maiori ſacerdote in die ieiunii. Et fortaſſe ſignificat ſanctum idioma, de quo habemus parũ apud nos, ſubſtantiã creatoris: in qua ſignificatione non participat cum aliquo ſuorum creatorum: ſed alia nomina ſignificant agnitiones quæ faciunt aſcendere in cor ꝙ ſunt agnitiones adiunctę creatori: hoc eſt virtutes perfectionis quę ſunt inuentę in eo. Nullum aũt nomen apud nos eſt q̄d non ſit ſumptũ ab ope, niſi nomen Tetragrãmaton, q̄d eſt quatuor literarũ, Ioth, He, Vau, Beth, ex quarũ cõiunctione nihil colligitur ſignificatiuum: ſed ex doctrina. De quo nomine ſubditur continuo in cap. lxi. Mãdatum accepimus ꝙ benedictio ſacerdotalis fieret cum hoc nomine q̄d eſt ſeparatum: nec ſciebat homo quomodo loqueretur in eo: vel qualiter deberet proferri quælibet literarum ipſius: ſapientes autem recipiebant vnus ab alio modum doctrinę: & quomodo loquerentur in eo: nec docebant illud aliquem niſi diſcipulum idoneum: & hoc ſemel in ſeptem annis: & non amplius. Et q̃uis ſecundum iam determinatum modum non eſt nomen neq; attributi: neq; aliud quo poſſumus deum perfectum nominare: vt eum perfecte intelligamus: tamen vt dicit Auguſtinus vbi ſupra de doctrina chriſtiana, cum de illo nihil dignum dici poteſt, admiſit humanæ vocis obſequium: & verbis noſtris in laude ſua gaudere nos voluit. Nam inde eſt ꝙ dicitur deus,

Non enim re vera in ſtrepitu iſtarum duarum ſyllabarum ipſe cognoſcit: ſed tñ omnes latinȩ lin
guȩ ſcios cum aures eorum ſonus iſte tetigerit, mouet ad cogitandum excellẽtiſſimam quandam
immortalemq; naturã: vt aliquid quo nihil ſit melius atq; ſublimius, illa cogitatio conetur attin
gere. Sic ergo patet quid ſentiendum eſt de ſignificato attributorum aſpiciendo ad rem ſignifica
P tam per nomina. Si vero aſpiciamus ad rationem & modum ſignificandi & impoſitionis nominis,
primo aſpiciendum eſt quid ſit illa ratio. Sciendum eſt ergo iuxta prædeterminata, ꝙ nomina at
tributorum prima impoſitione impoſita ſunt rebus quæ in creaturis dicunt aliquid quod eſt per
fectionis & dignitatis ſimpliciter: qđ melius eſt om̃ino eſſe ipſum q̃ non ipſum: & a creaturis trãſ
feruntur ad creatorem: non ſecundum naturam rei ſignificatæ: quia illa non habet ineſſe creato
ri: ſed ſecundum rationem illam nobilitatis quæ ſupereminẽter habet eſſe in creatore circa ipſam
diuinam eſſentiam, inquãtum habet in ſe rationes oĩm ꝑfectionũ, inquãtũ ſimpliciter perfectiones
ſunt in creaturis: vt infra videbitur. Cum enim ratio perfectionis ſapientiȩ propria in creaturis in
quantũ ſapiẽtia eſt, ſit illuſtrare virtutẽ cognitiuam: & ratio ꝓpria boni allicere affectiuam: ratio
nes iſtȩ quia ſimpliciter nobilitatis ſunt, ponẽdȩ ſunt exiſtere in perfectione diuinæ eſſentiȩ: vt ip
ſa inquantũ ex ſe habet rationẽ illuſtrantis, ſit veriſſime ſapientia: & tanto verius q̃ ſapientia crea
ta: quanto verius illuſtrat cognitiuã virtutem in deo ad cognitionem veri: q̃ illa illuſtret cogniti
uã virtutẽ in creatura. & ſic de bonitate & aliis attributis. Et iſta duo. ſ. eſſentia, & hmõi ratio, in
vno ſimplici conceptu incluſa conſtituunt attributum: & attributũ ambo in ſignificato nominis
ſui continet: ita tamen ꝙ formaliter imponatur nomen ab illa ratione, per quã differt ab eſſentia
vt abſolute conſideratur: & a quolibet alio attributo. Vnde & quaſi formaliter eſt conſtitutiua at
tributi qđ cõtinet in ſe eſſentiã quaſi materialiter. Attributum enim nihil aliud eſt q̃ ipſa diuina
eſſentia ſub rõne tali: & ſic ratio attributi eſt quaſi ſecũdum rationem aliquid additum ſuper di
uinam eſſentiam. Nunc aũt ita eſt ꝙ additio ſuper eſſentiam alicuius poſitiui & abſoluti, non po
teſt eſſe niſi alicuiꝰ differentis ab eſſentia re vel intẽtione: qa differens poſitiuũ & abſolutũ neceſſa
rio facit conceptum aliũ ab eo cui additur. Nõ eſt. n. poſitiuũ abſolutũ niſi ſecundũ ſe & abſolute
poſſit concipi: quia conceptus ſequitur conditionẽ & naturam rei. ita etiam ꝙ aliquando ratio ſe
parat: quȩ re ſeparari non poſſunt: vt dicit Cõment. ſuper. xii. Metaph. & ita additio poſitiui abſo
luti non eſt niſi in differentibus re vel intentione: quæ omnino diuinȩ ſimplicitati repugnant: vt
patet ex ſupra determinatis. Attributa ergo diuina quãtũ eſt de ratiõe impoſitionis nominis attri
buti a qua habet ꝙ dicatur attributum, non poteſt ſignificare aliquid abſolute poſitiuũ. Cum er
go pr̨eter rationem ſignificandi abſolute & poſitiue nõ eſt niſi ratio ſignificandi negatiue & in re
ſpectu: ſimpliciter ergo dicendum: ꝙ nullum attributum quantũ eſt ex ratione formali attributi
in deo: ſignificat aliqd abſolute poſitiue: etſi res ſignificata ſub ratione attributi. ſ. ipſa diuina eſſen
tia, ſit quid abſolutum & poſitiuũ. immo omnia attributa quãtũ eſt de ratione propria attributi:
aut ſignificant negatiue: aut in reſpectu. ſecundum ꝙ dicit Auicẽ. in. viii. Metaphyſicȩ ſuæ. Prima
proprietas de neceſſe eſſe eſt, quia eſt: de aliis quȩdam ſunt quibus intentio eſt eẽ cũ relatione: & q̃
dam ſunt in quibus eſt eſſe cum negatione. Ecce q̃ expreſſe dicit ꝙ om̃ia attributa ſignificant eſſe
quod eſt ipſa diuina eſſentia: ſed quædam cum annexa relatione: quȩdam vero cum annexa nega
tione. Et qđ amplius eſt: hic ſciendũ eſt ꝙ & ipſȩ negationes de deo dictȩ & ipſi attributȩ nõ ſunt
negationes abſolutȩ: ſed reſpectiuȩ: ita ꝙ ſecundum hoc abſolute dicendum eſt ꝙ omnia diuina at
tributa ſiue negatiue ſiue poſitiue dicta ſignificant de deo non aliquid abſolute (dico de ratione
formali attributi) ſed tãtũmodo in reſpectu. Vnde dicit Auicen. in eodem. Cum dixerimus & pro
bauerimus ꝙ neceſſe eſſe nullo mõ multiplicatur: & ꝙ eſſentia eius eſt pure vna, puriſſime vera,
non intelligimus per hoc ꝙ non ab ipſo remoueantur omnia quæ ſunt: & ꝙ non habet relatio
nes ad ea quæ ſunt. Hoc enim impoſſibile eſt: ab omni eñ qđ eſt negantur multi & diuerſi modi
eſſendi: & quicquid eſt, ad alia quæ ſunt habet modum aliquẽ comparationis & relationis: & præ
cipue id a quo fluit eſſe. Sed ꝑ hoc ꝙ dicimꝰ ipm̃ eſſe vnius eſſentiæ quæ non multiplicat̃, intelligi
mus ꝙ ipſum eſt in ſua eſſentia: & deinde ſequuntur ipſum relationes vel affirmatiuȩ vel negati
uæ multæ, & ipſæ ſunt comitantes eſſentiam. Ecce ꝙ reſpectus in deo diſtinguit per affirmatio
nes & negationes: ita ꝙ omnia diuina attributa ſiue affirmatiua ſiue negatiua non niſi reſpe
ctus ſignificant. Sed hoc ſecundum Auicen. viii. Meta. contingit tripliciter: quoniã quȩdã ſignifi
cant diuinũ eſſe cũ ſola negatiõe cõmixtũ: q̃dã vero cũ poſitiua relatiõe: q̃dã vero ſignificãt ipm̃
cõpoſitũ ex negatione & relatione ſimul. Illorũ aũt q̃ ſignificant cũ ſola negatione: adhuc duo ſũt
modi. Quædam eñ ſecũdum nomẽ vocis nõ a negatione ſeu priuatiõe imponũtur: ſed ex vi vo



cis ſolum poſitionem ſeu affirmationẽ exprimunt, quȩdam vero ex vi vocis a negatione ſiue priua
tione imponuntur. Secundum primum modum om̃ia diuina attributa de deo ſignificant aliquid
negatiue, transferendo. ſ. ipſa a creaturis ad deum: ſecundum rem quã ſignificatã per nomen intel
ligimꝰ: quȩ deo cõuenire omnino nõ poteſt. Et ideo hmõi nomina de deo dicũtur non ad ponẽdũ
aliquid in ipſo: ſed ad remouẽdũ ab ipſo imperfectiones oppoſitas in creaturis: & per hoc ipſa nega
tio reſpectiua eſt. Et hoc non ſolum habet veritatem de nominibus attributorũ: immo etiã de illis
q̃ transferũtur a creaturis ad ſignificãdũ ipſam diuinã eſſentiã: & ſic gñaliter de oĩbꝰ poſitiuis no
minibus a creaturis ad deum tranſlatis. ſecundum ꝙ dicit Auicen. viii. Metaph. Quæ commixta
ſunt negationi, ſunt hęc. Si quis dixerit de primo ꝙ ſit ſubſtantia nolens illũ ſubſtantiam eſſe, ſed
hoc eſſe a quo negat̃ eſſe in ſubiecto. Cum vero dicitur vnus: non intelligitur niſi ipſum eſſe nega
ta ab eo diuiſione per quãtitatem: & negato ab eo comite. Cum vero dicitur intelligentia, & intel
lectum, & intellectus, non intelligitur niſi quia ipſe eſt expoliatus in ſe: & negatur ab eo materiæ
cõmixtio & eius appẽdicia. Et quæ tali modo deo attribuuntur affirmatiue: quia affirmatio ha
bet virtutem negationis, om̃ia quo ad ſignificatum quod per nomẽ diſtincte intelligimus: vere re
mouentur. Et ſecũdum hoc dictũ eſt ſupra: ſecundũ Diony. de myſtica theologia. Deus neq; eſſen
tia eſt neq; vita &c. vt ſupra dictum eſt in alia queſt. Et ſecundum hoc dicit Rabi Moyſes cap. lvi.
Eſt, nõ in eſſentia: viuit, nõ in vita: & poteſt, non in potentia: & ſapit, nõ in ſapientia. Et per talem
attributionem ex creaturis cognoſcitur deus per creaturas via remotionis ſiue ablatione: ſed non
vt ſtetur in negatiõe: ſed vt per illam inſinuetur nobis aliquid credẽdum in deo qđ ſupereminet
ei qđ ſibi ſimile eſt & alicuius perfectionis in deo: licet nos illud intelligere niſi in generali nõ poſ
ſimus: vt iã ſupra expoſitũ eſt. Et ꝑ talẽ attributionẽ ex creaturis cognoſcitur deꝰ ꝑ creaturas via
eminẽtiæ: & quantum ad illud ſupereminens inſinuatum per negationem, omnia quȩ nobilitatis
ſunt ſimpliciter ſiue noĩa eſſentiȩ ſiue attributorũ de deo ꝑdicãtur affirmatiue rõne rei ſignifica
tȩ quã per nomen ſignificari intendimus: non nominibus ſimplicibus de vi vocis reſpectũ non ex
primentibus: vt ſunt eſſentia, ſubſtantia, bonitas, ſapientia & hmõi, ſed cum hac præpoſitiõe ſup.
vt ſecundum doctrinam Diony. deus non dicatur ſubſtantia vel bonus vel ſapiens: & hmõi, pro
pter id qđ in hmõi nominibus ſignificatũ in creaturis intelligimus: ſed ſuperſubſtantia: ſuperſapi
ens: ſupbonus & hmõi: ꝓpter id qđ in hmõi nominibus in deo ſignificari intẽdimus. Et quia hu
iuſmodi ꝑpoſitio expreſſe reſpectum importat ad creaturas, idcirco hmõi attributa non niſi ſub Q
ratione poſitiui reſpectus ad creaturas aliqd ſignificant. & ſic negationes illȩ quæ inſinuant hmõi
affirmationes nõ ſolũ reſpectum important negatiuum: ſed etiam poſitiuum: ſed ſecundario. Illa
vero nomina quæ a negatione ſiue priuatione ſecũdũ vocẽ imponunt̃: vt ſunt incorporeum, im
mortale, & hmõi: quia non negant a creatore niſi ꝙ ſecundum veritatẽ defectus aliquis eſt in crea
turis (ex eis enim quȩ in ſe habet nihil poteſt ab eo vere negari) patet ꝙ hmõi negatio nõ eſt niſi
reſpectiua ad creaturas: & cum hoc non eſt niſi ad inſinuandũ alicuius contrarii veram poſitionẽ.
Alia vero noĩa ſignificãt eſſe dei cũ aliq̃ relatione: ſed iſta relatio põt intelligi dupliciter. Vno mõ R
in reſpectu ad rem creatam: vt extra deum exiſtentem. Alio modo in reſpectu ad intellectum: vt
eſſe dei ſub alia & alia ratione concipientẽ. Primo modo triplici mõ attributa ſignificant ſub ratio
ne reſpectus ad creaturas: vt ad diuina opera: ſecundum ꝙ dicit Rabi Moyſes lib. i. cap. lii. loquens
de diuinis attributis. Sunt autem pro maiori parte diſpoſitiones operum ſuorum. Nec multum
refert ꝙ illȩ diſpoſitiones & nominationes ſunt ſecundum opera: vel ſecundum varias cõpationes
inter ipſum & operata: vel vt credatur ꝙ ſint diſpoſitiones quȩ demonſtrant ſuper perfectione ꝑ
viã ſiĩitudinis in ꝑfectione rerũ quas intelligimus a nobis. Et dicit pro maiori parte, ꝓpter illa no
mina quȩ de deo ſignificant aliquam negationem. Exemplum de primo modo eſt ꝙ deus dicitur
miſericors quia facit nos miſericordes: & iuſtus qa facit nos iuſtos. & iuxta hunc modũ cognoſcit̃
deꝰ per cauſalitatẽ. Nec tamen oĩa a deo creata per hunc modum poſſunt ei attribui. Non enim
dicit̃ leo quia facit leonem: quemadmodũ dicitur iuſtus quia facit hominem iuſtum: & hoc ideo:
quia iuſtitia, bonitas nata ſunt ab eo immediate cauſari, tanq̃ ea quȩ ſunt perfectionis ſimpliciter:
non autem leo, bos, & huiuſmodi, ſed mediante opere naturæ, tanq̃ ea quæ ſunt perfectionis limi
tatȩ. De tali attributione per cauſalitatem dicit Diony. ii. cap. de diuinis nominibus. Supſubſtan
tialem occultum: deum, aut vitam, aut eſſentiam, aut bonum nominare nihil aliud intelligimus,
q̃ in nos productas virtutes deificas, aut vitæ generatrices, aut ſapientiæ donatrices, & Aui
cenna vbi ſupra. Cum dicitur viuus: non intelligitur eſſe hoc niſi ex intellectu iſto, ſcilicet vt ne
getur materia ab illo: & ꝙ ipſe eſt principium diſpoſitionis totius bonitatis: & ꝙ ipe intelligit hoc.
Et in iſto modo attributionis ſignificant nomina id quod in creaturis intelligimus ſignificari per

ipſa.Exēplū de ſecundo modo eſt ꝙ deus dicit̃ prædeſtinator,creator,iudex,primus,potens, ſecun
dum ꝙ de vltimis duobus dicit Auicē, vbi ſupra. Si de deo dicitur ꝙ eſt primus:non intelligitur
niſi relatio huius eſſe ad eſſe alterius.Cum vero dicitur potens:non intelligitur per hoc niſi quia
neceſſe eē relatū eſt ad id qđ debet eſſe aliud a ſe.Exēplū de tertio mō eſt,ꝙ deꝰ dicitur bonꝰ vel ſa
piens &c.huiuſmodi:quia iſta aliquid perfectionis ſimpliciter qđ eſt omnino melius eſſe ipſum ꝗ
non ipſum,ſignificant in creaturis:ſignificando in ratione exceſſus:quemadmodum ſignificant ſu
perbonus & ſuperſapiens non id qđ per huiuſmodi nomina ſignificatū intelligimus: ſed ſignifica
ri intendimus. Et fit iſta attributio deo a creaturis:quia omnem rationem perfectionis in ſe præ
ambit: ſecundum ꝙ dicit Auguſt.ii.de libe.arbi.cap.xvii.Non ceſſas innuere nobis quæ & quanta
ſis: & nutus tui ſunt oēe creaturarū decus.Perfectio creaturę ſiue decus dicitur nutus perfectio
nis diuinę,ſiue diuini decoris ꝓpter ſimilitudinis īproportionē.vnde dicit Aug.ibidē cap.xix. Nō
enim vlla viſibilis ſimilitudo inuiſibili rei poteſt ad omnem conuenientiam aptari.Et Diony.gene
ralius loquitur de di.nomini.dicens. Non eſt diligens ſimilitudo cauſatiuis & cauſalibus:propter
qđ in creaturis oīno obſcurat̃ effigies creatoris.& poſt viam cauſalitatis nō niſi via remotionis:&
poſt illam non niſi via ſupereminentię eſt aſcendendum, dicente Diony. ſecundo cap.de myſtica
theologia.A nouiſſimis ad principaliſſima aſcenſiones facientes omnia auferimus:vt incircūuela
te cognoſcamus illam ignorantiam in omnibus exiſtentibus circūuelatam: & ſupereſſentialē illā
videamus caliginem ab omnibus exiſtentibus occultatā.Et licet ab omnibus occultatam:quia nō
eſt aliqua ratio perfectionis alicuius creaturæ quin ſit aliquo modo veſtigium ꝑfectionis exiſten
tis in deo: tñ aliqua ꝓpter hmōi rōnē perfectionis ſuo nomine:vt ſapiētia,& bonitas, & huiuſmo
di,deo attribuunt̃:alia vero non:vt homo,leo,& hmōi.& hoc ideo: qa illa ſuo noīe ſignificant ſub
ratione ꝑfectionis ſimpliciter:eo ꝙ omnino melius eſt eſſe ipſum ꝗ non ipſum:iſta vero non:vt pa
tet ex pręcedentibus. Per hunc ergo modum ſunt attributa relationem ſignificantia in deo reſpe
S ctu creaturæ extra ipſum exiſtētis.Alio vero mō attributa ſub rōne relationis ſignificant in cōpa
ratione ad intellectum dei ſub alia & alia ratione concipiētem eius eſſentiam.Et hæc eſt cōmunis
opinio:ꝙ ſolūmodo in cōpatione ad intellectū creatū hūanū vel angelicū habent diuina attributa
differentiam inter ſe:vt nulla omnino dicatur eſſe differentia attributorum in deo:niſi ex compa
ratione ad intellectum creatum non potentem totum pelagus diuinę perfectionis vna ratione cō
cipere & ſimul.ꝓpter qđ pluries ſub diuerſis rationibus & modis cōcipiendi concipit eundē:cum
tamen ipſe ſuam perfectionem totaliter vnico ſimplici intuitu concipit ſine omni rationum diuer
ſitate. Sed ſub illa vnitate ad quā redit omnis rationum diuerſitas:ſub qua concipitur ab intelle
ctu increato,non concipitur ab intellectu creato:ita ꝙ ſi non eſſet intellectus creatus ſic diuerſos
cōceptus ſub diuerſis cōceptionibꝰ formās de deo,nulla oīno dicēda eēt in deo eē diuerſitas attri
butorū:non ſolum ſecundum rem aut ſecundum intentionem:ſed neq; etiam ſecundū rationem
Sed quid nobis videatur ſuper hoc ſentiēdum, inferius videbitur loquendo de differētia attribu
torum in deo.Nomina vero attributorum quę ſignificant compoſitionem ex negatione & relatio
ne,ſimul ſunt:vt dicit Auicen.vbi ſupra.ſicut ꝙ dicit̃ liberalis.Liberalis em̃ intelligitur ꝙ eſt prī
cipium diſpoſitionis totius bonitatis:& ꝙ ipſe non intendit intentionem ſibiipſi. Cum vero dici
tur bonus,non intelligitur niſi quia hoc eē liberum eſt a cōmixtione eiꝰ qđ eſt in potētia & inꝑfe
ctione:& hoc eſt negatio:& ꝙ ſuum eſſe eſt principium perfectionis oīs & ordinationis:& hoc eſt
relatio. verum eſt cauſalitatis:de qua iam dictum eſt.¶Per iam dicta patet reſponſio ad obiecta.

T
Ad pri.pri. ¶Ad primum ergo in oppoſitum ꝙ attributa ſuꝑ eſſentiā deo attribuunt̃:& ni
hil abſolutum eſt in ipſo ſuper eſſentiam propter ſimplicitatem:Dicendum ꝙ verum eſt: dum ta
men differat re vel intentione ab eo cui attribuitur.Si autem differat ſola ratione:non oportet.ſic
enim differūt attributa ab eſſentia cui attribuunt̃: & abinuicem.Quomodo autem ſumatur iſta
diuerſitas ſecundum rationem,infra videbitur:quomodo aūt ſumitur identitas rei, bene exponit
Augu.xv.de trini.ca.v.dicens.Vna eademq; res dicitur:ſiue dicatur æternus, ſiue immortalis, ſi
ue incorruptibilis,ſiue immutabilis.Item cum dicitur viuens & intelligēs:qđ eſt vtiq; ſapiēs,hoc
idem dicitur. Non enim percipit ſapientiam qua eſſet ſapiens:ſed ipſe ſapientia eſt:& hęc vita: ea
V demq; virtus ſiue potentia eademq; ſpecies: qua potens ac ſpecioſus dicitur. ¶Ad ſecundum ꝙ
Ad ſecūdū. attributa ſecundum eſſe quod habēt in creaturis nihil dicunt in reſpectu, ergo nec in deo vbi ha
bēt eſſe veriꝰ:Dicēdū ꝙ verū eſt quo ad rē ſignificatā:nō tñ quo ad rationē ſignificādi.ne em̃ oīno
ſignificent idem ſicut ſynonyma,oportet ꝙ in deo ſignificent ſub ratione negationis vel reſpectus
alicuiꝰ:vt infra videbit̃:quod nō optet in creaturis:vbi ſignificāt diuerſa re, Vnde & in creaturis



vbi ſignificant idem re,ens, vnum,verum, bonum & huiuſmodi:neceſſe eſt ꝙ ſignificāt idem:ſed
diuerſis rationibus ſicut in deo:vt infra patebit.¶Per hæc patet ad tertium.cū em̃ dicitur ꝙ dicē X
do ꝙ deus eſt bonus aut iuſtus:intellectus ſtat in abſoluto:Dicendū ꝙ verum eſt quantum eſt ex Ad tertiū
parte rei ſignificatę.quātū tñ eſt ex parte ratiōis illius noīs:ſecundū quā vel ſub qua ſignificāt hu
iuſmodi attributa:bene poteſt ſtare in reſpectiuo:ſicut & aliquādo in negatiuo:vt infra videbitur
Et ſecundū hoc dicit Rabi Moyſes lib.i.ca.lvii. Agnitio attributa creatori vel ſumitur ab opatio
ne:vel erit ratio priuationis.igit̃ non apprehendimus niſi eſſentiam ipſius tantūmodo & ꝙ eſt ens.
¶Similiter dicendum eſt ad quartū: ꝙ etſi illa attributa non ſignificāt negatiue:vt negatio ſit ali Y
cuiꝰ eoꝝ ſignificatū:bñ tamē poſſunt aliqua illorū ſignificare ſub ratiōe relatiōis: vt infra patebit. Ad quartū.
¶Ad quintum dicendum ꝙ non eſt ſimile de ratione negationis,& affirmationis: qm̃ diuinę ſim Z.
plicitati nō repugnat alia a ſe remoueri:& hoc maxime id qđ non eſt dignitatis,per ſibi attributū Ad quintū.
qđ eſt dignitatis.Ei tamen repugnant multa affirmatiue dicta:generaliter em̃ nihil ei attribui po
teſt qđ nō eſt dignitatis ſimpliciter,vt viſum eſt ſupra. Vnde licet aliquo modo dicatur ſapiēs qa
non ignorans:tamē hoc nō eſt totū propter qđ dicitur ſapiens:ſed per hoc aliquid circa eum affir
mare intendimus.Non tamē debet dici corpus informatū : qa nō eſt nuda materia informis : quia
ꝑ illud nihil poteſt intēdi affirmatiue circa deum ſignificari. ¶Ad vltimum dicendum ꝙ licet ne
gatio nihil dignitatis īportet:& ideo non poteſt ſignificari nomine attributi:poteſt tamen attribu &
tum bene ſignificare ſub ratione negationis:ſine qua non poſſet attributum rationem dignitatis Ad ſextum.
ſuę exprimere:& ab eſſentia & ab alio attributo diſtinguere.

CIrca quintum arguitur ꝙ ratio aliquorum prædicamentorum poſſit attribui
deo,ſic.dicit Auguſti.v.de trini.cap.x. Non participatione magnitudinis deus A
magnus eſt:ſed ſeipſo magno deus magnus eſt: quia ipſe ſua eſt magnitudo. Quæſt.v.
hoc de bonitate & ęternitate & oīpotentia dei dictū eſt, oībuſq; oīno ꝑdicamē Arg.i.
tis quę de deo poſſunt pronunciari.ſupponit ergo Aug.ꝙ aliqua prędicamen
ta poſſunt de deo pronunciari, ſed nullum prędicamentum de deo poteſt ꝑdi
cari ſecundum rem prędicamenti:vt habitum eſt ſupra.non eſt aūt in prędicamēto niſi res aut ra
tio prędicamēti.prędicabuntur ergo de ipſo ſaltem ſecundū rationē prędicamēti.¶Q₂ aūt cuiuſli
bet prędicamenti ratio ſit in deo:arguitur ſic.verius attribuitur ratio prędicamenti affirmationi 2
qua affirmatur res ſua de aliquo:licet ſecūdum gradum ſuperioris naturę:ꝗ negationi qua omni
no de aliquo negatur:quia modus rei natus eſt ſequi ipſam rē: & auferri ablata re.ſed modus cu
iuſlibet prędicamenti attribuitur negationi qua negatur res ſua de aliquo. dicente Aug.v. de tri.
cap.vi.Negatiua iſta particula,cū dicimꝰ ingenitū,nō id efficit: vt qđ nō ſine illa relatiue dicit̃,ea
ꝓpoſita ſubſtantialiter dicatur:ſed id tm̃ negatur qđ ſine illa agebatur.i.affirmabatur.Sicut in cę
teris prędicamentis cum dicimus homo,ſubſtantiam deſignamus.Qui ergo dicit non homo:non
aliud genus prędicamenti enunciat:ſed tm̃ illā negat.Sicut ergo ſecundum ſubſtantiam aio cum
dico homo eſt:ſic ſcđm ſubſtantiam nego cum dico homo non eſt.& ſic de aliis prædicamentis:ſe
cundū ꝙ de ipſis inducit exempla.ergo modus prędicamēti attribuitur affirmationi: qua affirma
tur res ſua etiam in gradu ſupereminentioris naturę de aliquo.Cum igitur res ꝑdicamenti cuiuſli
bet vel proprie vel tranſlatiue in gradu ſupereminentioris naturę affirmatur de deo: vt habitum
eſt ſupra:ergo modus cuiuſlibet prędicamenti attribuetur deo. dicetur ergo deus ſpiritus ſecun
dum ſubſtantiam:magnus ſecundū quantitatem:bonus ſecundum qualitatem:& ſic de aliis.ergo
&c.¶Q₂ nullius prædicamenti ratio deo poſſit attribui,arguitur ſic primo. Ratio prædicamenti 3
nihil aliud eſt vt videt̃,ꝗ coordinatio prędicabilium in ipſo ſecundum ſub & ſupra.Sed talia non
poſſunt deo attribui:quia nō ſunt ſine ratione vniuerſalis & particularis: quæ in deo cadere non
poſſunt:vt infra videbitur.ergo &c. ¶Secūdo ſic.ſecundū Auicen.ii.Metaph.ſuę,ca.i. propria ra 4
tio ꝑdicamenti ſubſtantię eſt,ꝙ ſit id qđ non eſt in aliquo vt in ſubiecto:& accidentis inquantum
accidens eſt diſtinctum ex oppoſito contra ſubſtantiam:ꝙ ſit id qđ eſt in ſubiecto exiſtens.& vt di
cit in.viii. per hoc ſubſtantia habet rationem generis:non quia dicit eſſe non exiſtens in ſubiecto:
ſed quia eſt res aliqua pręter eſſe cui conuenit eſſe non in ſubiecto.& ſimiliter per hoc accidēs ha
bet rationem generis:nō quia dicit eſſe in ſubiecto:ſed quia res eſt aliqua pręter eſſe,cui conuenit
eſſe in ſubiecto.ſed hoc modo eſſe non cōuenit deo:neq; eſſe in ſubiecto neq; nō in ſubiecto:qa nō
eſt niſi eē,nō res aliqua ꝑter eſſe cui cōuenit eē:vt ſupra expoſitū eſt.ergo nō ſolū rō gñis alicuiꝰ ꝑ
dicamētorū accidētis:ſed nec etiā ipſius ſubſtātię:de qua magis videt̃:deo pōt attribui.¶Q₂ autē 5
in deo non ſit ratio prędicamenti ſubſtātię arguitur primo ſic.ſubſiſtere ſecundū ſe & abſolute eſt

propria ratio ſubſtantię:deus non ſubſiſtit ſecūdum ſe & abſolute:ſed ſolum in reſpectu ad aliud
6 quia non eſt in eo niſi ſuppoſitum relatiuū:vt infra patebit,ergo &c.¶Et ſicut Augu.dicit.vii.de
trini. ſubſiſtere de his rebus intelligitur in quibus ſubiectis ſunt ea quę in aliquo ſubiecto eſſe di-
cuntur:ſicut color in corpore.Corpus em̄ ſubſiſtit:& ideo ſubſtantia eſt. ſed deo nullo modo po-
teſt attribui ſic ſubſiſtere:quoniā vt dicit ibidē:quod ſic ſubſiſtit:ineſt in eo aliquid tanq̄ in ſubie-
cto:& non eſt ſimplex. qđ nullo modo conuenit deo:qm̄ vt dicit ibi,nefas eſt dicere vt ſubſiſtat &
ſubſit ſuę bonitati:& habitū eſt ſupra: ꝙ eſt omnino ſimplex.ergo &c.¶Q2 autē in eo ſit ratio ſub
ſtantię arguitur:qm̄ ſcđm Phm.vii.Metaphy.eſſe per ſe eſt propria ratio ſubſtantię. ſed hoc maxi
me deo conuenit:vt habitū eſt ſupra.ergo &c.¶Q2 ſolum ratio ſubſtantię & relationis habēt deo
attribui:arguitur.qm̄ vt dicit Auguſt.v.de tri.cap.viii.illud præcipue teneamus:quicquid ad ſe
ꝓſtantiſſima illa diuina trinitas dicitur,ſubſtantialiter dicitur:quod autem ad aliquid,non ſubſtā
tialiter ſed relatiue.ſed quicquid deo attribuitur:ſiue de ipſo dicitur:ſubſtantialiter de ipſo vel re
latiue dicit̄.qa q̄cūq; in deo ſimul tribus perſonis conueniunt:ſubſtantialiter dicunt̄:vt dicit Boe
thius.ii.de tri.cap.i.& quęcunq; de ſingulis ſeparatim dicuntur:relatiue dicuntur:vt dicit ibidem
cap.eodem.quęcunq; aūt de deo dicuntur:vel ſic dicuntur:vel ſic:quia non eſt medium. ergo &c.
7 ¶Q2 aūt ſolūmodo ratio ſubſtantię deo attribuenda eſt:arguitur. qm̄ ſecundū Auicen. in princi
pio ſecundi Metaph.prius omnibus diuiſionibus eorum quę ſunt per eſſentiam eſt: quoniam eſſe
duobus modis eſt.vnum qđ eſt in ſubiecto:aliud qđ nullatenus eſt in ſubiecto.Ens ergo in ſe & in
alio immediate diuidūt totū ens. & vt vult ibidē:ens in alio eſt ratio accidētis. Vbi eſt igitur nul
la oīno ratio accidētis & eſſe in alio, nō eſt ibi niſi ratio ſubſtātię & nō eē in alio.In deo nullo mo-
do eſt ratio accidentis:vt dicit Augu.v.de tri.cap.v.ergo in deo non cadit niſi ratio ſubſtātię:qua
re non relationis neq; alterius prædicamenti.¶Q2 aūt in eo cadat ratio relationis cū ratione ſub
ſtātię,arguitur.qm̄ vt dicit Aug.v.de tri.cap.v.in deo nihil ſecundū accidēs dicitur.Nō tn̄ omne
quod dicitur ſcđm ſubſtātiā dicit̄. Dicitur em̄ ad aliqd:ad aliqd autē eſt ratio relationis.ergo &c.
8 ¶Q2 autem non ſolum ratio ſubſtātię & relationis in deo cadit:ſed & alicuius alterius ꝑdicamen
ti ratio,arguitur ſic.quia dicit Augu.v.de tri.cap.viii.Qđ ad faciendū attinet fortaſſis de ſolo deo
veriſſime dicatur.Solus enim deus facit:& ipſe non fit.facere autē eſt propria ratio prædicamenti
9 actionis.ergo &c.¶Qđ etiam arguitur ratione ſic. agere vt agere non dicit rationē motus aut ali
cuius accidentalitatis in agente:neq; ponit in eo vllam compoſitionē omnino:ſed ſolūmodo reſpe
ctus ad paſſum,qđ ab eo recipit motū.vnde Phs.viii.Phyſi.probat ꝙ primum mouens ſimplex eſt
omnino & imutabile per ſe & ꝑ accidens. talis ratio autem deo maxime cōuenit:quia ipſe eſt pri-
mum agens:& mouens omnia ſecūdum Boethiū,immobilis manens dat cuncta moueri.ergo &c.
10 ¶Q2 ratio relationis maxime deo repugnet:& ita minime poteſt eſſe,aut manere in ipo,arguitur
quoniam ſecundū Cōmēt.ſuper.xii.Metaphy.relatio debile eſſe habet. ſed hoc ignobilitatis eſt:&
11 tale vt habitū eſt ſupra maxīe deo repugnat.ergo &c.¶Q2 ſimul non poſſunt eſſe ratio ſubſtātię
& relationis in deo,arguitur:quoniam ratio ſubſtantię eſt eſſe minime dependens: ratio autem re
lationis cum ſit ad aliud eſſe:maxime eſt eſſe dependens:immo nihil aliud q̄ dependentia quędam
quæ maxime ſunt repugnantia:talia autem non poſſunt eſſe in eodem.ergo &c.

B Reſolutio.q.
¶Ad quæſtionem iſtam dicēdū ſecūdum ꝙ ſupra inchoatum eſt dici:ꝙ aliud eſt
res ꝑdicamenti,aliud vero ratio ꝑdicamēti.Res ꝑdicamēti eſt qcqd ꝑ eſſentiā & naturā ſuā eſt cō-
tentum in ordine alicuius prędicamenti. Ratio ꝑdicamēti eſt proprius modus eſſendi eorum quę
continentur in prędicamento.Ex quibus duob[9].ſ.ex re prędicamenti:& ratione eſſendi eius: q̄ eſt
ratio ꝑdicamenti:cōſtituitur ipſum ꝑdicamētū: & diuerſificat̄ vnū ꝑdicamētū ab alio.Non enim
ex hoc ꝙ aliqd ſit res & natura aliq̄ ſiue ſubſtantię ſiue accidētis:quātūcūq; in vniuerſali & abſtra
cto intelligatur:habet rationem generis prędicamenti: neq; ſimiliter ex hoc ꝙ eſt eſſe non in ſub-
iecto: vel eē in ſubiecto:quoniam eſſe ex ſe nullo modo poteſt habere rationem generis:vt habitū
eſt ſupra:quare & multo minus ratiōe illarum determinationum in ſubiecto vel non in ſubiecto:
cum non rem:ſed modum rei & rationem eſſendi dicunt.Sed natura generis ꝑdicamenti ex vtro
C q; ſimul.ſ.ex re & ratione prędicamenti conſtituitur. ¶Ad cuius intellectum ſciendum ſecūdum
ſuperius determinata:ꝙ in deo res quæ ipſe eſt: eſt ipſum eſſe eius: & non ſimpliciter eſſe:ſed eſt
quoddam neceſſe eſſe:a cuius ſimplicitate deficit omnis creatura:ſcilicet quia ipſa res quæ ipſa eſt,
non eſt eius eſſe:ſed habet ab alio eſſe tam eſſentię q̄ exiſtentiæ : vt ſupra declaratum eſt ſępius: a
quo non habet neceſſe eſſe ipſius exiſtentiæ : eo ꝙ ex ſe eſt poſſibile eſſe per indifferentiam ſe ha-
bens ad eſſe & non eſſe.Propter quod ſicut eſſentia diuina dicit aliquid quod eſt neceſſe eſſe, ſic
eſſentia creaturæ dicit aliquid cui ab alio contingit eſſe, & eſt ratio prima conſtituendi prædica-



mentū in creaturis communis ſubſtantiæ & accidenti : & hoc habendo aſpectum ad eſſe eſſen-
tię:quia ſecundum eſſentias rerum eſt diſtinctio prędicamentorum & coordinatio vniuſcuiuſq;
eorum.Et propter illam rationem rei contingit ꝙ nulla res prædicamenti cuiuſcunq; ad diuina
tranſlata, manet; ſed mutatur in diuinam ſubſtantiā quę eſt ſuum eſſe.Ratio autē iſta cōmunis
diuidit̄ in duas, quibus diſtinguit̄ prędicamētū ſubſtātię cōmuniter ab oībus prędicamētis acci-
dentium,quarū vna eſt eſſe in ſe,non in alio,alia vero eſſe in alio: quarū prima eſt ꝓpria ratio ſub
ſtantię:ſecunda eſt rō cōmunis accidentiū.Subſtantia em̄ eſt prędicamentū:qa eſt res cui cōuenit
nō eſſe in ſubiecto,& accidens ꝑdicamētū ecōtrario:quia eſt res cui cōuenit eſſe in ſubiecto.ſcđm
em̄ Auicen.de definitione ſubſtantię eſt:ꝙ ipſa eſt ens non in ſubiecto: immo ꝙ eſt res de qua di-
citur ꝙ eſt ens nō in ſubiecto:ita vt ens non in ſubiecto prędicetur de ea tanq̄ de re, ſiue natura,
ſiue quiditate aliqua,vt homo,lapis,arbor. Sic ergo vt dicit oportet imaginari rem cum ratione
eſſe non in alio,ſed in ſe, ad hoc vt ſubſtantia ſit genus prędicamenti, & ſimiliter accidens cum
ratione eſſe in alio.Intentio igitur prædicamenti conſtituitur ex re naturæ ſubiecta : quæ eſt res
prędicamenti quaſi materiale in ipſo, & modo quo eſſe ei conuenit, ſcilicet non in alio eſſe,vel in
alio eſſe,quę eſt ratio prędicamēti circa rem ipſam quaſi formale in ipſo.Eſt enim ſubſtantia præ-
dicamentū quaſi cōpoſitum quid ex re & eſſe ſuo,quod eſt quaſi accidēs ei,vt habitum eſt ſupra.
Propter qđ etiā accidere poſſunt ei alia poſt eſſe,vt tale prędicamentū non ſolum dicatur ſubſtā-
tia ab in re exiſtendo,ſed ab alteri ſe ſubſtituēdo . In quo cōſiſtit duplex ratio prędicamēti ſubſtā-
tię.Prima in ſe abſolute.Secunda in reſpectu ad prędicamēta accidentium.¶Reſpondēdo ergo ad D
quęſtionē primo quo ad prędicamentū ſubſtantię,Dicendū ꝙ ſi loquamur de ratione prędicamē- Reſponſio
ti ſubſtantię ſecundo modo, ſic non cadit in deo res prędicamenti ſubſtantię, quia ipſa compoſi- de ſubſtātia.
tionē facit cum eſſe qđ in ſe recipit: Deus autē nequaq̄,vt habitū eſt ſupra.Sic nec ratio prędica-
menti ſubſtātię ꝓpter eandē rōnē.vt em̄ dicit Boeth.de deo.i.de tri.ca.iii. ſubiectū fieri nō poteſt.
Forma enim eſt,formę vero ſubiectæ eſſe non poſſunt. Primo aūt modo bene cadit in deo ratio ꝑ
dicamenti ſubſtantię:etſi nō res, niſi ſcđm gradū eminentiorē.Sed tamen adhuc alia rōne q̄ ſub-
ſtantię creatę,quia illi ratio eſſe eſſentię nō cōuenit ratione rei ſcđm ſe,ſed ſolum inquantū eſt di-
uinum exemplatum.Deus autē eſt res quę eſt ipſum eſſe eſſentię ſuę. Eſt em̄ deus veriſſime exi-
ſtens in ſe,licet nō alii vt accidenti ſubſiſtit.Vnde Augu.declarando primā rōnem ſubſtātię deo E
cōuenire,& non ſcđam,quę ſolum cōuenit ſubſtātię creatę,dicit lib.i.de tri.cap.4.Sicut ab eo qđ
eſt eſſe appellatur eſſentia,ita etiā ab eo qđ eſt ſubſiſtere ſubſtantiā dicimus.omnis em̄ res quę ad
ſeipſam ſubſiſtit:ſubſtātia dicitur:quāto magis deus?Si tamē dignū eſt vt deus dicatur ſubſiſtere.
de his em̄ rebus hoc recte intelligitur, in quibus ſubiectis ſunt ea quę in aliquo ſubiecto eſſe dicū
tur,ſicut color,aut forma in corpore:corpus em̄ ſubſiſtit,& ideo ſubſtantia eſt.& ita,qa nō eſt hoc
ei eſſe,qđ illam vel iſtam formam coloremve retinere.Res igit̄ mutabiles nō ſimplices proprie di-
cuntur ſubſtantię. Deus aūt ſi ſubſiſtit vt ſubſtātia dici poſſit,ineſt in eo aliquid tanq̄ in ſubie-
cto,& non ſimplex eſt,cui hoc ſit eſſe qđ illi eſt,ſicut magnus/oīpotēs/bonus, & ſiquid huiuſmo-
di de deo nō incōgrue dicitur.Nefas autē eſt dicere,vt ſubſtet deus,vel ſubſit bonitati ſuę,atq; il
la bonitas non ſubſtantia ſit,vel potius eſſentia,neq; ipſe deus ſit bonitas ſua, ſed in illo ſit tāq̄ in
ſubiecto.Vnde(vt cōcludit)manifeſtū eſt deū abuſiue ſubſtantiā vocari:vt nomīe vſitatiore intel
ligatur eſſentia.Ecce quō inſinuat ꝙ vnus modus ſubſiſtendi, qui eſt ratio ſubſtantię vna, nullo
modo poteſt deo attribui, & ꝙ ſcđm illum non poteſt dici ſubſtantia. Eſt tamē ſine dubio ſubſtā F
tia.vt dicit in.v.de tri.ca.ii. & hoc a ratione,& modo ſubſiſtendi in ſe, & nullo modo in alio, neq;
dependens ab ipſo,qđ nulli in creaturis cōuenit neq; ſubſtantię,neq; accidenti, vt iam dicetur.Et
ita licet res prędicamenti ſubſtantię nullo modo deo attribuitur niſi ſcđm modum eminentiorē,
vt prędeterminatū eſt,neq; ratio ſubſiſtendi alteri vt ſibi inhęrenti,ratio tamē prędicamenti ſub-
ſtātię quę eſt in ſe ſubſiſtere,vel potius exiſtere(pro quo Aug.in dicta auctoritate ſua ſumit ſub-
ſiſtere.nō em̄ de[9] ſubſiſtit,niſi ad aliud:exiſtit aūt abſolute)veriſſime deo cōuenit: quāto veri[9] in
ſe ſubſiſtit q̄ alia.Et ſcđm hoc verius & prius deus habet eſſe ſubſtantia q̄ aliqua creatura.Nō di
co dicitur.Nomina em̄ ſępius per prius cōueniūt,quibus res cōueniunt per poſterius,vt tactū eſt
ſupra in parte,& infra pleni[9] exponet̄.Et ſic patet ꝙ prędicamētū ſubſtātię verſum in diuinā prę G
dicationē dupliciter mutat̄,& vno modo manet.Mutatur em̄ quo ad rē ꝑdicatā quę in creaturis
habet eē ab alio per participationē,in deo aūt a ſeipſo per eſſentiā.iuxta illud Boet.Nō eſt ſubſtā-
tia in illo vere ſubſtantia,ſed vltra ſubſtātiā.& idem habitū eſt ſupra ex dictis Diony.Mutat̄ etiā
quo ad rationem & modum eſſendi in ſubſtando alteri vt ſibi inhærenti in modum & rationem
eſſendi ipſum alterū:vt deus per eſſentiam ſit ipſum,qđ ſibi ſignificatur attribui.Et hoc eſt qđ di

cit Auguſti.v.de tri.cap.iiii.In rebus quę participatione magnitudinis magnę ſunt,in quibus eſt
aliud eſſe,aliud magnũ eſſe,ſicut magna domus,magnus mons, magnus animus,in his eſt aliud
magnitudo,aliud qđ ab ea magnũ dicitur.Et infra.Deus aũt ea magnitudine magnus eſt.qa ipſe
eſt eadem magnitudo.& ſubdit.Hoc de bonitate,& ęternitate,& omnipotentia dei dictum ſit,oa
mnibuſq; p̄dicamẽtis q̄ de deo poſſunt ꝓnũciari,qđ ad ſeipſum dicit̃.Nefas em̃ eſt vt dictũ eſt,vt
ſubſiſtat & ſubſit deus ſuę bonitati.Manet autem in deo prædicamentum ſubſtantię ſolum quo
ad rationem & modum eſſendi in ſe ſubſiſtendo,tanto verius & perfectius quanto eſt ipſum eſſe
purum & ſimplex per eſſentiam ſubſiſtens:vel potius exiſtẽs.Quælibet autẽ ſubſtantia creata ha
bet eſſe in ſua eſſentia participatum quo ſubſiſtit,vt habitũ eſt in ſupra determinatis. Talem ra
H tionem ſubſiſtendi inſinuat Hilarius cum dicit.vii.de tri.Nõ ex cõpoſitis deus qui vita eſt,ſubſi
ſtit.Manet autẽ in deo ſola ratio ſubſtãtię,qua habet in ſe exiſtere.℃Reſpõdẽdo autẽ ad queſtionẽ
quo ad alia prędicamẽta,ſcilicet.ix.accidentium:Dicendum vt dictũ eſt, ꝙ in ipſis eſt vna rõ prę
dicamenti qua cõmuniter diſtinguũtur prima diuiſione ſub ente contra ſubſtantiã.ſ.eſſe in ſubie
cto,vt dictum eſt,& ſunt alię rõnes ſpeciales per quas abinuicem habent diſtingui : vt iam pate
bit.Quãtum ergo ad primã rationem omnibus cõmunem:clarum eſt ꝙ nõ poteſt illa rõ prędica
mẽti deo attribui:qua habet.ſ.aliqđ ineſſe alteri iuxta rationem prędicamẽti accidẽtis:vt vel ipm
alteri poſſit accidere vel alterũ ipſi:vt ꝑ hoc ſit accidẽtaliter i altero,vel aliqđ accidẽtaliter in ipſo,
quoꝝ neutrum poteſt cõtingere in deo:vt ſupra determinatum eſt.Et vt dicit Aug.v.de tri.cap.
v.in deo nihil ſcđm accidens dicit̃,qa nihil in eo cõmutabile eſt.Cũ ergo res ſcđm aliqđ p̄dicamẽ
tũ accidẽtis ei attribuitur,nõ ſolũ res quę eſt accidẽtis in p̄dicamẽto illo, in ſubſtãtiã mutat̃,ſcđm
ꝙ dictum de mutatione rei prędicamẽti ſubſtantię(ſcđm ꝙ dicit Aug.de fide ad Pe.In dei ſubſtã
tia non eſt aliquid qđ nõ ſit ſubſtãtia,ſed quicquid ibi intelligi poteſt,dei ſubſtantia eſt) ſed & mo
dus inhęrendi neceſſario mutat̃ in modũ per ſe ſubſiſtendi.Non em̃ poteſt eſſe in inhęrendo mo
I dus,vbi nihil eſt qđ inhęreat. ℃Quãtũ vero ad proprias rationes ſingulorum prędicamentorum
ſciẽdum ꝙ ſicut propria rõ prędicamenti ſubſtantię eſt ſcđm ſe exiſtere,& prędicamenti acciden
tis cõmuniter inhęrere alteri:ſic ſunt ꝓprię rationes diuerſorum prędicamentoꝝ accidentium,in
hęrendo diuerſimode alteri.Eorum em̃ prędicamẽtorũ quę ſignificãt id cuius eſſe eſt in alio, aut
ſignificãt rẽ cuius eſſe eſt in alio abſolute,aut cuius eſſe eſt in alio in reſpectu ad aliud. Secundo
modo eſt vna ratio cõmunis.vii.prędicamẽtis accidentium. Primo modo eſt vna rõ cõmunis qua
litati & quãtitati:q̄ diſtinguũtur ab aliis.vii.penes diuerſimode ineſſe alii abſolute,ſub quo diſtin
guũtur inter ſe:qm̃ propria ratio prędicamenti qualitatis eſt ſubiectum informare,& propria ra
tio quantitatis eſt ſubiectum menſurare : propria vero ratio cæterorum.vii. prædicamentorum,
K eſt ſubiectũ ſuũ ad aliud referre:ſed differẽter.vt infra videbitur. ℃Quãtum ergo ad quantitatẽ
De q̄litate & qualitatem,Dicendũ ꝙ cum informatio neceſſario ſupponit inhęrẽtiã informãtis ad informa
& quãtitate, tum:& ſimiliter mẽſuratio mẽſurãtis ad menſuratũ:ſicut ratio inhęrentię prędicamenti acciden
tis ſimpliciter nõ p̄ōt deo attribui:ſed neceſſe eſt ꝙ cũ cõuertatur in diuinã prædicationem,mu
tetur in rõnem ſubſiſtendi:hoc ſimiliter neceſſe eſt contingere in prędicamẽto qualitatis & quãti
tatis,ꝙ ſcilicet cum aliquid de prędicamẽto qualitatis aut quãtitatis deo attribuitur , non ſolum
res mutatur & transfert̃ in diuinam ſubſtantiam, iuxta hoc qđ dicit Boe.de tri.Cum deus iuſtus
dicitur,qualitatem quidẽ ſignificare videmur:ſed eam quę ſit non ſolum ſubſtantia, ſed etiam vl
tra ſubſtantiã.Non em̃ eſt aliud q̄ ꝙ iuſtus eſt,ſed idem eſt deo eſſe qđ iuſtum.Item cum dicitur
magnus,quantitatem quidem ſignificare videmur:ſed eam quæ ſit ipſa ſubſtantia talis qualem
eſſe dicimus vltra ſubſtantiã:neq; eſt aliud qđ eſt,aliud qđ magnus eſt: ſed idẽ eſt deo eſſe qđ ma
gnum eſſe.Sed etiã ꝙ propria ratio informandi ſcđm qualitatem, & cõmenſurandi ſcđm quãtita
tem,cõmutetur in rationem ſubſiſtendi ſcđm ſubſtantiã.iuxta illud qđ dicit Aug.xv.de tri. ca.v.
Si dicimꝰ ęternus,ĩmortalis,incorruptibilis,immutabilis,viuus,ſapiẽs,potens,ſpecioſus,iuſtus,bo
nus,beatus,ſpiritꝰ:horũ oĩm nouiſſimũ qđ poſui quaſi tm̃modo videtur ſignificare ſubſtãtiã:cęte
ra vero hmõi ſubſtãtię qualitates.Sed nõ eſt ita ĩ illa ĩeffabili ſimplicię natura.qcqd em̃ ſcđm qua
litatem illic dici videtur:ſcđm ſubſtantiam vel eſſentiam eſt intelligendũ. Abſit em̃ vt ſpiritꝰ ſe
cundũ ſubſtãtiam dicat̃ deus,& potens ſcđm qualitatem: ſed vtrũq; ſcđm ſubſtantiam.Sic cæte
ra quę cõmemorauimus.Propter qđ dicit in.v.de trinita.cap.i.Intelligamus deum ſi poſſumus ſi
ne qualitate bonum:ſine quãtitate magnũ.ſed nequaq̄ dicit ſine ſubſtantia ſpiritũ, & hoc nõ niſi
quia ſubſtantię prędicamentũ nõ oĩno mutatur cum vertitur in diuinã prędicationem, ſed ſecũ
dum aliquã rõnem manẽtem in eo transfertur ad deum.prędicamentũ autẽ quãtitatis & quali
tatis oĩno mutatur nulla ratione eius oĩno manẽte cum transfertur ad deum:ſcđm ꝙ iam expo



ſitum eſt.Quomõ autem habet intelligi ꝙ deus dicitur ſine qualitate bonus: ſine quãtitate ma
gnus,expoſitum eſt ſupra.Vnde quia oĩno mutãtur prędicamẽta qualitatis & quãtitatis cum aſ
ſumuntur in diuinã prędicationẽ,nõ autẽ ſic ſubſtãtia:ideo dicit Boet. Sicut ſubſtantia non eſt
in illo vere ſubſtantia.ſ.qualis eſt in creaturis : ſed vltra ſubſtantiam:ita qualitas.& ſubdit.Cum
iuſtus quidẽ dicitur deus, qualitatem ſignificare videmur:ſed non accidẽtalem,ſed eã quę eſt nõ
ſolũ ſubſtantia,ſed etiã vltra ſubſtantiã.Nõ autẽ dicit,quę eſt qualitas ſed vltra qualitatẽ,qa qua
litas in deo nullo mõ tenet rõnẽ qualitatis,ſicut ſubſtãtia tenet rõnẽ ſubſtãtię.Et ſimilr ipſa qua
litas & quãtitas,dicunt in deo nõ ſolum ſecundum rem ſubſtantiam: ſed & modum & rationem
ſui prædicamenti mutant in modum ſubſtantiæ. Simile enim eſt de quãtitate, cum dicitur ma
gnus,ĩmenſus,maximus,& de qualitate cum dicit̃ bonus,ſapiens,& iuſtus.Sic ergo patet de prę
dicamentis quę prędicant aliquid abſolute,quę ſunt ſubſtantia,quãtitas,qualitas,an ratio eorum
deo attribuenda ſit.℃Sequitur de aliis.vii.quorũ ratio eſt ad aliud referre ſubiectũ ſuum,quę ſci L
licet ſignificant rem cuius eſſe eſt in aliquo in reſpectu ad aliud,an ipſorũ ratio deo attribuenda De ſeptem
ſit.Hęc em̃(vt dicit Boet.i.de tri.ca.ii.)differẽtia eſt p̄dicatiõis primoꝝ trium prędicamẽtorũ ab aliis.
aliis.vii.ꝙ illa rem monſtrant(intelligo abſolutã)alia vero,quaſi circũſtãtias rei. intelligo forma
liter . Materialiter em̃ aliqua illorum rẽ ſignificãt,vt iã patebit.vt ſic(ſicut dicit)iſta prędicamẽ
ta aliquid rem eſſe oſtendant,illa vero non eſſe:ſed potius extrinſecus aliquid quodãmodo affi
gant.Eſt ergo vt patet ex iam dicto Boet.ratio illorum.vii.prędicamentoꝝ ſignificare rem cuius
eſſe eſt in aliquo in reſpectu ad aliud.In quo nõ eſt eis propriũ ꝙ ſignificãt rem aliquam: hoc em̃
eſt omnibus aliis prędicamenris commune:neq; ꝙ ſignificant rem cui conuenit eſſe in alio : hoc
enim conuenit oĩbus accidentibus:ſed ſolum eis eſt proprium : ꝙ eſſe in reſpectu ad aliud ſigni
ficant,& hoc nullo modo deo repugnat:ſed maxime ei cõuenit.Vt em̃ dicit Auicẽ.viii.Metaphy.
quicqd eſt,ad alia q̄ ſunt habet modũ aliquẽ cõparatiõis & relatiõis,& pręcipue id a quo fluit eẽ.
Et iſte modus cõparationis eſt alicuius rei ſubiacẽtis vt ſubiectũ illi reſpectui:quę in ſe eſt aliquid
aliud in eſſe: q̄ qđ habet in reſpectu ad aliud.dicẽte Augu.vii.de tri.Omnis eſſentia quę relatiue
dicit̃,eſt etiã aliqđ excepto relatiuo.Et inductis pluribꝰ exẽplis ſubdit.Si nõ eſt aliqđ ad ſeipm,nõ
eſt oĩno qđ relatiue dicat̃ ad aliud.reſpectꝰ em̃ ſeparatꝰ in ſe nõ exiſtit. Eſſe ergo ad aliqđ ex ſe nõ
p̄ōt poni in eſſe:& ſi ponat̃ relatio eſſe ſcđm ſe pręter ſubiectũ ſuũ,ipa eſt accidẽs abſolutũ,vt quã
titas vel q̄litas.Et ſic ad aliqđ,ex ſe & ſua ꝓpria rõne nõ ponit eẽ qđ ſit abſolute eſſe:aut qđ ſit ali
cui ineſſe,ſed ſolũmodo ex ſe ponit eſſe qđ eſt ad aliud eſſe.Et ex hoc ſequitur vlterius:cum nihil
omnino habet rõnem accidentis quin habeat rõnem eſſe in alio:hoc em̃ vt patet ex prædetermi
natis eſt ꝓpria ratio qua accidẽs diſtinguit̃ cõtra ſubſtãtiã:ſequitur ꝙ relatio ſiue ad aliquid,ſiue
reſpectus quicũq; nõ habet ex ſe rõnem accidẽtis.Aut ergo nullo modo rõnem accidentis habet:
aut per aliud eam habet:& ſic ſolum per accidens. ſed non ratione ſubiecti in quo eſt:qđ ꝑ illud
ad aliud refertur: quia illud quãdoq; eſt ſubſtantia,ſicut homo cum dicitur dñs aut ſeruus:opor
tet ergo ꝙ ſit regulariter ratione eius ſupra qđ fundat̃,qđ neceſſario eſt accidẽs aliquod abſolutũ
ne fiat proceſſus in infinitũ ſi vnus reſpectus ponat̃ fundari ſuper aliũ. Cui quidẽ accidenti qñq;
non accidit reſpectus fundatus ſuper ipſum.Similitudo em̃ ſcđm albedinem qua ſortes eſt ſimi
lis Platoni:accidit Sorti & Platoni,quia albedo accidit eis: non autẽ accidit albedini cum dicimꝰ
ꝙ albedo ſortis eſt ſimilis albedini Platonis.Illa em̃ ſimilitudo eſt eis eſſentialis:qa ĩ illa cõſiſtit na
tura ſpeciei.qa ſcđm Boe.ſuper Porphy.Species eſt eſſentialis ſimilitudo pluriũ ſuppoſitoꝝ. Qñ
q; vero accidit illi:vt ſunt reſpectus fundati ſuper ratiões mẽſurę:eo ꝙ rõ mẽſurę per ſe quantita
ti accidit.Menſurę em̃ in quãtitate mutuo ſeſe menſurant. Et ſcđm hoc dicit Pħs in.v. Metaph.
ꝙ homo modo accidentali eſt relatiuus: quia accidit ei eſſe duplum.ſ.per quãtitatem ſuam cõpa
ratam quãtitati alterius.Patet ergo ꝙ relatio ſiue reſpectus quicũq;,eo ꝙ de ſe nullum ineſſe di
cit:nullo mõ repugnat ei qđ eſt in ſe eſſe:atq; ꝑ ſe ſubſiſtẽs,cuiuſmõi eſt deꝰ,qui eſt ipſum eſſe:qđ
neceſſario habet plures reſpectus q̄ aliud ens qđcunq;.Ratione em̃ eius ꝙ eſt cauſa omnis eẽ, ad
oẽ aliud ens a ſe habet aliquo mõ referri.ſcđm ꝙ Auicen. loquens de neceſſe eſſe vbi ſupra dicit,
Cũ ipſum dicimꝰ eſſe vnius eſſentię q̄ nõ multiplicat̃, intelligimus ꝙ ipſum eſt in ſua eſſentia:&
deinde ſequuntur ipſum relationes vel affirmatiuæ,vel negatiuæ multę: & ipſę ſunt comitantes
eſſentiam: & ſunt poſt eſſe eſſentię eius,nec ſunt conſtituentes eſſentiã,nec ſunt per ſe pars eius.
Cum igitur de prędicamentis quorũ ratio eſt ad aliud referri,aliquid deo attribuitur,non opor M
tet ꝙ ratio prędicamenti mutet̃:& hoc ꝓpter nullam repugnantiam cõtrarietatis quã habet re
ſpectus ad aliud ad modum ſubſiſtendi per ſe,ſed manet cum illo propter nullã rationem diuerſi
tatis realis repugnantis ad ipſum.Qđ bene inſinuat Boet.v.ca.de trini.cũ enumeratis.x.prędica

mentis,ait de ſubſtãtia,qualitate,& quãtitate. Hęc cũ quis in diuinam vertit prędicationem,cũ=
cta mutãtur quę prędicari poſſunt.& pro aliis.vii. ſubiũxit. Ad aliquid vero oĩno nõ poteſt prę=
dicari.Intellige,quõ prędicta tria.ſ.aliquam ꝓpriã naturam rei accidẽtalis indicando ſubiecto in=
eſſe.& ideo ĩ deo manet ſua rõ ſimplr̃:cũ alia re,& rõne quã ĩportãt ĩ creaturis mutãtur cũ in di
uinã prędicationẽ vertuntur:vt iam ſatis dictum eſt.Per hoc aũt qđ addit,Quę p̄dicari poſſunt:
intelligit ꝙ illa tria prędicamẽta,ſubſtantia,quãtitas,qualitas,in creaturis aliquã rem de ſubiecto
diuerſam ab ipſo & ponentẽ compoſitionẽ in ipſo prędicant,ſed mutanꝰ cum in diuinã prædica=
tionẽ aſſumũtur:quia quicqd de creatura dicit vt afficiens eã,ſi de deo dicatur intelligit nõ eſſe
in eo vt afficiens ipſum:ſed eſſe qđ ipſe eſt.ſcd̄m ꝙ dicit Hila.viii.de Tri.Deꝰ nõ eſt humano mõ
ex compoſitis,vt in eo aliud ſit qđ ab eo habetur,& aliud ſit ipſe qui habeat. Vnde differentiam
huiuſmodi prędicamentoꝝ de deo & creaturis,exponit Boet.cum dicit lib.i. de trini.Hęc prędi=
camenta talia ſunt:vt in quo ſint ipſum eſſe faciant qđ dicitur,diuiſe quidẽ in cęteris, in deo ve=
ro cõiuncte atq; copulate hoc modo.Nam cum dicimus,ſubſtãtia eſt homo aut deus,ita dicitur,
ꝙ illud de quo prędicatur ipſum,ſit ſubſtantia:vt homo vel deus . Sed diſtat,quoniã homo non
integre homo eſt,ac per hoc nec ſubſtantia.Q; em̃ eſt,aliis debet quę nõ ſunt homo.deus autem
hoc ipſum deus eſt.Nihil em̃ aliud eſt niſi qđ eſt:ac per hoc ipſum deus hoc eſt.homo non eſt ita
homo, ꝙ nõ ſit verum dicere eſſe aliquid aliud qđ nõ eſt eſſe hominẽ:ſicut deꝰ ita eſt deus: ꝙ nõ
ſit verũ dicere ipſum eſſe aliquid qđ nõ ſit deus.Immo homo eſt multa quę non ſunt ipm̃ eſſe ho
minẽ,vt eſſe ſubſtantiã:ſicut ipſum eſſe deum,eſt ipſum eſſe ſubſtantiã.Deinde ſubdit de qualita
te & quãtitate dicens in capit.x.Rurſus iuſtus quod eſt qualitas ita dicitur ꝙ ipſe hoc ſit de quo
prędicatur.id eſt ſi dicamus homo iuſtus,vel deus iuſtus,ipſum deum vel hominẽ iuſtũ eſſe pro
ponimus.Sed differt, qm̃ homo eſt alter: alter eſt iuſtus,deus vero ipſum idem eſt,qđ eſt iuſtum.
Magnus etiã deus vel homo dicit ita quaſi ipſe ſit hõ magnus vel deus:ſed homo tãtũ magnus,
Deus vero id ipſum magnus exiſtit.Qđ idẽ eſt cũ eo qđ dicit.v.de tri.In rebus quę participatiõe
magnitudinis magnę ſunt &c.vt ſupra ſtatim.Quõ autẽ ad aliquid pro reliquis.vii.ſcd̄m ꝙ ipſe
ſubdit:neq; de deo neq; de creaturis prædicari poſſunt:patet ecõtrario prędictis tribus, quia.ſ.de
formali ſignificato ſuo non prędicãt rem aliquã qua ſubiectũ afficitur : ſed ſolũ circũſtantiã reſpe
ctus ad aliud extra:ſcd̄m ꝙ ipſe cõtinue ꝓſequit inducendo per ſingula, maxime in capit.xii.vbi
dicit.Hęc omnis prędicatio exterioribus datur,ꝙ omnia hęc quodam modo referuntur ad aliud.
Cuius prędicationis differẽtiam ſic facilius internoſcimus:ꝙ homo vel deus dicitur,refert ad ſub
ſtantiã qua eſt aliquid: ꝙ iuſtus,refertur ad qualitatem qua eſt aliqd: ꝙ magnus, refert ad quan
titatẽ qua eſt aliquid. In cęteris prędicationibꝰ nihil tale eſt:qui em̃ dicit aliquẽ eẽ in foro vel vbi=
q;,refert quidẽ ad prędicamentum qđ eſt vbi,ſed nõ quo aliquid eſt:velut iuſtitia iuſtus,magni=
tudine magnꝰ.Et ſic ꝓculdubio reſpectus nihil addit illi rei ſupra quã ĩmediate fundatur:ſed ſo=
lum dicit ſubiectũ ſuũ ad aliud eſſe:quãtũ eſt de formali ſuo ſignificato:qđ nõ eſt niſi eẽ ad aliud.
Hoc enim eſſe non plus addit de ſe ſuper id cuius eſt : q̄ eſſe in ſe, vel eſſe in alio ſup illa quorum
ſunt.Sed ſi quid accidẽtalitatis quo ad eſſe in ſubiecto importat per alia.vii.prędicamenta,hoc eſt
propter id ſuper qđ in ipſis fundat ratio reſpectus ad aliud.Cũ ergo hmõi prędicamẽta in diuinã
prędicationẽ aſſumunt: illud mutatur in ſubſtantiã:& ratio inhęrendi in rõnem ſubſiſtẽdi.vt di=
ctum eſt ſupra de prędicamẽto qualitatis & quãtitatis,& gñaliter de omni prędicamẽto acciden
tis.Ratio ſimiliter reſpectus ad aliud in deo inquãtum refertur ad ſuũ fundamentum : quia non
N fundat in deo ſup aliquid inhęrens aliud ab ipſo: ſimiliter mutat in rõnem ſubſiſtendi:& nõ ma=
net.Manet aũt ſolũmodo inquãtum ſubiectũ per reſpectũ refert ad aliud.Et ſic patet ꝙ quęcunq;
deo attribuunt ex rebus.x. p̄dicamentoꝝ:ad rõnes duas duorũ p̄dicamentorũ.ſ.ſubſtãtię & rela=
tionis habẽt reduci:& ſimiliter relatio ip̄a ad ſubſtãtiã: & ſic reiecto a diuinis omnimodo prędicã
di accidẽtaliter ꝑ inhęrẽtiã,quęcũq; deo attribuunt a creaturis,& p̄dicant de ip̄o,aut dicunt ad ſe
& ſcd̄m ſubſtantiã:aut ad aliud & ſcd̄m relationẽ,iuxta illud quod dicit Aug.v.de tri.Nihil in eo
ſcd̄m accidẽs dicitur:qa nihil ei accidit.Nec tñ omne qđ dicitur:ſcd̄m ſubſtãtiã dicit. In rebꝰ em̃
creatis atq; mutabilibꝰ qđ nõ ſcd̄m ſubſtantiã dicit, reſtat vt ſcd̄m accidens dicatur,omnia enim
accidunt eis:quę vel amitti poſſunt vel minui:& magnitudines & qualitates, & quod dicitur ad
aliquid,& ſitus,& habitus,& loca,& tẽpora,& opera,atq; paſſiones.In deo autem nihil quidem ſe
cundũ accidens dicitur:quia nihil in eo mutabile eſt: nec tamẽ omne qđ dicitur ſcd̄m ſubſtantiã
dicit:dicit em̃ ad aliquid:ſicut pater ad filium & filius ad patrem:qđ accidens non eſt . Decẽ er=
go prędicamẽta phicę diſciplinę:ad duo ſapientię theologicę reducuntur.ſ.ad ſubſtantiã & rela=
tionem.Ad ſubſtantiã em̃ in diuinis reducuntur tria quę ſunt in creaturis.ſ. ſubſtãtia, quãtitas,



& qualitas.de quibus dicit Boet.Illa quę aliquid eſſe ſignificãt ſcd̄m rem,p̄dicatiões vocant.Quę
cum de rebus ſubiectis dicunt,vocãtur accidentia ſcd̄m rem . Cũ vero de deo qui ſubiectus non
eſt,ſcd̄m ſubſtantiã rei prędicatio noĩatur.Et quõ hoc,iã determinatum eſt.Ad relationẽ vero in
diuinis reducuntur alia.vii.ſcilicet relatio,actio,paſſio,quando,vbi,ſitus,habitus.Et quõ hęc,re=
ſtat adhuc ꝓſequẽdum.¶De ad aliqd igit ſciendũ, ꝙ cũ iuxta p̄dicta ſm Boet.tria prędicamẽta,
ſubſtãtia.ſ.quantitas,& qualitas,tam in creaturis q̄ in deo:rem ſignificant & prædicãt : alia vero
vii.quo ad id quo ab illis tribꝰ diſtinguũtur,tã de deo q̄ de creaturis:nõ rẽ,ſed quaſi rei circũſtã=
tiam monſtrant:vt quãtũ eſt de rõne formali ſignificati ſui nihil rei ſubiectę dicant:ſed potius re
ſpectũ eius ad aliquid extra aſſignãt ip̄m alteri cõparãdo:vt ſicut nõ dicũt aliquid de creaturis ꝑ
inhęrentiã,ita nec de deo per eſſentiã:In hoc tñ eſt differentia quo ad illa.vii.in deo & in creatu=
ris:ꝙ in creaturis reſpectꝰ & relatio quã ĩportãt,ſubiecto accidẽtalis eſt : & accidẽtaliter ſubiectũ
ad aliud referũt:in deo aũt nõ ſic.& ideo rõ p̄dicamẽti relationis eſt in deo,& manet diſtincta cõ
tra rõnem prędicamẽti ſubſtãtię,inquãtum.ſ.reſpicit aliud vt obiectum ad quod eſt: inquãtũ tñ
reſpicit ſubſtãtiã vt in qua fundat,tranſit in rõnẽ prędicamẽti ſubſtãtię. Et eſt aduertendũ ad di
ſtinctionẽ.vii.prędicamẽtoꝝ relatiõis in deo:ꝙ iſta.vii. p̄dicamẽta licet inquantũ nõ dicũt niſi cir
cunſtantiã rei in deo,nõ habẽt niſi rõnem vnius prędicamẽti:tñ in creaturis per illa accidẽtia ſu=
per quę fundãtur,habẽt rõnem verę accidẽtalitatis:& diuerſimode ſcd̄m illorũ diuerſitatẽ diſtin
guũtur ſcd̄m diuerſa prędicamẽta accidentiũ:quia alia rõne accidẽtis accidit ſubiecto reſpectꝰ in
prędicamẽto relationis:alia in p̄dicamẽto actionis: & ſic de aliis,ſcd̄m diuerſitatẽ accidentiũ ſup
quę reſpectus ipſi fundãtur diuerſimode:ita ꝙ illo accidentali amoto:ſicut amouet cũ aſſumitur
in prędicationẽ diuinã,aufertur oĩno accidẽtalitas a rõne reſpectus,& ſimiliter ꝓpria rõ prædica
menti qua vnũ illoꝝ ab altero diſtinguitur,vt ſunt diuerſa prędicamenta accidẽtis, & nõ manet
niſi ratio reſpectus puri:& ita ſolũ manet in eis ratio vnius prędicamenti eis cõis:quę eſt ad aliud
eſſe:qua diſtinguũtur cõtra illa tria p̄dicamẽta q̄ p̄dicãt de ſubiecto rẽ abſolutã:quarũ rõ eſt ab=
ſolute eſſe.Qđ vt perfectius videre poterimus,diſtinctio illorũ prędicamẽtorũ ſcd̄m diuerſitatem
rei accidẽtis ſupra quã fundat cõis reſpectus in eis,inſpiciẽda eſt. Diſcurrẽdo igit per ſingula dici
mus ꝙ.vii.prędicamẽta de formali ſignificatiõe ſua potius p̄dicãt circũſtãtias rerũ q̄ rẽ aliquã,cũ
diſtinguũtur per accidentale qđ ſubeſt reſpectui quẽ dicũt,& ſuper qđ fundat ille reſpectus. Er=
go aut illud accidentale cõuenit rei ſubiectæ ſcd̄m ſe & abſolute:aut ex connexione quadã cum
illo ad qđ habet reſpectũ. Primo mõ eſt relatio proprie dicta vnũ p̄dicamẽtorum. Ipſa em̃ accidit
ſubiecto,qa eidẽ ſubiecto accidit ſcd̄m ſe & abſolute id ſup qđ fundat.Sed hoc dupliciter ſcd̄m ꝙ
prędictũ eſt. Aut em̃ relatio accidit ſubiecto tm̃,& nõ illi ſup qđ fundat,ſcd̄m ꝙ homini accidit
eſſe ſimile,nõ albedini:aut accidit vtriq;, ſcd̄m ꝙ homini accidit eẽ duplũ:qa ei accidit quãtitas,
ſuper quã per ſe fundat ratio dupli.quãtitas em̃ eſt ꝑ ſe & primo dupla:& nõ ꝑ aliqđ aliud acci=
dens qđ ei ineſt,cui prius cõuenit eſſe duplũ. Aliter em̃ eſſet abire in infinitũ, reducẽdo per acci=
dens ad per ſe.vt patet inſpicienti. Et ipſa relatio quę eſt duplũ aut ſimile:non eſt res aliqua alia
ab illa ſup quã fundat:ſed ſolũ reſpectꝰ ipſius quãtitatis & ſubiecti eiꝰ,quo formaliter vtrũq; eorũ
vel alterũ refert ad aliud.Aliter em̃ ſup illã rẽ primo fundaret ille reſpectus, & ipſa aut ſubiectũ
eius:aut vtrunq; primo ꝑ illũ reſpectum referret ad aliud.& tunc eadẽ rõne ille reſpectus adhuc
eſſet res alia quę reſpectu illo referret ad aliud,aut ſubiectum eius,aut vtrũq;:& eſſet ſimiliter ire
in infinitũ, vt patet inſpicienti.Sed de hoc debet eſſe ſermo loquẽdo in ſpeciali de relationibꝰ di=
uinis.Scd̄m hoc ergo dicendũ de p̄dicamẽto relationis in creaturis:ꝙ cũ trãſfert in diuinã prędi=
cationẽ nõ manet ſcd̄m ꝓpriã rõnẽ relationis,qua eſt vnũ.x.p̄dicamẽtoꝝ diſtinctũ cõtra alia,ſed
trãſit in ſubſtãtiã:ſicut & res illa ſup quã fundat,ſi ipſa in diuinã prędicationẽ trãſferatur:& ma
net ſolũmodo ſcd̄m cõem rõnem reſpectus ad aliud. in quo conuenit cũ aliis.vi. Ille em̃ reſpectus
cõis in.vii.p̄dicamẽtis cõſtituit in ip̄o vnũ p̄dicamentũ qđ relatio dicit:& diſtinguit cõtra ſubſtã
tiã in ipſo,vt dictũ eſt ſm Aug.Et ſumit nõ tantũ ex tranſlatiõe p̄dicamẽti relationis proprie,ſed
cõmuniter.vii.p̄dicamẽtoꝝ p̄dictorũ.Sed illud p̄dicamentũ relationis qđ eſt in deo,diſtinguit ſe=
cundũ plures modos:quorũ vnus pertinet ad reſpectũ relationis ꝓprie dictę:alius vero ad reſpe=
ctus aliorũ ſex,vt infra patebit.Si vero accidẽtale ſuper qđ fundatur reſpectus accidit rei ſubiectę
ex cõnexione quadã cũ illo ad quod habet reſpectũ,tũc ſunt alia ſex p̄dicamẽta.ſcd̄m ꝙ Boet.lo=
quẽs de eis in lib.de tri.dicit.Maxime hęc nõ videtur ſcd̄m ſe facere p̄dicationẽ quę ex alieno ad
uentu cõſtare ꝑſpiciunt.Propter hmõi rõnẽ accidẽtalitatis in iſtis ſex diuerſam cõtractam ab illo
ſuper qđ fundatur eorũ reſpectus ab accidẽtalitate in p̄dicamento relationis contracta ab illo ſup
qđ fundatur eius reſpectus:in ſex principiis dicuntur iſta ſex accidentia extrinſecus aduenietia:

O
De relatiuo ſeu ad aliqd.

cum tamen relatio ꝓprie dicta dicatur eſſe de accidentibus intrinſecus aduenietibus.Relatio eñ
accidens non fundatur in ſubſtantia,niſi ſuper duo prędicamēta, quę ſunt qualitas & quātitas,ſe
cundū ꝙ a legente phiam debet declarari.Illa ergo ſex prædicamenta habentia ꝓpriam rationem
accidētis quę fundatur ſuper accidens quod cōtingit ſubiecto ex cōnexione quadam cum alio vt
dictum eſt,diſtincte proſequenda ſunt vt hoc declaretur:& quomodo ſecundū proprias rationes
ſuorū prædicamentorum non manent in deo:ſed ſolum ſcđm cōem rationem reſpectus: ſicut de
relatione dictū eſt.Eſt aūt hic ſciendū ꝙ accidentale illud qđ cōtingit rei ex connexione ſua cum
alio,ſuper qđ fundatur reſpectus eius ad illud,nihil eſt niſi motus aut diſpoſitio aliqua acquiſita
ex motu. Motus enim ex eo ꝙ eſt motus,eſſentialiter per ſe & primo reſpicit plura:qđ nulli alii
accidenti cōtingit:ſcilicet mouentem a quo eſt:& mobile in quo eſt:terminum in quem: tempus
ſub quo eſt.Vnde motus eſt accidens quod contingit primo & per ſe mobili ex cōnexione ſua cū
alio,ſcilicet cum mouente,cum tempore,cum termino ad quem eſt motus. Secūdario autem per
motum diſpoſitio acquiſita per motum eſt accidētis quod cōtingit mobili ex cōnexione ſua cum
alio:vt ſtatim patebit. Prædicamenta ergo accidentium quę dicunt reſpectus accidentales ſubie
cto, quia fundantur ſuper accidens aliquod qđ cōtingit ſubiecto ex cōnexione eius cū alio, cum
illud accidens(vt dictum eſt)aut eſt motus aut diſpoſitio aliqua ī mobili acquiſita per motū:aut
ergo fundatur reſpectus ille ſuper ipſum motum:aut ſuper illam diſpoſitionē acquiſitam ī mobili
per motum:Primo modo ſunt duo ꝑdicamēta,actio.ſ.& paſſio.Secūdo modo ſunt alia.4.vt iā pa

P
De actione
& paſſione.

rebit.¶Circa diſtinctionem igitur actionis & paſſionis, ſciendū ꝙ ambo accidētales reſpectus di
cunt in creaturis,quia fundātur in motu:& hoc vno & eodem numero:& diſtinguūtur ſecundū
ſolos reſpectus:qui ſunt eſſe ab alio & in aliū.& ſecundū hoc ab illo vno duo diuerſimode deno
minanť:hic quidem agens:ille vero patiens. Et quia motus ſuper quē ambo hmōi reſpectus fun
danť:ſolū eſt ī paſſo,ſcđm phm.iii.phy.ideo ambo accidētalitatē ſuā habēt ab eo qđ eſt in paſſo:&
denoīatur agens ab eo qđ eſt accidentale in alio:nō in ipō agente. Vnde ſi hmōi duo prędicamēta
ad diuina transferunť:nō manent niſi ſcđm cōem rōnem puri reſpectus: ſcđm quē etiam denoīa
tur agens omne inquātum agēs eſt. Propter qđ & factio quę nominat actionē dei circa creaturas
ſcđm rōnem ſui nudi reſpectus:famoſiſſime deo attribuitur.ſm ꝙ dicit Aug.v.de tri.Qđ ad fa
ciendum attinet fortaſſis de ſolo deo veriſſime dicitur.Solus eñ facit & ipē non fit.Quō autē ex
parte dei differunt agere,facere,& mouere,videbitur īferius.Et ſic vt actio manet in deo ſcđm rō
nem ſui reſpectus:ſimiliter & paſſio,abſoluta omni rōne motus & pluralitatis diſtantis ab actu:
vt ſicut in deo gñatio actiua ſiue generare diciť vera actio propter verum reſpectum actionis: ſic
gñatio paſſiua ſiue gñari diciť vera paſſio propter verum reſpectum paſſionis. Sed hoc vſus non
obtinuit in paſſione ſicut in actiōe: quia agens in creaturis denoīatur ſecūdū motū quē cauſat in
paſſum:paſſum vero ſcđm motū quē habet in ſe.Et ſm ꝙ dicit Phs.iii.phy.eſſe vnius ſe habet ad
eſſe alterius ſicut quidā reſpectus eius qui eſt in potentia ad id qđ eſt in actu.Si tamē paſſio nomi
net purum reſpectum non fundatum ſuper motum , ſed ſuper diuinam eſſentiam, de qua pater
generat filium,nihil abſurdum eſſet intelligēti dicere ꝙ generari eſt pati: ſicut generare eſt age
re.Et hoc ſiue attribuitur generari ſubiecto generatiōis ſiue termino. Aequiuoce eñ in creaturis
dicitur generari ſubiectum generationis qđ eſt ens in potentia: & terminus gñationis qđ eſt ens
in actu.¶Sequitur de prędicamentis aliis:quæ vt dictum eſt important accidentales reſpect⁹ fun
datos ſuper diſpoſitionem aliquā accidentalem acquiſitam ex motu in mobili:quæ contingit mo
bili ex connexione cum alio.Cū igitur (vt dictum eſt)mobili cōtingit motus ex connexione ſua
cum mouente,& tempore,& termino in quē eſt, & ipſa eſſentia: motus eſt illud accidens qđ con
tingit ei ex connexione ſua cum mouente ſuper qđ fundatur actio & paſſio,vt dictum eſt:opor
tet ꝙ ſuper diſpoſitionem acquiſitam in mobili per motum ſit illud accidens ſuper qđ fundātur
alia quatuor prędicamenta.Sed non eſt vna & eadem:quoniam hmōi diſpoſitio quæ eſt acquiſi
ta per motum in mobile:aut eſt ex cōnexione ſua cum tempore qđ eſt menſura motus,aut cum
termino ad quē eſt motus,qui eſt locus,aut quodāmodo habens rationē loci.Primo mō eſt reſpe
ctus prędicamenti qñ.fundatur eñ in mobili ſuper diſpoſitionem derelictam in ipſum per cōne
xionem quam habet ad tempus, ſcilicet quia habet eſſe in tempore.Secundo modo ſunt alia tria

Q
De quādo.

prędicamenta,vt iam dicetur. ¶De quando,eſt ſciendum ꝙ eſt prędicamentum accidentis : quia
ſuper aliquod accidentale ex tempore per motum in temporali derelicto fundatur: qđ accidit rei
temporali ex connexione eius cum tempore. Vnde materiali definitione per illud definitur:
cum dicitur in.vi.principiis.Quando eſt quod ex adiacentia temporis derelinquitur.Secundum
etiam ꝙ Boet.de trini.dicit de quando.Hoc quidem nō eſſe aliquid dicitur: ſed qđ ei ſecundum



tempus accidit,prædicatur.& ſic ſolum quando eſt in illis:quæ excedunť a tempore. De quibus
dicit Philoſophus.iiii. Phyſic.ꝙ tempus accipitur aliquid plus omni eo qđ eſt in tempore,& ne
ceſſe eſt contineri ſub tempore:& pati aliqd ſub tpe:ſicut dicere cōſueuimus quia tabefacit tem
pus,& ſeneſcūt oīa ſub tpe.Propter qđ qa(vt ibidē dicit)q̄ ſemp ſunt:nō ſic ſunt ī tpe:qa nihil pa
tiuntur ſub tempore:ideo quando in ipſis non derelinquitur ex tempore. De ſe autem quando
non dicit niſi reſpectum & collationem temporalis ad tempus: a quo impreſſionem illam recipit
ſuper quā fundatur.Quādo enim quo ad reſpectum purum quem dicit:nihil eſt aliud q̄ collatio
quædam ipſius eſſe rei in ſua duratione: ad temporis durationem,ſecundum ꝙ Philoſophus di
ſtinguit differentias quando,ſecundum talem reſpectum,cum dicit.4.Phyſi.Nunc aliud dicitur
cum tempus quod eſt huius prope ſit : vt veniet nunc,quia hodie veniet: venit tunc , quia he
ri venit.Sed quę in Ilio facta, non ſunt nunc:neqꝫ diluuium factum eſt nunc:qnia non prope. Ip
ſum autem tunc,determinatum ad prius nunc eſt. Ipſum autem iam,prope in præſenti atomo:
vt quando vadit:iam: quia prope eſt tempus in quo futurum eſt. Ipſum autem modo prope
eſt pręſenti.Repente autem eſt quod in īperceptibili tempore eſt propter paruitatem.De quibus
dicit ibi Commenta.Significata omnium iſtarum dictionum ſunt quaſi ſpecies eorum quę ſigni
ficat hęc dictio quando.Cum ergo aliquid de prędicamento quādo deo attribuimus quod eſt ac
cidentis in eo ratione eius ſuper qđ fundatur,tranſit in ſubſtantiam manente ſolo reſpectu & col
latione ad tempus & temporalia: vt cum dicitur quia de⁹ fuit heri:vel eſt hodie : vel erit ſemper
aut cras. & hoc iuxta illum modum, quo ſupra determinatum eſt differentias temporis aſſu
mi in ęternitate.¶Sequitur de aliis tribus prædicamentis, quę(vt dictum eſt)important accidē
tales reſpectus fundatos ſuper diſpoſitionem aliquā accidentalem acquiſitam in mobili ex conne
xiōe ſua ad terminū ad quē eſt motus;quæ nō eſt niſi diſpoſitio continentię locati a loco:vel eius
quod habet rationem locati ab eo quod habet rationem loci.Quę quidem continentia eſt diſpoſi
tio in locato vel in habente rationem locati ad locum:vel habens rationem loci.quam (vt patet)
acquirit per motum in locum : vel in id quod habet rationem loci. Primo modo ſunt prædica
mentum vbi & ſitus. Secundo modo eſt prædicamentum habitus: vt iam patebit. In duobus
primis locatum habet reſpectum ad locum fundatum ſuper continentiam paſſiuam locati a lo
co.Sed diuerſimode: quoniam prædicamentum vbi dicit reſpectum quem habet locatum ad lo
cum ratione continentiæ locati in loco ſimpliciter.Prędicamentum autem ſitus,dicit reſpectum
locati ad locum ratione continentium partium locati a partibus loci per ordinem, vt iam pate

R
De vbi.

bit.¶De prędicamento igitur vbi,ſciendum ꝙ accidentis prędicamentum eſt:quia fundatur ſu
per accidentalem continentiam qua locus ambit locatum:qđ accidit ei ex quadam connexione cū
loco:vel potius eſt ipſa connexio. Vnde materiali deſcriptione deſcribitur per circunſcriptionem
corporis locati paſſiuā,& corporis locantis actiuam,cum dicitur in.vi.principiis.Vbi,eſt circūſcri
ptio corporis(ſcilicet locati)paſſiua,a circūſcriptiōe loci(hoc eſt corporis locātis) actiue ꝓcedens.
Et non oportet hic facere aliquā differentiā de vbi qđ ſequitur in locato continentiam loci natu
ralis,qui accipitur ex determinata diſtantia cōtinētis ad medium vel ad circunferentiā : cuius eſt
influere in locatum ad eius generationem & conſeruationem,ſi ſit locus naturalis:vel ad corru
ptionem & defectionem ſi ſit locus violentus. Locus eñ talis,vel ſolum agit,vel contra agit.& de
vbi qđ cōſequiť in locato ad continētiā loci mathematici:vt ſi imagineť cubus ſeparatus in aere:
cui nullus locus eſſet naturalis:neqꝫ violentus,neqꝫ eñ impreſſionem faceret aliquis locus in illū
ita ꝙ non poſſit dici ꝙ vbi in tali locato fundaretur ſuper aliquam accidentalem impreſſionem lo
ci in locatum:ſuper quā poſſet dici fundari accidentalitas vbi, qđ eſt in locato corpore naturali.
Siue enim ſic ſiue ſic ſumatur quando,a continentia ſcilicet in loco,ſemp eius accidentalitas fun
datur ſuper aliqđ accidēs in ipſo ex hoc ꝙ ambitur loco.Ipſum vero quantum eſt de ſe,non dicit
niſi reſpectum quendam & collationem locati ad locum: a quo accidentalitatem recipit per hoc
ꝙ ab ipſo ambitur. Vbi enim quo ad reſpectum purum quem dicit, non eſt niſi quædam
collatio partium locati ad partes loci,dicente Boeth. Vbi,de deo vel de homine prædicatur. De
homine,vt in foro.De deo,vt vbiqꝫ.Sed ita, vt non quaſi ipſa res de qua prædicatur ſit id quod
prædicatur.Non enim ita diciť homo eſſe in foro, quēadmodū albus vel longus vel circunfuſus
& determinatus proprietate aliqua qua deſignari ſcđm ſe poſſit. Sed tamen ꝙ illud ſit aliis infor
matum rebus per hanc prędicationem oſtenditur. Non intellige veluti forma abſoluta inhæren
te:ſed vt partibus loci circunfuſis vallatum & ambitum : quod non niſi ex collatione ad aliud,
poteſt intelligi.Et ſic patet ꝙ prædicamentum vbi non niſi in reſpectu quodam & relatione ad

locans perficitur, Vnde & ſecūdū differentias loci ſecundū ſurſum & deorſum, dextrorſum & ſi-
niſtrorſum, ante & retro, ſumuntur differentię vbi. Cum ergo aliquid de prædicamento vbi aſſu-
mitur in diuinam prædicationem, id qđ accidentalitatis eſt in eo & inhærentię tranſit in ſubſtā-
tiam & in rationem ſubſiſtendi, manente ſolum reſpectu & collatione ad locum: vt cum deus di-
citur eſſe ſurſum aut deorſum. ſecundum illud Pſalm. Si aſcendero in cęlum tu illic es &c. Et
hoc non ſumendo locum vt continens & ambiens: ſed vt natura quędam eſt & res exiſtens. Ad lo
cum enim vt continens eſt, reſpectum non poteſt habere niſi corpus natum loco contineri. Pro-
pter quod huiuſmodi prędicamentum nunꝗ proprie: ſed ſolum tranſumptiue in diuinam aſſu-
mitur prædicationem. Quomodo autem in deo habet eſſe reſpectus importatus per vbi, amplius
videbitur declarando quomodo deus habet eſſe in omnibus rebus, & per hoc vbiqꝫ. Vnde o-
mnino alium modum reſpectus habet deus ſecundum prædicamentum vbi ad locum, ꝗ ha-
bent creaturæ: quo ad hoc ſcilicet ꝙ creaturæ habent reſpectum ad locum vt eſt ambiens eas, de
us autem nequaꝗ: ſed vt locus eſt res exiſtens. vnde dicit Boe. Qꝫ deus vbiqꝫ eſt: ita dici videtur:
non ꝙ in omni ſit loco. quaſi ſcilicet circunfuſus partibus loci in eo contineatur. Hoc enim eſt im
poſſibile. vnde ſequitur. Omnino enim in loco eſſe non poteſt. ſcilicet vt circunfuſus & determina
tus loco. Sed hoc ſenſu dicitur eſſe vbiqꝫ: ꝙ ei omnis locus aſſit: cum ipſe non ſuſcipiatur in loco.
Et ideo nuſꝗ eſſe in loco dicit̄, quoniā vbiqꝫ eſt: ſed nō in loco. Eſt ergo ſenſus. deus vbiqꝫ eſt, ideſt
vbicūqꝫ haber aliquid eſſe: ſiue locus, ſiue locatum, ſiue quodcunqꝫ ens, Deus eſt ibi, nō ſicut in lo
co ſituatus, ſed ſicut præſens in intimis rerum inuentus. Prædicamentū ergo vbi de deo prædi-
cat ſolum reſpectum ad loca, non ratione qua loca, niſi per ſimilitudinem: ſed ſolum ratione qua
entia: & hoc per proprietatem. Hoc enim dignitatis eſt abſolute: vt videbitur loquendo de eſſe
dei in rebus. Et ſicut eſt de vbi in deo reſpectu loci, ſimiliter eſt de quando reſpectu temporis, — S
& ſic declaratio vnius accipiatur iuxta declarationem alterius. ℭSequitur de prædicamēto ſitus. — De ſitu.
de ſitu autem dicit Philoſophus in quinto Metaph. ꝙ vno modo ſitus dicitur in habente partes
ſecundum ordinem partium, aut ſecundum locum, aut ſecundum formam. vbi dicit Commēta.
Situs inuenitur in omni habente partes, aut per ordinem partium rei adinuicem: & iſte eſt ſitus
qui eſt differentia quantitatis: ſecundum ꝙ dictum eſt in prædicamentis: ꝙ quantitatum aliud
eſt habens ſitum ſiue poſitionem: aliud vero non habet poſitionem. Iſto ergo modo ſitus non
eſt prædicamentum: ſed differentia prædicamenti quātitatis eſſentialis. Vnde non eſt niſi in cor-
poralibus: & ideo nullo modo talis ſitus deo attribui poteſt, niſi Metaphorice & per ſimilitudi-
nem. Alio modo in aliquo eſt ſitus, ſcilicet per ordinem partium in loco. Et iſte eſt ſitus qui eſt
prædicamentum: qui ſupponit ordinem partium in toto: qui pertinet ad prædicamentum quan-
titatis. Quia em̄ ille ſitus & ordo in quātitate, conſiſtit in collatione partiū vt ſunt in toto abſolu
te: & ita eſt toti omnino intrinſecus, quaſi informatio abſoluta in ipſo vt reſpicit totum, licet ſit
collatiua vt reſpicit partes: Ideo non eſt niſi differentia prædicamenti & non prædicamentū. Iſte
autem ſitus ſuper ordinem partium in toto addit ordinem earum reſpectu partium & differen-
tiarum loci. Vnde ſequitur prædicamentum ſitus: prædicamentum vbi, ſic prædicamentum vbi,
ſequitur locum. Sicut enim vbi eſt prædicamentum propter accidentalem continentiam quam
habet locatum a loco: ſic ſitus eſt prædicamentum propter ordinem accidentalem partium loca-
ti ad partes loci. Sicut enim contineri a loco ſimpliciter facit prędicamētū vbi: ſic contineri ab ipſo
ſecundum ordinem diuerſum partium locati ad partes loci, facit prędicamētum ſitus. Qđ habet
duas ſpecies ſecundum duos modos ſitus partiū & ordinatiōis earum in loco: quorꝫ vnus eſt na-
turalis: alter vero accidentalis. ſecundū ꝙ dicitur in. vi. principiis. Poſitio nihil aliud eſt ꝗ natura
lis ſubſtantiæ ordinatio, quæ vel a principio quidem innata eſt vt ea quæ aſperis vel lenibus ineſt
vel a naturę quodam motu cauſato: vt ſeſſio, accubitus, & ſimilia. Prædicamentum iſtud quan-
tum eſt de ſe, in quadam collatione & ordine partium locati ad locum conſiſtit. Vnde patet pla-
ne ꝙ etiam in creaturis ad relationē pertinet: & habet rationem accidentalitatis eādem quam ha
bet vbi: quia mediāte vbi fundatur ſuper rationem accidentalitatis cōtinentię quā habet locatū
in loco: de qua dictum eſt ſupra. Cum ergo aliquid de prædicamento ſitus in diuinam vertitur
prędicationem: id qđ accidentalitatis eſt in eo & inhęrentię, tranſit in ſubſtantiam & rationē ſub
ſiſtendi manente ſolum reſpectu & collatione ad locum: vt cum dicitur deus trinitas ſedere ſup
Cherubim: & deus filius ad dexteram patris: vel cum deus dicitur eē ſupra omnia, vel infra, vel
extra omnia: & hoc nunꝗ niſi Metaphorice: quia talis reſpectus proprie non poteſt eſſe niſi in cor
poralibus. Vnde quia p̄dicamentū ſitus ſummam materialitatem importat, ſicut prędicamētum
paſſionis importat ſummam mutabilitatem, quæ maxime deo repugnat: ideo Boeth. de trinita.



iſta duo prędicamenta ſumme repellit a deo dicens. Situm & paſſionē requiri in deo non oportet.
Qđ non dicit quin hæc prædicamenta transferātur in deū, vel proprie vel tranſumptiue: ita ꝙ ra
tio reſpectus eorū maneat in deo, ſicut & aliorum: ſed quia in creaturis dicunt accidētia deo maxi
me repugnantia. Ideo em̄ cū de. iiii. aliis oſtēdit ꝙ deo nō attribuūtur niſi ſub ratione reſpectus &
nudę circunſtantiæ negatiue, quaſi per locum a maiori concludit, ꝙ non oportet ſitum & paſſio-
nem in deo quęrere, quia illa ſuper quę reſpectus eorū fundātur, ſumme ſunt deo indigna: vt ſunt
motus ſiue mutatio in paſſione, ordo partium in toto reſpectu loci in ſitu. ℭSequit̄ de prędicamē — T
to habitus in quo ſunt veſtitū eſſe aut calceatū aut hmōi. & ſunt veſtitus aut calceatus quaſi con — De habi-
tenti a veſtimēto aut calceamēto, & eſt reſpectus eorū adinuicē tāꝗ ei⁹ qđ eſt cōtentū ad continēs — tu.
& fundatur ſimiliter prędicamentum hoc ſicut & p̄cedens ſuper continentiā, ſed paſſiuam contē-
ti a cōtinente. de quo dicit Philoſophus. v. Metaph. ꝙ habitus vel habere vno modo dicitur qđ po
teſt acquirere aliquis ſecundū ſuam naturā aut ſecundū ſuum ſtudium: vt ꝙ homo habet caſtrū,
& victores habēt ciuitates. & aliter ſicut dicitur in prędicamētis, vt habere poſſeſſionē, domū. ſ. vel
agrum aut aliquid huiuſmodi. Iſte modus habendi pertinet non ad prędicamentū ſed ad poſtpræ
dicamentū. Alio modo dicit̄ habere ſicut diſpoſitionē informantē, vt cuprum habet formam idoli
vel corpus habet infirmitatē, & pertinet ſimiliter ad rationē poſtp̄dicamenti, ſecundū ꝙ vniuerſa-
liter ſubſtantia habet accidentia, vel materia formā. Tertio autem modo dicitur habitus diſpoſitio
quędā quā habet cōmunē cōtinens cū contento, & hoc inquantū contētū dicit̄ habere continens, ſi
cut eſt veſtitio quę eſt diſpoſitio inter veſtientē & veſtitum, & in veſtito qui cōtinetur a veſtimen
to, & ipſe habet proprie veſtimentum non econuerſo. Alio em̄ modo dicitur continens habere cō-
tentum, ſicut ſcyphus aliquod humidū, vel ciuitas homines, vel nauis nautas. Et ſecundū Cōmen.
ibidem, dicere ꝙ contentum habet continens, ſicut animal habet cutem, & arbor corticem, hoc eſt
habitus prędicamentū. Dicere autem ꝙ continens habet contentum, ſecundū hunc modum dicit̄
ꝙ locus habet locatū, & hoc eſt p̄dicamētū vbi. Et vniuerſalter (vt dicit) reſpectus in hoc p̄dicamē
to, eſt cōuerſus illi ꝙ eſt in p̄dicamēto habit⁹. Et iſti duo modi ſunt ꝓpinqui & eiuſdē generis, hoc
eſt maneriei. Eſt em̄ reſpectus cōparationis inter cōtinens & contentū. Si igit̄ fuerit cōtinētis ad cō
tentū eſt p̄dicamentū habitus: ſi ecōtrario, erit de vbi. Vnde ſicut p̄dicamentū vbi, qđ eſt reſpectus
cōtenti habiti ad habēs & continens, de ſe ſolū reſpectū dicit contenti & habiti ad habēs & cōtinēs:
& non habet accidētalitatem, niſi propter diſpoſitionem continentię in contento vt dictum eſt: Sic
prędicamentum habitus qđ eſt reſpectus contenti habētis ad habitum continens, de ſe ſolum re-
ſpectum dicit contenti & habētis ad habitum continens: & non habet accidentalitatē niſi propter
diſpoſitionem continentię ſuę in alio. Et ideo ſicut dictum eſt de p̄dicamento vbi, cum prędicamē-
tum habitus ſumitur in diuinam prędicationē, vt cum dn̄s dicit̄ veſtitus lumine ſicut veſtimen-
to, & huiuſmodi: qđ accidentalitatis eſt in ipſo & inhęrentię tranſit in ſubſtantiā & ſubſiſtēdi ratio
nem manente ſolo reſpectu & collatiōe ad habitū cōtinēs. ſed hoc nullo modo proprie, quia nō niſi
corporalibus conuenit proprie, ſed ſolum tranſumptiue. vnde dicitur in. vi. princi. magis proprie
habitus in corpore & circa corpus exiſtentibus ſecundū eam quę eſt partium diuiſionem exiſtere.
Sic igitur patet quomodo res omniū prędicamentorum deo quoquo modo attribuuntur, ſed mu
tatione eius qđ rei eſt in ipſis in ſubſtantiā, & qđ rationis ſimiliter, præter id qđ eſt ratio in ſe ſubſi
ſtendi in prædicamento ſubſtantię, & qđ eſt ratio ad aliquid & reſpectus in prædicamento relatio-
nis. Et hoc eſt qđ inſinuat Aug. cum dicit. v. de Trini. ſic. Intelligamus deum ſi poſſumus ſine qua
litate bonū, ſine quantitate magnū, ſine indigentia creatorē, ſine ſitu præſentem, ſine habitu omnia
continentem (hoc eſt habentem, quia vt dicit Boethius, ſecūdum habitum cūcta poſſidens regit)
ſine loco vbiqꝫ totum, ſine tempore ſempiternum, ſine vlla ſui mutatione omnia facientē. Vbi ſub
dit qddā bene aduertendū dicens. Quiſquis deū ita cogitat, etſi nondū poteſt oīno inuenire qd ſit,
pie tn̄ caueat quantū poteſt aliquid de illo ſentire quod non ſit. Nec ergo ratio cuiuſlibet p̄dicamē
ti nec nullius deo eſt attribuenda, ſed aliquorū ſic, & aliquorū nō, vt ſolū ſubſtantię & relationis, &
non alterius, & nō vni⁹ iſtorū tantū, ſed vtriuſqꝫ. & quomodo hoc, viſum eſt. Vnde argumēta ꝗ ꝓ
hoc ſuperius ſunt inducta, concedenda ſunt. Ad illa vero quę contraria his oſtēdere nitebant̄, eſt re
ſpondendum per ordinem.

ℭAd primū igit̄ ꝙ in deo ſit ratio alicuius prędicamēti, quia nullū eſt in eo ſecun — V
dū rē: & tn̄ aliqua ſunt in eo: dicit̄ em̄ bon⁹ & magn⁹ &c. Dicendū ad formā argumēti: licet em̄ ve — Ad pri.
rā cōcluſionē cōcludit: nō tn̄ vere. Cōcludit em̄ ac ſi ratio qualitatis & quātitatis eſſent in deo. Vn̄ — principale
dicendū, ꝙ hmōi res p̄dicant̄ de deo vt trāſlata a p̄dicamētis: non tn̄ oportet ꝙ aliquo modo ma-

X neant:aut ſecundum rem aut ſecundum rationem. ¶Ad ſecundum ꝙ in deo ſit ratio cuiuſlibet
Ad ſcdm. pꝛędicamẽti:quia ratio cuiuſlibet prædicamenti attribuit̃ negationi qua remouet̃ res cuiuſlibet ꝓ
dicamenti a deo:ergo attribuitur affirmationi qua deo attribuit̃:ſiue ꝓprie ſiue ꝑ ſimilitudinem
dicendum ꝙ verum eſt:quando ſcdm eandem rem in natura & eſſentia res ꝓdicamenti alicui at-
tribuitur affirmatiue.ad illã em̃ ſemper ſequit̃ ꝓprius modus ſiue ꝓpria ratio illius rei,quãtũcũq;
in ſupeminẽtiori gradu attribuit̃ vni q̃ alteri:vt quãtũcũq; ſub eminẽtiori gradu attribuit̃ ſubſtã
tię nomen incorporeis creaturis q̃ corporeis:quia tñ ſcdm eãdẽ rẽ in natura & eſſentia ꝓdicamen
ti ſubſtantiæ attribuitur eis(dico vnitate rationis & abſtractiõis logicę)ideo modus ꝓprius prędi
camenti ſubſtantiæ qui eſt ſubſtare accidentibus,cõuenit tã corporeis q̃ incorporeis. Quando aũt
ſecundum aliam rem in natura & eſſentia qđ conuenit vni attribuit̃ alteri:ſicut contingit eis quę
ex creaturis attribuunt̃ deo,vt ſupra expoſitũ eſt:tunc rõ ꝓpria ꝓdicamenti non oportet ꝙ ſequat̃
rem ſecundum illud ꝓdicamentum alteri attributum: qa oĩno repugnat quãdoq; naturę rei in il
lo cui attribuit̃,vt dictum eſt ſupra.Immo negationi qua remouet̃ res illa cui conuenit,illa rõ ma
gis attribuitur:non ratione negationis:quia ipſa nihil ponit,nec rem ꝓdicamẽti,nec rationem ei⁹:
ſed ratione rei ſubiectę negationi.Proceſſit aũt ratio ac ſi rõne ipſius negationis ratio prædicamen
ti ei attribueretur. Vnde ſicut ſubſtantia vel res cuiuſlibet alterius prædicamenti ſecundum rem
qua prædicatur de creaturis:non attribuitur deo:ſecundum rem em̃ illã qua prædicatur de crea
turis,nulla ꝓdicatio de deo alicuius quod eſt in creaturis eſt vera:qm̃ ſecundum Diony.affirma-
tiones incõpactę ſunt:quia nullam compactionem vel inhęrentiam cum deo ſubſtantialem vel ac-
cidentalem poſſunt habere res illæ: & omnes negationes ſunt veræ: ſic proprietas ſubſtantiæ vel
cuiuſcũq; alterius ꝓdicamenti nullo modo deo conuenit.Immo quęlibet res cuiuſlibet prædicamẽ
ti ipſa vt eſt ꝓdicamenti ſub ſuo modo,vere a deo remouet̃:ita ꝙ illud falſo affirmatur qđ ex crea-
turis de deo dicitur ſecundum ſubſtantiam,qualitatem,quantitatem : & huiuſmodi. Et ſic non
oportet omnem rationem cuiuſlibet prædicamenti deo attribui: licet res cuiuſlibet prædicamen-
ti aliquo modo proprie vel improprie deo attribuitur. Ratio tamen alicuius prædicamenti deo
attribuitur : etſi nulla res ſecundum naturam rei prædicamenti deo attribuatur, vt dictum eſt.
Y ¶Quod arguit̃ primo contra hoc,ꝙ ratio nullius ꝓdicamenti deo poteſt attribui:quia in ipõ non
Ad tertiũ eſt ratio vniuerſalis vel particularis:dicendum ad hoc ꝙ duplex eſt ratio prædicamenti:vna quæ
conuenit toti prædicamento: ita ꝙ cuilibet rei q̃ ẽ in ipſo in ſe:alia quæ conuenit toti prædicamen
to non niſi ex ordine quem habent res prædicamenti inter ſe ſecũdũ ſub & ſupra in linea prædica
mentali.Secundum primum modum expoſitum eſt ſupra ꝙ ratio aliquorum prædicamentorum
cõuenit deo:vt ratio ſubſiſtendi in ſe ſecundum ſubſtantiam:& ad aliud eſſendi ſecundum relatio
nem:aliorum autem nequaq̃.Scdm ſecũdũ modũ procedit argumẽtum:& bene concedendum eſt
ſicut ꝓbat,ꝙ illa nullo modo cadit in deo ſecũdum aliquod ꝓdicamentũ vel rem ꝓdicamenti deo
Z attributam.¶Ad ſecundum ꝙ ratio prædicamenti eſt ꝙ ſit res cui conuenit eſſe vel in ſe vel i alio
Ad q̃rtũ. deus aũt non eſt id cui cõuenit eſſe:ſed eſt ipſum eſſe:dicendũ ad hoc ꝙ duplex eſt ratio ꝓdicamẽ
ti:vna quæ eſt ratio conſtituendi ipſum prædicamentum:& non diſtinguendi vnum ab alio:alia q̃
conſequitur ipſum conſtitutum,& eſt ratio diſtinguendi vnum ab alio.Ratio prædicamenti pri-
mo modo eſt illa de qua procedit argumentum,quæ conſtituit prædicamentum ſubſtantiæ & ac
cidentis,vt dictum eſt.& bene verum eſt ꝙ talis ratio ſubſtantię aut accidentis deo non conuenit
qa nec res ipſa quã talis ratio conſtituit.Deus em̃ nõ eſt res cui cõuenit eſſe:quaſi aliqd extra intẽ
tionem rei ſit ipſum eſſe eius:ſicut contingit in ſubſtantia & accidente:ſed eſt ipſum eſſe:& nõ alia
intentio q̃ intentio eſſe,vt habitum eſt ſupra.& ſic bene procedit argumentum. Ratio vero prędi
camenti ſecundo modo eſt illa quæ diſtinguit prædicamentum ſubſtantiæ a prædicamentis acci-
dentium:quia conſequitur rem prædicamenti cõſtitutam per primam rationem. Hoc enim eſt cõ
mune ſubſtantiæ & accidenti per primam rationẽ,ꝙ vtrũq; ſignificat rem cui cõuenit eſſe,extra
cuius intentionẽ eſt intentio eſſe.Sed in hoc differunt,ꝙ ſubſtantiæ conuenit eſſe in ſeipſa,acciden
ti vero in alio:& proprietates eſſendi quæ ſunt in ſe & in alio, dant eis rationes illas diſtinguen-
tes prædicamentum ſubſtantiæ a prædicamento accidentis. Subſtantia enim quia eſt ens in ſe
non in alio,eſt ens ſubſiſtens.Accidens vero quia eſt ens non in ſe ſed in alio,eſt ens non ſubſiſtens
ſed alteri inhærens. Modus autem inhærendi nullo modo deo poteſt conuenire : & ideo neq; ra-
tio prædicamenti accidentis: qua diſtinguit̃ cõtra ꝓdicamẽtũ ſubſtãtię,vt ſupra dictũ eſt. Sed mo
d⁹ ſubſiſtẽdi veriſſime deo cõuenit:& verius q̃ ꝓdicamẽto ſubſtãtię.ipſi em̃(vt dictũ ẽ)ꝓdicamẽto
ſubſtãtię ex hoc ſolo cõuenit ſubſiſtere ꝙ habet eẽ nõ in alio:ſed ex hoc nõ cõuenit ei ꝑfecta rõ ſub



ſiſtum nõ habet in alio per vlteriorem inhęrentiam:habet tamen ipſum quodammodo vt ĩhęrens
ipſi rei:& ita vt accñs ei:ſicut ſępe dictũ eſt:& per conſequens tanq̃ dependẽs ab alio,a quo res ipſa
participat eſſe:& ſic conuenit ei eſſe ſubſiſtens:quia non in alio vlteriori exiſtens:ſed non ꝑfecte ſub
ſiſtens:quia habet eſſe quodammodo rei inhęrens,& vt ab alio dependens.Sed deus quia nihil ẽ ni
ſi ipſum eſſe in ſe,nullo modo in alio neq; ab alio dependens,vt habitum eſt ſupra:ideo perfectiſſi-
me ſubſiſtit: & quo ad hoc veriſſime ſubſtantia dicitur, ſecundum propriam rationem ſubſtan-
tiæ qua prædicamentum ſubſtantiæ diſtinguit̃ a prædicamento accidentis:ita ꝙ ipſum prædica-
mentum ſubſtantiæ,& omne eſſe ſubſtantiæ createę,etiam quodammodo accidens eſt reſpectu ſub
ſtantiæ & eſſe dei:& ſic deus verius ſubſtantia dicit̃ ſecundum propriam rationem rei ſubſtantiæ
q̃ ipſa ſubſtantia ꝓdicamentum:licet forte aliter ſit ſecundum rationẽ nominis,vt iam patet.¶Q̃ A
autem arguitur primo:ꝙ ratio ſubſtantiæ non eſt in deo:qa deus non ſubſiſtit niſi reſpectiue:ſub- Ad q̃ntũ.
ſtantia autem ſubſiſtit abſolute:Dicẽdũ ꝙ ratio ſubſiſtendi quæ conuenit ſubſtantiæ quæ eſt præ
dicamẽtum in creaturis:nullo modo cõuenit deo.Ad cuius intellectũ ſciẽdũ,ꝙ ꝑter ſubſiſtere qđ
idem eſt qđ ſub alio ſiſtere vt minus cõe ſub magis cõi in linea ꝓdicamentali : qđ etiã accidenti cõ
uenit:& nullo modo deo:qa ĩ ipõ nõ cadũt ratio vniuerſalis & ꝑticularis:& etiã ꝑter ſubſiſtere qđ
eſt ſub alio ſiſtere vt ſubiectũ ſub ſuo accñte:qđ etiã cõuenit q̃buſcũq; accidẽtib⁹ quodãmõ,inquã
tũ vnũ habet eẽ in alio:qđ nullo mõ deo conuenit,vt iã dicet̃,ĩ creaturis ſubſiſtere vno mõ idẽ eſt
qđ ſecũdũ ſe ſiſtere:nõ in alio:& hoc dupliciter. Vel nõ in alio vt in ſubiecto:hoc mõ ſubſiſtere eſt
ꝓprie ꝓpria rõ ſubſtãtiæ:& cõuenit oĩ ſubſtãtiæ,& ſubſtãtię q̃ eſt ĩ materia,& ſubſtãtię q̃ eſt ĩ for-
ma:& ſubſtantiæ quæ eſt compoſitũ:& ſubſtantiæ q̃ eſt q̃ditas ſiue eſſentia vniuſcuiuſq;. His em̃
quatuor modis dicitur ſubſtantia,ſecundũ Phm in.vii.meta.Subſtantia em̃ quolibet iſtorum mo
dorũ nõ eſt alteri⁹ niſi ſuiipſius & illius cuius eſt,vt dicit̃ in eodem.Hoc modo ſubſiſtere nõ eſt ni
ſi ſecundũ ſe exiſtere:vnde & dicit̃ ſubſtantia a ſic ſubſiſtendo.& hoc modo ꝑfectiſſime ſubſiſtit tri
nitas vnus deus:ſicut ꝑfectiſſime habet eſſe ſiue exiſtere. Vnde de ſubſiſtere hoc modo loquit̃ Au-
guſt.vii.de tri.vbi dicit.Si aliud eſt deo eſſe,aliud ſubſiſtere:ſicut aliud deo eſſe, aliud patrẽ eſſe:
relatiue ergo ſubſiſtit ſicut relatiue gignit.Iã ergo ſubſtãtia nõ ẽ:qa relatiuũ ẽ.Sicut em̃ ab eo qđ ẽ
eẽ appellat̃ eẽntia,ita etiã ab eo qđ ẽ ſubſiſtere ſubſtãtiã dicim⁹.Abſurdũ eſt aũt vt ſubſtãtia relati
ue dicat̃.oĩs ei res ad ſeipſam ſubſiſtit,quãto magis de⁹?Si tñ dignũ eſt vt de⁹ dicat̃ ſubſiſtere.Alio
mõ in creaturis ſubſiſtere idẽ eſt qđ nullo mõ in alio ſiſtere.Cũ ergo ĩ creatura q̃libet ſit duo inue B
nire.ſ.eſſentiam ſiue naturam:& rem naturę ſubiectam participantẽ naturã:ex q̃b⁹ in omni creatu
ra eſt inuenire compoſitionẽ, vt habitum eſt ſupra in quadã quęſtio.de ſimplicitate dei:omne em̃
qđ eſt in creaturis eſt aliquid in re creatum vel g̃natum aut factum participans eſſe & eſſentiam
ita ꝙ ſicut nihil hmõi in creatura eſt ſuum eſſe prædicatione ꝑ identitatem:ſic nihil eſt ſua quidi
tas ſiue eſſentia ſua:Sicut enim homo non eſt ipſum eſſe:ſed participans eſſe:ſic nõ eſt humanitas:
ſed participans humanitatem:& ſimiliter eſt de quacunq; creatura ſpirituali:quantũcũq; ſimplici
& ſic in omni creatura id quod eſt re & natura, eſt quoddam exñs in compoſito ex natura & eſ-
ſentia tanq̃ materiale in eo,& ſimiliter ipſa eſſentia tanq̃ formale:& ſimiliter in compoſito ex vera
materia & forma vtrũq; & materia & forma habẽt eſſe in compoſito ex eis:Hoc ergo modo ſubſi
ſtendi in nulla creatura ſubſiſtere dicitur ſubſtantia quæ eſt eſſentia : neq; ſubſtantia quæ eſt res
ſubiecta ei:ſiue ſit ſimplex:ſiue compoſita:neq; materia neq; forma ipſum componentia:ſed ſolum
participans eſſentia aliqua vt forma qua habet eſſe aliquid. Vnde humanitas non eſt ſubſtãtia ſub
ſiſtens:quia non habet eſſe niſi in alio,cuiuſmodi eſt cõpoſitũ ex anima & corpore:neq; illud cõpo-
ſitum dicitur ſubſiſtere:quia non ſubſiſtit niſi ſub humanitate:neq; ſimiliter anima neq; corpus:
quia non habent eſſe niſi in alio vt pars:ſed ſolum per ſe debet dici ſubſiſtere homo,ꝙ eſt compo-
ſitum participans humanitatem & informatum humanitate.Nõ dico ꝙ hõ per ſe ſubſiſtat vt eſt
compoſitum naturæ ex anima & corpore non incluſo in ſuo intellectu conceptu humanitatis par-
ticipatæ:ſed vt eſt compoſitum ex eo quod eſt naturæ in ipſo:& ex humanitate participata,inclu-
ſo vtroq; in ĩtellectu vno,& hoc qđ ſic ſubſiſtit,vere habet rõnẽ ſuppoſiti:nõ aũt id qđ eſt ſub hũa
nitate ꝑticipata:niſi ĩtelligam⁹ ſubſiſtere dici a ſubſiſtẽdo eẽntiæ vel q̃ditati ꝑticulate. Tũc em̃ illđ
qđ ĩtelligit̃ ſubiici eẽntię ꝑticulate,vt res naturę,ꝓprie dr̃ ſubſiſtere: & hẽre rõnẽ ſuppoſiti.& hoc
mõ vſi ſum⁹ noĩe ſuppoſiti ſupra ĩ q̃ſtiõe de deo:vtrũ ĩ ipõ ſit cõpoſitio ex eẽntia & ſuppoſito.Nec
etiã adhuc totũ participãs eſſentia,vt includit in ſe rõnem rei ꝑticipantis & eſſentię participatæ
vere ex hoc habet rationẽ ſuppoſiti niſi ſit ĩ ſe ſeparatĩ exiſtẽs. Vñ cõpoſitũ ex corpe & aĩa rõnali ꝑ
ticipans humanitate aſſumpta in perſonalitate Chriſti,ſubſiſtere nõ dicitur neq; eſſe ſuppoſitum.

vt ſcd̃m hoc nihil in creaturis dicatur vere ſubſiſtere niſi ſubſtãtia indiuidua ab omnibus aliis ſe-
parata & diſtincta. Et ſecũdum hoc dicitur deus maxime ſubſiſtere & veriſſime ſubſtantia:quan
to in ſubſiſtẽdo minime dependet ab alio:non tñ ex hoc habet rõnẽ ſuppoſiti:qa hoc ẽ ſubſiſtere qđ
cõuenit deo q eſt trinitas,ex oppoſito cõtra ſubſiſtere qđ cõuenit creaturis. Trinitati eĩ nõ cõuenit
aliq̃ rõ cõis ſuppoſiti abſoluti,vt infra declarabiť,niſi extẽdẽdo nomẽ ſuppoſiti ad rõnẽ ſubſiſtẽtis
& ſcd̃m ſe entis:quo mõ extẽdit Aug.cũ dicit ſcđo de trini.ca.xi. Nec aliqd ꝓhibet voces factas ad
Adã a trinitate factas ĩtelligere:ſed etiã pſonã demõſtrãtes eiuſdẽ trinitatis accipere. Qꝫ aũt ratio
hmõi ſuppoſiti non conuenit ei ad modum quo conuenit in creaturis: ex hoc patet : ꝙ ſuppoſitũ
ex hoc diciť in creaturis ꝙ eſt res & natura quædam ſub eſſe ſingularis & determinati, in quo
ſtat diuiſio ipſius rei conſideratę ſub rõne vniuerſalis:& q̃ ĩdiuidualiter participat rationẽ eſſen-
tiæ,q̃ per ſe eſt forma ſpeciei & participať a ſpecie:ita ꝙ oĩe ſuppoſitum creaturæ habet in ſe na-
turam ſpeciei per eius ſeparationem ab eadem vt eſt in alio ſuppoſito. Separatione dico nõ totiꝰ in
tegri:ſed vniuerſalis. Habet etiam in ſe formã quę ẽ quiditas indiuiduata:& ita per eius ſeparatio
nem ab eadem vt eſt indiuiduata in alio. Callias enim eſt iſte homo participãs hac humanitate. In
ipſo enim ſtat hominis diuiſio tanq̃ vniuerſalis ſpeciei : & in ipſo fit humanitatis indiuiduatio tã
q̃ ſingulariter participatę. Homo eñ nõ participať ab iſto homine:quia iſte hõ eſt homo:nec in ip
ſo indiuiduatur:ſed per ipſum diuiditur. humanitas vero participatur ab ipſo:quia ipſe nõ eſt hu
manitas. Vnde nec humanitas diuiditur per ipſum:quia ipã de ſe nec eſt vniuerſalis nec ſingula-
ris:ſed indiuiduatur in hoc & in alio, inquantum ſingulariter ab vtroqꝫ participatur. Non eñ eſt
ꝓprie hoc niſi qa eſt huiꝰ. Et ſic in quolibet tali rõ ſuppoſiti ſumiť ex ſpeciei diuiſiõe & eſſentię in
diuiſione,q̃ aliquã cõpoſitionẽ faciunt in ſuppoſito,ſecundũ ſupra determinatũ modũ. Igitur hoc
modo impoſſibile eſt cadere rationem ſuppoſiti in deo:quia in ipſo non cadit talis compoſitio neqꝫ
ſpeciei diuiſio neqꝫ eſſentiæ participatio:& ita neqꝫ cadit in ipſo hmõi ratio ſubſtantiæ,quæ eſt.ſ.
ſic ſubſiſtere. Dico quantum eſt ex parte diuinæ eſſentiæ & naturæ. Quãtum tñ ad modum ſigni
ficandi deitas ſignificat in deo ſub ratione eſſentiæ, vt qua habet aliquid eſſe deus. Deus autem
ſignificat ſub ratione habentis in ſe deitatem.non dico participãtis. Et quo ad hoc ſolummodo ali
qua ratio ſubſiſtentiæ abſolutæ poteſt ĩtelligi in deo: ſimiliter aliqua ratio abſoluti ſuppoſiti:quẽ
admodum intellexerunt philoſophi in deo vnum ſuppoſitum abſolutum.ſecundum quam etiam
rationem Auguſt. loquitur de ſuppoſito trinitatis,vt dictũ eſt. In quo quidem ſuppoſito ratione
ſimplicitatis q̃ in eo & ĩ eẽntia eſt ęqualis,bñ dicitur ꝙ deitas eſt deꝰ & ecõuerſo:licet nõ dicať ꝙ
humanitas ſit homo aut econuerſo. Nec tamen ſub hoc nomine deus oĩno ſignificatur deitas, vt
abſolute:ſed vt ſub aliquo,ratione reſpectus,vt patebit loquendo de ſignificato huius noĩs deꝰ. Et
ſic abſolute dicendum ꝙ deo non cõuenit aliq̃ ratio ſubſiſtendi abſolute:ſicut conuenit ſubſtantię
quæ eſt prædicamentum:ſiue quæ eſt in prædicamento:ita ꝙ non conueniat ei alia ratio ſubſtan
tiæ q̃ in ſe exiſtere non in alio vt in ſubiecto. ꝙ enim ſubſiſtit ſecundum ſuppoſitum,hoc non eſt
per ſpeciei diuiſionem:neqꝫ per eſſentiæ indiuiduationem: ſed eſſentiæ & ſpeciei quæ omnino id-
ipſum ſunt re ratione & intentione,communicatione:quę non poteſt fieri niſi per relatiuam diſti-
ctionem: vt in deo impoſſibile ſit ponere rationem ſuppoſiti niſi relatiui, vt exponẽdũ eſt loco ſuo.
C ¶Ad id qđ arguitur ſecundo,ꝙ deo non conuenit ratio ꝑdicamenti ſubſtantiæ:quia ei non conue
Ad ſextũ. nit ſubſiſtere:qđ eſt ꝓpria ratio ſubſtantiæ:dicendũ ꝙ ſubſtãtia dicitur a ſubſiſtendo:& hoc poteſt
eſſe vel in ſe vel ſub altero ſtando. Secũdum primum modum ſubſiſtere ẽ eſſentiale prędicamento
ſubſtantię:& nõ poteſt nõ conuenire ſubſtantiæ creatæ inquantũ ſubſtantia eſt. Vnde conuenit oĩ
ſubſtantiæ creatæ:etiam ſi aliqua eſſet abſoluta ab omni accidente. Subſiſtere vero ſecundo mo-
do poteſt eſſe dupliciter,vel accidenti,vel ſuperiori in linea. Primo modo accidẽtale eſt prædicamẽ
to ſubſtantiæ:ſicut accidentale eſt ei ꝙ ei inhęrent prædicamenta accidentium. Secundo modo ge
nerale eſt omni prædicamento ꝑterq̃ generaliſſimo in eo. Et primus modus ſubſiſtendi (vt dictum
eſt) veriſſime deo cõuenit. Secundo autem modo,de quo procedit argumẽtum, nullo modo ei cõ
uenit:& forte ab illo facta eſt ĩpoſitio nominis prædicamenti ſubſtãtiæ. Propter quod licet deus ſe-
cundum primam proprietatem rei ſubiectę veriſſime dicitur ſubſtantia,ſecundum proprietatem
tamen nominis a qua ipſum nomen imponitur,ſubſtantia proprie dici non poteſt,dicẽte Auguſt.
vii.de trini.ca.4. Sicut ab eo quod eſt eſſe appellatur eſſentia:ita ab eo qđ eſt ſubſiſtere ſubſtãtiã di
cimus. Abſurdum eſt autem vt ſubſtãtia relatiue dicať.omnis enim res ad ſeipſam ſubſiſtit:quãto
magis deus? Si tñ dignũ eſt,vt dicať deꝰ ſubſiſtere. De his enim rebus recte intelligitur, in quibus
ſubiectis ſunt quæ in aliquo ſubiecto eſſe dicuntur: ſicut color aut forma in corpore, & cætera.
Vnde propter proprietatem rei dicit Auguſt.v.de trini.ca.ii. Eſt ſine dubitatione ſubſtantia. Et ꝓ



pter improprietatem nominis ſubiungit. Vel ſi melius appelletur eſſentia,quã gręci vſian vocant.
Si tñ (vt ait in eodem) nõ tranſlatiue ac per ſimilitudinẽ, ſed proprie de illo aliquid dici ore homi
nis poteſt. Tertio ſimiliter modo non poteſt dici ſubſiſtere:quia nõ eſt in prædicamento,vt viſum
eſt ſupra. ¶Qꝫ arguitur ꝙ in deo ſit ſolum ratio ſubſtantiæ:quia eſſe in ſe vel in alio diuidunt to D
tum ens:& deus nullo modo habet eſſe in alio:ſed tm̃ in ſe:& hęc eſt ratio ſubſtantiæ:dicendũ ꝙ Ad ſepti-
hoc verum eſt ſecundum intentionem philoſophorum qui ꝑdicamentum relationis numerauerũt mum.
inter ꝑdicamẽta accidẽtium: quia ſecundum eos relatio ſecundum eſſe nulla eſt niſi fundata in ali
quo accidente ſubſtantiæ. Propter quod etiã relatio accidit ſubſtantiæ:ſicut ſimilitudo fundať ſu-
per albedinem. Relationem autem nullam realem fundari dixerũt ſuper ſubſtantiam: ſed omnem
relationem fundatam ſuper ſubſtãtiã, vt eſt relatio identitatis & diuerſitatis in ſubſtãtia, dicebãt
relationem eſſe ſecundum dici. ¶Secundum veriorem autem ſententiam Theologorum qui ve- E
ram relationem realem fundari vident in diuinis perſonis ſuper ſubſtantiã abſqꝫ oĩ accidente,eẽ in
ſe vel in alio non diuidunt totum ens:ſed eſt tertium membrũ qđ eſt eẽ ad aliud,vt ꝑdicamẽtum
relationis diſtinguatur contra ꝑdicamentum ſubſtantiæ & contra ꝑdicamenta accidentium quã-
tum ad ſuã ꝓpriã rationem,quæ eſt alia a ratione accidẽtis vt accidens eſt:& ſubſtantię vt ſubſtã-
tia eſt:licet in creaturis (in quibꝰ ſolis Philoſophi ponebant eſſe prædicamentum relationis & re-
lationẽ ſcd̃m eſſe) ſecũdũ ipſos phos incidat inter ꝑdicamẽta accidentiũ. Quorũ opinionẽ Arriani
in hoc tenẽtes ꝓbare nitebantur in deo diſtinctionem perſonarum eſſe ſecũdũ ſubſtãtiã non ſecun
dum relationem:quia in deo nullum cadit accidens. Arguebãt eñ ſic,vt dicit Auguſt.v.de tri.ca.
iii. Quicquid de deo diciť vel intelligiť, nõ ſecundũ accidens ſed ſcd̃m ſubſtãtiam dicitur. Quapro
pter ingenitum eſſe eſt patri ſecundum ſubſtantiam,& genitum eſſe filio ſecundum ſubſtantiã eſt
diuerſum autẽ eſt genitũ eſſe:& ingenitum eſſe:diuerſa ẽ ergo ſubſtantia patris & filii. Vbi Aug.
poſtq̃ ex medio eorum quo ſupponebãt de deo nihil dici poſſe niſi ſecundum ſubſtantiam vel ſecũ
dum accidens arguit contra eos cap.4.& probat ꝙ nihil de deo poſſit dici ſecundum accidẽs: qa
in eo nullum omnino cadit accidens: & in fine reſpondendo formæ argumẽti eorum dicit. Nihil
in eo ſecundum accidens dicitur:quia nihil ei accidit : nec tamen omne quod dicitur,ſecundum
ſubſtantiam dicitur. In rebus enim creatis atqꝫ mutabilibus quod non ſecundum ſubſtan-
tiam dicitur reſtat vt ſecundum accidens dicatur,omnia enim accidunt eis quæ vel amitti poſ-
ſunt vel minui:& magnitudines & qualitates:& qđ dicitur ad aliquid,ſicut amicitię,ꝓpinquitates
ſeruitutes,ſimilitudines,ęqualitates:& ſiqua huiuſmodi ſunt,& ſitus & habitus & loca & tẽpora
& opa atqꝫ paſſiões. In deo autem nihil ſecundum accidens dicitur: quia nihil in eo mutabile eſt.
Nec tamen omne qđ dicitur,ſecundum ſubſtantiam dicitur. diciť eñ ad aliqd:ſicut pater ad filiũ
& filius ad patrem: qđ nõ eſt accidens. Si vero qđ dicitur pater ad ſe diceretur nõ ad filium:& qđ
dicitur filius ad ſe diceretur non ad patrem : ſecundum ſubſtantiam diceretur & ille pater & ille
filius:ſed quia pater non dicitur pater niſi ex eo ꝙ eſt ei filius: & filius non dicitur filius niſi ex eo
ꝙ habet patrem:non ſecundum ſubſtantiam dicuntur hæc:quia non quiſquis eorum ad ſeipſum:
ſed adinuicem atqꝫ ad alterum iſta dicuntur:neqꝫ ſecundum accidens:quia & qđ diciť pater & qđ
dicitur filius: æternum atqꝫ immutabile eſt eis. Quamobrem q̃uis diuerſum ſit patrem eſſe & fi-
lium eſſe,non eſt tamen diuerſa ſubſtantia:qa hęc non ſecundum ſubſtantiam dicuntur:ſed ſecun-
dum relationem:quod tamen relatiuum non eſt accidens:quia non eſt mutabile. Vnde concludit
duos modos prædicandi,ſecundum ſubſtantiam.ſ.& relationẽ,ſemper accipiendos eſſe in diuinis:
iuxta ꝙ ſupra determinauimus rationes duorum prædicamentorum,ſubſtãtiæ.ſ.& relationis, ma
nere in deo. Dicit ergo ca.viii. Quapropter illud ꝑcipue teneamꝰ:quicquid ad ſe dicitur pręſtãtiſſi
ma illa & diuina trinitas, ſubſtantialiter dici:qđ autem ad aliquid,non ſubſtantialiter ſed relatiue.
¶Qđ arguitur,ꝙ non ſolum ratio ſubſtantiæ & relationis in deo cadãt:ſed etiã actionis:qa quod F
ad faciendum attinet, fortaſſe de ſolo deo dicitur:Dicendum ꝙ verum eſt ſecundum naturam rei Ad octa-
quæ eſt principium a quo eſt actio:quia ipſe ſolus facit ita ꝙ non fit:& in omnibus quęcunqꝫ fiũt, uum.
ipſe principaliter agit & immediate : ſed in quibuſdam natura coagit : ſicut eius inſtrumentum.
propter quod appoſuit fortaſſis. Et hoc modo conceſſum eſt ꝙ res actionis proprie de deo dicitur
quo ad naturam rei ſcilicet,nullo aũt modo quo ad rõnẽ prædicamenti actionis, vt ſupra expoſi-
tum eſt. Nec loquitur ibi Auguſtinus de facere quantum ad prædicamenti rationem. ¶Ad illud G
quod arguitur, ꝙ ratio prædicamenti actionis debet cadere in deo : quia puram rationem reſpe- Ad nonũ.
ctus dicit in agente : dicendum ſecundum Philoſophum in primo & decimo Ethico. ꝙ eſt quæ-
dam actio quæ eſt operatio manens in operante: & talis eſt omnis diuina actio inquantum actio
eſt : & eſt æterna & manens ſemper : quia non eſt niſi ſua ſubſtantia: qualis non conuenit alicui

creaturæ.Eſt autem alia actio quæ eſt factio alicuius in ipſo agente qđ accidentale eſt ſubſtantiæ
agentis:vt eſt omnis illa actio quā Philoſophus appellat operationē:cuiuſmodi actio ſecundū Phm
eſt opus beatitudinis.& hęc non cōuenit aliquo modo deo. Alia vero actio eſt quæ eſt factio alicu
ius extra agentem per motum qui fluit ab agente in paſſum.hęc eſt actio quæ pertinet ad prædi-
camentum actionis:qua deus agit de nouo ex tempore non per aliquam tranſmutationem ſuam:
quia non eſt hmōi actio re aliđ a ſua actione ęterna intra:ſed dicit̃ noua inquātum ſcđm determi-
nationem per eius voluntatem antiquā & æternam nouus effectꝰ proſilit in creatura:quæ ſtatim
realem reſpectum ex hoc habet ad deum:& deus econuerſo reſpectum ſecundum rationem ſolum
ad creaturā,quo de nouo dicitur creare vel facere aliquid:& eſſe creator vel dominus.Qꝫ ſi crea-
turam fieri de nouo a deo non ponit aliquam realem tranſmutationem in ipſa creatura,non perti
net adhuc hmōi actio ad prædicamētū relationis:quia illa actio quæ ꝑtinet ad p̄dicamētū actionis
non fundatur niſi in motu,vt dictum eſt.Si vero dicat aliquam realem tranſmutationem ī ipſa re
creata:aut ſi agat mouendo corpus aliquod localiter vel aliquo alio modo: quēadmodū mouentia
mota mouēt naturalia:tunc hmōi actio tam in deo q̄ in creaturis ꝑtinet ad p̄dicamētū actionis:&
habet realitatē & accn̄talitatē ſuā totā in paſſo ꝑ motū vt in quo fundat̃:ꝑ quē motū paſſū realiter
refert̃ ad agētē:nō aūt ecōuerſo.& hoc tā in agēte naturali q̄ ſupnaturali.Et ſemꝑ ſecūdū realitatē
ſuā p̄dicamētū actio & paſſio non hn̄t eſſe niſi in paſſo. Propter qđ dicit Philoſophus in.3.phyſi.ꝙ
actio eſt actus huius in hoc:& ꝙ agēs denominatur ab eo qđ realiter eſt in alio. Vnde quia actio q̄
eſt in deo abintra,non fundatur ſup motum,illa nullo modo neqꝫ reſpectus quem importat ꝑtinet
ad prædicamētum actiōis:& cū hoc relatio de p̄dicamēto actionis vt pura eſt,cū trāſfert̃ in deū ca
dit in rationem communem relatiōis quę cōtinet reſpectum ſeptem p̄dicamētorum ſecūdū deter-
minationem ſuprahabitam. Et ſecūdum hoc ratio prædicamenti actionis vt actionis non cadit in
deo niſi ſub ratione cōis relatiōis:ſicut neqꝫ etiā ꝓpria ratio vel relatio p̄dicamēti relatiōis, vt eſt
H vnum p̄dicamentorum in creaturis.¶Ad aliud, ꝙ p̄dicamentum relationis aut ratio eius nō po-
Ad deci- teſt eſſe in deo:quia habet eſſe debile: Dicendū ꝙ illud nō intelligitur niſi quo ad ſuam realitatem
mum. & accn̄talitatē:quia nō habet eā niſi ꝑ aliquid ſup qđ fundat̃ vt dictū eſt.Ratione aūt reſpectꝰ ſim-
pliciter nō habet eē debile ſed forte.Eſt em̄ ita verū eē in genere ſuo ad aliud eſſe,quātū in gn̄e ſuo
I ſecundum ſe abſolute eſſe. ¶Ad vltimum ꝙ ratio ſubſtantiæ cum ſit minime dependens: & ra-
Ad vnde tio relationis cum ſit maxime dependens:non poſſunt eſſe ſimul in eodem;dicēdum ꝙ aliud eſt re-
cimum. latio ſiue reſpectus,aliud vero dependentia:& accidit relationi dependentia propter debile eſſe ſu-
per qđ fundatur:qualem habet creatura ad deum cōparata.Ex natura autem relationis vel reſpe
ctus ſimpliciter nullam rationem dependentiæ ab alio dicit:ſed ſolum eſſe ad aliud: nec vllo modo
repugnat ei quod eſt in ſe eſſe:immo ſumme congruit ei. quanto enim aliquid in natura & eſſen-
tia ſua magis eſt abſolutum,tanto minus eſt dependens ab alio : & magis alia dependent ab ipſo:
ita ꝙ illud quod eſt ſumme abſolutum & purum eſſe ſimpliciſſimum,vt eſt deus,ab eo omnia alia
in ſuo eſſe habent dependentiam:& omnia realem reſpectum ad ipſum;& ipſe econuerſo reſpectꝰ
rationis ad illa:ita ꝙ ad plura vel plures reſpectus habet q̄ omnia alia:& non ſolum ad ea q̄ ſunt
extra ipſum:immo propter ſimplicitatem & puritatem & abſolutionem eſſe eius,habet in ſeipſo
tales reſpectus, quales in nulla creatura poſſunt īueniri:vt ſunt reſpectꝰ ꝑſonales,vt infra videbit̃.

## Articulus.XXXIII.

Sequitur Art.XXXIII.de proprietatibus communibꝰ ſub
ſtantialibus diuinæ eſſentiæ a creaturis attributis in ſpeciali.Et q̄a oīa
eſſentialia attributa diuina pertinent vel ad intellectum vel ad volun-
tatem in deo , vt patebit ex conſequenter determinandis , ideo cir-
ca ea quæ ſunt diuini intellectus & voluntatis verſat̃ tota conſideratio
de huiuſmodi attributis:circa quæ tria ſunt conſideranda.
Primum abſolute de eis quæ pertinent ad intellectum:quia intellectus
pręuius eſt ad voluntatem.
Secundum eſt abſolute de illis quę pertinent ad voluntatem.
Tertium de eis quæ pertinent ad ambo,comparatis adinuicem.
Et quia ad perfectionem intellectus quatuor concurrunt , intelligibile
vt obiectum,ipē intellectus vt potentia intellectiua,intelligere vt actus eiꝰ,notitia ſiue ſcientia de
intelligibili ex actu intelligendi habita in intellectu tanq̄ habitus:Idcirco circa primum illorum re
ſtant quatuor inquirenda.



Primum de intelligibili. Secundum de intellectu.
Tertium de notitia intellectus. Quartum de ipſo intelligere.
Et quia intelligibile inquantum ē intelligibile & obiectum intellectus,habet rationem veri,ideo cir
ca primum iſtorum reſtant duo quęrenda.
Primum,de ratione intelligibilis in ipſo ſimpliciter. Secundum,de ratione veritatis in eo.
¶Circa primum iſtorum quęruntur tria.
Primum:vtrum deus ſit intelligibilis.
Secundum:vtrum deus ſeipſo ſit intelligibilis.
Tertium:vtrum ratio intelligendi deum ſit ratio intelligendi omnia alia ab eo.

Circa primum arguitur ꝙ deus non ſit intelligibile aliquid,Primo ſic.Infinitū in- K
quātū infinitū incognitū eſt.ſecūdū Phm prīo phyſi. incognitū inquātū incogni Quæſt.i.
tū nō eſt ītelligibile.q̄a ītelligibile īquātū ītelligibile eſt cognoſcibile.Deꝰ aūt ſim Arg.1.
pliciter & omnino infinitus eſt,vt infra videbit̃.ergo &c.¶Secundo ſic.intelligi- 2
bile eſt principium formale actus intelligendi in intelligente,vt habitum eſt ſu-
pra.Deus non eſt principiū formale actus intelligendi in aliquo.non in ſeipſo:q̄a
intelligere in deo eſt eſſe:eſſe autem eſt primus conceptus in deo:non habens oī
no principium,neqꝫ in alio:& hoc neqꝫ ꝑ ſuam eſſentiam:quia ipſa nullius eſt forma īformās, vt ha
bitum eſt ſupra.Neqꝫ per ſpeciem aliquam ſuam,eo ꝙ nullam poteſt habere,vt infra videbitur.er- 3
go &c.¶In contrarium eſt.qm̄ ipſa eſt ſumma & prima veritas,vt infra videbit̃. Veritas aūt eſt ꝑ In oppoſi.
ſe obiectum intellectus.& omne tale intelligibile quoddam eſt.ergo &c.

¶Dicendum ad hoc:ꝙ ſecundum Auicen.viii.metaphy.ca.xxxvii.cauſa in hoc ꝙ L
res nō ītelligit̃ materia eſt.eſſe vero formale eſt eē intelligibile:& hoc eſt eē qđ poſtq̄ q̄eſcit in re ipſa Reſponſio
fit ꝑ illud rei ītelligētia in effectu. Quāto igit̃ aliq̄d eſt materiale magis,tāto minꝰ eſt ītelligibile:&
quāto magis formale,tanto magis intelligibile. Vnde & Phus.ii.metaph.vult ꝙ materia prima nō
eſt ītelligibilis niſi ſcđm analogiā quā habet ad formā:& ꝙ illa q̄ ſunt ſepata a materia:& ſi a nobis
difficile intelligūtur:hoc eſt non ꝓpter ipſas res:ſed ꝓpter nos.vbi dicit Cōmen.Cū difficultas cō-
prehenſionis entium ſit duobus modis, rectum eſt vt difficultas in rebus quæ ſunt in fine verita-
tis.ſ.in primo principio & in principiis abſtractis a materia,ſit ex nobis nō ex ipſis.qm̄ cū abſtracta
ſunt,intellecta in ſe naturaliter ſunt:non ſicut formę naturales.Difficultas em̄ in iſtis eſt ex ſe ma-
gis q̄ ex nobis.Vnde materialia vt intelligantur egent abſtractione:quia non per ſuam eſſentiam ſi
cut immaterialia:ſed ſolum per ſuam ſpeciem intelligibilia ſunt,vt infra habet declarari.Quia igi-
tur,vt habitum eſt ſupra,Deus ſumme immaterialis eſt:& in actu:concedēdū eſt ꝙ ipſe quātū in ſe
eſt ſumme intelligibilis eſt:& ſui manifeſtatiuus apud intellectum.Propter qđ dicitur ꝙ deus lux
eſt.Sicut em̄ lux inter corpalia ſūme viſibilis ē & manifeſtatiua & declaratiua ſui apud viſum cor
poris:ſic deus ſūme intelligibilis eſt & manifeſtatiuꝰ & declaratiuus ſui apud intellectum quēcūqꝫ:
etſi deficit intellectus creatꝰ ne poſſit ſplendorem intelligibilitatis eiꝰ ſuſtinere:ſicut deficit oculus
veſpertilionis,ne poſſit ſuſtinere ſplēdorem ſolis.iuxta illud Philoſophi. Diſpoſitio intellectus ī ani
ma apud illud quod eſt in natura valde manifeſtum,ſimilis diſpoſitioni oculorum veſpertilionis
apud lucem ſolis.vbi dicit Cōmen.Quia diſpoſitio ītellectꝰ de re intelligibili eſt ſicut diſpoſitio ſen
ſus de re ſenſibili,aſſimilauit virtutē intellectus in cōprehendendo intelligibilia abſtracta,debiliſſi-
mo viſui in ſentiēdo maximum ſenſibile.& hoc pro ſtatu huius vitę.Vnde & de ītelligibilibus ra
tionibus in deo,dicit Auguſt.xiii.lib.de trini.Ad quas mētis acie peruenire paucorum eſt:vt cum
peruenitur quātū fieri poteſt:nō in eis manet ipſe peruentor:ſed velut acie reuerberata repellitur
& fit rei non tranſitorię trāſitoria cogitatio.Quomodo autem ſecundū iſtum modum deus intel
ligitur a nobis in præſenti,expoſitum eſt ſupra.In futuro autem aliter erit, quando videbimus eū
ſicuti eſt:quando cognoſcam ſicut & cognitus ſum:ſcđm ꝙ dicitur.i.Ioan.iii.de quo inferius de-
bet eſſe ſermo.
¶Ad primum in oppoſitum ꝙ infinitum inquantum infinitum incognitum eſt
&c.Dicendum ꝙ hoc verum eſt ad literam de infinito corporali:q̄a illa infinitas eſt a materia,vt ī M
fra dicet̃:& materia(vt dictū ē)priuat rōnē ītelligibilis.Nō aūt de īfinito ſpūali:cuiuſmōi eſt deꝰ: Ad pri.
q̄a hęc infinitas eſt a forma,vt īfra dicet̃:& forma(vt dictū eſt)eſt pricipiū intelligēdi.Vnde quāto princi.
aliquid magis eſt formale & infinitum infinitate formę,tāto ē magis intelligibile quantum eſt ex ſe
licet non intellectui indiſpoſito,vt dictum eſt.Vn̄ ſi illud dictū Philoſophi extēdere velis ad īfinitū

ſecundum formam,dicēdū ꝙ infinitum inquantū infinitum incognitū eſt quo ad intellectū crea-
tum,ne poſſit comprehendere ipſum quo ad rationem infinitatis eius:quia ſic ſolus ſeipſum intel
ligit.Non tamen ita incognitum eſt ei qn aliquo modo ab ipſo cognoſci & intelligi poteſt cōtēpe-
rando ſe ſicut vult:quia non naturaliter & de neceſſitate imutat,ſed voluntarie quos vult & quā
tum vult.Vnde dictam comparationem de intellectu noſtro & oculo veſpertilionis exponēs Cō-
men,dicit ꝙ hoc non demonſtrat res abſtractas intelligere eſſe impoſſibile nobis:ſicut inſpicere ſo-
lem impoſſibile eſt veſpertilioni:ſed ſolum notat difficultatē.Vnde & licet eſſet omnino ſimile vt
nullo modo poſſet deus intelligi ab intellectu creato propter excellentiam ſplendoris eius: ſicut
neqꝫ videri lux ſolis ab oculo veſpertilionis: immo ꝙ quantum eſt ex parte naturæ, multo ma-
gis viſibilis eſt lux ſolis ab oculo veſptilionis, ꝗ naturaliter diuina eſſentia a mēte creata: nihilo
N minus tamē quantum eſt ex ſe maxime eſſet intelligibilis:ſicut ſolis lux maxime eſt viſibilis.¶Ad
Ad ſcđm. ſecundum ꝙ deus in nullo eſt principium formale intelligendi:Dicendū ꝙ falſum eſt:immo ē prin
cipium formale intelligendi omni intellectui immediate videnti ſiue intelligenti nude deum ſiue
diuinam eſſentiam: & hoc non ꝑ ſpeciem aliam a ſua eſſentia,vt dicetur in queſt.ſequēti:ſed ꝑ pu
ram & nudam eſſentiam.Et ꝙ arguitur ꝙ nō poteſt eſſe principium intelligendi in ſeipſo:quia in
telligere eius eſt eē eiꝰ:& eſſe non habet principium in ipſo:dicēdū ſcđm ꝓdicta,ꝙ licet idem ſunt
re in deo eſſe & intelligere,differunt tamen ratione: ita ꝙ ratio eſſe præcedit ſecūdū rationem in
telligendi rationē eiꝰ qđ eſt intelligere.Omne enim intelligēs eſt in actu ens nō ecōuerſo. Et nō ſo
lum ratio eius quod eſt eſſe præcedit rationem eiꝰ qđ eſt intelligere:ſed & ratio eius qđ eſt viuere
& qđ eſt eſſentia & vita.Iſta enim quatuor in deo,eſſe.ſ.viuere,vita,& eſſentia,ꝑtinēt ad vnā rōnē
cōem & primā in deo:poſt quā ſecūdū ordinē & diſcurſū rōnis nře intelligēdę ſunt oēs alię.Et dif
ferunt ab oībꝰ ꝓprietatibꝰ & attributis.Significāt ei q̄tuor iſta eē ſub rōne eſſe ſimpliciter & actꝰ
primi:licet differēter,vt ſupra determinatū eſt.Proprietates aūt eēntię & eē dei,ꝗ ſunt vnitas,ſim-
plicitas,immutabilitas, æternitas,ſignificant rationē cuiuſdā vnitatis & idētitatis ipſius eſſentiæ
in ſe:licet diuerſimode,vt ſupra patet ex ꝓdeterminatis. Et ſequunť illa immediate ea quę in deo ſi
gnificant ſub rōne eſſe:attributoꝝ autē omniū rōnes ſequunť tertio tanq̄ rationes ꝑtinentium ad
actus ſcđos,qui ſunt intelligere & velle,& quaſi elicitiui ipſorum ex ſubſtātia ente & viuēte:ita ꝙ
ordine noſtri intellectus in intelligendo illę quatuor rationes quę complēt actus ſcđos q ſunt intel
ligere & velle,in deo ſeſe cōſequunť:& hoc cōtrario modo cum eis quæ pertinent ad actum primū
qui eſt eſſe.In illis em̄ ratio ſummę actualitatis quę ſignificať nomine eſſe ſimpliciter dicti,eſt pria:
& illam aliæ conſequūť vt dictum eſt.In his autem ratio actualitatis in actu qui eſt intelligere vel
velle non eſt prima:eo ꝙ ſe habet actus vt elicitus a ſubſtantia.Elicitū aūt inquantum elicitum ab
aliquo eſt elicitū,vt ab intellectiuo & volitiuo tanq̄ a potente ītelligere & velle.& potētia hmōi q̄ſi
determinať per obiectum intelligibile & volibile. Vt etiam actus hmōi eliciantur , ratio eliciendi
ſunt notitia & amor.Ideo em̄ rationes obiectorum neceſſario ſunt primę,& potentiarum ſecundę:
& habituum tertiæ:& actuū vltimæ,vt magis patebit ſingula exequendo.Propter quod ergo licet
ipſum eſſe ſub ratione ipſius eſſe, eo ꝙ eſt omnino prima ratio intellecta circa deum,vt habitū eſt
ſupra,non poteſt habere aliquid vt principium ſui in deo:intelligere tamē ſub ratione ipſius ītel-
ligere:quia habet alias rōnes præcedentes,bene poteſt habere aliqđ in deo vt principiū,cuiuſmodi
eſt ipſum diuinum eſſe ſiue diuina eſſentia inquantum habet rationem intelligibilis vel intelligen
O tis,vt dictum eſt.¶Qđ ſimiliter arguitur ꝙ deus non poteſt eſſe pricipium in alio per ſpeciem:be-
Ad tertiū ne verum eſt,vt alias exponendum eſt. Eſt tñ principiū formale intelligēdi in alio per ſuam eſſen
tiam.ſ.per præſentiam ſuam mouentem ad actum intelligendi:licet non informantem. & quomo
do hoc, exponendum eſt loquendo de cognitione creaturæ rationalis circa deum.

P CIrca ſecundum arguitur ꝙ deus non eſt ſeipſo ītelligibilis Primo ſic.qđ ſeipō eſt
Queſt.II. intelligibile,preſens intellectui neceſſario immutat ipſum ad intelligendum: &
Arg.1. hoc ſecundum omnem modum quo eſt intelligibile.qm̄ ſi non,ad hoc ꝙ intelli-
gatur requiritur aliud ab ipſo,& ita non eſt ſeipſo intelligibile.deus præſens eſt
omni intellectui:quia & omni creaturæ,vt infra debet oſtendi.ergo &c.cōſequēs
eſt falſum vt patet,ergo & antecedens.¶Secundo ſic.ſi deus ſeipō eēt intelligibi-
2 lis,cum deus deitate ſit deus,deitate eſſet intelligibilis:quia qđ rei ſeipſa conue-
nit , conuenit ei eo ꝙ habet eſſe id quod eſt.conſequens eſt falſum.tunc enim deitas eſſet propria
ratio intelligibilitatis,qđ nō eſt verum.qm̄ propria ratio qua aliquid eſt intelligibile,veritas eſt:ſi-
cut bonitas qua eſt amabile.Ratio autem veritatis in deo alia eſt a ratione deitatis.Deus enim dei



tate deus eſt:& non veritate:& veritate intelligibilis non deitate:ſub ratione qua deitas eſt.quēad
modū ſecūdū Aug.deꝰ deitate deꝰ eſt,& non paternitate.paternitate aūt pater eſt: & non deitate.
ergo &c.¶Tertio ſic.qđ nō eſt ītelligibile niſi alio a ſe,nō ē ītelligibile ſeipſo.Deꝰ eſt hmōi:qa nō in 3
telligitur etiā a beatis niſi per aliquā ſpeciem ſui: qua ītellectus beatorum īformatur vt educatur
de potentia ad actū:qa ipſa diuīa eſſentia nullius eſt forma inhęrens. Vñ dicit Aug.ix.de trini.ca. Auguſt.
xi.Cum deum nouimus fit aliqua dei ſimilitudo:tamen inferior:quia in īferiore natura eſt.Et Hu Hugo.
go dicit ſuper primum cap.cę.hier.ꝙ angelici ſpiritus habent ſigna & demonſtrationes ꝑ quas de ī
uiſibilibus dei & valde occultis & ſecretis & abſconditis intus immaterialiter & īuiſibiliter & ſim
pliciter erudiunť.quæ quidem quātum ad illam multum inuiſibilem lucem & inacceſſibilem dei-
tatis quaſi foris ſunt:& procedunt abintus in demonſtratione.ergo &c.¶In contrarium eſt. cū em̄ In oppoſi.
deus ſi ſeipſo non eſt intelligibilis, neceſſario eſt alio aliquo intelligibilis,& omne per aliud reduci-
tur ad per ſe:quia aliter eſſet procedere in infinitum.eſſet igitur aliquid aliud a deo ſeipſo intelligi
bile & deus per illud.conſequens eſt falſum:quia tunc aliquid eſſet prius & nobilius & ſimplicius
deo,vt patet ex ſe.ergo &c.

¶Hic ſciendum in principio ꝙ iſta quæſtio quærit de eo quo deus debet dici in Q
telligibilis eſſe:tanq̄ eo qđ eſt propria ratio ſecūdū quā diciť eſſe intelligibilis:vtrū.ſ.deitate debet Reſol.q.
dici ītelligibilis:ſicut dť deitate deꝰ:vtrū.ſ.deitas ſit ꝓpria ratio q̄ deꝰ dicať intelligibilis:ſicut eſt ꝓ
pria rō qua dť eſſe deꝰ:& ſicut paternitas eſt ꝓpria rō q̄ dť eē pater:an cū deitate reqrať aliqd rōne
cuius non ſeipſo vt deitate:ſed quodā alio intelligibilis ſit.Et ſic q̄rit queſtio:vtrū deus ſit per ſe ſi
ue ſecundum ſe intelligibilis:ſeu,vtrum iſta propoſitio ſit per ſe vera,deus eſt intelligibilis.Cū igiť
diuerſum & multū nobis notiꝰ eſt q̄ vnū & idē,vt dicit Philoſophus ī.x.meta.& ſeipſo diciť aliqd
alteri conuenire,excludendo aliud tanq̄ neceſſarium ad hoc ꝙ illud conueniat ei : ad inueſtigan-
dum igitur veritatem queſiti:quia plures ſinus habet queſtio ſic generaliter ꝓpoſita:oportet vide
re modos qbus poſſet poni deꝰ eſſe ītelligibilis alio a ſe.Alio dico re,vt ſic prio via remotionis ab-
negemus modos quibus non eſt dignum dici eum intelligibilem ꝑ aliquid aliud a ſe.Deinde ſecun
do via eminentię affirmemus modo contrario ipſum eſſe intelligibilem ex ſe.eo em̄ mō quo nō eſt
intelligibilis ſine aliquo alio a ſe,re vel ratione , non eſt intelligibilis ſeipſo : & eo modo quo eſt
intelligibilis abſqꝫ omni alio,debet dici eſſe intelligibilis ſeipſo . Hic eſt enim rectus ordo & proceſ-
ſus ad inueſtigādum diuina,vt habitum eſt ſupra. ¶Et vt meliꝰ propoſitum noſtrum percipiamꝰ R
in ſimili de viſibili oculo corporis qđ maxime ꝓportionatur ītelligibili oculo mentis:Sciendum ꝙ
aliquid dicitur eſſe viſibile aliquo alio a ſe,nō ſeipſo pręciſe,triplici modo.Primo mō tāq̄ ſpecie actū
videndi in oculo ꝑficiente.Secundo modo tanq̄ medio ad actū videndi diſponēte. Tertio modo tā
q̄ obiecto actum videndi inchoante.& eſt quilibet iſtorū modorum ſubdiſtiguēdus,vt patebit ī ꝓ-
ſecutione. Viſibile enim eſſe nō ſeipſo ſolo:ſed & alio a ſe tanq̄ ſpecie informante viſum ad perficiē
dum actum videndi,contingit dupliciter:aut tanq̄ ſpecie ſiue forma qua videns eleuatur & robo-
ratur vt viſibile videntē attingere & in ipſo aciē viſus figere poſſit:aut tanq̄ ſpecie ſiue forma qua
videns actum videndi elicit.Primo modo color non eſt viſibilis ſeipſo:ſed per formam ſanitatis &
potentiæ naturalis in oculo.De qua dicit Philoſophus ſecundo de anima,ꝙ ſenſitiui prima immu
tatio fit a generante & ſecundum actum producente in ipſo potentiam videndi & diſpoſitionem
naturalis ſanitatis ſine q̄ non īmutareť. Secūda vero ſenſitiui īmutatio fit a ſenſibili obiecto retinē
do in ſe impreſſionem ſuæ ſpeciei:& ſic color non eſt viſibilis ſeipō ab oculo corporis:ſed per ſpeciē
ſuā quā oculo imprimit vt imaginem eius qua ipſum educit de potentia videndi ad actum.Si igi-
tur quæſtionē iſtam de intelligibilitate dei generaliter intelligamꝰ reſpectu cuiuſlibet intelligētis: S
& præcipue creati:qa reſpectu ſuiipſius ī intelligendo ſeipſum ipſe ſeipſo pręciſe ītelligibilis eſt a ſe
ipſo,vt patebit in q̄ſtionibꝰ quō deus intelligit ſe:ſic inquam reſpectu intellectus creati intelligen-
do queſtionem pro iſto modo & pro aliis ſequentibus:Sciendum ꝙ ſi deus dicitur non intelligibi-
lis ſeipſo:ſed aliquo alio:hoc non contingit niſi ratione excellentiæ & nobilitatis in ſua intelligibili
tate:& ratione defectus & imperfectionis ex parte intelligentis.Vnde quia in omni alio a ſe inue-
nit aliquem defectū & īperfectionē ad ītelligendū ſe ſimpliciter & abſolute,a ſolo ſeipſo eſt ſeipō in
telligibilis,& a nullo alio niſi per aliquid aliud qđ requiritur in intelligente ſuper eius diſpoſitio-
nem naturalem, quantūcūqꝫ ſit creatura in gradu naturali eleuata.Vnde ſecūdum primum mo-
dum intelligendi per aliud ſupernaturalia intellectus cuiuſqꝫ creati,vt deus intelligibilis ſit ab ip-
ſo requiritur aliqua diſpoſitio ſupernaturalis ſanitatis , qua tanq̄ dono alicuius gratiæ ſuperna-
turalis intellectus vigoratur,& acumen viſus purgatur ſupernaturaliter.ſecundum ꝙ infra vide-

bitur in quæſtionibus,quomodo De⁹ intelligiẽ ab intellectu creato. De quo tamẽ breuiter loquiẽ
Auguſt,in primo ſol.ſic inquiens.Mentis quaſi ſunt oculi ſenſus animę:ratio in mentibus eſt vt in
oculis aſpectus. Animæ opus eſt,vt oculos ſanos habeat,quib⁹ iam bene vti poſſit. Oculi ſani mẽs
eſt ab omni labe corporis pura.qđ nihil aliud præſtat q̄ fides primo:quæ re vera ſufficit vt intelli-
gatur deus in ænigmate : ſed vt altius intelligatur donum alterius gratiæ requiritur.ſecundum
ꝙ patet ex ſupra determinatis. Et hanc ſanitatem in vita æterna tribuit perfecta charitas. De in-
telligendo per aliud ſecundo modo,dicunt aliqui eodẽ modo ſicut de pręcedenti:ꝙ videlicet ſicut
ad hoc ꝙ color videatur,non ſolum requiritur ꝙ ſit forma ſanitatis in oculo,ſed etiam requiritur
ſpecies coloris qua informetur:ſic ad hoc ꝙ deus intelligibilis ſit vt actu ab aliquo intellectu crea-
to intelligatur,non ſolum requiritur forma ſanitatis ſupernaturalis in oculo mentis,ſed etiam re-
quiritur ſpecies aliqua rei intelligibilis impreſſa, vt forma inhęrens intellectui. ſecundum ꝙ pro-
bat tertia ratio ſuprainducta,& declarant etiam vt videtur auctoritates duæ ad hoc inductę. Vn-
de quid de hoc ſentiendũ ſit videbitur reſpondendo ad rationem illam,& exponendo auctoritates
pro ipſa inductas. Viſibile autem eſſe nõ ſeipſo ſolo,ſed per aliud a ſe tanq̄ medio ad actum viden-
di diſponente:ſimiliter contingit dupliciter.aut tanq̄ medio ad actum videndi illuſtrante, quẽad-
modum color non eſt viſibile ſeipſo,ſed mediante luce.ſecundum ꝙ dicit Philoſophus in ſecundo
de anima.Color eſt motiuum viſus ſecundum actum lucidi.aut tanq̄ medio obumbrante,& viſi-
bile videnti contemperante,quẽadmodum ſol fulgens ab oculo debili non valet videri niſi in nube
T Primo modo male intelligentes illud Apocaly.xxi. Ciuitas illa non eget ſole neq̧ luna vt luceat
in ea: nam claritas dei illuminabit eam: credunt ꝙ a luce illa quæ deus eſt diffunditur lumen ſu-
per intellectum humanum vel angelicum vel beatorum ad videndum ſeu intelligendũ deum im-
mediate,quẽadmodum lumen materiale diffunditur a ſole ad ipſum videndum:quaſi deus intelli
gatur aut videatur per medium diſtans illuminabile,ſicut vidẽtur corporalia. Qđ non eſt verũ:
quia per immediationem deus ab intellectu creato videtur & intelligitur:nec eſt lumẽ gratię vel
gloriæ quæ eſt gratia conſummata,neceſſarium niſi ad intellectum vigorandum vt ſufficiat aciẽ
figere in tam excellens intelligibile:immo illa lux quæ deus eſt,immediate intelligiẽ,& non per ali-
quid diffuſum ab ipſa, ſed ſeipſa,vt ipſamet lux vera & ſpiritualis in tenebris lucet.& ſecundum
hoc non alio,ſed tantum ſeipſo intelligitur,vt iam videbitur.Secundo modo erat error quorun-
dam ponentium deum non poſſe etiam ab aliquo videri aut intelligi niſi in quibuſdam theopha-
niis.ſecundũ quos non ſeipſo,ſed per aliud a ſe intelligibilis eſt.ſecundũ ꝙ dicit Hug. ſuper primũ
capi.in Cõmẽ.Cę.Hier.ſic inquiẽs.Quidã in cogitationibus ſuis euanuiſſe inueniunẽ,deũ rationa
li animo oĩno incõprehenſibilem & inacceſſibilẽ p̃dicãtes,præterq̄ theophaniis quibuſdã,id eſt di-
uinis apparitionibus vel ſimilitudinibus diuinis in contemplationem propoſitis de ipſo eruditur.
Ipſa autem quaſi quædam ſimulacra abſconditæ diuinitatis inter rationabiles animas ac deum
media ponunt,altiora quidem mente,inferiora deitate,& hæc ſolum de eo videri:vtpote qui in ſe
ipſo a nulla mente vel animo videri poſſit.Sed horum errorem euacuat ſubdens continuo.Hęc ve
ro ſimulacra ſunt errorum & phantaſmata veritatis : in quibus non ſolum deitatis lucem inuiſi-
bilem & imperceptibilem conantur aſſerere: verum etiam falſitatis cognitionem mentibus ſan-
ctis conantur inferre.Quid eñ eſt in illis ſolum deum videri,niſi nunq̄ vere videri,& verum nun
q̄ videri?Si eñ imago ſola ſemper videtur, veritas nunq̄ videtur,quoniam imago veritas non eſt
etiam cum de veritate eſt. Tollant ergo phantaſias ſuas quibus lumen mentium noſtrarum ob-
umbrare nituntur,neq̧ nobis deum noſtrum ſimulacris ęſtimationum ſuarum interſepiant, quia
nos ſicut ſatiare non poteſt aliquid præter ipſum,ita nec ſiſtere vſq̧ ad ipſum.Si autem viſibile ſit
V aliquid non ſeipſo,ſed per aliud a ſe tanq̄ obiecto actu videndi inchoante:aut ergo intelligitur per
ſe proprie,& per aliud ꝑ per accidens proprie dicto contra per ſe:aut intelligiẽ per ſe large pro ſe-
cundum ſe,& per aliud large pro ſecundum accidens.Si primo modo,ſic contingit videri deum
per aliud,intelligi dupliciter:aut omnino per aliud:aut ꝑ aliud vno modo,ſed per ſe alio modo.Pri
mo modo adhuc dupliciter.Aut eñ obiectũ illud per qđ videẽ eſt abſolutũ quid,& illud aliud eſt
reſpectus fundatus in eo:aut vtrunq̧ eorum eſt res abſoluta. Primo modo ſecundum Philoſophũ
in ſecundo de anima,ſi album ſit Diarri filius,ſecundum accidens,immo etiã & per accidens ſen-
tit viſus hoc,ſcilicet ꝙ eſt Diarri filius.ſ.quoniam albo qđ ſentit per ſe,accidit ꝙ ſit Diarri filius.Se
cundo modo ſentiẽ Cęſar per accidens & etiam ſecundum accidens videndo eius imaginem in ſpe
culo.Secundum primum modum cum in deo non eſt niſi ſubſtantia & relatio, & relatio ſecundũ
ꝙ reſpect⁹ eſt vel relatio,nullam intelligibilitatem habet niſi per illud ſuper qđ fundatur, hoc mo
do ſola diuina eſſentia quæ deitas eſt,& eſſe purũ, eſt per ſe intelligibilis a deo,& omne aliud qđ in



deo conſideratur , per ipſam : quia ſuper eam in deo non eſt niſi reſpectus ſuper ipſam fundatus,
ſecundum ꝙ apparebit infra in quadam quæſtione de veritate Dei . Secundum ſecundum mo-
dum deus intelligibilis eſt per omnes creaturas : & eſt proprius modus intelligendi deum in ſta-
tu vitæ huius : in quo non eſt intelligibilis ab homine niſi in effigie creaturæ , niſi valde in ge-
nerali , ſtando tamen ſemper in ſpecie creaturæ , vt ſupra expoſitum eſt . In quo tamen intel-
lectu generali valde,intellectus humanus fixus non ſtat:ſed ab ipſo continuo labitur. Vnde Augu
ſtinus de ęternis rationibus exiſtentibus in deo,dicit lib.xiii.de trinita.cap.xiiii.Sine temporali trãſi
tu ſtant ipſę intelligibiles non ſenſibiles rationes : ad quas per aciem mentis peruenire paucorum
eſt,vt cum peruenit quantum fieri poteſt,non in eis manet ipſe peruentor: ſed velut acies ipſa re-
uerberatur:& fit rei non trãſitoriæ trãſitoria cogitatio.Si vero fuerit viſibile aliqd ꝑ alid̄ vno mõ X
per ſe: & alio modo per accidens:quẽadmodum dicimus ꝙ ſuperficies eſt viſibilis per ſe in genere
cauſæ materialis & ſubiecti : & ꝙ eſt per ſe colorata,vt dicit Philoſophus in quinto metaphyſicæ,
eo ꝙ ei conuenit primo in ſe ſiſtere & terminare viſum & ſuſcipere colorem viſibilem:corpus au-
tem non eſt viſibile neq̧ terminabile in ſe viſus:neq̧ ſuſceptibile coloris niſi per ſuperficiem:in ge-
nere vero cauſę formalis,ſuperficies eſt viſibile per accidens:quia per colorem qui ſuſceptus eſt in
eo qui formaliter eſt viſibilis primo & per ſe:ſecundũ hunc modum ſola diuina eſſentia vt deitas
eſt & eſſentia,eſt intelligibilis per ſe a deo, habẽs in ſe intelligibilitatem ſui & omnium aliorum,vt
infra videbitur.Sed nihil om̃ino eſt in deo intelligibile per aliud: quia intelligibile hoc modo ꝑ alid̄
non eſt niſi eorum quæ ſunt in eodẽ,ſed re diuerſa:quæ nõ ſunt in deo,vt dictum eſt ſupra. Si ve-
ro per ſe & per aliud ſumantur large,pro ſecundum ſe & ſecundum aliud:ꝓpter hunc modũ cir-
ca intelligibilitatem in deo inducta eſt principaliter quæſtio. ¶Et eſt aduertendum ꝙ in deo ſunt Y
aliqua quæ ſuo nomine dicũt rationes quaſi formales attributorum eſſentialium, vt ſunt veritas,
ſapientia, bonitas , & cætera huiuſmodi : quæ dicunt in deo reſpectus pertinentes ad intellectum
& voluntatem,de quibus ſermo habitus eſt ſuperius. Eſt etiam in ipſo deo aliquid qđ ſuo nomine
dicit non rationem alicuius attributi:ſed magis ſubiecti & fundamenti,in quo radicantur & fun-
dantur rationes omnes attributorum:vt eſt deitas ſiue ipſa diuina eſſentia ĩquãtũ eſſentia eſt.Ipſa
eñ intellecta vt ſuſceptiua rationũ & reſpectuum omnium attributorum in ſe,quod eſt ratio pro
pria eſſentiæ vt eſſentia omnino eſt abſoluta,eſt eadẽ cum ratione eſſe in deo, differens ſolum ab
ipſo in modo ſignificandi , vt patet ex ſupradeterminatis.Rationes vero omnium attributorum
reſpectus quidam ſunt quaſi fundati in ea:quemadmodum ratio veritatis eſt reſpectus quidam
in ipſa ad intellectum & ad actum intelligendi:ratio vero bonitatis ad volũtatem & ad actum vo-
lendi:ita ꝙ omnia iſta eſſentiam quæ de ſe non ſignificat niſi aliquid abſolute:ſignificant ſub deter
minato reſpectu:ita ꝙ ambo & eſſentia ipſa & reſpectus,cadunt in eorum ſignificato: licet nomen
ſignificans imponatur principaliter a rõne reſpectus. Propter qđ aliqd cõuenit aliquando ſecundũ
aliquẽ modũ eſſentiæ ſub noĩe veritatis vel bonitatis , qđ non ſub noĩe abſoluto eſſentiæ,quale eſt
diuinitas. Vnde diuina eſſentia ex eo ꝙ recipit in ſe rationem veritatis:& ſignificatur hoc nomi-
ne veritas:habet proprie rationem intelligibilis reſpicientis intellectum:ex eo vero ꝙ recipit ĩ ſe ra-
tionem bonitatis:& ſignificaẽ hoc nomine bonitas:habet proprie rationem appetibilis reſpicientis
ſimili modo voluntatem:cum de ſe non habet niſi rationem eſſe abſoluti aut entis. Propter quod
eſſe attribuitur eſſentiæ diuinæ ſub ſuo noĩe,dicẽdo deitas eſt ꝑ ſe & ſecundũ ſe,quaſi penes primũ
modum dicendi per ſe,in quo prædicatũ eſt de ratiõe ſubiecti. Relationes vero formales attributo
rum attribuuntur ei per ſe & ſecundum ſe,quaſi penes ſecundum modum dicendi per ſe, in quo
ſubiectum eſt ratio ipſius prædicati,inquantum.ſ.ipſa eſſentia diuina eſt fundamentum omnium
attributorum.Dicimus enim ꝙ deitas eſt veritas aut bonitas quodãmõ:quẽadmodum dicim⁹ ꝙ
ſuperficies eſt colorata.Sumendo ergo per ſe & per aliud large ad ſecundum ſe & ſecundum alid̄ Z
dicimus ꝙ hęc eſt ſecundum ſe,veritas eſt intelligibilis:quia veritas ſecũdum rationem illam qua
formaliter veritas eſt,eſt p̃ciſa ratio & reſpectus ad intellectũ.hęc vero nõ eſt ſcđm ſe,deitas eſt in
telligibilis;licet enim res ipa q̄ deitas eſt, ſit per ſe ĩtelligibilis obiectiue ad actum intelligendi eliciẽ
dũ:tñ ratio deitatis non eſt ꝓpria ratio ĩtelligibilitatis qua ipſa reſpicit intellectũ ad mouẽdũ ipm
ſed ratio veritatis quæ ſibi actum intelligendi determinat.Et ideo quaſi ſecundum rationẽ diſpo
ſitionis formalis reſpicientis intellectum deitas non eſt intelligibilis quia eſt deitas:ſed quia ipa eſt
veritas,& ita per aliud,hoc eſt ſecundum rationem aliam q̄ ſit ratio deitatis. Nõ dico per accidẽs
vel ſecundum accidens.Nihil enim deo conuenit per accidens vel ſecundum accidens: bene tamẽ
conuenit ei ſecundum aliud.i.ſecundum aliam rationem intelligendi q̄ ſuam,quæ eſt ratio deita-
tis.Quẽadmodum enim dicit Auguſt.ꝙ non omne qđ dicitur de deo,dicitur de ipſo ſecundum

ſubſtantiam:nihil tamen de ipſo dicitur ſecūdum accidens: quia dicitur ſecūdum relationem: ita poſſumus dicere ꝙ non omne qđ dicitur de deo,dicitur de ipſo per ſe vel ſecundum ſe,hoc eſt ſecundū rationē deitatis:nihil tamen de eo dicitur per accidens,quia dicitur ſecundum aliud,id eſt

A ſecundū aliam rationem.⸿Ad cuius intellectum maiorem ſcienda ſunt duo.Primum ꝙ per ſe & per aliud proprie ſunt conditiones rerum:Secundum ſe autem vel ſecūdum aliud magis proprie pertinent ad conditiones rationum.Per ſe em̄ dicitur aliquid alicui conuenire,quia conuenit ei ſecundum rem & naturam ſignificatam per nomen.Per accidens vero, quia conuenit ei ſecundum aliam rem & naturam.verbi gratia,Color eſt viſibile per ſe,quia ipſe eſt res & natura quę nata eſt mouere viſum.corpus vero eſt viſibile per accidens,quia non niſi per rem quę eſt color,quæ eſt res alia a ſe.Secundum ſe vero dicitur aliquid conuenire alicui, quod conuenit ei ſecundum rationē ſignificandi ſub qua vel a qua nomen ad ſignificandum eſt impoſitum.Secundum accidens vero qđ conuenit ei ſecūdum aliam rationem,q̃ ſub qua vel a qua nomen eſt impoſitum. verbi gratia, hęc eſt ſecundū ſe,lignū eſt album:hęc aūt eſt ſecundū accidens,albū eſt lignum, vt vult Phs.quia lignū ſignificat ſubſtantiue,& ita ſub modo quo natū eſt ei aliud inhærere:albū vero adiectiue, & ita ſub modo quo natū eſt alteri inhęrere non alterū ei.Secundū vero qđ hic eſt ſciendū,eſt ꝙ cum aliqđ dicit̄ intelligibile ꝑ ſe vel ꝑ accidens,hoc intelligimꝰ obiectiue.Obiectiue em̄ ꝑ ſe eſt intelligibile,qđ ꝑ ſe mouet intellectū & apprehendit̄ ab ipſo,quēadmodū color viſum.Per accidēs vero,qđ non niſi ꝑ aliud:quēadmodū corpus mouet viſum nō niſi qa coloratū.Cū dicit̄ aliqd intelligibile ſecundū ſe,vel ſecūdū aliud,hoc intelligimꝰ diſpoſitiue.Diſpoſitiue em̄ ſecūdū ſe eſt intelligibile qđ ex ſe in ſuo noīe imponitur a ratione reſpectus quo intelligibile reſpicit intellectū.Secundū accidēs vero,quod nō in ſuo proprio nomine imponitur ab huiuſmodi reſpectu,ſed ſolum in nomine alterius.Et hoc pertinet ad propoſitam quæſtionem cum quęritur vtrum deus ſit ſeipſo intelligibilis vel alio a ſe.Si intelligamus quæſtionem de eo qđ eſt per ſe & non per aliud,dicimus ꝙ hæc eſt per ſe,deus eſt intelligibilis,ita ꝙ nihil obiectiue in deo ſit intelligibile per ſe niſi deitas, a qua hoc nomen deus imponitur: ita ꝙ nullus reſpectus vel attributi vel relationis intelligitur in deo niſi per naturam deitatis,vt eſt dictum, & infra amplius exponetur. Nihil tamen dicitur in deo per accidens,vt dictum eſt.& ſic veritas non eſt intelligibilis niſi quia eſt deitas.ſimiliter bonitas, paternitas & cętera huiuſmodi.Si vero intelligamus quæſtionem de eo quod eſt ſecūdum ſe,& ſecundum aliud,dicimus ꝙ hęc eſt ſecundū ſe,veritas eſt intelligibilis,ita ꝙ nihil diſpoſitiue in deo ſit intelligibile per ſe niſi veritas,& non deitas neq; bonitas,neq; aliquid aliorum,niſi ſub ratione veritatis, hoc eſt reſpectus importati hoc nomine qđ eſt veritas. Veritas em̄ imponitur a ratione reſpectus quo quaſi diſponitur omne intelligibile,& omne intellectum inquantum reſpicit intellectum.quia nihil dicitur veritas niſi reſpiciēdo ad intelligentē. Ex hoc enim reſpectu intelligibile dicitur ante q̃ intelligatur,& ab eo imponitur hoc nomen veritas. Vnde ſicut intelligibile obiectiue dicitur aliquid quia eſt qđ quid eſt,& obiectum formale natum mouere intellectum,ſic intelligibile diſpoſitiue dicitur aliquid,quia ſignificat ſuo nomine obiectum ſub reſpectu illo quo reſpicit intellectū.Sic ergo deitas ſiue deus obiectiue ſeip̄o intelligibilis eſt,& nihil aliud in diuinis,neq; etiam veritas niſi qa eſt deitas.Secūdū ſe aūt & diſpoſitiue ſeip̄o eſt ītelligibilis veritas,& nihil aliud ī diuinis,neq; etiā deitas niſi qa eſt veritas.Nihil tn̄ per accidens aut ſecundum accidens intelligibile eſt in ipſo vt dictū eſt.Et accipimus hic ſecūdū ſe aliter quodām̄odo q̃ accipit Philoſophus,quia ip̄e ſecundū ſe & ſecundum accidens accipit a ratione qua nomen imponitur ad ſignificādum.ſ.ſubſtantiue & adiectiue,vt patet in ſuis exemplis.Hic vero accipimus per ſe & per aliud a ratione qua nomē imponitur abſolute vel reſpectiue,vt per dicta patet.Ex quibus etiam patet quomodo differenter id

B quod quid eſt:eſt quod intelligitur de re,& id qđ veritas eſt. Quiditas em̄ ſub nomine quiditatis vt eſt deitas:intelligitur tanq̃ obiectū tm̄. Veritas vero intelligitur tanq̃ obiectum ſub propria ratione reſpectus intelligibilis ad intellectum. Cum enim dicimus ꝙ veritas intelligitur, non intendimus ꝙ reſpectus ille intelligatur a quo nomen imponitur: ſed ꝙ ipſa eſſentia cui nomen imponitur,intelligatur reſpiciendo intelligentem.in eo em̄ ꝙ intelligitur vel eſt intelligibilis, in hoc reſpicit ipſum,ſed non ſignificatur vt reſpiciens niſi hoc nomine qđ eſt veritas. & ſic appellaui intelligi ſecundū ſe & diſpoſitiue. Ille em̄ reſpectus a quo huiuſmodi nomen imponitur,eſt quaſi quædam diſpoſitio eſſentiæ ſignificatæ per nomen,quia ex ſe non habet rationem intelligibilis, ſed ſolum quia fundatus in eſſentia intellecta vt infra dicetur.Et ſicut cōtingit hoc de hoc attributo qđ

C eſt veritas,ita & de omnibus aliis.In ratione em̄ quaſi diſpoſitiōis formalis, deꝰ nō eſt appetibilis ſiue amabilis niſi quia eſt bonum,neq; veritas neq; potentia,& ſic de aliis.

Ad pri. principale ⸿Ad primum in oppoſitum ꝙ deus non eſt ſeipſo intelligibilis:quia tunc cum eſt



præſens intellectui omni,omnem intellectum immutabit,& ſecundū oēm rationē ſuę viſibilitatis, Dicendum ꝙ verum eſt quantum eſt ex ſe. Vnde quantum ex ſe eſt,ſeipſo intelligibilis eſt,omnem intellectum,& ſecundum omnem rationem intelligibilitatis ſuę immutando: ſed ꝙ hoc non facit hoc ſolū cōtingit ex indiſpoſitione & imperfectione capacitatis intellectus.Propter qđ reſpectu illiꝰ non eſt ſeipſo intelligibilis:ſed per aliud:& a nullo niſi a ſeipſo ſecundum rationem totam intelligibilitatis ſuæ:quia nihil poteſt eſſe vel fieri in creaturis qđ poteſt facere intellectum creatum capacē ipſiꝰ ſecūdū totā ītelligilitatē eiꝰ:neq; ſcđm ptē.qa nullo mō naturaliter ītelligit̄.⸿Argumētū ſecūdum verum concludit ſecundū iam expoſitum modum. Ad ſcđm.

D ⸿Ad tertium , ꝙ deus non eſt intelligibile niſi ſpecie aliqua ſui qua informat intellectum:& ita non niſi per aliud & non ſeipſo:qđ ē multorum & magnorum opinio:cui tn̄ alii multi & magni contrariant̄,qui ponunt ꝙ deus nulla ſpecie ſui informat intellectum qua intelligat̄:quia ad repræſentandam increatam eſſentiam ſicut eſt qualiter eū videbūt ſancti,nulla ſufficit creatura:nō ſolū qa eſt differēs a deo in natura & eſſentia: ſed qa deficiēs ē a reſentabilitatis rōne:ita ꝙ nō ſolū q̄libet creatura cōuenit plꝰ cū q̄libet alia creatura ī natura & eēntia, q̃ cū deo:ſed etiā ī reſentabilitatis rōne: vt q̄cūq; creata ſpecies plus ē repſentatiua cuiuſlibet alterius creatę:& immutatiua intellectus ad intelligendum quācunq; creaturā,q̃ ad intelligendum deū. Qđ(quantū mihi videtur)bene & diffuſe expoſui in quadam q̄ſtio. de quolibet ſuper hoc mota.Præter aūt illa q̄ ibi circa hoc determinata ſunt:hoc( vt mihi videt̄) efficaciſſime patere poteſt per hunc modum:vt ſumamus exemplum de ſpecie coloris in oculo ad videndum colorem:cui comparant illam ſpeciem ad videndū ſiue intelligēdum deum. Speciē em̄ illam eſt conſiderare in duplici comparatione,& in cōparatione ad obiectū viſibile a quo oculo carnis imprimit̄,& in cōparatione ad viſum ī quo recipit̄,aut a quo recipi nata eſt.In pria cōparatiōe ſi ſpecies ſit vera ſpecies & imago rei viſę ꝑfecte ip̄am reſentās,neceſſe ē ꝙ imitet̄ ip̄am rē viſam ꝑ ipſam:ī hoc ꝙ.ſ.reſentet q̄cquid viſui circa diſpoſitionem rei viſę ī figura & colore viſibile eſt:& ꝙ in ſe effigiem omnium talium cōtineat:vt ſi viſibile illud ſit facies pulchra habens omniū partium ſuarum in figura faciei proportionem in optima commenſuratione ſibi adinuicē correſpōdētium:& ſimiliter decentiſſimum colorem varie reſpſum ſicut decet diuerſis partibus:in qbꝰ duobus conſiſtit faciei pulchritudo,ſecundum Philoſophum in.vii.phyſi. oportet ꝙ conſimiliter ſpecies & imago illa corporaliter in oculo habeat in ſe omnia correſpondentia cōmenſurationi partiū ſimiliter decori eius in colore & decentia.In ſecunda vero comparatione oportet ſcire ꝙ ſpecies illa quæ eſt illi,in cuius.ſ.oculo recipitur vt in ſubiecto:ſicut ratio videndi obiectum extra:& nō eſt ipſi obiectum viſibile:alteri poteſt eſſe vt obiectum in quo videt rem illam velut in imagine eius: licet ipſam non videat in ſe. Illa enim imago in oculo vnius exiſtens apparet alteri tanq̃ in ſpeculo: in qua poteſt videre ille de re viſa , licet vt in imagine, quicquid videt iſte in ipſa re viſa extra vt in veritate.nec eſt diuerſitas ibi in modo cognoſcendi.Sicut enim videndo rem extra in ſeipſa cognoſceret diſcrete an naſus eſſet rectus,ſimus,vel aquilus,oculi glauci vel virides & cætera huiuſmodi:ſimiliter & diſcrete cognoſceret eadem alter de eadem re videndo ſolam eius imaginem.

E Si ergo deus habet ſpeciem ſibi ꝓpriā oculo mentis impreſſam qua videtur & intelligitur ab intellectu ſecūdum dictum modum:licet ſpiritualiter,ſicut & deus ſpūs eſt,& oculus mentis in quo recipitur,ſpiritualis eſt:oportet ſimiliter huiuſmodi ſpeciem habere cōſimiles.duas comparationes: ita ꝙ in omni comparatione ad deum viſum vel intellectum ꝑfecte reprę̄ſentet & diſtincte quicqđ intellectus creatꝰ per ip̄am videt vel intelligit in deo,videns ipſum obiectiue in ſua eſſentia , vt ſi videat eū viſione beata,quomō deus ſit trinus & vnus,quō in vnitate ſubſtantię ſunt omnes rationes attributorum,& omnium rerum perfectiones,& omnes breuiter rationes ęternas gubernationis ſeculorum & cæterorum huiuſmodi, oportet ꝙ omnia in ſe hmōi ſpecies velut imago reſentet:& cū hoc oportet ꝙ in comparatione ad oculum ſpiritualem videntē illa ſpecie:ſicut q̄ eſt vniꝰ oculo ratio videndi deum in ſe:ſit alterius oculo ſpirituali vt obiectum in quo poſſit videre de deo diſtincte & determinate:ſicut videt alter in ipſo deo.Ex quo enim illa ſpecies ſit aliqua res creata: neceſſario quid viſibile eſt ab intellectu creato.Sicut enim oculus corporalis in potentia eſt ad videndum omne viſibile corporaliter tam commune q̃ proprium:aut aliter deficeret nobis vna vis viſiua:quia ſi eſſet aliđ viſibile q̃ ſentitur.v.ſenſibus quos modo habemus:deficeret nobis aliquis ſenſus quo natū eſſet ſentiri illud aliud ſenſibile,vt determinat Philoſophus in ſecūdo de aīa:conſimiliter oculus ſpiritualis intellectus creatus ſaltem angelicus ſeparatus eſt in potentia ad videndum omne viſibile ſpirituale,quale eſt omne intelligibile:& hoc ex puris naturalibus eius:quia aliter eſſet vis intellectiua diminuta in eo,ſcilicet ſi aliquid eſſet viſibile ſiue intelligibile naturale qđ

F non poſſet naturaliter videre vel intelligere. Quod ſi verum eſt, ſi ergo deus haberet propriam
ſpeciem per quam videretur (vt dictum eſt) ab oculo intellectus glorificati: tunc quicquid ipſe per
illam ſpeciem diſtincte & determinate videret in diuina eſſentia viſione glorioſa, poſſet oculus in
tellectꝰ non glorificati videre idẽ in illa ſpecie ſibi obiecta viſione naturali, licet non ita clare, vt ſci
licet ꝙ deus eſt trinus & vnus & cætera huiuſmodi, de quibus habet eſſe fides ante viſionem. &
ſic non eſſet fides vni intellectui pro ſtatu ſuo vt humano, niſi de quibus alter intellectus vt ange-
licus poſſet habere cognitionem naturalem. Hoc autem abhorret omnis catholicus: ꝙ videlicet
ex naturali cognitione & viſione alicuius rei createꝫ poſſet etiam tanq̃ in imagine videre aliquis in
creaturis illa diuina ſecreta quæ pertinent maxime ad diſtinctionem perſonarum: quemadmodum
naturali cognitione poteſt videre in imagine & veſtigio creaturæ aliqua quę pertinent ad eſſentia
lia attributa dei ſecũdum modũ ſupra determinatum. Abſolute ergo ſentiendum eſt ꝙ nulla ſpe-
cies creata poteſt eſſe ratio videndi & intelligendi immediate diuinam eſſentiam, ſicut poteſt eſſe
G ſpecies in oculo ratio ad videndum colores. Talia eñ ſimilia in corporibus imaginata, non ſunt ſi-
milia: immo ſunt occaſio deceptionis. Finitum eñ bene poteſt habere effigiem ſuam & ſimilitudi
nem ad aliud finitum, vt facies hominis ad imaginem ſuam quæ apparet in ſpeculo. Sed infinitũ
nullo modo poteſt habere effigiem aut ſimilitudinem ſibi propriam in finito, non ſolum propter
naturarũ diuerſitatẽ, createꝫ & increatę, ſ. ſed etiã propter reprę ſentabilitatis defectũ. Quãtuncunqꝫ
eñ huiuſmodi ſpecies eleuata fuerit, ſicut plus conuenit in natura cum qualibet alia creatura q̃
cum deo, ſic plus eſt reprę ſentatiua vt propria ſimilitudo eius quamcunqꝫ aliam creaturam q̃ deũ.
Vnde ꝙ creatura intellectualis dicitur imago dei, hoc non eſt quia ſit reprę ſentatiua eius ſecundũ
aliqua immediate in eo cognoſcenda quæ pertinent ad eius infinitatem, ſed quia creaturas cæte-
ras excedit in gradu & ordine creaturarũ, & nõ eſt imago huiuſmodi niſi quoddã expreſſius ve-
ſtigium, non ducens in cognitionem propriorum in deo niſi per quandã expreſſiorem appropria
H tionem. Et ſic patet ꝙ huiuſmodi poſitio qua ponitur deus videri dicto modo per ſpeciem ſuam,
incidit quodãmodo in errorẽ illũ qui ponit deum videri in theophaniis, licet hoc non percipiunt
ponentes eã. Qđ eñ eſt vni ſpecies vt ratio videndi, alteri eſt theophania vt obiectũ viſum. Et (vt
videt̃) opinio de theophaniis magis eſt digna deo q̃ illa de ſpeciebꝰ, quia illa de theophaniis tantũ
deum extollit vt intellectum creatum ad eius viſionem immediatam attingere nõ permittat. Iſta
vero de ſpeciebus, deum intantũ deprimit, vt non ſolum deum immediate viſibilem ab intellectu
creato ponat, ſed & totam viſibilitatem eius a creatura rationali in repræſentando actualiter ipm
creaturę, ſcilicet huiuſmodi ſpeciei mediæ tribuit quod valde abſurdum eſt. In ipſo enim aliquid
immediate videtur quod exprimere in poſſibilitate creaturæ non exiſtit. Vnde iſta poſitio ſeip-
ſam occidit, quia contradictoria implicat. Si enim aliquid per ſpeciem creatam finitam videtur vt
per reprę ſentans perfectum & proprium, vt videtur, infinitum non eſt, & ſi infinitum non eſt, deꝰ
non eſt. Si quid ergo videtur per ſpeciem, deus non eſt. Sicut ergo principia cognoſcimus cogno-
ſcendo terminos, vt cognoſcendo quid ſignificet totum, & quid ſignificet pars, & quid ſignificet
maius, ſtatim ſine vlteriori deductione cognoſcimus ꝙ totum eſt maius ſua parte: Sic in propoſi-
to cognoſcendo quid ſignificet nomen deus, & nomen hoc quod eſt ſpecies, & quid verbum hoc
qđ eſt videri, ſtatim cognoſcitur a ſic intelligente ſignificata huiuſmodi vocum ꝙ deus per ſpeciẽ
propriam viſibilis aut intelligibilis ſecundum ſuam eſſentiam non eſt: vt ponentes hoc videantur
propriam vocem ignorare. Si vero ſpecies illa ponatur non vt videndi ratio, ſed vt videnti aliquo
modo neceſſaria, quæ tamẽ non ſit expreſſiua eorum quę in deo videnda ſunt: huic non cõtraria
I mur, ſecundum ꝙ in quadam alia quęſtione de quolibet expoſuimus. ¶ Ad auctoritatem Auguſti
Ad Aug. ni quæ videtur pro ipſis eſſe: dicendum ad literam ꝙ Auguſti. non loquitur ibi de ſimilitudine
quæ eſt ſpecies informans intellectum qua videt, & qua vt per principium formale elicit actum vi
dendi diuinam eſſentiam nude: ſed de ſimilitudine quæ eſt verbum conceptum de deo in intelle-
ctu per actum intelligendi deum, ſed per ſpeciem creaturæ, cuiuſmodi eſt illud verbum in quo
concipitur & intelligitur vt in eo quod quid eſt de re apud intellectum, cum ipſa ſit abſens &
extra intellectum. Et ſic nihil eſt pro ipſis quo ad illam ſpeciem quam intendunt. Et ꝙ ita ſit, ex-
ponit litera Auguſtini quæ ita dicit. Inquantum deum nouimus, ſimiles ei ſumus. ſed non
ad æqualitatem ſimiles, quia nec tantum eum nouimus quantus ipſe eſt. & ſequitur quod aſſum-
ptum eſt in argumento. Cum deum cognoſcimus ſit aliqua dei ſimilitudo, ſed interponit. Maxi-
me cum eadem notitia placita digneqꝫ amata verbum eſt. Vnde cum creatura cognoſcitur per
ſuam ſpeciem in intellectu, & per actum intelligendi formatur de eadem verbum notitiæ eius



in intellectu, ſimilis eſt intellectus rei per illam ſpeciem: & per illud verbum: & eſt ſimilitudo rei in
intellectu verior q̃ ipſa ſpecies impreſſiua a ſenſibus abſtracta: & verius intellectus aſſimilatur rei
per verbum notitiæ qđ de ea eſt in eo, q̃ per aliquam ſuam ſpeciem quæ eſt in eo. ¶ Ad cuius intel- K
lectum ſciendum, ſecundum ꝙ alias expoſitum fuit, ꝙ tres ſunt modi intelligendi per intellectum
cognitione ſupernaturali vnum & idem aliquid, ſecundum tres modos ſciendi aliquid cognitione
naturali. Cognitione enim naturali primo cognoſcit aliquid cognitione credulitatis: vt ſi ſol iam
eclipſetur: & hoc demonſtratiue nouit geometra: & anteq̃ demonſtrationem ad hoc proponat di-
ſcipulo ſuo, dicat ei iam ſolem eclipſari: ſtatim credit ei diſcipulus: & habet notitiã credulitatis de
hoc: & concipit verbum imaginarium. Secundo cognoſcit idem cognitione ſcientifica. vt cogno-
ſcit diſcipulus poſtq̃ doctor demonſtrationem ei proponit: qua oſtendit neceſſario ſolem eclipſa-
ri per interpoſitionem lunę inter ipſum & terram: eo ꝙ ambo ſimul coniunguntur ſub linea ecli-
ptica: & concipit exinde verbum intellectuale. Tertia autem cognitio eſt viſionis aptę qua diſcipu
lus videt oculis lunam coniunctam ſoli: & eſt certior cognitio q̃ illa quæ eſt per demonſtrationem
ſecũdum Philoſophum in lib. poſter. Penes primum modum ſupernaturalis eſt cognitio fidei qua
in ęnigmate creduntur inuiſa per ſpeciem creaturæ, in qua concipitur verbum imaginarium. Pe
nes ſecundum modum eſt cognitio ſupernaturalis qua credita lumine ſuperiori intelligũtur, ſecũ
dum ſuperius expoſita, in qua cõcipitur verbum intellectuale: & hoc etiam per ſpeciem creaturæ.
Penes tertium modum eſt cognitio ſupernaturalis qua credita primo, poſtmodum videntur facie
ad faciem, aperta viſione videndo deũ immediate per eſſentiã: & ſine conceptu verbi alicuius, niſi
verbum dicatur actus intelligendi: & ſine ſpecie. ¶ Ad auctoritatem autem Hug. dicendum ꝙ di- L
ctum Hug. nõ intelligitur de ſigno qđ ſit ſpecies aliqua dei in intelligente vel vidẽte ipſum: ſed de Ad Hug.
ſigno quod eſt theophania in ipſo: qua manuducit intellectus ad cognitionem ſecretorum: & mu-
tuo ſpiritꝰ diuini ſibi inuicem illa manifeſtãt. ¶ Ad cuius intellectum ſciendum ꝙ theophania idẽ M
eſt qđ diuina apparitio: alicuius ſcilicet ſigni oſtenſio ad ſecreta diuinorum indicandum & reprę-
ſentandum. Et ſunt huiuſmodi ſigna in duplici genere. quędam enim ſunt corporalia ſenſibilia: &
ſunt propria hominum. quædam vero ſunt ſpiritualia & intelligibilia: & ſunt proprie angelorum.
De primis dicit beatus Dionyſius cap. primo cę. hierar. Neqꝫ poſſibile eſt noſtro animo ad non
materialem illam aſcendere cæleſtium contemplationem, niſi ea quæ ſecundum ipſum eſt mate-
riali manuductione vtatur. vbi dicit Hug. Materialem manuductionem corporalia ſigna intelli-
git. Vnde ſubdit cõtinuo Dionyſius. Viſibiles quidem formas ĩuiſibilis pulchritudinis imagines
arbitrans. de q̃bus ipam ponit euchariſtię aſſumptionẽ. vbi dicit Hugo. Ipſa eñ aſſumptio ꝑticipa
tiõis corporis & ſanguinis Chriſti, quã nũc ſacramẽtaliter & viſibiliter ĩ altari tractamꝰ, imago ẽ &
filia illius ꝑticipationis Ieſu: qua vel nunc ei in ſpiritu per dilectionẽ cõiungimur: vel poſtmodum
in eadem forma gloriæ apparentes plena ſimilitudine inuenitur. Sed intelligẽdum eſt ꝙ huiuſmo N
di notitiam non habemus niſi per inſtructionem fidei. De ſecundis ſignis angelorum & primis ho
minum ſimul ſubdit Diony. dicens. Et plerunqꝫ alia cæleſtibus quidem eſſentiis ſupermundane, no
bis vero ſymbolice tradita ſunt. vbi dicit Hug. Nũc generaliter de toto concludit, ac ſi diceret: ar-
bitrari debet animus noſter ad inuiſibilia ſimilitudinem habere quæcunqꝫ alia quæ nobis ſymboli
ce tradita ſunt: vel quæ cæleſtibus eſſentiis ſupermũdane, ideſt inuiſibiliter & ſpiritualiter & nõ
ſecundum huius mundi ſpecies tradita ſunt ſigna inuiſibilium: & imagines eorum quæ in excel-
lenti & incomprehenſibili diuinitatis natura ſuper omnem intellectũ ſubſiſtunt & ſenſum. Theo-
phanię ergo huiuſmodi ſigna ſunt & imagines manuducentes intellectum creatum humanũ vel
angelicum ad intellectum abſqꝫ aperta viſione eorum quæ in deo ſubſiſtunt ſuper omnem intelle-
ctum. Sed hoc non niſi per ĩſtructionem fidei, quo ad ſigna ſenſibilia nobis ſenſibiliter data: vel per
inſtructionem diuinæ ĩſpirationis, quo ad ſigna huiuſmodi ĩſenſibilia, ſiue angelicis ſiue humanis
ſpiritibus ſpiritualiter & inſenſibiliter datis. quoniam huiuſmodi ſigna nullo modo in natura ſua
habent effigiem qua diſtincte & determinate ſint reprę ſentatiua diuinorum: quemadmodum ima-
go corporalis habet in ſe effigiem qua diſtincte & determinate reprę ſentatiua eſt faciei a qua de-
ſcripta eſt, ſecundum ꝙ patet ex prædeterminatis. & ita non ſunt ſigna naturalia: quemadmodũ
effigies eſt ſignum faciei: ſed ſunt ſigna ad placitum inſtituta: quẽadmodum circulus eſt ſignum
vini. De quorum ſignificato inſtructi ſumus per ſacram theologiam. Ipſa enim eſt ſecundum Au-
guſtinum de doctrina Chriſtiana, quæ docet de rebus aut ſignis. per ſigna enim mentem extendi

mus ad intelligendum diuina in huiuſmodi ſignorum ęnigmate, quæ in ſe nobis ſunt incompre-
henſibilia, & per eadem mutuo loquimur nobis ad exprimendum noſtros conceptus circa res
diuinas nobis immediate incomprehenſibiles. Et hoc non ſolum nobis contingit in ſtatu vitę præ-
O ſentis, ſed forte nobis etiam & angelis in ſtatu vitæ beatę: in qua nullus intellectus creatus com-
prehendet aperta viſione quicquid de diuinis ſecretis comprehenſibile eſt ab ipſo deo: ſed de hu-
iuſmodi notitiam tamen aliquam habebimus tunc in huiuſmodi ſignis: & mutuos conceptus
ſuos de huiuſmodi incomprehenſibilibus ſibi indicabunt. Vnde Hug. poſt prædicta, vnde auctori-
tas propoſita aſſumpta fuit, concludens intentionem beati Dionyſii in dicto ſuo præcedenti, ſub-
dit dicens. Hoc eſt enim quod dicit: quia non ſola ea inuiſibilium ſigna ſunt quæ nobis tradi-
ta ſunt ſymbolice: ſed illa quoq; quæ cæleſtibus eſſentiis tradita ſunt ſupermundane. Habent
nanq; & ipſi angelici ſpiritus ſigna ſua & demonſtrationes, per quas de inuiſibilibus dei & val-
de occultis & ſecretis & abſconditis intus immaterialiter & inuiſibiliter & ſimpliciter erudiun-
tur. Quæ quidem ſigna quantum ad nos & ea quæ apud nos ſunt viſibilia, inuiſibilia omni-
no æſtimantur: quantum vero ad illam multum inuiſibilem & inacceſſibilem lucem & incom-
prehenſibilem deitatis, quaſi foris ſunt & procedunt abintus in demonſtrationem. Propter quod
& ipſa ſigna quę ſuperueniunt mentibus ſiue animis diuinitus illuminatis, theophaniæ, id eſt di-
uinæ apparitiones vocantur: quia in eis ad demonſtrationem venientibus id quod omnino oc-
P cultum eſt in deo demonſtratur. Ex quibus patet ꝙ iſta ſic non ſunt ſimilitudines repræſentan-
tes expreſſe cognoſcenda de deo tanq̄ ſigna naturalia: nec vt medium & ratio cognoſcendi ſi-
ue videndi deum: ſed ſunt ſigna inſtituta manuductiua per inſtructionem ad occulta diui-
na intelligenda: & tanq̄ obiecta viſa vel intellecta, vt dictum eſt. Patet etiam ꝙ non vſquequa-
q; abhorrendæ ſunt theophaniæ. Licet enim abhorrendum eſt ſic ponere theophanias vt ſint ſi-
militudines aliquæ in quibus videatur deus: ita ꝙ ſine illis mediis videri non poſſit: non tamen
abhorrendum eſt ſic ponere eas vt mediantibus illis quodammodo videatur deus, ſcilicet in æni-
gmate, ad hominibus in ſtatu vitæ præſentis. ſecundum hoc enim ſpecies omnis creaturæ quo-
Q dammodo eſt theophania quædam. Q; autem aſſumitur in argumento ꝙ intellectus non intelli-
git niſi per formam qua educitur de potentia in actum, quæ non eſt niſi forma inhęrens: Hic intel-
ligendum, ꝙ cum ens in potentia ſecundum Philoſophum. ix. metaphyſicæ, non educitur de potē-
tia ad actum niſi per formam: et quidam eſt actus primus, quidam vero ſecundus: hoc diuerſimo-
de accipiendum eſt de potentia ad actum primum: & ad actum ſecundum. actus enim primus eſt
eſſe quod eſt a forma. actus vero ſecundus eſt operari: qui egreditur ab habente formam per ipſam
formam. De potentia igitur ad actum primum qui eſt eſſe, nihil educitur niſi per formam: nō eius
qđ eſt in potentia: ſed alterius quod eſt in actu per illam formam. ſecundum ꝙ in diuerſis actus
ſemper præcedit potentiam, vt habetur in nono metaphyſicæ. Potentia enim calidum: actu non fit
calidum niſi per aliquid præcedens calidum in actu. In iſto ergo modo deducendi de potentia in
actum, deductio huiuſmodi non fit niſi per formam deducentis non deducti. De potentia vero ad
actum ſecundum qui eſt operari, educitur res per ſuam formam: dum tamen eſt approximata pa-
tienti: & in tali diſpoſitione qua nata eſt agere: & aliud pati ab ea: quemadmodum calidum in
actu ſolo calore aliud calefacit. Penes primum horum duorum modorum potentia ſentiens edu-
citur in actum per formam ſenſibilis alterando ſenſitiuum vt formam ſibi ſimilem ipſi imprimat:
quemadmodum calidum in actu alterando calidum in potentia facit ipſum calidum in actu for-
ma ſibi ſimili quam ei imprimit: niſi ꝙ illa alteratio eſt abiectio: quia eſt ſecundū contrarias diſpo-
ſitiones, quarum vna corrumpitur: & altera generatur: iſta autem non: ſed eſt tm̄modo ſalus
& receptio, vt dicitur in ſecundo de anima. Penes vero ſecundum dictorum modorum poten-
tia intelligens nō educitur effectiue in actum per aliquā formam ſibi impreſſam: ſed ſolummodo
ab ipſo intelligibili obiectiue præſenti intellectui: ſicut cognoſcibile cognoſcenti: vel in ſeipſa per
eſſentiam: vel in eo quod quid eſt de ipſa: ita ꝙ ſi ipſa res intelligibilis ſeipſam repræſentat in in-
telligentē: tunc ipſa non ſpecie eius formaliter eā intelligit intelligens, & ipſa ſeipſa intelligitur: &
hoc ſiue præſens ſit vt inhærens: quemadmodum ſi forma vera balnei eſſet in anima non extra l
materia, vt dicit Commentator ſuper duodecimum metaphyſicæ: ſiue ſit aſſiſtens tm̄, vt forma
R lucis increatæ. Cum enim illabatur intellectui beato, per hoc fit ei intimior q̄ ſit quæcun-
q; forma inhærens: & per hoc fit ex ambobus quaſi vnum lucens, ſecundum ꝙ de hoc modo



intelligendi deum ab intellectu beato, loquit̄ Hug. vbi ſupra dicēs. Sicut duo ſunt, lumen, & qđ
ſuſcipit lumē corpus, & ex his duobus vnū efficitur lucens, & ipſum lucens imago quodāmo-
do eſt, & ſimilitudo luminis in eo ꝙ lucet ſicut ipſum lumen, ita & deus noſter lumen eſt, & ve-
rum lumen eſt, & ipſum lumen rationales animi mundi & puri excipiunt, & ex eo lucētes fiūt,
& non ſunt ipſi imago luminis in eo ꝙ ſunt: ſed in eo ꝙ lucent ex lumine, ſicut ipſum lu-
men lucet. Et ſunt ipſa lucentia theophanię luminis, in quibus lumen videt̄, quoniam a nullo
lumen videretur, ſi nullus a lumine illuminaretur. Nam & qui in ſe lumen videt, profecto non
videret niſi luceret, & ſe lucētem non videret. Sic ergo (vt dicit) non conſtituimus aliud inter
deum noſtrum & nos: ſed immediate viam ſcimus, & nobis ad ipſum, & ipſi vſq; ad nos: vt ſi-
mus in ipſo & ipſe in nobis. Et alludit illi, qđ dicit̄ Io. xvii. Sicut tu pater ī me, & ego in te, vt &
ipſi in nobis vnum ſint. Et ego claritatē quā dediſti mihi dedi eis: vt ſint vnū, ſicut & nos vnū
ſumus, ego in eis, & tu ī me: vt ſint cōſummati in vnū: vt videāt claritatē meā quā dediſti mi-
hi. Vnde & Hug. exponens aliter q̄ prius illud Dionyſii, Cęleſtibus quidem eſſentiis ſupermū-
danę, dicit. Quęcūq; inuiſibilia nobis p ſenſibiles demōſtrationes ꝓpoſita & manifeſtata ſunt, cę- S
leſtibus eſſentiis ſpiritualiter per nudā & ſimplicem veritatē impreſſam reuelata ſunt. ¶Ad ar- Ad arg. in
gumētū in oppoſitū: ſi deus intelligibilis eēt per aliud, eēt aliquid prius eo intelligibile & ſim- oppoſitū.
plicius: Dicendū ꝙ verū eſt, ſi per aliud re & obiectiue. Nunc autem deitas, veritas, & omnia
attributa inter ſe cū diuina eſſentia idipſum ſunt re: differunt autē ſola ratione, propter quam
bene cōtingit (vt dictum eſt) ꝙ deitas ratione qua deitas, nō eſt intelligibilis per ſe: ſed ſub ratio-
ne qua veritas. & ſic de cæteris: vt dictum eſt. & ſic nō ſequit̄ ꝙ deus ſit intelligibilis per aliud
prius aut ſimplicius eo: ſed per idem: ſub alia & alia ratione.

T
CIrca tertium arguitur, ꝙ ratio intelligēdi deum non ſit ratio intelligendi oīa Queſt. III.
alia. Primo ſic. Nihil eſt ratio intelligēdi illud a quo habet ſummā diſtantiam Argu. 1.
& diuerſitatem: quia nihil intelligitur niſi per ſibi cōueniens. ſed omne aliud
a deo ſummā diſtātiā & diuerſitatē habet a deo, & ita etiā a ratione intelligē-
di eius quę eſt ipſe: vt patet ex ſupra habitis. ergo &c̄. ¶Secūdo ſic. Vna ratio 2
intelligēdi non eſt niſi vnius intellecti, ſicut nō eſt vna ratio eſſendi niſi vniꝰ
entis: quia eadē vel proportionabilia ſunt principia eſſendi & cognoſcēdi. ſm
phm in ſecūdo metaphy. deus & creatura non ſunt idem intellectū. ergo &c̄. ¶Tertio ſic. Infini- 3
tum non poteſt eſſe ratio intelligendi finitū: quia inter ipſa nulla eſt proportio. Ratio autē qua
deus intelligitur eſt infinita, & quęlibet creatura finita. ergo &c̄. ¶Quarto ſic. Res non ſcitur p 4
id qđ nō eſt idē ſibi: ſed ſeparatū ab ea. ſecūdū ꝙ vult phs in. vii. meta. cōtra Platonem de ideis
ponētē (ſecundū ꝙ ei Ariſtoteles imponit) ꝙ eſſent ſeparatę a rebus: & tamen eſſet noſtra ſciē-
tia per ipſas. ſed quo ipſe deus eſt intelligibilis, eſt id quod ipſe eſt, ſeparatum omnino ab eo qđ
eſt aliud ab ipſo. ergo &c̄. ¶In cōtrarium eſt: quoniā ratio intelligēdi rem reſpondet rationi p- In oppoſi.
fectiōis eiꝰ in eſſe. Eadē eīn ſm phm. ii. meta. ſunt principia eſſendi & cognoſcēdi. Sed ratio per-
fectionis qua deus pfectus eſt in eſſe, eſt ratio perfectionis oīm in eſſe: quia in ſe oīm perfectiones
in eſſe cōtinet. ergo & ratio cognitionis dei: eſt ratio cognitionis omnium aliorum. ergo &c̄.
¶Queſtio iſta oīno neceſſaria eſt ad ſciendū pfecte intelligibilitatē dei. Sicut eīn V Reſolu. q.
ad pfecte ſciēdū eſſe dei nō ſufficit ſcire ſimplr̄ qa deꝰ habet eſſe: ſed & qa eē eiꝰ eſt quodāmodo
eſſe oīm aliorū, quia in eſſe eius cōtinet̄ omne eſſe, imo quodāmodo eſt oīe eſſe, vt habitū ē ex
ſupra determinatis: Sic ad ſciēdū intelligibilitatē dei, quō ſcilicet ſit intelligibile quid, nō ſuffi-
cit ſcire ſimpliciter quia ſit intelligibilis, & cui ſit ratio aliqua vt itelligatur: ſed etiam oportet
ſcire, quia ratio intelligibilitatis eius eſt quodam modo ratio intelligibilitatis oīm aliorū: & ꝙ
in eius intelligibilitate cōtineatur oīm intelligibilitas. immo ꝙ ratio intelligibilitatis ī ipſo ad
intelligendū ſeipm̄ ſit ratio intelligibilitatis ad intelligēdū oīa alia a ſeipſo. Et diſponit queſtio
iſta multū ad queſtionē an intelligēs deū intelligit omnia alia ab ipſo: & ſimiliter ad queſtionē,
an deus intelligēdo ſe, intelligat omnia alia a ſe. ¶Ad queſtionē ergo iſtam dicēdū, ꝙ ratio qua X
aliquid eſt intelligibile in ſe, poteſt intelligi eſſe ratio qua alia ſunt intelligibilia, quinq; modis. Reſponſio.
Primo, quia ab vnius cognitione dependet cognitio alterius, ita vt cognitio illiꝰ haberi nō poſ-
ſit quin ſimul habeat̄ cognitio iſtius, & hoc dupliciter. Primo ad modū quo vnū correlatiuo-
rū ſine altero intelligi nō poteſt. Scđo, quēadmodū in cognitione ſenſitiua viſus corporalis vi-
ſo ſpeculo neceſſario vident̄ ſimul res quarū imagines continētur in ſpeculo. Tertio, quia ratio
vnius eſt declaratiua & oſtēſiua rationis alterius apud intelligentē, quēadmodū in cognitione

viſus corporalis,viſa luce vident̄ colores ſplendētes in luce. Quarto,quia in ratiōe illius cōti-
net̄ ratio ītelligēdi iſtiꝰ:quēadmodū ſpecie ītellecta neceſſe ē genꝰ cointelligi.qa ratio ſpeciei cō
tinet ī ſe ratione generis.Quito,qa ꝑ id quo ītelligit̄ vnū,ītelligit̄ & aliud.& iſte modꝰ ſolūmō
ꝑtiet ad ītētionē ꝓpoſitę q̄ſtiōis.Prio eñ mō id quo ipſe ē ītelligibilis ī ſe,ē ratio ītelligēdi alia
a ſe,ſm rationē.ſ.cuiuſdā reſpectꝰ & depēdētię aliorū a ſe.ſ.iquātū ipſe ē ꝑ ſe & ſufficiēs cauſa
aliorū.Cognita autē cauſa ꝑ ſe & ſufficiēti alicuiꝰ effectꝰ,neceſſe ē ſilr̄ cognoſci & effectū.Scd̄m
eñ pħm in.i.phyſi.& ī pricipio poſte.tūc ſcire dicimur vnūquodq;,cū cauſam cognoſcimus p-
pter quā res eſt.Secūdo autē modo nequaq̄.ipſe eñ non habet rationē ſpeculi in cōtinendo ſpe
cies alioꝝ tāq̄ aliqd aliud a ſua eēntia:ſicut cōtinet res ſpeculū materiale.Ipe eñ nō cōtinet in
ſe rationes intelligēdi aliorū tanq̄ ſuperadditas ſuę eſſentię:quia nulla eſt diſpoſitio in eo ſuper
addita ſuę eēntię,qa eēt accidēs ipſi,& faceret cōpoſitionē cū ipſo,qd̄ ē cōtra ſupra determina-
ta.niſi extēdamus rationē ſpeculi ad id qd̄ cōtinet aliorū perfectiones ſub ratione vnius ſimpli-
cis eſſentię,ſicut ſunt in deo ratiōes pfectionum omnium entiū:vt infra videbit̄. Tertio modo
ratio qua deus eſt intelligibilis in ſe , eſt ratio cognoſcēdi ſiue intelligēdi alia a ſe:non tñ ſimul
intelligēdo vtrūq; obiectiue,de quo ſermo habitꝰ ē ſupra,& de quo nihil ad pſens,vbi debet eſ
ſe ſermo de intelligibilitate dei per eſſentiā ſuā tanq̄ obiectū per ſe intelligendū. Verū eñ eſt ꝙ
nulla veritas intelligit̄ niſi in ratiōe primę veritatis.vbi prima veritas in eo ꝙ eſt ratio intelli-
gēdi alia,ē ꝓpriū ītelligibile & cognoſcibile cognitiōe ſaltē gnāliſſima:vt ſupra determinatū ē.
Quarto aūt mō ſilr̄ ratio q̄ deꝰ ē ītelligibilis,nō ē ratio q̄ ītelligibilia ſūt oīa alia ab ipſo. Nō.n.
ratio aliorū per aliquā cōpoſitionē cōtinet̄ in ratione ſua:quēadmodū ratio generis cōtinet̄ in
Y ratione ſpeciei:vt patet ex ſupra determinatis.Sed de quinto modo intelligit̄ q̄ſtio iſta,an.ſ.deꝰ
ſit ita intelligibilis ꝙ ſit intelligibilitas oīm:& ꝙ ratio intelligibilitatis in ipſo nō ſolum ſit ra-
tio intelligēdi ipſum deū vt obiectū:ſed etiā oīa alia ab ipſo:vt.ſ.ſit tale intelligibile,qd̄ natū
eſt actu facere ex ſe ſua ratione intelligere ſe,& omnia alia a ſe.Iſto ergo modo dicendū ꝙ ratio
qua deꝰ eſt intelligibilis,eſt ratio qua intelligibilia ſunt alia ab ipſo.Ipſe eñ eſt tale intelligibile
ꝙ ītellectū pōt mouere ad oīa alia a ſe ītelligēda. & ſic ē vnū ītelligibile ad oīa ī actu ītelligēda
oīm ītelligibilitates ī ſe cōtinēs:ſicut ē vnū eē ad oīa alia eēnda oīm eē ī ſe cōtinēs.Neceſſe eñ
eſt vt diſpoſitio cuiuſlibet rei ī eē ſit,ſua diſpoſitio ī veritate. Et ita ſicut deꝰ inquātū ipm̄ ē eē
primū,ē ratio eēndi oīa,faciēdo oīa q̄ vult eē ꝑ eē ſuū,cōtinēs ī ſe ratiōes eēndi oīm aliorū: ſic ī
quantū eſt veritas prima eſt ratio intelligēdi oīa,faciendo oīa quę vult ſecū intelligi,continens
in ſe oēs rationes intelligēdi oīm: ſub eſſe tñ eminētiori,q̄ habeat eſſe in rebus aliis: vt infra di
cet̄ loquēdo de dei perfectione. Continet autē rationes illas oīm,non tanq̄ aliqua multa,vel re,
vel intētione,ſicut ſpecies naturę continēt in ſe rationes generis & differētię:ſed tanq̄ vnū ſim
plex in eſſentia deitatis,quę eſt vna ratio ſimplex intelligibilitatis in deo ad intelligēdū ſeipm̄.
quę etiā vna ſimplex, eſt rationes multę & proprię ſingulorum ad intelligendum oīa alia a ſe.
Z Et ſic beati intelligēdo deum,vno ſimplici intuitu oēm ſuā ſciētiam cōprehēdūt.dicēte Augu.
xv.de tri.c.xvi.Oēm ſcientiam noſtrā vno ſimul cōſpectu videbimus.Q d̄ qa difficile eſt intelli
gere,ad huius aliqualē apprehenſionē notandū: ꝙ ſm Cōmē.xii.metaph.intellectꝰ natus eſt di
uidere adunata in eſſe.ita ꝙ illa q̄ indiuiſa ſunt in eſſe rei,nec poteſt aliquod eorū eſſe ſeorſum
ſine alio,manēte natura rei intellectus pōt cōcipere ſeorſum vnū ſine altero.Quēadmodū bina
rius qui eſt in ternario:licet manēte ternario ſeorſum extra nō pōt eſſe : intellectꝰ tñ binariū q
eſt ī ternario, ſeorſum & ꝑ ſe cōcipit.Silr̄ licet extra hominē nō pōt eſſe ſeorſum ſenſibile eiꝰ: in
tellectus tñ ſeorſum cōcipit ſenſibile in ipſo exiſtēs,pter hoc ꝙ concipit rationale. Et ſic multa
exiſtētia in eodē,q̄ nō pn̄t eē ſeorſū diſtincta:abinuicē ſecūdū eē,bñ pn̄t eē diſticta ſeorſū abinui
cē ſm rationē intelligibilis,& hoc dupliciter.vel ſecundū ęquediſtantiā, ita ꝙ ratio vnius non
includit rationē alterius:quēadmodū diſtincta ſunt abinuicē materia & forma:licet ſecundum
eſſe ſunt abinuicē indiſtincta in cōpoſito ex materia & forma.vel ſcd̄m gradus & ordinem, ita
ꝙ ratio vnius includat rationē alterius,quēadmodum in homine ſunt diſtincta intellectiuum,
ſenſitiuū,vegetatiuū.Includitur eñ vegetatiuum in ſenſitiuo,& ſenſitiuū in intellectiuo,quē-
admodū trigonū in tetragono,& pētagonū in hexagono, ſicut vult Pħus. Primo modo in deo
nullo modo cadit aliquarū rationum multitudo:quia illa nō eſt ſine cōpoſitione ex pluribus re
differētibus.Scd̄o mō multa abinuicē differētia ſm maiorē & minorē diuerſitatē poſſunt intel
ligi cōcludi in eodē tripliciter:qa plura tripliciter poſſunt contineri in eodē ſm ordinē & gra-
dus diuerſos differētes ſecundū eſſe perfectius & minus perfectum. Semper eñ continens per-
fectioris rationis eſt q̄ contētum . Aut eñ ratio perfectior addit ſuper rationē minus perfectam



aliquid diuerſum ſcd̄m rem,vel diuerſum ſm intentionē & nō ſecundū rem,vel ſm rationē tm̄
& nō ſcd̄m rem,neq; ſcd̄m intentionē.Primo modo in numero maiori continetur multitudo
pluriū nūerorū minoꝝ: vt in denario nonus,octauus,& ſic de aliis.Semp eñ nūerus maior ad
dit vnitatē ſuper minorē,& a minori ſubtrahitur vnitas quę fuit in maiori.Et ſic vnitate addi
ta vel ſubtracta:ſemp ſpecies numeroꝝ variant̄:& ſcd̄m diuiſionē & diſtinctionē intellectus,in
vno numero plures nūeri cōtinent̄:vt ī denario nonus,octauus,& ſic de aliis. Talis multitudo
rationū intelligibiliū omnino nō cadit in deo:quia neceſſario ponit cōpoſitionē ex re differēti-
bus.& qd̄ ſic eſt vnū vno modo , eſt vere multa alio modo:vt habitū eſt ſupra.Secundo modo
in ſpeciebus entiū ſemper in ſuperiori ſm gradū dignitatis naturę continētur omnes inferiores
In hoc eñ omnes definitiones rerū & formę quę ſunt in eis aſſimilant̄ numeris.Nam differen
tia addita vel ſubtracta,variat ſpeciē,ſicut vnitas addita vel ſubtracta variat numerū: vt vult
Pħus in.viii.meta. Nec iſto modo adhuc cadit in deo aliqua multitudo rationū intelligendi:
quia talis aliquā compoſitionē ponit,qualis eſt in ſpecie ex genere & differētia:qualis nec ī deo
eſſe poteſt:vt patet ex ſupra determinatis.Sed multitudo rationū intelligibilium ſm rationē
intelligēdi tantū,cadit in deo:quēadmodū ipe in ſua eſſentia ſimpliciſſima habet omnium per-
fectionū quę ſunt & poſſunt eſſe rationes:in quibus etiā conſiſtunt rationes ideales,ſecundū ꝙ
cadunt ſub ratione diuini intellectus & ſapientię:vt infra patebit.

¶Ad primū in oppoſitū,ꝙ ratio intelligendi alterius debet habere aliquā idētita- A
tem cū ipſo,qualē non habet deus cū aliquo alio a ſe: Dicēdum ſecundū ſupra determinata, ꝙ Ad primū
eſt quædam idētitas & indiſtantia ſm eſſentiā & naturā: q̄dā vero ſm imaginationem vel imi- prin.
tationē & correſpondētiam quādā . Primo modo debet eſſe idētitas & indiſtantia in eis,quorū
vnum eſt ratio intelligēdi alterius ſecundo modo iam tacto.& ſic ratio intelligendi in deo qua
ſe intelligit,nō eſt ratio intelligēdi aliquid aliud a ſe:quia creatura quælibet in infinitū diſtat
a diuina eſſentia,& cū nullo alio a ſe in eſſentia conuenientiā habet.Secūdo autē modo eſt idē-
titas diuinę eſſentię & indiſtantia quędam ad oēm creaturā , quia ꝑ ideas ſuas,& rationes per-
fectionū ſunt omnes quodāmodo in ipſa: vt infra dicet̄.& hoc modo ratio illa,qua deus intel- B
ligit ſe,eſt ratio intelligēdi oīa alia a ſe.¶Ad ſecundū,ꝙ vna ratio intelligēdi eſt vnius intelle- Ad ſecūdū
cti,dicendū ꝙ deus per ſe eſt ratio intelligēdi ſolūmodo ſeipm̄.ſed quia ē ratio idealis ꝓpria ſin
gulorū,cū hoc etiā eſt ratio intelligēdi oīa alia a ſe.Et ideo determinat pħus in.xii.metaphy.ꝙ
deꝰ ſolū ſeipm̄ ītelligit,& ꝙ alia nō intelligit niſi intelligēdo ſeipm̄,& ita vt habent eſſe in ipſo,
nō aūt vt in ꝓpria natura.qd̄ qualiter debet intelligi,exponi habet cū erit ſermo de ſciētia dei C
reſpectu creaturarū.creatura aūt vt habet eē ī deo nō ē niſi deꝰ.¶Ad tertiū ꝙ ratio intelligēdi Ad tertiū.
deū eſt infinita:ergo non poteſt eſſe ratio intelligendi alia a ſe quę ſunt finita: Dicendū ad hoc
ꝙ infinitū modo infinito reprę́ſentās nō pōt eſſe ratio intelligēdi finitū. Modo tñ finito reprę-
ſentans bene poteſt eſſe ratio intelligēdi finitū. quoniā potentia infinita modo finito agens pōt
eſſe cauſa effectus finiti.Per hūc ergo modū ratiōe infinita qua deus eſt intelligibilis mō infini
to,creatura bene poteſt eſſe intelligibilis modo finito.Sub modo enim repſentandi infinite,plu
res modi aut infiniti poſſunt eſſe repſentādi finite:vt ſic vna ratio intelligēdi deū ſit quodāmo
do plures rationes intelligēdi alia a deo:quēadmodū dictū eſt in quadā q̄ſtione de quolibet : ꝙ
vna idea ſpeciei vniꝰ,eſt quodāmō plures reſpectu pluriū īdiuiduorū ſub illa:& vt ſic ratio vna
intelligēdi deū q̄ ītelligit ſe & alia,ſit quodāmō ratiōe diuerſa vt ē ratio ītelligēdi ſe: & vt ē ra
tio ītelligēdi alia a ſe.& vt ē ratio intelligēdi alia a ſe,diuerſificat̄ ſm rationē: vt ē ratio ītelligē
di diuerſa q̄ ſunt alia a ſe.Inquātū eñ repſentat totalitatē pfectiōis diuini eſſe, ē ratio intelligē
di deum. Inquātū vero reprę́ſentat diuerſos modos pfectionū creaturarū ſub illa totalitate,eſt
ratio intelligēdi alia a ſe . ¶Ad quartū,ꝙ ſeparatum ab alio nō eſt ratio intelligēdi ipſum, di- D
cēdū ꝙ aliquid eſt ratio intelligēdi aliud, Vno modo vt obiectū intellectui,quēadmodū imago Ad quartū
in ſpeculo ad cognoſcendū id cuius eſt imago. Alio modo vt ratio intelligēdi tm̄, & non vt ob
iectū:quēadmodum ſpecies in oculo ad cognoſcendū id cuiꝰ eſt ſpecies.Primo modo contingit
dupliciter.Aut eñ obiectū illud intellectus cōtinet in ſe oēs perfectiones vſq; ad intima & mi-
nima eoꝝ.Aut ſolū repſentat ſpecificā eorū naturā.Primo modo ſeparatū ab alio poteſt eſſe ob
iectiue ratio intelligēdi alia.& ſic deꝰ tanq̄ ſpeculū ſpeculabile viſum intellectualiter,eſt ratio vi
dēdi alia.quia alia licet ſint ſeparata ab ipſo in eſſe ꝓprio eorū:verius tñ illa habēt eſſe in illo q̄
in ſeipſis.Scd̄o modo ſeparatū ab alio nō poteſt eſſe obiectiue ratio intelligēdi alia.& hoc modo
ideę Platonis(ſecūdū ꝙ imponit ei Ariſt.)ſeparatę erāt a pticularibus rerū naturalibꝰ & extra

intellectũ ſecũdũ ſe ſubſiſtẽtes:vt qditates & eẽntię rerũ ꝑticipatę ab eis ſolũ ꝑ formas materiales ab eis ĩpſas materiis,nõ aũt ĩ ſeipſis,ĩmo ꝙ ĩ ſeipſis ſubſiſterẽt ĩꝑticipatę,& repſẽtarẽt eẽ rerũ ſpecificũ,nõ ꝓprias ratiões earũ ꝑticulares vſq; ad ĩtima & minima. Vñ dicit Pħs ĩ.vii.meta.cõtra Platonẽ.Si bonũ illud qđ ẽ bonũ erit aliud,& ſua eẽntia boni,& aĩal & eẽntia aĩalis,& eẽntia entis& ens,& illę ſubſtãtię ſũt priores.Si ſũt abſoluta abĩuicẽ,qdã nõ ſciunẽ ꝑ ſciẽtiã, & dicim⁹ abſoluta,ſi bonũ ꝑ ſe nõ habeat eẽntiã boni.Scire eñ cuiuſlibet rei,ẽ ſcire qđ ẽ ꝑ eẽntiã. vbi dicit Cõmẽ.Si fuerĩt qditates rerũ nõ eędẽ ꝑ ſe cũ reb⁹:ſed abſoluta abĩuicẽ,cõtiget vt ſbę primę nõ ſint ſcitę:qm̃ nõ ſciunẽ res niſi ꝑ ſuas qditates.& cũ ſuę qditates fuerĩt alię ab eis, nõ poterũt ſciri. Vñ dicit Pħs ĩ eodẽ,ꝙ eẽntia circuli & circul⁹,eẽntia aĩę & aĩa ſunt idẽ.Res vero totalis cõgregata:vt iſte circul⁹ vł aliqd ꝑticulariũ,nõ habet definitionẽ:ſed cognoſcitẽ vniuerſalis ratiõe aut ſẽſu.Definitio vero toti⁹ ẽ & ſpeciei.Materia vero ꝑ ſe nõ cognoſcitẽ.& hoc ẽ ſupra expoſitũ.Si aũt ſit aliqd ratio ĩtelligẽdi tm̃:ſic bñ põt eẽ ſepatũ ab ĩtellecto. Eſt.n.aliqñ rõ intelligẽdi in ĩtelligẽte:& res ĩtellecta oĩno extra.& de eo vt eſt rõ intelligẽdi,nõ loquiẽ Pħus.

E
Articulus XXXIIII.

SEquitur Arti.XXXIIII.de veritate dei,& circa hoc quęrũtur ſex.

Primum:vtrum in deo ſit veritas.

Secundũ,vtrum duplex veritas ſit in deo,eſſentialis & perſonalis.

Tertiũ : vtrum veritas ſit in deo ratione eius eſſentię ſecundũ ſe & abſolute:an ex reſpectu aliquo ad eius intellectum.

Quartũ:vtrũ veritas dei ſit in eius eſſentia , an in eius intelligentia.

Quintũ:vtrum perfectius & verius eſſe habeat in eius eſſentia: an in eius intelligentia.

Sextũ:vtrũ contrarium veritati.ſ.falſitas aliqua,ſit in deo.

F
Queſt.I.
Argu.i.

CIrca primũ arguiẽ ꝙ veritas nõ ſit in deo,Prmo ſic.ẽm pħum in.vi.metaph. Veritas nõ ẽ in reb⁹ neq; falſitas,ſicut ſũt bonũ & malũ:ſed ſũt ĩ cogitatiõe. Quicqd aũt de⁹ ẽ,veriſſima res ẽ:qa nõ ẽ niſi neceſſe eẽ,& id qđ ẽ ꝑ ſuã eẽntiã,vt patet ex ſupra determinatis.ergo &c̃.

2

℄Scđo ſic.Aug.de vera reli.dicit ꝙ veritas eſt ſilı̃tudo q̃dã.Silı̃tudo aũt alicui⁹ alteri⁹ eſt ſilı̃tudo.De⁹ aũt eſſentialiter dict⁹ nulli⁹ põt eẽ ſilı̃tudo:ĩmo ecõuerſo oĩa alia ſũt ei⁹ ſilı̃tudo & ei ſilı̃a.ergo &c̃.

G
In oppoſi.

℄In cõtrariũ ẽ pħs cũ dicit ĩ.ii.meta. Necẽ ẽ prĩcipia rerũ q̃ ſũt ſꝑ,vt ſint ĩ ſiñe veritatꝭ.prĩcipiũ hmõi maxĩe de⁹ ẽ:qa ẽ prĩa cã oĩm,vt exponẽdũ ẽ loq̃ndo de creaturꝭ.& &c̃.

Reſolutio queſt.

℄Cũ duplex ſit veritas.ſ.veritas rei & ſigni:& veritas ſigni quadruplex eſt: ſecũdũ ꝙ determiat Anſel.ĩ li.de verit.ſ.orõnis,cogitatiõis,volũtatꝭ,& actiõis:& de illa q̃ ẽ ſigni nihil ad p̃ſens:ſed cũ loq̃mur de veritate ĩ creaturis:oẽs aũt(vt dicit idẽ ĩ eodẽ)de veritate ſignoꝝ loquunẽ:veritatẽ aũt q̃ ẽ ĩ rerũ eẽntia pauci cõſiderãt:& ſi pauci de illa q̃ eſt ĩ eẽntia rerũ creatarũ,pauciſſimi cõſiderãt de ea q̃ ẽ ĩ eẽntia rei ĩcreatę,de q̃ ad p̃ſens debet eẽ ſermo:quã de plano oẽs ĩ eẽntia dei eẽ cõcedũt: qa rõ veritatꝭ de nobiliorib⁹ & dignioꝛib⁹ ẽ q̃ ĩueniunẽ ĩ rerũ natura:& oĩe qđ nobili⁹ ẽ & digni⁹,deo attribuẽdũ ẽ,ſecũdũ ꝙ ſupra determinatũ ẽ.Et ꝙ eã ĩ deo oportet ponere,declaratẽ ex ꝓpria ratiõe veritatꝭ rei ꝑ ſilẽ ad veritatẽ ſigni,prĩo ĩ creaturꝭ,deĩde a creaturꝭ ꝑ eminẽtiã ĩ deo.Sicut eñ veritas ſigni tũc ẽ,qñ ſignũ facit hoc qđ facere debet,ſiue qđ natura ſua reqrit vt faciat: videlicet ꝙ faciat oẽ id qđ ꝑtiet ad ſuã ſignificationẽ.ſ.vt ĩdicet ĩpm ſignificatũ ſecũdũ ꝙ eſt in re extra.Sic veritas rei oportet ꝙ ſit,qñ res id exiſtit qđ natura ſua reqrit vt ſit : videlicet ꝙ ĩ ſe cõtineat oẽ id qđ ad naturã ſuã ꝑtinet,& qditatẽ. Illa qdẽ ẽ ꝑfecta ratio veritatis ĩ ſigno vt ĩ oratiõe q̃ ĩpa ẽ vera,ꝙ.ſ.ĩpa indicat ſic vt ẽ ĩ re: & natura ſua q̃ eſt orõ,reqrit vt hoc faciat.qm̃ etſi aliqñ nõ faciat hoc,hoc tñ ſꝑ indicat ſe facere q̃ſi aliqđ naturale ſibi.Ita ꝙ oĩs ꝓpoſitio affirmatiua naturalr̃ indicat rẽ eẽ verã, & negatiua ſibi cõtraria eã indicat eẽ falſã.ſecũdũ ꝙ dicit Pħs ĩ.v.meta. Cũ dixerim⁹ aliqd eẽ,demõſtrabim⁹ ſuã veritatẽ: & cũ dixerim⁹ aliqd nõ eẽ,demõſtrabim⁹ ĩpm nõ eẽ verũ,ſed falſũ.& cũ nõ ẽ ita ĩ re, mẽtiẽ orõ

H

ſiue affirmatiã ſiue negatiã,& falſitas ĩ ea ẽ. Tũc eñ ẽ orõ vera qñ indicat qđ eſt,eẽ:& qđ nõ ẽ, nõ eẽ.& ecõtra tũc ẽ falſa qñ indicat de eo qđ ẽ,nõ eẽ:vel qđ nõ ẽ,eẽ. Ab eo eñ qđ res ẽ vel nõ eſt,diciẽ orõ vera vel falſa.ab eo.ſ.qđ ẽ ſicut ꝑ orõnẽ exprimiẽ,diciẽ vera.ab eo vero qđ nõ ẽ ſic, diciẽ falſa:vt vult Pħs.& ĩpa tũc ẽ falſũ ſignũ,qa nõ hȝ ſuũ ſignatũ ſibi corrñdẽs. & ſignũ diciẽ relatiue ad ſignatũ,ꝓpt qđ dicit pħus ĩ.v.meta.Diciẽ ẽmo falſus ille q ẽ ex iis q̃ nõ ſunt,ſecũdũ ꝙ falſus.Et ſicut eſt de hoc ſigno,ita eſt de omnibus aliis ſecũdum ꝙ Anſel.in libro de veritate exemplificando hoc de veritate actionis dicit.Quoniam non eſt ab aliquo faciendum niſi quod debet facere, eo ipſo ꝙ aliquid facit, dicit & ſignat hoc ſe debere facere. ꝙ ſi debet facere quod



facit,verũ dicit:ſi autẽ nõ debet,mẽtiẽ.Ergo ſilr̃ hęc eſt ꝑfecta ratio veritatis, ꝙ ipſa habeat hoc qđ natura ſua reqrit vt habeat,cõtinẽdo.ſ.in ſe q̃cq̃d ad eẽntię ſuę ꝑfectionẽ ꝑtinet. Hoc eñ q̃libet natura indicat ſe eſſe ẽm ſpeciem ſuã: vt hõ ĩ ſpecie humana:& aſinus ĩ ſpecie aſinina.& hoc ſub ratione qua ipſa eſſentia eſt declaratiua ſuiipſius apud intellectũ:hoc eñ vt dictum eſt ſupra,pertinet ad propriã rationẽ & reſpectũ veritatis.

I
Reſponſio.

℄Nunc autẽ deſcendẽdo ad propoſitũ dico , ꝙ deus ſumme eſt id qđ natura ſua requirit vt ſit:quia hoc eſt ꝑ ſuã eſſentiã,& nõ alicui⁹ participatiõe.& ſic eſt illud qđ nõ eſt aliud q̃ eſſe quoddã qđ eſt neceſſe eẽ:vt habitũ eſt ſupra. Ratio ergo veritatis ſummę & ꝑfectiſſimę in deo eſt,ſicut & ratio ipſi⁹ eſſe:quia quicquid ẽ in deo de⁹ ẽ,ꝓpter ſummã ei⁹ ſimplicitatẽ:vt patet ex ſupra determinatis. Abſolute ergo dicẽdũ ꝙ ĩ deo veritas ẽ:& ꝙ de⁹ veritas ẽ:imo ſũma veritas,qa ſũma eẽndi neceſſitas:ita ꝙ ſicut eẽ aliorũ reſpectu dei eẽ diminutũ eſt,& quaſi nõ eẽ:vt ſupra determinatũ eſt:ſic veritas oĩs creaturę reſpectu veritatis dei,diminuta veritas ẽ:immo vanitas quædã. Vanitati eñ ſubiecta ſunt oĩa, ſcđm Apoſt.Ro.viii.Omnia enim(vt dicit ibi Gloſ.)quę naſcuntur infirma ſunt & corruptibilia,ac per hoc vana:quia ſtatum ſuum tenere non poſſunt.

K
Ad primũ prin.

℄Ad primũ in oppoſitũ ꝙ verũ non eſt in rebus, quicquid autẽ eſt in deo veriſſima res eſt,dicendũ ꝙ pħus nõ dicit ſimplr̃ ꝙ verũ non ſit in reb⁹ : ſed dicit ꝙ non eſt in rebus ſicut bonũ & malũ.Et intẽdebat(ſicut dicit Cõmẽ.)per hũc ſermonẽ declarare diuerſitatẽ duorũ entiũ.ſ.entis qđ eſt in aĩa,& entis qđ eſt extra:qa natura primorũ oppoſitorũ in intellectu.ſ. veri & falſi,nõ eſt ſicut natura primorũ oppoſitorũ extra animã.ſ.boni & mali. Bonum eñ & malũ ſũt ĩ materia:verũ aũt & falſũ ſunt ĩ cognitiõe:& nullũ ens ĩ cognitiõe diciẽ ens ſimplr̃ ſecundũ ꝙ eſt extra animã.Diſtinguendũ eſt ergo de vero,ꝙ eſt quoddã verũ,qđ eſt ens diminutũ,& tãtũ opus intellectus.ſ.verũ concept⁹ de re,qđ diciẽ quod quid eſt rei apud aĩam, & notitia quædã in qua intueẽ rem q̃ ꝑ eſſentiã ſuam nõ habet eſſe in aĩa.Eſt aliud verũ qđ eſt ipſa ꝑfecta rei entitas extra ĩtellectũ exiſtẽs.de qua dicit pħs.ii.meta. ꝙ diſpoſitio vniuſcuiuſq; rei in eſſe,eſt ſua diſpoſitio in veritate.ſecundũ ꝙ de hoc ſtatim ſermo habitus eſt. Vnde primo modo veritas nõ cadit in deo,q̃q̃ veritas ſit in eius cognitione. Notitia eñ quam habet in ſeipſo nõ eſt niſi ꝑfecta rei entitas.In eo eñ nõ eſt notitia niſi ſubſtãtialis:vt infra diceẽ:quã non format in ſe de re extra,tanq̃ intẽtionẽ eius,quia tũc nõ cognoſceret res alias a ſe ſeipſo:ſed alio a ſe:vt infra videbiẽ,ſed ad quã formanẽ res tanq̃ a prima & ꝑfecta ratiõe entis. Vñ & verũ ſcđo mõ ꝑfectiſſime cadit ĩ deo: vt infra patebit.Nõ ergo de quolibet mõ veritatis:ſed de vnico tm̃ intelligit pħus ꝙ verũ eſt in cognitione nõ in reb⁹.Et in hoc differũt verũ & falſum a bono & malo,ꝙ bonũ & malũ habent eſſe in rebus tm̃ inquãtum hmõi:verũ autẽ & falſum vno modo in reb⁹,& alio modo in aĩa:vt patebit inferius.

L
Ad ſecũdũ

℄Ad ſecundũ,ꝙ veritas eſt ſimilitudo,de⁹ autẽ eſt nullius ſilı̃tudo: Dicendũ ꝙ dictũ illud nõ eſt generale de oĩ veritate:ſed ad literã ſolum modo intelligiẽ de veritate ei⁹ qđ habet eſſe ſuũ ab alio:& ita ſuã veritatẽ. Talis eñ veritas neceſſario q̃dã ſilı̃tudo eſt: quia qđ ab alio eẽ habet,nõ habet ipm niſi ꝑ quãdã aſſimilationẽ.Habent eñ cauſata cauſaliũ receptiuas imagines: vt diciẽ.c.ii.de di.no. & quãto perfectius habet ei⁹ aſſimilationẽ a quo ẽ,tãto ẽ ꝑfectius ĩ veritate:& q̃to magis deficit ab ea,tãto minus habet de veritate:aut etiã ſi nõ cõſequiẽ ipſam q̃tũ natura ei⁹ nata ẽ eã cõſequi,habet aliqd admixtũ de falſitate. Vnde Augu.de vera relig.vnde dictũ verbũ aſſumptũ eſt.Si corpora intantũ fallũt inquãtum nõ implent illud vnũ qđ cõuincunẽ imitari, datur intelligi eſſe aliquid quod illi⁹ vnius a quo vnũ eſt quicquid aliquo mõ vnũ eſt,ita ſimile ẽ vt oĩno ĩpleat,ac ſit idipm,hoc eſt veritas,& verbũ in principio & de⁹ apud deũ.Si eñ eſt falſitas,ex iis eſt quę imitanẽ vnũ: non inquãtum id imitanẽ:ſed inquãtum implere nõ poſſunt.Illa eſt veritas,q̃ id implere põt, & id eſſe qđ illud eſt,cętera illius vni⁹ ſilı̃a dici poſſunt:quia inquantum ſunt intantũ & vera ſunt. Hęc autem ipſa ei⁹ ſimilitudo,& ideo veritas.Nihil igitur de illo dicto Aug.ad veritatẽ eſſentialiter dictam in deo,quę a nullo habet eſſe,de qua ad pręſens loquimur.

M
Queſt.II.
Argu.i.

CIrca ſecundũ arguiẽ,ꝙ in deo ſit duplex veritas,ꝑſonalis & eſſentialis. Primo ſic.Qm̃ vt habitũ ẽ,veritas & entitas vniformiter ſeſe cõſequunẽ. ſed in deo vt videẽ, duplex diſtinguitur eſſe,eſſentiale.ſ.& ꝑſonale,primũ ſubſtantię,ſecũdũ relatiõis,ſecũdũ ꝙ iſta duo p̃dicamẽta entis eſt ponere in deo,ſecũdum ſuperi⁹ determinata:vt ſicut ĩ creaturis ſit duplex,eẽ ſubſtãtię.ſ.& accedẽtis, ſic & ĩ deo.ergo &c̃.

2

℄Scđo ſic.Id qđ in ꝓcedẽte eſt ab alio,& ĩportat relationẽ & reſpectũ ad illũ:vt originati ad originãtẽ, principiati ad principiantem, diciẽ ꝑſonaliter:quẽadmodũ verbum,ſimilitudo, imago, character,& hmõi. veritas in filio eſt

hmōi.Sicut enim in creaturis dicitur eſſe veritas in eo ꝙ in eis eſt cōformitas ad aliud:vt ad
exemplar artis diuinę a quo procedūt in eſſe:vt patebit loquēdo de veritate creaturę:ſic veri-
tas eſſe in filio dicitur,eo ꝙ eſt in eo conformitas perfecta ad principium a quo eſt.dicēte Au-
guſti.de vera relig. Quod illius vnius a quo principio vnum eſt quicquid aliquo modo vnū
eſt, ita ſimile eſt , vt hoc omnino impleat, ac ſit idipſum,hoc eſt veritas, & verbum in princi-
pio quę illud oſtendit ſicut eſt.Vnde & verbum eius rectiſſime dicitur:cętera illius vnius ſimi
lia dici poſſunt,inquātum ſunt.intantū em̄ & vera ſunt.hęc autē ipſa eius ſimilitudo , & ideo
veritas.& ſequitur.Quę ſumma ſimilitudo pricipiū & veritas eſt.ergo in deo eſt veritas perſo
3 nalis.& patet ex p̄cedenti queſtione ꝙ in eo eſt veritas eſſentialis.ergo &c̄. ¶Tertio ſic.qđ con
uenit perſonę filii,eo ꝙ eſt verbū & ſimilitudo patris,id pſonale eſt: qa cōuenit ei ratiōe diſtin
ctionis ſuę a patre.veritas in filio eſt huiuſmodi.dicēte Auguſt.de vera relig. vt iam dictū eſt.
4 ergo &c̄.¶Quarto ſic.Eo veritas pfectiſſime dicit̄ veritas,quo habet eſſe in intellectu vt in co-
gnoſcēte,vt infra patebit.Sic autē habet rationē verbi,& conceptus mētis,& ita importat ema
5 natiōnē.Sed tale perſonaliter dicit̄:quia nō eſt verbū in diuinis niſi pſonale.ergo &c̄. ¶Quinto
ſic.Id quo vna perſona diſtinguit̄ ab altera,& illi ſoli cōuenit ita ꝙ nō alii,nō niſi pſonale eſt.ta
le quidē eſt veritas perſonę diuinę inquātū perſona eſt.Quęlibet em̄ perſonalis proprietas,quæ
in eo ꝙ ens,& aliquid, eſt perſonę conſtitutiua, veritas quędam eſt, qua veram perſonam con-
ſtituit,quę non niſi perſonalis eſt,quia nō eſt cōmune tribus,ſicut nec ipſa proprietas.ergo &c̄.
6 ¶Item bene dicit̄ de perſonis diuinis,ꝙ ſunt tres res & tres entes . ſed oēm rationē rei & entis
7 cōſequitur veritas.ergo &c̄.¶Item in deo ſunt plura quę differunt ratione intelligēdi tam eſ-
In oppoſi. ſentialia q̄ perſonalia,& ratio intelligēdi veritas eſt.ergo &c̄.¶In contrarium eſt illud qđ dicit
Auguſt.viii.de tri.c.ii.In eſſentia veritatis hoc eſt verum eſſe qđ eſſe.qđ autē tale eſt,eſſentiale
eſt,non perſonale:quia ad ſe dicitur ſcđm eundem.v.de tri.ergo &c̄.

N

Reſponſio quorūdam ¶Dicendū ad hoc ſecundū ꝙ alias declaratum fuit in quæſtionibus de quolibet.
ꝙ aliquid diſtinguit̄ penes eſſentiale & perſonale , hoc nō cōtingit niſi quia alia & alia ratione
cōuenit perſonę & eſſentię.qđ em̄ ſcđm eandem rationē perſonę cōuenit & eſſentię,non niſi eſ-
ſentiale eſt,quēadmodum ibi declaratum fuit de bonitate , ꝙ in diuinis non eſt niſi eſſentialis,
& de vnitate ꝙ eſt eſſentialis & perſonalis.Nunc autē ita eſt ſecundū iam determinata,ꝙ per-
fecta ratio veritatis rei cuiuſcūq; ſiue createę ſiue increatę eſt,ꝙ ipſa ſit hoc qđ natura ſua requi
rit,continēdo ſcilicet in ſe quicquid ad naturam & eſſentiam ſuam concurrit. & hoc ſubratio
ne huiuſmodi,qua eſt declaratiua ſui apud intellectum. Perfecta ergo ratio veritatis q̄ cōuenit
O perſonę ratiōe deitatis vt deitas eſt,nihil eſt niſi ratio veritatis eſſentialis:quę vnica eſt ſicut &
deitas.Sed ſciendum eſt ad intellectum huius,ꝙ cum(vt patet ex dictis in pręcedenti quæſtio
ne)duplex eſt eē veritatis,vnū in re ipſa:vt ſcilicet ipſa intelligibile quoddam eſt,in habendo.ſ.
in ſe id quod natura ſua requirit,& hoc inquātum ipſa eſt declaratiua ſuiipſius apud intelle-
ctū:qđ quid eſt enim,propriū eſt obiectū intellectus, ſecundum philoſophum in tertio de ani-
ma:Aliud vero eſt eſſe veritatis in ipſo intellectu : vt ſcilicet res ipſa iam eſt intellecta , vel ab
ipſo concepta:ſecundū primum modū patet ꝙ non eſt in deo niſi veritas eſſentialis:quia quic-
quid eſt in diuinis intelligibile vt res aliqua & natura,deitas eſſentialis eſt,pręter quā nō eſt in
telligibilitas aliqua,neq; in perſona,neq; in perſonali proprietate:vt iam patebit.Et ſm hūc mo
dū ſe habet veritas in creatore ad modum veritatis quæ eſt perfecta rei entitas in creaturis.Pe
P nes ſecundum modum eſt difficultas quęſtionis. Vbi intelligendum ꝙ veritas diuinæ naturę
vel eſſentię:vt iam intellecta eſt,& conſiderata ſecundū eſſe veritatis ei9 in intellectu:duplici-
ter poteſt conſiderari. Vno modo vt eſt intellecta actu ſimplici & eſſentiali intelligendi abſq;
conceptu verbi.Alio modo vt eſt intellecta actu dicēdi, actui ſcilicet intelligendi coniuncta:vt
productiua eſt & cōceptiua verbi.Primo modo intelligere eſſentiale ī deo eſt vnū & idē cōmu
ne tribus perſonis,& ſunt vnum & idem intelligens & intellectum,differens ſola ratione abſq;
alicui9 verbi cōis cōceptu.Et eſt intellect9 in deo cōſimilis quodāmodo ei,qui eſt ſimplicium in-
telligentia in creaturis. Et patet ꝙ veritas huiuſmodi non eſt niſi vna,& etiam non eſt niſi ve-
rum eſſe rei:quia ſecundū eſſentiam habet eſſe in intelligente.Sed in creaturis eſt diminutum
eſſe,quando non habent eſſe in intelligente niſi per ſuam ſpeciem,quę non eſt veritas ſed ima-
go rei. Penes ſcđm modū eſſe veritatis in intellectu,quo.ſ.verbū in mēte paterna cōceptus qui
dā eſt,videt̄ ꝙ aliqua ſit veritas pſonalis, ſicut pſonale ē imago & character,aut verbū: vt de-
claratū eſt opponēdo . Quod autē vno mō eſt eſſentiale, & alio mō pſonale,dicit̄ quodā modo



plurificari in diuinis.ſecundum ꝙ dicit̄ in deo duplex vnitas, eſſentialis.ſ.& pſonalis:vt expo-
ſitum eſt in queſtionibus de quolibet.Sic forte alicui videretur dicendum ꝙ in deo duplex ſit Q
veritas,eſſentialis ratione deitatis vt deitas eſt,quę cōuenit trib9 perſonis cōiter : & perſonalis
ad minus ratione notitię ſiue verbi cōcepti in pſona filii,quę ſolū filio conuenit vt eſt verbū &
notitia cōcepta in mēte paterna.& hoc quēadmodū in creaturis quæ intelligunt̄ per ſpeciem,
& per verbū cōceptū qđ eſt quiditas earū ī intelligētia,duplex eſt veritas.Vna q̄ eſt in re extra
idem qđ vera rei entitas.Alia vero quę eſt in mente,& diminuta rei entitas.q̄uis veritas verbi
diuini nō pōt eſſe entitas diminuta,eo ꝙ continet in ſe verā naturam & eſſentiam intellectam
ſecundū ꝙ in ipſo intelligente eſt,& cōcipitur,& per hoc nō poteſt eſſe aliquo modo diminuta
veritas. Vnde ad hmōi veritatē concludendā in deo eſſe aliā a veritate eſſentiali, quēadmodū
perſona alia eſt ab eſſentia,nitunt̄ argumenta quædam inducta.Propter qđ declaratio veritatis
quō propter notitiam verbi cōcepti in paterna intelligētia nō eſt ponendū eſſe aliquā veritatē
perſonalem in deo: vt p̄ter veritatem eſſentialem ſit aliqua perſonalis,& nō ſolum vna:ſed plu-
res propter plures ꝓprietates perſonales:vt p̄ter vnam eſſentialem ſint tres pſonales : ſed ꝙ nō
eſt ponēda in deo alia veritas q̄ eſſentialis vnica, licet in creaturis propter eſſe rei in intellectu
ſit ponere aliam veritatē ab illa quę eſt in re extra:Talis inquā declaratio erit reſpōſio ad om̄ia
obiecta. ¶Eſt igit̄ dicendū ꝙ in deo veritas nō fundat̄ niſi in eſſentia vt eſt natura & res abſo- R
luta,nō ſuper rationē alicuius eſſe,vel reſpectus quē accipit ſup ſe in perſona.Quare cū eſſentia Reſponſio
in deo ſiue cōſideret̄ vt in ſe,ſiue vt in pſona, nō eſt niſi vnica & eſſentialis: ſimiliter veritas in auctoris.
deo,ſiue cōſideret̄ vt eſt in eſſentia abſoluta,ſiue vt eſt in perſona:non eſt niſi vnica & eſſentia-
lis.Ad cuius intellectū & ad maiorē declarationē eoꝝ quę dicta ſunt in ſolutione q̄ſtionis p̄ce.
recurrēdū ad q̄dā ſuperius determinata, recolligēdo ea in ſumma,videlicet ꝙ cū in deo nō ſit
niſi ſubſtātia quæ eſt eſſentia,& relatio,quę eſt reſpectus in eſſentia fundatus,& de ratiōe reſpe
ctus vt eſt reſpect9,eſt ꝙ ſicut qn̄ ē accidētalis,nihil tn̄ accidētalitatis ex ſe ponit ſup illud cui9
eſt:ſed ſolū p illud ſup qđ fundat̄:ſic cū eſt eēntialis ſiue ſubſtātialis qualis eſt reſpectus ī deo,ni
hil eēntialitatis vel ſubſtātialitatis vel realitatis habet:niſi p illud ſup qđ fundat̄.Oīs ergo natu
ra realitatis ī deo cōſiſtit ī diuina eēntia vt eēntia vel ſubſtātia ē,& ſup ip̄am fundant̄ oēs reſpe
ctus diuini:ita etiā ꝙ etſi pſona in deo habeat aliq̄d realitatis īquātū dicunt̄ tres pſonę eē tres
res:ratio tn̄ veritatis nō fundat̄ ſup rem vt eſt pſonę ſiue pſonalis: ſed vt eſt naturę ſiue eēntia
lis.Vnde cum veritas non eſt in aliquo niſi id in quo firmitas ſua & realitas abſoluta conſiſtit,
patet clare ꝙ in deo nō poteſt eſſe niſi vnica & eſſentialis veritas. Qđ tamen vt amplius eluce
ſcat ex veritate inuēta in creaturis,paulo altius inchoando,Sciendū ꝙ ratio rei dictę a reor re-
ris prima eſt in vnoquoq; ente creato,& ſuper illā rationē rei prima ratio quæ fundatur eſt ra-
tio entis ſiue eſſe quiditatiui,quę cōuenit ei ex reſpectu ad formā diuini exemplaris,a quo acci
pitur ratio rei dictę a ratitudine, quæ eadē eſt cum ratione entis quiditatiui. ex eo em̄ eſt ratū
quid,quo eſt quiditatiuū quid,& ecōuerſo.Ratio enim rei(vt dicit Auicē.primo meta.ſuę lo- S
quēs de tali re inquātum res eſt)ratio propria eſt ꝙ nomine ſuo exprimat naturā & quiditatē
eius cuius eſt ſimpliciter & abſolute abſq; omni cōditiōe eſſe,ſiue in intellectu,ſiue extra ip̄m:
aut nō eſſe.ita ꝙ ratio entis ſit ratio primi conceptus obiectiue in intellectu: quia qđ quid eſt
eſt proprium obiectum intellectus,ſm phm̄.vt etiam ratio rei a reor dictę non poteſt cōcipi ab
intellectu,licet poſſit ab imaginatiōe,niſi ſub ratione entis quiditatiui : & tn̄ rationē eſſe nihil
poteſt habere niſi prius habendo rationē rei a reor dictę,in qua fundatur ratio illius eſſe.Quia
autē verum eſt prima ratio qua aliquid eſt cōceptibile ab intellectu:vt p̄dictum eſt:ideo tertio
ratio veri fundat̄ in ratiōe entis quiditatiui,qđ dicit̄ res a ratitudine,& poſtmodū ſequitur ra
tio entis in effectu participantis eſſentiā,& quiditatē,qđ dicit̄ res naturę.ex quo & ip̄a eſſentia
participata,compoſitio cadit in omni creatura:vt habitum eſt ſupra.In qua eſt cōſiderare tri
plicem rationem rei dictę a ratitudine,ſcilicet eſſentiā,& participans eā,& cōpoſitionē ex illis.
ſiua poteſt cōſiderari reſpectu diuinę eſſentię,vt ſcilicet in ipſa fundatur:vel reſpectu actus:vt ad
quē terminat̄.De potentia ergo paſſiua in deo dicēdum,ꝙ cum non ſit aliud in eo cuius eſt:ꝗ re
ceptibilitas eius ad qđ eſt, receptibilitas autem ſemper eſt in eo in quo eſt reſpondens ſecundum
gradum perfectioni quæ recipienda eſt:vt quāta ſit pfectio recipiēda, tanta ſit & receptibilitas in
recipiente:perfectio autē omnis quę recipitur in ipſa diuina eſſentia ad quā eſt potentia paſſiua,
in deo infinita eſt,ſiue fuerit abſoluta,vt bonitas,ſapientia, & hmōi: ſiue reſpectiua,vt paternitas
filiatio & hmōi:omnis ergo potentia paſſiua in deo ſimpliciter infinita eſt:& hoc vigore recipien
di id qđ infinitum eſt, largo modo loquendo de receptione ſecundū modū intellectus noſtri,quo

intelligit diuinas perfectiones diuinę eſſentię in eſſe,& ſecundū hoc ab ęterno quaſi receptas eſſe
E in ipſa.De potentia vero actiua dicēdum ꝙ cum fundatur ſuper actum primum:& perfectionem
formalem eius cuius eſt: ita ꝙ gradum perfectionis illius in natura & eſſentia ſua ſequit̃ gradus
perfectiōis in vigore,(perfectiorem enim caliditatem ſequit̃ ꝑfectior potentia calefaciendi)omnis
igitur formalis perfectio in deo ſuper quā fundat̃ potentia actiua,eſt infinita perfectione:q̄a re pe
nitus eſt idipſum qđ diuina eſſentia,vt habitum eſt ſupra: & illa omnino eſt infinita perfectione,
vt infra videbitur.Omnis igitur potentia actiua in deo vt comparatur ad ſubiectum cuius eſt:&
in quo fundatur:infinita eſt perfectione:ſicut eſt & ipſa diuina eſſentia,& cætera hmōi attribu-
ta.Sed præter iſtum modum infinitatis cōmunem cum eſſentia & aliis attributis eius,habet aliū
modum infinitatis reſpectu actus ſecundi, ad quem eſt vt principium eius:& non ſolum ex reſpe
ctu ad ipſum actum,ſed ex reſpectu ad ipſum productum per actum,quando ipſum procedit ex
F actu qđ recipit mediante actu.Si igitur cōſideretur potentia dei actiua in reſpectu ad actū,& me
diāte actu in reſpectu ad productum per actum:poſſumus ſecundū hoc diſtinguere duplicem re
ſpectum potentię:Vnum ad actum,alium ad productum per actum.Si primo modo,aut ergo ad
actum manentem intra diuinam eſſentiam:aut tranſeuntem extra ad creaturas. Si primo modo
cum actiones omnes illas cuiuſmodi ſunt intelligere, gubernare,ſpirare, neceſſe ſit ponere infini
tas:cum re ſint idipſum quod diuina eſſentia quę eſt infinita,vt infra patebit : neceſſe eſt ponere
ꝙ potentia dei ordinata ad huiuſmōi actus eliciendos,ſit infinita perfectione & vigore, ſicut ipſa
eſſentia,& alia eius attributa. Actum enim infinitum perfectione elicere non poteſt niſi potentia
G infinita vigore.Iſta enim quatuor potētia, virtus,intenſio,vigor,in eodē differūt in hoc ꝙ actiua
potētia nominat ſimpliciter id quo res poteſt agere ſiue actum elicere. Virtꝰ autem nominat po
tentiam ſecundum gradum ſuum vltimatum perfectionis ſuæ quam habet in ſubiecto,ſiue fue
rit remiſſa ſiue non : Intenſio vero nominat potentiam ſecundum gradum aliquem perfectionis
quem habet in ſua eſſentia, Potentia enim ſi in gradu vltimato perfectionis quam habet in ſuo
ſubiecto , non ſit in aliquo gradu perfectionis in ſua eſſentia ſecundum ꝙ in formis recipienti-
bus magis & minus ponimus gradus in latitudinem ipſius eſſentiæ , non dicitur intenſa : Et ſic
intenſio nominat diſpoſitionem circa potentiam quaſi abſolutam. Vigor autem nominat effica-
ciam quandam in modo eliciendi actum: vt vigor addat ſuper intenſionem reſpectum quendam
ad actum, quo ſcilicet ad modum eliciendi ipſum . Si vero potentia dei actiua conſideretur in
reſpectu ad actum tranſeuntem extra:aut ergo eſt actus quo creatura producitur in eſſe:aut eſt
actus circa creaturam iam ſecundum actum in eſſe productam. Actus ille primus eſt actus crea
tionis.Nunc autem ita eſt in actibus eliciendis per potentiam actiuam agentis, ꝙ quāto actus ma
gis diſtat a potentia paſſiua ordinata ad ipſum: tanto maior requiritur vigor in potentia agen-
tis ad abſoluendum illam potentiam, & ad educēdum rem illam de potentia in actū. Verbi gra-
H tia,potentia qua glacies diſſolubilis eſt vt liqueſiat,minus diſtat ab actu liquefactionis: q̄ illa qua
diſſolubile eſt plumbum: & illa minꝰ q̄ illa qua diſſolubile eſt argētum,& illa adhuc minus:q̄ illa
qua diſſolubile eſt aurum.Virtus ergo maior requiritur in vigore ad diſſoluendum aurum q̄ ar
gentū,& argētum q̄ plumbum,& plumbum q̄ glaciem.Cum igitur in infinitum plus diſtet po-
tentia qua aliquid eſt producibile ex nihilo,a quacūq; potētia qua aliquid producibile eſt ex ali-
quo,oportet ꝙ potentia qua elicitur actus producendi aliquid ex nihilo, in īfinitum ſit maior in
vigore quacunq; potentia finita eliciēte actū producēdi aliqd ex aliquo. Talis nō eſt niſi potentia
infinita vigore:Idcirco dicendum eſt,ꝙ potentia dei actiua ad producēdum aliquid ex nihilo per
creationem,neceſſario eſt infinita vigore.Si vero potentia dei actiua conſideretur reſpectu actus
circa creationem iam productam in eſſe:ille poteſt eſſe actus temporalis trāſiens:vt eſt motus la-
pidis de loco ad locum:aut eſt actus æternaliter perſeuerans. Ex primo actu nullo modo argui
poteſt infinitas vigoris in diuina potentia:eo ꝙ talis actus finitus ſcilicet eſt & determinatus, &
limitatus in perfectione ſua: & nullum tale inquantum huiuſmodi,poteſt atteſtari ſuper aliqua
infinitate in ſua cauſa.poteſt tamen in ſcđo actu:vt iam dicetur.Si vero potentia diuina conſide
retur in reſpectu ad productum per actum:tunc diſtinguendum eſt ſicut iam diſtinctum eſt de
actu.Aut enim conſideratur reſpectu producti intra ſe,vel extra.Si primo modo : tunc dicēdum
ꝙ reſpectu illius ponendū eſt potentiā dei eſſe infinitam vigore:quia productum eſt infinitū ꝑfe-
ctione,vt eſt quelibet diuina perſona,ſicut dictū eſt de ipſa potentia cōparata ad actus quos intra
deum elicit.Si vero cōſideretur in reſpectu ad ꝓductū extra.ſ. in creaturis, aut ergo ad ſingulū
ꝓductorū ſcđm ſe,aut ad vniuerſa ꝓducta & ꝓducenda ſcđm ordinē vnū poſt alterū in infinitū.



Si primo modo,cū qđlibet ꝓductum in creatura ſit limitatū in ſua eſſentia,& nullum tale poteſt
atteſtari ſuper infinitate vigoris in ſua cauſa efficiente : reſpectu talis igitur ꝓducti, nullo modo
poſſumus coniicere infinitatem vigoris in diuina potentia actiua.Licet enim diuina potētia vni- I
ca ſit,ſimplex,& infinita:& ſuper tanta infinitate vigoris eius atteſtatur ꝓductio minimi vermi-
culi,q̄ ſupremi angeli quo ad actum producendi ex nihilo:tamen quanto creatura ꝓducta eſt in
ſuperiori gradu naturæ & eſſentiæ,tanto atteſtatur ſuper maiore vigore in potētia agentis.Ita ꝙ
ſcđm maiorem gradum vigoris intelligimus productā ſuperiorē creaturā,ponendo gradus vigo
ris in diuina potentia: ſicut & gradus perfectionum ad eſſentias productas & ꝓducendas in crea
turis.Propter qđ propheta potentiam diuinam exprimit pluraliter,cum dicit.Quis loquetur po
tentias domini?Vbi dicit glo.Iſte impletur conſideratione diuinorum operum, & admirans ait.
Quis loquetur.ideſt quis ſufficiat loqui.Potētias dñi. ideſt opera quę potēter operatur. Vnde di
cit alibi.Qꝫ terribilia ſunt opera tua dñe,in multitudine virtutis tuę.Vbi dicit potentiā dei eſſe
infinitam:quam tamen propter eius vnitatem & infinitatem,,ſapiens in eccleſiaſti. dicit magnā.
Qꝫ magna eſt,inquien,ſpotentia dei ſolius. Et ſecundum hoc penes hmōi gradus potentię deus
creaturas producit in eſſe. Vnde dicit Diony.xiii.ca.de di.no.Extentum in omnia ſimul & ſuper
omnia eſt,non deficientibus augmentis & infinitis operibus.Non deficientibus augmentis . Ecce
gradus perfectionum & intenſionum in eſſentia & potentia. Sed per hoc quod addit,Infinitis ope
ribus : vtrum intendit gradus creaturarum in infinitum ſecundum ſpecies productibiles ſecun-
dum gradus perfectionum eſſentię & intenſionum potentię:an pręciſe multitudinem operū ſe-
cundum numerum ſub finitis ſpeciebus,non eſt certum.Et non producit ſecundum naturalem
impetū ſuę potētię,quēadmodū generat filiū:ſic eñ nihil pōt produci extra ipſum in diuerſitate
ſubſtantiæ:ſed ſolum intra in vnitate ſubſtantię:Sed producit eas ſecundū diſpoſitionem ſapien-
tiæ & voluntatis determinātis potentiam in ſua actione reſpectu producti. Si vero diuina poten-
tia actiua conſideretur in reſpectu ad diuerſa ſucceſſiue producta & producenda in infinitum, K
tunc dicendū eſt ꝙ ex reſpectu ad hmōi producta & producenda ſimiliter,& ex reſpectu ad actus
circa creaturas æternaliter perſeuerantes,vt eſt actus gubernationis & conſeruationis creatura-
rum,aut iteratos & iterādos in infinitum circa creaturas : Dico ꝙ ex hmōi reſpectibus iudicare
debemus potentiam agentis vigore eſſentiæ infinitam , ex infinitate in perſeuerantia eius in ſua
actione,qua ex ſe & ex propria virtute ſufficit ſeſe & alia a ſe ſecundū eſſe in infinitum conſerua-
re,& actiones ſuas & rerum productiones in infinitum continuare,ad qđ nulla virtus finita vigo
re ſufficit ex ſe:immo ad hoc ꝙ conſeruetur in eſſe, oportet ꝙ ſit virtute potentię alterius,iuxta
hoc qđ dicit Cōmen.de corpore cęleſti in libello ſuo de ſubſtantia orbis,vt ſtatim videbit̃. Et ideo
oportet ꝙ illa virtus influens aliis perſeuerantiam in eſſe,excedat quācunq; virtutem finitam vi-
gore quā poſſibile eſt dari,qualis non eſt niſi īfinita vigore.Et hoc duplici via habet declarari.vna
a priori ex comparatione ad ipſam diuinam eſſentiam: & hoc quo ad infinitatē eius in intenſione,
alia a poſteriori ex comparatione ad eius actionem circa mundanam creaturam: & hoc quo ad in
finitatem eius in duratione.Primo modo apparet manifeſte infinitas vigoris diuinę potentię im-
menſę,ex hoc ꝙ infinita & immenſa eſt eius ſubſtantia,terminum bonitatis ſubſtantialis,& virtu
tis non habens,vt infra declarabitur. Potentia enim actiua ſequitur magnitudinem ſubſtātię rei,
& maxime ſpiritualis:quāto illa magis eſt formalis.Vnde & in ſubſtantia potentia tanto eſt ma-
ior:quanto ipſa magis formalis eſt,& exiſtens in actu.Nunc autem ita eſt,ꝙ magnitudo ſubſtan- L
tiæ infinitę ſecundū quantitatem molis quæ materialis eſt , vt in corpore infinito,non poteſt eſſe
niſi potentię infinitę in qualitate vigoris:quia in infinitum excedit vigorem potentię cuiuſcunq;
ſubſtantię corporeę quātitatis finitę,vt probat Phus in fine.viii.Phyſi.& in ſecundo cęli & mun-
di.Quare multo fortius magnitudo ſubſtantiæ infinita ſecundū quantitatē bonitatis & virtutis
quæ eſt omnino formalis,& imponitur actu vt eſt in deo,ſecundum ꝙ infra determinabitur:non
poteſt eſſe niſi potentiæ infinitæ vigore:quę in infinitum excedit vigorem cuiuſlibet potētiæ fini
tæ.Sicut eñ in magnitudine corporali mole infinita non poteſt eſſe potentia corporalis vigore,ſi
ue intenſione finita,vt probat Phs in fine.viii.Phy.Sic nec in magnitudine ſpūali īmenſitate infi-
nita,eſſe pōt potētia ſpūalis intēſione vel vigore finita . Qđ pōt oſtēdi virtute illarū duarū demō
ſtrationū:quibꝰ oſtēdit illud de magnitudine corporali.Ex prima ſic. Potentia illa quę in minori
tp̄e q̄ quęcunq; potētia finita vigore quæ poteſt dari, agit ęquale,eſt infinita vigore: quia ſemper M
potentia illa quæ agit æquale in minori tempore, eſt maior.Et non poteſt eſſe aliqua potentia ma
ior quacunq; potentia finita data,niſi potentia quæ eſt infinita.quia qualibet potentia finita data
& poſſibili dari,poteſt aliqua potentia finita maior dari per alicuius additionē.Potentia magnitu

dinis infinitę ſiue corporalis ſiue ſpũalis eſt hm͂oı̃:quia potẽtia magnitudinis infinitę ſiue corpo-
ralis ſiue ſpiritualis ſemper eſt maior vigore quacunq; potentia finita quę poteſt dari,& potentia
maior ſemper agit ęquale in minori tempore,ſecũdum regulam quãdam Ph̃i in fine.vii.Phyſico.
Sed Philoſophus aliter hanc minorem probat in.viii.Phyſico.deſcribendo agentia,actum,& tem-
pus,in literis.Sit enim a.b.magnitudo ſiue ſpiritualis, ſiue corporalis ĩfinita.Sit autem b.c.magni
tudo aliqua finita ſiue ſpiritualis,ſiue corporalis: habens potentiam vigore finitam quæ moueat
aut aliquo modo trãſmutet ipſum d.in tempore finito,quod eſt e.z. Si ergo accipio duplum eius
qđ eſt b.c.in magnitudine & potentia in medietate tẽporis quod eſt e.z. mouebit ipſum d.ſic aũt
in infinitum procedendo,& b.c. ſemper duplicando nequaq̃ tranſibit excreſcens vſq; ad quantita
tem infinitam a.b.& e.z.dimidiando nequaq̃ tranſibit,omne tempus finitũ : quia per medietates
diuiſibile eſt in infinitum.Sed ſemper b.c.duplicatũ in tẽpore finito dato & accepto mouet d.Sed
quolibet tpe ſic dato & accepto ſemper eſt aliquod minus accipere in infinitũ, in quo poteſt agere
idẽ magnitudo infinita a.b.excellit ergo in vigore potentia a.b.omnẽ finitã potentiã datam: quia
actionis magnitudinis finitę cuiuſcunq; date per duplicationẽ b.c.neceſſe eſt temp[9] eſſe finitũ: &
N ſemp in minori pōt agere illa magnitudo infinita. Neceſſe eſt ergo vt eius potentia non ſit finita
vigore,ſed infinita.Hãc demõſtrationẽ expreſſe ponit ph̃s,vbi dicit.Sed tñ neq; ĩfinitũ finitã &c.
Ex ſecũda autẽ demonſtratione:quã innuit cum dicit,Eſt autẽ hoc demonſtrare &c.arguit idem
ſic.Si in magnitudine ĩfinita eẽt potẽtia vigore finita: potẽtia aliqua in magnitudine finita poſſet
menſurare potentiã exiſtentẽ in magnitudine infinita:& ęqualis eſſe ei,immo maior: q̃a magnitu
do finita,ſiue ſpũalis,ſiue corporalis alicuius potẽtię finitę in vigore,ſi fuerit duplata, habebit du
plo maiorẽ potẽtiã in vigore.Quodlibet aũt finitũ aliquotiẽs acceptũ adęquari pōt cuilibet finito
dato,& ipſum menſurare,immo poteſt ipſum excedere.Illud autem eſt impoſſibile,ſcilicet ꝙ potẽ
tia in magnitudine finita poſſet menſurare potentiam magnitudinis infinitæ : vt ęqualis eſſet ei,
aut maior.Impoſſibile eſt ergo ꝙ in magnitudine quacũq; infinita ſit potentia vigore finita.Cum
ergo diuina ſubſtantia ſit magnitudinis ſpiritualis infinitę,in qua ſcđm Aug.id maius eſt qđ eſt
melius,& hoc propter immẽſitatem bonitatis & perfectionis ſuæ ſubſtãtiæ naturalis,vt infra pa-
rebit:patet euidentiſſime ꝙ propter infinitatem ſuæ immenſitatis in eius ſubſtantia, oportet eũ
ponere infinitæ potentiæ vigore.Idem ſecundo probari poteſt ex eius actione qua poteſt agere tẽ
pore infinito circa creaturas,ſic.Qđ ex ſe poteſt agere durando in actione,& eam cõtinuando ſe-
cundum tempus infinitum:eſt infinitę potentię vigore. Deus eſt hm͂oı̃ in actione ſua circa crea-
turas,vt infra videbitur:Qđ etiã ſupponit Ph̃s in fine.viii.Phy.ex ęternitate motus,& tẽporis,vt
dicit Auer.v.cap.de ſubſtantia orbis. vbi philoſophus per hoc probat ꝙ primus motor, quẽ nos
ſolum deum ponimus:non eſt aliquod corpus finitum,neq; virtus in corpore: ſed ſimplex,impar
tibilis,& abſq; omni magnitudine.Ergo deus eſt infinitæ potẽtię vigore.Maior propoſitio patet,
O quoniam ꝙ aliquid agit & durat in actione,immo etiam in eſſe, hoc procedit ex potentię ſuę vi-
gore.Semp em̃ qđ ſcđm potẽtiam maioris eſt efficacię & vigoris diutius perſeuerare poteſt in ſua
actione & duratione in eſſe:& ita qđ ex ſe poteſt durare in continuãdo actionem ſecundum tem
pus infinitum:oportet ꝙ ſit infinitę potentię in vigore: & ita excedens vigorem omnis potentiæ
finitę in actione & duratione ſcđm tẽpus,qualis eſt quãtũ eſt ex ſe omnis potentia ſubſtantię limi
tatę,ſiue fuerit ſpiritualis,ſiue corporalis:q̃q̃ aliqua ex eis infinitatem hm͂oı̃ capere poſſet per cõ
tinuum influxum virtutis,durandi & agendi ab alio,vt contingit in corpore cęleſti.Et generali-
ter in omni qđ eſt magnitudinis finitæ:cum ſit ſpiritualis ex limitatione ſolius eſſentiæ:ſiue cor-
poralis,ex limitatione eſſentiæ,& corporalis extenſionis:quicquid eſt finitum & limitatum ĩ ma-
gnitudine eſſentiæ corporalis vel ſpiritualis,ex ſe non poteſt habere potentiam durandi & agen
di ſecundum tempus infinitũ: ſed ſolũ ab alio,ſcđm ꝙ dicit Auer.de corpore cæleſti.iii.c.de ſub-
ſtantia orbis.Quoniã(inquit)etſi ſit ſimplex:& non habet potentiam ad corruptionem: tamẽ eſt
finitę actionis neceſſario:quia eſt finitarum dimenſionum & terminatarum a ſuperficie continen
te ipſum.Et omne tale cũ poſuerit intellectus eſſe exiſtens per ſe abſq; eo ꝙ aliud largiatur ei per
manentiam & ęternitatem: neceſſe eſt vt ita ſit de finitate ſuæ permanentiæ ſicut eſt de finitate
ſuæ actionis.Et ideo neceſſe eſt,eſſe potentiam largientem ipſi permanentiam æternam:quemad-
modum ipſi largitur motum æternum.Et ſicut hoc eſt verum de limitato in eſſentia ſub quali-
tate:ſic etiã verum eſt in eſſentia limitata ſine quãtitate:licet talẽ nõ poſuit ph̃s niſi illã q̃ eſt cor
pori ꝓportionata & cõiũcta vt motor,vt ĩfra videbiť.Vñ btũs Dion.vi.c.de di.no.Laudãda eſt vi
ta ęterna p ſeipſam vita:a qua in oĩa vitã participantia viuere exſeminatur. Igiť & immortalium
angelorum vita & immortalitas ex ipſa, & per ipſam eſt & ſubſiſtit:idcirco & viuentes ſemper



& immortales:& nõ ĩmortales iterum,quia nõ a ſeipſis habẽt immortaliter eſſe & ęternaliter vi-
uere,ſed ex viuifica & totius vitę factrice & cõtinuatrice cauſa. Qđ idem eſt oĩno cum illo dicto
publico Platonis. Dii deorũ &c.Et ſic patet plane ꝙ ſubſtantiam ex ſe infinitam actione & dura-
tione ſecundum tempus,quia oportet eam eſſe infinitam vigore oportet eſſe illimitatã & infini-
tã ſecũdum magnitudinem ſubſtantię vel ſpiritualis vel corporalis.Vnde & ſup hoc fundat Ph̃s
ſuam demonſtrationem:qua probat in fine.viii. Phy.ꝙ primus motor quia mouet ex ſe ſcđm tẽ-
pus infinitum,nõ poteſt eſſe corpus aliqđ finitũ,neq; virtus in corpore finito:quia nullum corpus
finitũ ex ſe poteſt mouere ſcđm tempus infinitũ.Supponit em̃ ꝙ nõ poteſt aliquid eſſe ex ſe infini
tũ ſcđm tẽpus & durationẽ in actione, niſi ſit in ſe infinitę virtutis vigore: qualis non poteſt eſſe
in corpore finito:neq; in aliqua ſubſtãtia finita & limitata. Semp em̃ oportet ꝙ potentia & ſcđm P
tempus, & ſcđm vigorẽ ſit finita vel infinita, ſcđm ꝙ ipſa magnitudo ſubſtantiæ vel ſpũalis vel
corporalis finita eſt vel infinita:vt ſi magnitudo ſubſtãtię ſit finita,& potẽtia:& ſi infinita ſit ipſa
& infinita ſit illa.Ita ꝙ in magnitudine ſubſtãtię finita non poſſit eſſe potentia infinita,neq; ecõ-
uerſo in magnitudine ĩfinita potẽtia finita.Quod bene inſinuat eius probatio ex parte magnitu-
dinis finitę corporalis,quãdo probat ꝙ non poteſt mouere ſcđm tẽpus infinitum per partes mo-
uentis & mobilis,& temporis in cuius partib[9] partes mouẽtis habẽt mouere partes mobilis, hoc
modo.Si a.ſit corpus finitũ,mouens mobile finitum b. p tẽpus infinitum c.ergo d.quæ eſt aliqua
pars ipſius a.mouebit e.partẽ aliquã ipſius b.& hoc in aliqua parte finita ipſius infiniti qđ eſt c.&
ſit illa pars.z.quia nõ poteſt d.mouere e.in toto c. in quo mouet a.ipſum b.Semp em̃ maius cor-
pus mouet ſibi proportionale in pluri,& longiori tempore continuando ſuũ motũ.qđ nullo mo-
do haberet veritatem:niſi quia in toto eſt maior vigor virtutis ad permanendũ diutius & conti
nuandũ motum totius q̃ in parte ad cõtinuandũ motũ partis:eo ꝙ virtus vnita fortior eſt ſeipſa
ſeparata.Vnde per idẽ ſpatium & ęqualiter quo poteſt mouere pars partem,poteſt & totum to-
tum:& forte in minori ꝓpter maiorem vigorem.Quo ſuppoſito cõcludit intentum.D.igitur nõ
poteſt mouere e.niſi per partem c.quæ eſt.z.Sed quãtitas ipſius d.aliquotiẽs ablata ab ipſo a.& ad
dita ipſi d.cõſumet aliquando totũ a.& ſimiliter quãtitas ipſius e.aliquotiẽs ablata ab ipſo b.& ad
dita ipſi e.cõſumet aliquãdo totũ b. quãtitas autẽ ipſius.z.totiens ablata ab ipõ c.& addita ipſi.z.
in quo mouet totum ablatum ab a.totum: ablatũ ab ipſo b.tempus finitũ eſt: & nõ cõſumit ipm
c.Non ergo corpus finitũ a.mouebit corpus finitũ b.p tempus infinitũ c.ſed p tempus finitũ, per
aliquã.ſ. partẽ ipſius c. Et ideo corpus finitũ nõ habet virtutẽ infinitã mouẽdi.ſ.p tempus infini-
tũ duratione.Et patet plane ꝙ virtus demõſtrationis ſuæ trahitur ex eo ꝙ ponit ꝙ maius corpus
ſemper mouet in pluri tẽpore.Et hoc nõ niſi propter maiorẽ vigorẽ,cuius vigoris partes cõtinẽt
partes corporis: q̃ finities ſumptę cõſumũt vigorẽ cuiuſlibet corporis finiti.Vnde ſupponit plane
ꝙ corpus finitũ propter finitatẽ ſui vigoris non pōt mouere per tempus infinitum . Vnde & ſe-
cundum ipſum Philoſophũ: corpus qđ ex ſe & ex propria virtute poteſt mouere ſecũdũ tempus
infinitum:tale debet eſſe: vt ſecundum diuiſionem partium temporis accipiendi in infinitum, in
quibus partes mouentis poſſent mouere partes mobilis, poſſet procedere diuiſio partium eius in
infinitum,quale non poteſt eſſe niſi corpus actu infinitum , de quo clarum eſt ꝙ cũ hoc ꝙ eſt infi
nitũ extenſione & duratione,oportet ꝙ ſit infinitum vigore. Qđ probat Philoſophus in duabus
demonſtrationibus pręta c̃tis, tanq̃ id qđ ſuppoſitũ eſt in hac eius demonſtratiõe. Et ſic aperte pa Q
tet ꝙ Philoſophus per hoc ꝙ probat ꝙ motor primus nõ poteſt eſſe corpus finitũ,aut virt[9] in eo,
eo ꝙ poteſt mouere per tempus infinitũ:qđ poteſt motor primus(qđ alibi probauit in.viii.Phy.)
implicat ꝙ motor primus eſt virtutis infinitę vigore,qualis eſſet corpus infinitũ ſi eſſet in rerũ na
tura.Ita ꝙ ſicut infinitas vigoris corporis ĩfiniti diuidi poſſet per infinitas partes vigoris finiti,ſe
cundũ diuiſionẽ corporis illius materialem , ſic ĩfinitas vigoris primi motoris diuidi poteſt ſcđm
rationẽ intelligendi,per infinitas partes vigoris finiti.Sic ergo plane patet ꝙ demõſtratio ph̃i quã
ponit verſus finem.viii.Phy.cum dicit.Horum autem vnũ quidẽ impoſſibile &c. ad probandum
ꝙ corpus finitum non habet potentiam mouendi tempore infinito, fundatur ſuper duo. Quo-
rum vnum eſt ꝙ corpus finitum nõ poteſt in ſe habere potentiã infinitam vigore. Secundum ve
ro eſt ꝙ corpus infinitum qđ poteſt mouere tempore infinito,& diuidi ſecũdum eius diuiſionẽ in
infinitũ,ſit infinitũ vigore.Propter qđ ꝓpoſita demõſtratõe iam dicta ſtatim inducit tres alias de
mõſtrationes.Vnã ad ꝓbandũ primũ,cũ dicit.Q; autem oĩno in finita magnitudine nõ contingit R
infinitam eſſe potentiam ex his manifeſtum eſt &c.Sed quia nõ pertinet ad propoſitũ ipſam omit
to.Ad ſcđm vero inducit duas alias ſupratactas cũ dicit.Sed tamẽ neq; infinitum finitũ.&c.Et ſic
patet plane ꝙ virtus demonſtrationis Philoſophi in fine.viii.Phyſicorum ad probandũ ꝙ primus

motor ſimplex eſt omnino & impartibilis,nec corpus, nec virtus in corpore, fundatur ſuper hoc
ꝙ nihil finitũ vigore ſiue in ſpirituali magnitudine ſiue in corporali poteſt mouere aliud a ſe tē-
pore infinito.Ex quo patet plane:ꝙ intentionis Philoſophi eſt:ꝙ primus motor quē deum appel-
lamus ſit infinitus,non ſolum duratione & actione infinita ſecũdum tempus: ſed etiam ꝙ ſit infi
nitus vigore,vt poſſit quantũ eſt de ſe ſuper actũ intentione infinitũ:quale infinitũ eēt magnitu-
do corporalis ſi eſſet:& ꝙ ſi moueret naturaliter ſecũdũ totũ vigorem ſuũ aliquid: ſicut calor in
finitus mouet approximatũ frigidando in calido:moueret illud in nõ tempore.Vnde ſuper qua-
dam demonſtratione primi cęli & mundi:qua probat Phus ꝙ corpus infinitũ non poteſt mouere
aliquid in aliquo tempore finito:cui concordat demonſtratio Phi in fi.viii.phy.ꝙ in corpore infi
nito non poteſt eſſe virtus finita:dicit Cõmen.reſpiciendo demõſtratiões prædictas Phi.in fi.viii.
Phy.Iã declaratũ eſt:ꝙ primũ mouẽs mouet tpe infinito: quapropter neceſſe eſt vt ſit ĩfinitũ:qm̃
ſi eēt corp⁹,moueret ĩ nullo tpe:vt declaratũ eſt in vlti.viii.Phy.Ecce q̃ manifeſte Cõmẽ.teſtatur
ꝙ a Philoſopho in fine.viii.Phy.declaratũ eſt ꝙ primũ mouens qđ mouet tempore infinito:pro-
pterea neceſſe eſt ꝙ ſit infinitum,& tali infinitate quali eſſet corpus mouens in non tẽpore: qua-
lem planũ eſt non eſſe niſi infinitatem vigore. Alia enim infinitas quęcunq; poſt q̃ ſit finita vigo-
re non poteſt mouere niſi in tempore finito. vt bene ponit demõſtratio Philoſophi,oſtẽdens ꝙ in
S magnitudine finita non poteſt eſſe virtus vigore infinita. ¶Sic ergo abſolute dicendum quãtum
Reſponſio. ad præſens pertinet,ꝙ potẽtia actiua dei ex ſe & ſimpliciter eſt infinita,& ꝙ non ſolum ſentire de
bet hoc catholicus:ſed etiam quilibet Phus.Ita ꝙ non eſt ponere finem potentiæ actiuæ ſiue ope
ratiuæ in deo , neq; in numero operandorum ſecundũ tempus infinitæ durationis, neq; in intẽ-
tione.Et hoc propter illimitationem,ſiue immenſitatẽ , ſiue infinitatem eius in ſubſtantia,de qua
infra erit ſermo.Vnde econtra quia omnis ſubſtantia & natura creaturæ in ſua ſubſtantia finita
eſt & limitata,neceſſario finita & limitata eſt quãtum eſt de ſe in operari & in duratione ſecun-
dum tempus,& in intentione ſecundũ qualitatem operis & modi agẽdi.Qđ euidenter ex hoc ap
paret,ꝙ operari in vnoquoq; procedit ab eſſe & a forma eius inquãtum dat ei eſſe in actu , ſicut
effectus a ſua cauſa:quia nihil agit niſi ſecundũ ꝙ eſt in actu. Nũc aũt effectus proportionalis de
bet eſſe ſuę cauſæ.Cum ergo infinitum non poteſt eſſe proportionale finito:quia omnis creaturę
eſſe finitum eſt & limitatum,nõ poteſt eſſe virtutis infinitę: nec eſſe dei quia eſt infinitum & illi-
mitatum,poteſt eſſe virtutis finitę vllo modo. Qđ de virtute actiua dei ex hoc maxime apparet
ꝙ id qđ oĩno non eſt,& infinite diſtat ab actu & ab eſſe: cuiuſmõi eſt oĩno nõ ens:qđ nec etiã eſt
in potentia materię:producit ad eſſe.In hoc enim maior virtus potentiæ apparet q̃ mouere aliqđ
exiſtens in tempore infinito:quia potentia nõ entis ad eſſe,quę nulla eſt in re,magis diſtat q̃ potẽ
tia entis mobilis cuiuſcunq; ad moueri.Et vnũqđq; agens tãto maioris virtutis eſt in agẽdo:quã
T to potentiam magis diſtantem a ſolo actu in actum reducit.Sicut maioris virtutis eſt in igne li-
quefacere aurum q̃ plumbum aut glaciem.Quare cum Philoſophi arguebant infinitatem primi
motoris ex hoc ꝙ animaduertebant ipſum poſſe mouere primũ mobile tempore infinito , multo
fortius nos catholici arguere debemus eius infinitatem ex hoc ꝙ res producit in eſſe per infini-
tam diſtantiam,ſcilicet ex non eſſe . Hæc eſt illa infinitas dei,de qua dicit Pſalm. Magnus domi-
nus & magna virtus ei⁹.vnde ſuper illud Pſalm̃.Confiteantur tibi dñe omnia opera tua.glo.Dũ
inquiris inuenis magnã vim in eis,quæ ab eo eſt.vnde ſequitur.Et potentiam tuã loquẽtur. Glo.
Ideſt,dicent q̃ mirabiliter & potenter quodcũq; facit.Et eſt iſta infinitas potentię dei effectiua re-
ſpectu omnium creandorum quodammodo proportionalis infinitati potentię materię paſſiuę re
ſpectu generãdorum ex materia.Quę enim ſunt in potẽtia in materia prima:in actu ſunt in mo
tore primo:& multo plura.Vnde ſicut materia eſt infinita in ſua potẽtialitate inquãtũ eſt in po-
tentia ad formas omnes recipiendas:ſic motor primus dicetur infinitus in ſua actualitate ad for-
mas omnes agendas:& multo magis.Per ea enim quæ facit deus non finitatur eius potentia. Im-
mo cum facit aliqua,poteſt & facere infinita alia:etſi nõ faciat ea ſimul cum illis.Sed materia quæ
de ſe eſt infinita & indeterminata ad omẽs formas , cum aliquam recipit determinatur per illam:
nec ſimul poteſt contrariã recipere: ſicut econuerſo forma materialis,quę inquantũ in ſe cõſidera
tur cõmunis eſt & indeterminata ſecundum ſuppoſitũ,cum in hac materia recipitur ad determi
natum ſuppoſitũ contrahitur.Etenim licet forma ꝑ materiam nõ perficitur : ſed ecõuerſo:eſt eñ
materię infinitas quaſi impfecta:formę vero ĩfinitas quaſi perfecta:tamẽ amplitudo & cõmunitas
formę cõtrahiť & limitatur ꝑ materiam:ſicut econuerſo. Et ideo dicit Cõmenta.ſuper.iii.Phy.
ꝙ materia inuenitur eſſe per formam:ſecũdum ꝙ forma eſt perfectio eius.Forma vero inuenitur
eſſe per materiam,ſcilicet in hoc ꝙ materia eſt ſubiectum eius.



¶Ad primum in oppoſitum:ꝙ potentia dei non eſt infinita:quia eſſet fruſtra: cũ V
non poſſet habere effectum infinitum ſibi correſpondentem:Dicendum ꝙ potentia agens duplex Ad primũ.
eſt:quędam.ſ.naturalis,& per imperium naturæ:quædam rationalis,& per imperiũ voluntatis.Et
prima duplex eſt:quędam vniuoce:quędam vero ęquiuoce . Potentia prima tota in ſuo effectu ſe
diffundit vſq; ad vltimũ virtutis.vnde tota in ſuo effectu ſeſe manifeſtat:& producit ſimile agen
ti:vt eſt potentia generatiua in homine:qua homo generat hominem ſibi ſimilem in natura:& nõ
poteſt aliquid amplius q̃ generare hominem vt mõ,vt dicit Phus in fi.iiii.Metaph. Omnia natu-
ralia determinata ſunt opere.Et iuxta hunc modũ agẽdi per potentiam in diuinis: Pater per potẽ
tiam infinitam generat actione infinita Filium infinitum ſibi ęqualẽ in deitate.Potentia naturalis
ſcđa in nullo effectu ſuo tota ſe diffundit aut manifeſtat: ſicut potẽtia ſolis in nullo cui⁹ eſt prin-
cipium productiuum, tota ſe diffundit:qa nunq̃ ſibi omnino ſimile producit:nec diffundere hoc
modo ſe poteſt:qa agit in aliena ſubſtantia:& ideo nõ niſi ſcđm ei⁹ receptibilitatẽ: & tale agẽs ęq-
uocum eſt deus reſpectu creaturarum:non autem naturali impetu: vt ſol : ſed imperio volunta-
tis:ſecundum ꝙ inferius debet declarari.Et tamen potentia dicenda non eſt ex hoc eſſe fruſtra:ꝙ
in effectum infinitum in creaturis ſe diffundere nõ põt:quia non dicitur aliquid eẽ fruſtra niſi ex
defectu adeptionis finis ad quẽ eſt.Vnde ea quę fiunt a caſu & fortuna:qa(inquãtũ.ſ.hmõi)carẽt
ordine ad finem:ad quem alias vel a natura, vel a voluntate nata ſunt ordinari : fruſtra ſiue otio-
ſe dicuntur fieri.Solũ ergo in eis quæ ordinabilia ſunt ad aliquem finem,fruſtra dicitur eſſe aliqđ
quando non poteſt oĩno finem illum attingere.Et ideo cum vniuerſaliter omnis creatura & quic
quid in creatura eſt,ordinabile eſt ad aliquem finem ſibi ꝓprium:qui eſt ſua propria operatio:vni
uerſa enim ſunt determinata opere:vt dictum eſt:& vt diciť in ſecundo Cæl.& Mund.omnis res
cuius eſt opus,ſit propter operationem: & per illum finem proprium ordinatur vnaquęq; res vltẽ
rius ad finem vltimum vniuerſi:quia omnia ordinantur ad vnum finem:vt dicitur.xii.Metaphy.
Si igitur in creaturis eēt aliquid qđ impoſſibile eſſet in natura rerum vniuerſi attingere ſuum fi-
nem proprium:illud proculdubio eſſet fruſtra.ſicut eſſet ſextus ſenſus in animali:cum nõ ſint ſen
ſibilia:neq; poſſint eſſe niſi quinq; : & ita impoſſibile eſſet illum ſextum ſenſum perfici operatio-
ne ſua ſentiendi:quę eſt ſuus proprius finis:quia impoſſibile eſt eſſe ſextum ſenſibile ꝙ poſſet illũ
mouere:ille ergo ſenſus omnino fruſtra eēt in aĩali:vt determinat Phs in ſecũdo de anima.Et ſecũ
dum ꝙ dicit in ſecundo Cęl.& Mund.extra rationem eſt vt natura poſuit ſtellas mobiles : & non
pręparauit eis inſtrumentum motus:& natura non abſq; cauſa aliquid vacuum ponit. Vnde di-
cit Cõment.in principio ſecundi Metaphyſi.Nihil eſt fruſtra in fundamento naturæ & creaturæ.
Quia igitur deus non habet aliquem finem ad quẽ,ſed eſt finis ad quem eſt totus ordo vniuerſi:
& bonum omnium entium:ſicut ſe habet dux ad exercitum:vt dicitur.xii.Metaph.ideo nõ opor
tet ꝙ potentia infinita quæ eſt in ipſo,ſit fruſtra: etſi non fiat aliquid infinitum ſecundum ipſam
in creaturis: maxime cum ſecundum ipſam fiat aliquid in ſeipſo:vt dictum eſt.Et etiam cum eo
ꝙ aliquid fit ſecundum ipſam in creaturis : quod requirit vigorem infinitum: etſi in deo non ſit
potentia infinita vigore ad producendo aliquem effectum infinitum in creatura:quia ad hoc nul
la eſt potentia: eſt tamen ad effectus producendum in infinitum tempore & duratione: ſiue ſuc-
ceſſione infinita.Et ſic infinita dei potentia non eſt fruſtra quia reducitur ad actum perfectum vt
eſt in operante: licet ad imperfectum in operato extra : reſpectu cuius diuina potentia habet ali-
quid ſemper admixtum potentiæ: quia non reducitur ad actum perfectum infinitum & abſolu-
tum: et hoc ideo:quia nihil creatum effectum ęqualem proportionalẽ potentiæ infinitæ & actio-
ni eius vt in agente eſt:poteſt in ſe recipere.Vnde non ſequitur: ſi vnus effectus infinitus nõ po-
teſt procedere a deo:ꝙ non ſit virtutis infinitæ:quia poteſt ex ſe in effectus infinitos per ſucceſſio
nẽ:qđ non põt eſſe ſine infinito vigore:vt oſtẽſum eſt prius ad modũ quo reducitur in actũ potẽ
tia infinitatis materiæ:& diuiſionis cõtinui & tẽporis & mot⁹. Q̃.n.eſt ſic in potẽtia:nõ eſt in po
tẽtia:vt aliqñ ſit in actu puro cui nihil admixtũ ſit de potentia:vt diciť.ix.Meta.vbi dicit Cõmẽt.
Q̃ infinitum eſt in potẽtia,nõ extendimus potentiã quæ exit in actum: ita ꝙ nõ remaneat in ea
potentia omnino: qm̃ ſi iſta potentia exiret in actum, tunc infinitum eſſet in actu qđ eſt impoſſi-
bile. Quomodo autem ad talem actum in infinitum ſecundum effectus in ſucceſſione non poſſet
diuina potentia reduci:niſi cum hoc ꝙ eſt infinita actione ſecundũ tẽpus & duratione,eſſet etiam X
infinita ſecundum vigorem:viſum eſt ſupra. ¶Ad ſecundũ ꝙ ſi deus eſſet virtutis infinitæ mo Ad ſecũdũ.
ueret in non tẽpore:Dicendum ꝙ virtus motiua duplex eſt.Vna naturalis.altera voluntaria . Et
de virtute mouente primo modo ſolum loquitur Ariſto.in.viii.Phyſi.vnde illa propoſitio accipi-
tur.Intendit eñ ibi probare ꝙ virtus infinita non poteſt eſſe in corpore finito:deducẽdo ad incon

tueniens:ſcilicet ꝙ moueret in non tempore:qđ eſt impoſſibile:quia vt probat.vi.Phy.non eſt mo
tus niſi in tẽpore:quia non eſt ſine priori & poſteriori.Et eſt vera & neceſſaria conſequentia:qa oĩs
virtus naturalis naturaliter motiua in corpore iã exiſtens mouet de neceſſitate mobile ſuum ſecũ
dum totum ſuum vigorem:& ideo ſecundum proportionẽ virtutum motiuarum corporaliũ ꝓ
portionaliter mouentur eorũ mobilia ſecundũ velocitatẽ & tarditatẽ: & in tẽpore maiori & mino
ri:vt maior virtus cauſet maiorẽ velocitatẽ:& faciat motũ ſuũ per æquale ĩ minori tẽpore.Et hoc
eſt qđ dicit Auer.in de ſubſtãtia orbis:declarãs illud dictum Phi.Et Ariſto.laborauit in.viii.Phy.
ad declarandum ex ſuis fundamentis:ꝙ ſi virtus infinita eſſet in corpore finito, contingeret illud
corpus per illam moueri:non in tempore:ſed in non tempore. Corpora.n.non excedunt ſe in velo
citate & tarditate niſi exceſſu eorum in virtutibus motiuis materialibus: & exceſſus virtutum ſe
quitur exceſſus corporum.ſ.ꝙ corpus qđ eſt maius eſt maioris virtutis & velocioris motus.Semꝑ
enim in talibus actio proportionatur naturę agentis.Ex quo ſequitur ſi aliquod corpus habet vir
tutem infinitam:vt moueat in non tempore. Vnde & dicit in eodẽ.Si virtutes quæ ſunt in corpo
ribus cęleſtibus eſſent in calefacere & mouere vniuerſaliter infinite, mouerent corpora quæ ſunt
apud nos in inſtanti.& hoc facit æſtimare: ꝙ in corporibus cæleſtibus ſunt virtutes finitæ actiue
mouentes. De virtute vero ſecundo modo mouente non habet veritatem illa conſequentia : ꝙ ſi
eſſet virtus infinita: ꝙ moueret in non tempore: quia non mouet corpus per impetum totius vi
goris ſui:quia mouet per intellectum & voluntatem.Et ideo actio eius non proportionatur natu
ræ agentis: ſed actio ſub intenſione procedit ab ipſo quantum ratio exigit : & voluntas diſponit:
qđ non eſt niſi modo finito,& hoc idcirco maxime,quia virtus motoris talis infiniti vigore in cor
pore finito non niſi mõ finito recipi poteſt. Vnde dicit Auer.in de ſubſtantia orbis.Corpora cæle
ſtia & gñabilia & corruptibilia cõicãt in hoc ꝙ actio & paſſio exiſtens in eis finite ſunt in ſe: & ꝓ
hoc ſemper mouentur in tempore:quia virtutes eorum ſemper ſunt in receptione finita . Si ergo
deus eſſet corpus:vel virtus naturaliter mouens in corpore:bene procederet argumentum.Nunc
aũt cũ non eſt ita vt ſupra habitum eſt: non obſtante virtute infinita vigore in deo mouente be
ne poteſt mouere mobile in tẽpore:& qđ amplius eſt, niſi eſſet ſic infinitꝰ.ſ.vigore,non poſſet omĩ
no mouere ex ſe corpus finitum in tempore durationis infinitę:ad quod intenduntur demonſtra
Y — tiones philoſophi in.viii.Phy.vt ſupra expoſitum eſt.❡Ad tertium ꝙ potentia dei actiua agit in
**Ad tertium** — finita mediante natura vt inſtrumento:ergo debet eſſe finita vigore,ſicut eſt potentia naturæ:Di
cendum ꝙ verum eſt,ſi ageret naturali impetu naturę:ſicut agens naturale mouet ſuum mobile
Propter hoc enim debet eſſe proportio inter virtutem ſic mouentem & mobile. Vnde dicit Com
ment.ſuper.ii.Cæ.& Mun.ꝙ non quodcunqꝫ eorum mouet qđcũqꝫ corpus: neqꝫ in quacunqꝫ ve
locitate:ſed vnũquodqꝫ eorum habet motum proprium:& in propria velocitate.Nunc autem qa
deus non agit niſi ſecundũ ꝙ ratio exigit,& volũtas diſponit:vt dictum eſt: bene poteſt agere per
inſtrumentum finitum actionem finitam vigore:ſicut & immediate:licet in ſe ſit infinitę potẽtiæ
Z — vigore:vt dictum eſt.❡Ad quartum: ꝙ deus nõ poteſt agere quęcunqꝫ immediate:nõ ergo eſt in
**Ad quartũ.** — finiti vigoris: Dicendum ꝙ immo immediate poteſt facere ſupernaturaliter quæ agit medianti
bus cauſis naturalibus:& contrarium erroneum eſt:qđ ſentiebant philoſophi qui ponebant ꝙ pri
mus motor nihil moueret impellendo in eo:ſed ſolũmodo motorem coniunctum:ſicut amatum,
& deſideratum:& ſecundum modum quo cognoſcit & deſideratur ab ipſo:& ideo cũ deficit a cõ
pleta eius cognitione & amore,& modo finito comprehendit ipſum,finita velocitate mouet ad ſe
aſſimilandum ipſi:qđ omnino erroneum eſt:vt determinabitur loquendo de creaturis.

A
**Queſt.vii.**
**Argu.i.**

CIrca.vii.arguit ꝙ potẽtia differt a ſubſtãtia ĩ deo: & etiã ab actu ad quẽ eſt,Pri
mo ſic.Eidẽ ĩquãtũ idẽ,natũ eſt accidere idẽ:nõ aũt potẽtię ĩquã tũ potẽtia eſt:
neqꝫ actui inquantũ actus eſt.qa potentia inquantũ potentia eſt dicit ad aliqd
vt patebit in ſequenti queſtione.ſubſtãtia inquantum ſubſtantia : & actus in
2 quantum actus,non dicuntur ad aliquid.ergo &c.❡Secundo ſic.Subſtãtia dei
& actus eius omnino congruunt rationi & voluntati eius: quia omnino ſub
ſtantia & actus eius complacent ſuę voluntati:& nihil irrationabile habent in ſe.potentia autẽ eiꝰ
non cõgruit omnino rationi & voluntati eius.Dicente Auguſti.ve.ac no.le. Omnia quidẽ poteſt
dominus:ſed non facit niſi qđ congruit eius veritati & iuſtitiæ.i.voluntati quæ eſt vera & iuſta.
& in eodem.Potuit deus ſimul cuncta facere: ſed ratio prohibuit.i.voluntas:vt exponitur.xl.diſt.
primi ſententiarum.Hoc autem non contingit niſi quia illa potentia non congruit eius volunta
3 ti.ergo &c.❡Tertio ſic:Si in deo non differret potentia ſubſtantia & actus , tũc ſicut ſubſtantia in
ipſo eſt æterna,& potentia & actus potentiæ coniunctus.& ſic quicquid aliquando facit vel faciet



ab æterno facit.Non ergo de nouo aliquid.Conſequens falſum eſt:ergo & antecedẽs. ❡In contrari — **In oppoſitũ.**
um eſt:quoniam vbi potentia differt a prima ſubſtantia: ſubſtantia non poteſt ſeipſa & per ſe: ſed
per id qđ eſt ipſa potentia:ſicut ignis nõ poteſt calefacere niſi calore.& vbi potẽtia differt ab actu,
potentia de ſe eſt imperfecta:& perficitur per actum , ſicut potẽtia vidẽdi ꝑ actũ vidẽdi. Deus au
tem ſeipſo poteſt quicquid poteſt:quia eſt primum potẽs:ad qđ reducitur omne potẽs per aliud:
& potẽtia in ipſo nihil habet imperfectionis aut perfectibilis:quia tale non poteſt cadere in deo.In
deo ergo nulla eſt om̃ino differentia vel diſtantia potentiæ a ſubſtantia & ab actu.

❡Dicendum ad hoc:ꝙ ſicut eſt in aliis diuinis attributis:ꝙ omnia deo attribuũ — B
tur per eſſentiam:& nullum per participationẽ:Eſt enim deus per eſſentiam & non per aliquã par — **Reſponſio.**
ticipationẽ bonus,iuſtus,ſapiens,& hmõi: Sic oportet ꝙ ſit de eius potentia: vt videlicet dicatur
potens per eſſentiam:non per aliquã participationẽ potentię. Vnde dicit Ricar.in pri.de tri.Con
ſtat deum eſſe potentem potentię plenitudine:nõ per participationem.Et ſilr dicẽdũ eſt de quoli
bet actu qui deo conuenit. Vult em̃ & intelligit quęcũqꝫ vult & intelligit:per eſſentiam ſuam nõ
per participationẽ aliquã:quia eſt eſſentialiter volens & intelligens: non per aliquã participatio
nem.Nunc autem ſic eſt in om̃i eo qđ põt per eſſentiã ſuã,ꝙ nõ eſt in ipſo quo poteſt aliquid ali
ud q̃ ipſa ſuiipſius eſſentia:vt idẽ re ſint oĩno potẽtia & ipſa eſſentia . Et ſilr in om̃i eo qđ eſt ſuus
actus ꝑ eſſentiã,actus oĩno indiſtans eſt & inſeparabilis a potentia ſicut & ab eſſentia: vt idẽ om̃i
no ſint actus & potentia:& non poſſit eſſe potentia niſi coniuncta actui.Qꝛ enim potẽtia in re ali
qua differt ab ipſa ſubſtantia vel actu eius ad quem eſt:ſiue fuerit actus vt habitus:ſiue actus vt
agere:hoc eſt quia non ſeipſa.i.ſua eſſentia poteſt:ſed aliquo alio ſuperaddito ſuę exiſtentiæ: ſicut
ignis calefacit calore,qui eſt qualitas accidentalis in ipſo. Propter hoc enim quãtũ eſt de ſe poteſt
actꝰ diſtare & ſeparí a potẽtia & eẽ potẽtia in re ſine ſuo actu:vt ignis põt eſſe calidus: q̃uis nõ ca
lefacit.In deo igit̃ dicendũ eſt ſimpliciter & abſolute,ꝙ oĩno non differunt in eo potentia & eſſen
tia: ĩmo ꝙ deus ſua eẽntia ſic poteſt quicquid poteſt,vt ſua eſſentia in ſeipſa ſimpliciter ſit ſua po
tentia.Non autem eſt potentia aliquid additum eſſentię:immo ipſa eſſentia cedit totaliter in na
turam potentiæ quodcũqꝫ & qualitercunqꝫ poteſt:ſiue in actũ intra manentẽ:ſiue extra tranſeun
tem:ſiue ſit eſſentialis & abſolutꝰ:ſiue ꝑſonalis & relatiuus.Similiter eſt in ipſo de potẽtia & actu
ꝙ om̃ino indifferentia ſunt:qđ enim in ipſo eſt,non niſi purus actus eſſe poteſt.Omnis em̃ poten
tia quæ non eſt in re actus purus & perfectus:imperfecta eſt:& per aliud agens exiſtẽs in actu,va
dit ad perfectionem. Vnde ſi aliqua differentia aſſignanda eſt potentię dei ad eſſentiam eius : aut
ad actũ:illa eſt ſolũ ſecũdũ rõnẽ.Sicut inter ſe & ab ipſa diuina eẽntia differũt alia attributa diui
na:vt infra determinabitur.Nec oportet hic diſtinguere de modis potentię & actus: qđ enim di
ctum eſt,vlr verum eſt de omni modo potentię in deo reſpectu diuinæ eſſentiæ & reſpectu actus
ſibi in deo reſpondentis.De potentia autem eius reſpectu actus exterius circa creaturas: etſi verũ
eſt ꝙ ſit ipſa diuina eſſentia:non tamen vſquequaqꝫ verũ eſt ꝙ ſit indifferens ab ipſo actu ad quẽ
eſt:vt patebit inferius loquendo de actione dei circa creaturas.

❡Ad primum in oppoſitum ꝙ potentia vt potẽtia dr̃ relatiue, non ſit ſubſtantia — C
vt ſubſtantia:neqꝫ actus vt actus:Dicendũ ꝙ hoc bene arguit diuerſitatem eorum ſecundum ra — **Ad pri.ꝑti.**
tionem:nõ autem ſecũdum rem: qm̃ idipſum qđ in deo habet rõnẽ abſoluti vt eſſentia eſt:habet
rationem reſpectus vt potẽtia eſt: & idipſum qđ abſolutum eſt & eſſentia in ſe,intrat in rõnẽ po
tẽtię,aſſumẽdo in ſeipſa rõnẽ reſpectꝰ ad actũ:ſiue ſit reſpectꝰ relationis:ſiue rei:ſiue ſecũdũ eẽ.oĩs
em̃ reſpectus in diuinis ſuper eſſentiam fundat̃.propter qđ non eſt in ipſo reſpectus niſi ſubſtan — D
tialis:vt habitum eſt ſupra,& infra dicetur amplius.❡Ad ſecundum ꝙ non omnis potẽtia dei cõ — **Ad ſecũdũ.**
gruit rationi & voluntati eius:ſicut congruunt ſubſtantia & actus in ipſo: Dicendum ad hoc,ꝙ
potentia dei habet reſpectum ad duo.ſ.& ad ipſum actũ ad quẽ eſt immediate:& ad ipſum produ
ctum per actum cum eſt alicuius productiuus:& hoc vel ad ꝓductum manẽs intra ſuam eſſentiã
in diuinis perſonis: vel ꝓductum fluens extra diuinam eſſentiam in creaturis. Reſpectus ad actũ
vel productum intra ſe naturalis & eſſentialis eſt ei,& ſemꝑ terminatus:& non poteſt deus ſecun
dum hũc reſpectũ facere quicq̃ niſi faciat illud ęternaliter & ĩmutabiliter.Nec de potẽtia dei ſecũ
dum iſtũ modũ loquitur Aug.cũ dicit deum poſſe omnia:ſed non facere niſi qđ congruit ſuę ra
tioni & voluntati:quaſi aliquid poſſit abſoluta potentia qđ rationi & voluntati eius non cõgruit
immo omnis potentia in ipſo ſecũdũ talẽ reſpectum intellecta congruit rationi eius & volũtati ſi
cut & actus & productum per ipſum:immo hæc oĩa potius congruunt immutabili neceſſitati
eius.Quicquid enim poteſt agere vel producere intra ſe,immutabili neceſſitate agit & producit

ęternaliter. Aliter eñ eſſet mutabilis & ſine voluntate & ratione cõcomitante in actione naturam ſiue econuerſo. Reſpectus vero potentię diuinę ad ꝓductum extra ſe, eſt ei quaſi accidẽtalis, quia ſine terminatione eius ad illud poſſet fuiſſe ęternaliter in prius, ſicut fuit in ante, ante mundi creatione: & hoc ſine omni diminutione perfectionis diuinę: vel ꝑfectionis potentię eius: licet de hoc aliter ſentiunt phi, vt videbiꝫ loquendo de creaturis. Vñ ſecundũ hũc reſpectũ potẽtię ſuę põt deus facere qđ aliquãdo non fecit, ſine omni ſui mutatione: vt infra videbitur. Et de potentia ſecundũ hunc reſpectũ loquitur Aug. tali enim reſpectu deus multa poteſt facere: ſed non facit: quia nõ cõgruunt rationi voluntatis ſuę, qua ſemꝑ in creaturis facit qđ melius eſt & dignius: ſecundũ ꝙ eſt poſſibilius, prout dicit Auicen. ix. Metaphy. ſuę. Ipſe (inquit) & intelligens omnia vt vnum, ſimul & intelligit qualiter eſt poſſibile: & qualiter eſt elegantius peruenire eſſe totius ſecundum iudicium ſui intellectꝰ. Et ex hoc ꝙ intelligit, ſequitur ordo bonitatis in eſſe. Sed hoc habet magnam difficultatẽ: de qua debet eſſe ſermo loquendo de creaturis. Vnde ꝙ potentia dei non congruit rationi volũtatis dei: hoc nõ eſt ex natura ſui: ſed ex natura eius ad qđ eſt: & ita ſecundũ reſpectũ quaſi accidẽtalẽ ſibi, cõcomitãtẽ eſſentiam eius: qui pertinet idcirco ad differẽtiã potentię ab eſſentia & actu eius: quaſi accidentalẽ & ſecundũ rationẽ: & ideo non impedit quin ſecũdũ rẽ id qđ eſt po-

E
Ad tertium

tentia in deo, ſit omnino idẽ cũ eſſentia & actu in deo. ¶ Ad tertium patet ꝑ iã dicta: dicendo ꝙ quicquid eſt in deo potẽtia, ſubſtantia, & actus, & etiã productũ intra, totũ eſt ęternũ: & ſemper potentia coniuncta actui: ita ꝙ quãtũ eſt ex natura, quicquid facit, ab æterno fecit: nec nouũ aliquẽ actum agit. Quãtũ tñ eſt ex parte producti per actum eius extra ſuã eſſentiam in creaturis ad determinationẽ ſuę voluntatis, bene facit quæ nunq̃ fecit. Facit enim noua non nouo actu: neq; noua voluntate: ſed actu ęterno, & voluntate ęterna ab ęterno determinante noui effectus productionem. Qualiter aũt hoc cõtingit habitũ eſt ſupra: & videbitur amplius infra loquendo de productione creaturæ. Et ſic in deo poteſt eſſe omnino idem potentia cum eſſentia & actu indiſtanti: & tamen aliquid extra facit de nouo.

F
Queſt. viii.
Argu. i.

CIrca octauũ arguiꝫ ꝙ potẽtia in deo nõ ſignificat quid: ſed ad aliqd: Primo ſic. Omnis potẽtia eſt principium aliquod agendi vel recipiendi: vt habitum eſt ſupra. principium aũt, ad aliquid ſignificat reſpectũ: quia ad principiatũ: & non quid: quia nõ abſolutũ. ergo &c. ¶ Secundo ſic. Cõmen. dicit ſuper primũ Phy. ꝙ materia & potẽtia differunt: quia potẽtia eſt ad aliqd: materia aũt nõ eſt ad aliquid. ſed non eſt alia ratio ſignificati nominis potentiæ in deo & in creaturis. ergo &c. ¶ In cõtrariũ eſt: qm̃ illud qđ ſimul dicitur de tribus ꝑſonis, ad ſeipſum dicitur, nõ ad aliud: ſecundũ rationẽ Aug. v. & vi. de tri. potentia ſimul dicitur de tribus ꝑſonis. Potens enim eſt pater: potẽs eſt filius: potẽs eſt ſpũs ſanctus. ergo &c. ¶ Itẽ Hu. de Tri. dicit. Deo hoc eſt eſſe qđ potentem eſſe: aut iuſtũ: aut ſapientẽ. ſed non eſt in deo eẽ niſi qđ dicit quid, & ad ſeipſum non ad aliqd. Non eñ idẽ eſt patri eſſe patrẽ, qđ eſſe filiũ. ergo &c.

2 (beside "quid: quia nõ abſolutũ")
In oppoſitũ.
2 (beside "pater: potẽs eſt filius")

G
Reſponſio

¶ Dicendũ ad hoc: ꝙ in deo duplex inuenitur modus relationis. vnus qui eſt relationis ſecundũ eſſe & ſecundũ rem: de quo dicit Aug. v. de tri. ca. v. In deo nihil ſecundũ accidens dicitur: non tamẽ omne ſecũdũ ſubſtantiã diciꝫ. Diciꝫ eñ ad aliquid ſicut pater ad filium: & filiꝰ ad patrẽ: q̄a non quiſquis eorũ ad ſeipſum: ſed adinuicẽ atq; ad alterũ dicitur. Loquẽdo aũt de ad aliqd ſecundũ iſtũ modũ relationis: potẽtia nõ ſignificat ad aliquid: ſed ſimpliciter ſignificat qd: ſecũdũ ꝙ ꝓbãt duo vltima obiecta. Sic eñ nihil ſignificat ad aliqd in deo: niſi relationes ꝑſonales: & oĩa alia ſignificãt quid: & dicunꝫ ſecundũ ſubſtãtiã: q̄uis inueniꝫ in ipſis Secũdus modus relationis: qui eſt relationis ſecundũ dici: & ſecundũ rationẽ: & hoc vel ad ea quæ ſunt infra ipſum, ſecũdum ꝙ intellectus dicitur ad intellectum: vel ad ea quæ ſunt extra ipſum, ſecũdũ ꝙ diciꝫ ad creaturas: vt dñs vel creator. Omnia eñ huiuſmodi noĩa diuinã eſſentiam tribus ꝑſonis cõmunem ſignificãt quãtũ eſt de re ſignificata: tñ ſub ratione alicuius reſpectus quãtũ eſt de modo ſignificãdi ſiue de impoſitione vocabuli. Vnde dictum eſt ſupra: ꝙ diuina attributa oĩa ſignificant aliquid in deo poſitiue, qđ idipſum eſt. ſ. diuina eſſentia: & hoc ſub aliq̃ rõne reſpectus vel negationis reducẽdę ad affirmationẽ: quẽ reſpectũ ſignificãt diuerſa attributa diuerſimode: ꝑ quẽ & differũt ſecundũ rõnẽ inter ſe & a diuina eſſentia: & q̄bus diuerſas ꝑfectiões in deo concipimus: vt infra ampliꝰ videbiꝫ. Vñ dicit Auicẽ. viii. Metaph. Prima ꝓprietas de neceſſe eſſe eſt: q̄a eſt: & quia eſt ens. Deinde de aliis ꝓprietatibus quędam ſunt q̄bus in termino eſt eſſe cũ relatione: & quędã ſunt eſſe cũ negatione. Vñ ſolũmodo eſſe ſignificat qđ quid eſt in deo abſolute abſq; omni ratione relationis vel negationis: & ſimiliter nomẽ eſſentia ſumptũ ab eo qđ eſt eſſe. Cætera vero oĩa eſſe ſignificant



ſub ratione alicuius reſpectꝰ aut negationis: etiã hoc nomẽ ſubſtãtia, ſecũdũ ꝙ declarat ibidẽ: & videbitur inferius. Loquẽdo ergo de modo relationis Secũdo, dicẽdũ ꝙ potẽtia ſignificat ad aliqd: & a ratione reſpectꝰ imponiꝫ. Vñ Auicẽ. inter noĩa attributoꝝ deo, q̃ ſignificant eſſe diuinũ cũ rõne relationis, ponit hoc nomẽ potẽtia, dicẽs. Cũ vero diciꝫ potẽtia: nõ intelligiꝫ ꝑ hoc niſi q̄a neceſſe eſt relatũ eſſe. Vñ licet ipſa diuina eẽntia ſe ipſa põt: nõ ꝑ aliqd additũ: vt ſecũdũ rẽ nõ ſit aliud potẽtia q̃ ipſa eẽntia: vt ipa diuina eſſentia pura ſubintret rõnẽ potẽtię: & q̃ſi iduat eã: tñ alia eſt rõ potẽtię: alia vero eſt ratio eſſentię. Eſſentia eñ ſignificat vt ſubſiſtẽs: potẽtia vero ſignificat vt ꝓprietas ad aliquid reſpiciẽs qđ in ſuo ſignificato includit eſſentiã ſub rõne illius ꝓprietatis: vt ſuum ſignificatũ ſit quaſi cõpoſitũ ex duobus. ſ. ex ipſo ſubſiſtẽti qđ ſignificat quaſi materialiter: & illa ꝓprietate quã ſignificat q̃ſi formaliter. qđ tñ nullã ponit cõpoſitionẽ ĩ deo: q̄a ꝓprietas negatiua aut reſpectiua addiꝫ ſubſiſtẽti ſine oĩni cõpoſitione: vt infra videbiꝫ. Vñ Auicẽ. iiii. Meta. ca. xvi. loquẽs de formali ſignificato huius noĩs potẽtia, dicit. Oĩs intẽtio quę eſt: vel eſt nõ exiſtẽs in ſubiecto: vel eſt exiſtẽs in ſubiecto. quicquid aũt eſt exiſtẽs nõ in ſubiecto: illud habet eẽ ꝓpriũ: qđ nõ debet eſſe relatiuum. Poſſibilitas vero eſſendi nõ eſt niſi inquãtũ eſt ſecũdũ relationẽ ad illud cuiꝰ eſt poſſibilitas eſſendi. igiꝫ nõ eſt poſſibilitas eſſendi ſubſtãtia q̃ nõ eſt in ſubiecto. eſt igiꝫ intẽtio q̃ eſt in ſubiecto. Idẽ in eodẽ dicit. ſubſtãtia nõ eſt ad aliqd ꝑ ſe ipſam: ſed ei accidit ad aliqd. Huic igiꝫ exiſtẽti per ſe eſt etiã amplius p̃ter eẽ ſuũ, eẽ poſſibile, qđ eſt ad aliqd. Potẽtia igiꝫ re & materialiter ſignificat qd, ſecũdũ ꝓpriã aũt rõnẽ attributi q̃ differt ab eſſentia vt eſſentia eſt: & ab aliis attributis formaliꝫ ſignificat ad aliqd: nõ ſecũdũ verã relationẽ: q̃ eſt ſecũdũ eẽ: ſed q̃ eſt ſm rõnẽ tñ. Prædicamẽtũ. n. relatiõis in deo diſtinctũ cõtra ſubſtãtiã, vt gñaliter ſumiꝫ: n. õ eſt vniꝰ modi: nec ad vnũ modũ relationis reducunꝫ oẽs potẽtię: ita ꝙ licet ſeptẽ p̄dicamẽta ad vnũ p̄dicamẽtũ relatiõis reducũꝫ ĩ deo: vt habitũ eſt ſupra: nõ tñ ad eũdẽ modũ relatiõis. ¶ Ad quoꝝ explanationẽ ſciẽdũ: ꝙ ĩ deo duplex eſt modus relatiõis. Vnꝰ. n. eſt modus relationũ eſſentialiũ: Alter vero ꝑſonaliũ. Eſſentialiũ aũt adhuc duplex eſt modus. quędã. n. ſunt rõnes eſſentiales eẽntialiũ attributoꝝ. q̄dã vero ꝑſonarũ. Relatiões eſſentiales ꝑſonarũ ſunt relatiões fundatę ſuꝑ vnitatẽ diuinę eſſentię: vt habet eſſe in diuerſis ꝑſonis: vt ſunt idẽtitas: ſĩlitudo: & ęq̄litas: q̄bꝰ ꝑſonę referunꝫ ĩter ſe. Relationes vero eſſentiales eſſentialiũ attributoꝝ duo ſunt modi in deo. quędã. n. ſunt reſpectꝰ: q tñ ſunt ad aliqd, & nihil dr̃ ſecũdũ eos relatiue ad aliud fundari ſuꝑ eẽntiã abſolutã: q̄bꝰ attributa diſtinguũꝫ ĩter ſe: vt tñ relata ad intellectũ cõcipiẽtẽ eãdẽ eſſentiã diuerſimode ſub diuerſis rõnibꝰ attributoꝝ: q̃ ſunt bonitas, ſapiẽtia, potẽtia ĩtelligẽdi: potẽtia creãdi: & hmõi. Alię vero ſunt reſpectꝰ fundati ſuꝑ eſſentiã abſolutã: q ſunt ad aliud: & ſecũdũ quos attributa quoꝝ ſunt, dicũꝫ ĩter ſe: nõ ſolũ reſpiciũt ĩtellectũ cõp̄hẽdẽtẽ ipſam diuinã eẽntiã diuerſimode ſub ipſis abſq; dici ad aliud: vt ſunt in deo ſcĩa & ſcibile: & ſiqua alia ſunt attributa hmõi. Relationũ vero ꝑſonaliũ duplex eſt modus. Quędã. n. ſũt reſpectꝰ q fundanꝫ p̄ciſe ſuꝑ eſſentiã vt eẽntia eſt, exiſtẽs tñ in ꝑſona. Alię vero ſunt reſpectꝰ q fundanꝫ ſuꝑ eſſentiã vt eſt exiſtẽs in ꝑſona: & habet rõnẽ potẽtię. Et illæ de p̃io mõ ſunt ĩ duplici genere. Quędã. n. ꝑtinet ad ꝑſonę cõſtitutionẽ: vt eſt ingenitũ in patre: Quędã vero eſt ꝑſonę iã cõſtitutę: vt ſunt potẽtia generãdi actiue & paſſiue dicta: quibꝰ adhuc ꝑſonę nõ dicunꝫ inter ſe: licet reſpiciãt ſeſe. Relationũ vero q̃ ſunt reſpectꝰ fundati ſuꝑ eſſentiã vt eſt exiſtẽs ĩ ꝑſona: & habet rõnẽ ꝑſonę, ſilr̃ duplex eſt genꝰ. quędã. n. imediate fundanꝫ ſuꝑ illã rõnẽ potẽtię: vt ſunt generare gñari, ſpirare ſpirari: q̄bꝰ adhuc ꝑſonę nõ dicunꝫ adinuicẽ, licet ſeſe reſpiciãt. q̄dã vero immediate fundãꝫ ſuꝑ rõnẽ actꝰ fundati ſuꝑ potẽtiã, & mediãte actu ſuꝑ illã potẽtiã: vt ſunt reſpectus ꝑſonarũ inter ſe ꝓducẽtiũ, & ꝓductarũ: ſicut paternitas, filiatio, cõmunis ſpiratio actiua & ſpiratio paſſiua: q̄bus etiã ꝑſonę ipſę inter ſe referunꝫ: & ſunt veriſſime & ꝓpriiſſime relationes. Quartũ vna eſt notionalis tñ: vt coĩs ſpiratio actiue dicta. Tres vero alię ſũt ꝓprietates ꝑſonales: vt paternitas, filiatio, & coĩs ſpiratio paſſiue dicta. Et q̄a relatiões iſtę vltimę tres veriꝰ hñt eſſe relationis q̃ ſit relatio in aliquo p̄dictorũ modorũ, ideo ad vidẽdũ gradus reſpectuũ & relationũ tam in deo q̃ in creaturis, Sciẽdũ ꝙ oĩs reſpectꝰ eſt relatio, & ecõuerſo, gñaliter vtẽdo noĩe relatiõis: ita ꝙ vera relatio ẽ verꝰ reſpectꝰ: & realis relatio realis reſpectꝰ: & ſecũdũ rõnẽ relatio, ſecũdũ rõnẽ reſpectꝰ & ecõuerſo. cuiꝰ gñaliter natura eſt talis: ꝙ ipſa vt eſt relatio & reſpectꝰ q̄dã, eſt ad aliud: & nũq̃ dr̃ ad aliud vt cõꝑaꝫ ad obiectũ: licet aliquo mõ vt cõꝑaꝫ ad ſubiectũ. Pr̃. n. dr̃ ad aliud vt ad obiectũ. ſ. ad filiũ. Paternitas vero licet poſſit dici p̃ris p̃nitas: vt ad ſubiectũ: ad modũ quo oẽ accidẽs & hũs modũ accidẽtis põt dici ad ſubiectũ: vt iã diceꝫ: non tñ põt dici ad aliud: vt ad obiectum. Nõ. n. diciꝫ paternitas filiationis paternitas: licet vere poſſit dici ꝙ ſit ad aliud. Paternitas enim reſpectus quidã eſt ad aliud: vt ad filiationẽ: ſed nõ dicitur ad illã: ſed ſolũmodo eius ſubiectum ꝑ ipſam dicitur relatiue ad ſubiectum filiationis. & ideo concretum ex ſubiecto & reſpectu ꝓprie dicitur ad aliquid eſſe. Non

H I K L M

em̃ dicit̃ paternitas filiationis paternitas:ſicut dicit̃ ꝙ pater eſt filii pater.Non tñ talis naturæ eſt
omnis reſpectus.ſ. ꝙ ſubiectū ſiue fundamētum eiꝰ per ipſum dicat̃ ad aliud.Siſtit em̃ ratio reſpe-
ctus in aliquo qđ non dicitur ad aliud per ipſum:& ideo nō eſt reſpectus ille relatio proprie loquē
do de nomine relationis.Non em̃ eſt ꝓprie reſpectus aliquis relatio, niſi per quā ſubiectū ſuum ad
aliud dicitur.Econuerſo aūt omnis relatio eſt reſpectus:quia includit reſpectū in ſe:cū ſupadditio
ne alicuius alteriꝰ relatiōis:licet non ipſa ſecūdū ſe dicat̃ ad aliud illud ad qđ eſt: ſed ſolū ſubiectū
N eius vt dictum eſt.Sciendū eſt igitur ad cognoſcendū differentias reſpectuū & relationū tā in cre
atura q̄ in creatore:ꝙ ad relationē verā & proprie dictā:quæ eſt relatio ſecundū eſſe:& dicit reſpe
ctum ꝑtinentē ꝑ ſe nō ꝑ reductionē ad prędicamētū relationis,quinq̧ conditiones debent concur-
rere:ꝑ quas diſtinguit̃ ab om̃i alio ſiue ſit reſpectus:ſiue abſolutū quid. Oportet em̃ ad hoc ꝙ rela
tio ſit vera relatio:ꝙ ſecūdū ipam ſubiectū eiꝰ habeat ad aliud eē & dici mutuo cōſequētialr̃,& nō
cauſatiue.Prima cōditio cōmunis eſt & generalis omni reſpectui.Om̃is em̃ reſpectus habet eſſe ad
aliud vt ad obiectū, & facit ſubiectū ſuū ſuꝑ qđ fundat̃ eſſe ad aliud : licet ſecundum ipſum non
dicatur ad aliud.Hoc enim modo potētia inquantū potentia eſt , cuiuſcūq̧ ſit ad aliud eſt: & fa-
cit ꝙ potens inquantū potēs eſt ſit ad aliud.Et hoc modo dictum eſt ſupra:ꝙ eſſe creaturę relatio
vera realis eſt:ſecundum.ſ.generalem vſum relationis.eſt.n.verus reſpectus ad creatorem:& per ip
ſum omnis eſſentia creaturę relationem & reſpectum habet ſecundum dependentiam quandam
ad deum:& a tali reſpectu ad aliud nihil eſt abſolutū qđ nominatur eſſe natura & eſſentia aliqua
ſiue in cælo,ſiue in terra:ſiue in creatore,ſiue in creatura: niſi ſolūmodo ipſum diuinū eſſe: eſſen-
tia dei:q̄ ſunt primus conceptus & abſolutus de deo:& differunt ſolo modo ſignificandi:vt ſupra
expoſitum eſt. Quātūcunq̧ alia quęcunq̧ ſint abſoluta:etiā ſi in deo dicunt̃ ſecūdū ſubſtantiam:
reſpectus tñ quoſdā dicūt ad aliud:vt determinatū eſt ſupra,& amplius determinabit̃ infra.Et nō
plus habēt de natura relatiōis oēs hm̃oi reſpectꝰ:niſi ꝙ eſſe habēt ad aliud,& ſubiectū eoꝝ ꝑ ipſos.
Dici aūt ad aliud nō habēt,neq̧ ſubſtātia eorū ꝑ ipſos.Eſſentia em̃ creata inquātū eſt ens, nō dicit̃
relatiue ad deū.nō em̃ ens vel eſſentia in creaturis,dr̃ dei ens vel eē:neq̧ in deo dr̃ attributū relati
ue ad illud ad qđ habet reſpectū:vt ad intellectū diuinū:reſpectu cuiꝰ accipiēda eſt differētia attri
butorū ſecūdū reſpectus ſuos:vt infra videbit̃.Aut ſi etiā ſumat̃ in reſpectu ad aliqd aliud:vt ad
intellectum creatum:vel ad aliquid qđ eſt in creaturis:adhuc minus dicitur ſecundum relationē
ad ipm̃.Vñ poſt talia q̄ dicūt̃ reſpectꝰ ad aliud ſiue dici ad illud: ſūt alia q̄ dicūt reſpectꝰ ad aliud
& dicuntur ad illud:quæ aliquātulū plus de natura relationis participāt q̄ pręcedentia.Talia au-
tem ſunt omnia illa quæ aliquo modo habent eſſe in aliquo:ſiue vt accidens in ſubiecto,ſiue vt ps
in toto:ſiue vt inſtrumentum in organico.talia enim realē dependentiā & reſpectū habent ſecūdū
id qđ ſunt ad illa in qbꝰ ſunt:ſed nō ecōuerſo.Vñ id qđ eſt pars ſemꝑ habet eē & dici ad totū: vt
paries ad domū:& nō ecōuerſo: ſilr̃ accidēs ad ſubiectū:vt color corporis color & nō ecōuerſo: &
ſilr̃ organū:vt remus dicit̃ nauis remus:& nō ecōuerſo:niſi ꝑ accidēs aſſumēdo denoīationē ab eo
qđ ad ipm̃ dr̃:ſcđm ꝙ de ꝑte & toto ponit pħs exēplū:vt caput dr̃ capitati caput: & ecōuerſo ca-
pitatū capite capitatū.Et ſilr̃ ponit exēplū de inſtrumēto & organico:vt remꝰ dr̃ rei remitę remꝰ:
& remitū remo remitū.De accidēte & ſubiecto ponit exēplū Aug.in.vii.de tri.Nec om̃ino ad ſe di
cit̃ color,ſed ſemꝑ alicuiꝰ colorati eſt. Illud aūt cuiꝰ color eſt,etiā ſi eo qđ coloratū dicit̃ ad colorē
O refert̃:tñ id qđ corpus dicit̃ ad ſe dicit̃.Talē modū relatiōis Pħs.v.Metap.innuit. ſcđm ꝙ dicit Cō
mēt.ꝙ relatio eſt duobꝰ modis:aut in ſubſtātia vtriuſq̧ relatiui:aut in ſubſtātia alteriꝰ tātū:& in
alterū ꝓpter iſtud.Oīa em̃ q̄ dicunt̃ mō nūeri:vt duplū,ſubduplū,& hm̃oi,& q̄ dicūt̃ mō potētię,
vt calefaciēs & calefactiuū, ſūt relatiua:qa potētia eoꝝ dr̃ ad aliqd:& nō qa illđ aliud dr̃ ad illa.Mē
ſuratū aūt & itellectū & ſcitū dr̃ relatiue:qa ad illđ dicit̃ aliqd aliud.talia relatiua in deo eē nō poſ
ſunt:qa nō pōt eſſe in eo depēdētia naturalis in vno extremo ſolū.Hoc.n.nō eſt ſine differētia rea
li.Vnde quęcūq̧ dicunt̃ ad aliqd in deo:mutuo dicunt̃ ſecūdū rē:licet ex ꝑte alteriꝰ nō ſit nomē
impoſitū:ſed vnū mutuat nomē alteriꝰ:ſcđm ꝙ dicit Aug.vi.de tri. In multis relatiuis hoc cōtin
git:vt nō inueniat̃ vocabulū quo ſibi viciſſim rñdeāt,q̄ ad ſe referunt̃: cū dicimꝰ donū patris & fi
lii:nō poſſumꝰ dicere patrē doni & filiū doni:ſed vt hæc viciſſim rñdeāt, dicimꝰ donū donatoris:
P & donatorē doni.Poſt talia ergo q̄ nō mutuo ſiue cōuertibiliter ad ſe dicūt̃,ſunt alia plus verę re
lationis ꝑcipātia,qa viciſſim & mutuo ad ſe dicunt̃:ſed nō habēt cōſequētialitatē quā reqrūt ve
ra relatiua.Iſta ſunt q̄ mutuos habēt reſpectꝰ ad ſe,qbꝰ & dicunt̃ ad ſe mutuo:ſed vnū eorū ad al-
terū in eē habet eſſentialē depēdētiā:quēadmodū ſcīa ad ſcibile:alterū vero accidētalē:quēadmodū
ſcibile ad ſcientiā.accidit.n.ſcibili ꝙ ſciat̃:eſſentiale aut ē ſcię ꝙ ſit de aliquo ſcibili:& ideo cōſequē
tialitatē nō habēt.Vnde nec poteſt iſte modus relationis eſſe in deo:qa q̄cunq̧ ipſi inſunt cōſequē-



tialitatem habent.Poſt talia relatiua:quæ dicuntur ad ſe mutuo ſine conſequentialitate,ſequunt̃
illa quæ viciſſim ad ſe dicuntur:& habent conſequentialitatē:ſed eſt vnum eorum cauſatiuum al
terius:quemadmodum ſe habent adinuicem actiua & paſſiua vlr̃ inquātū huiuſmodi ſunt. Et ad
hunc modum relatiuorum pertinent generare & generari in deo:& ſignificant ſubſtātiam ſub ra
tione actionis vel paſſionis:qbus annexa eſt ratio mutui reſpectus cōſequētialis:ꝑter hoc ꝙ in deo
generare eſt principium ad generari , & generari principiatum: ad modum quo in creaturis paſ-
ſio eſt effectus illatioq̧ actionis: vt dicitur in ſex principiis.Ad iſtū modū in creaturis reducūtur
omnia relatiua quæ cauſantur a potentia & actu: & ſequuntur potentias actiuas & paſſiuas im- Q
mediate.Et ſic ad hunc modum reducitur relatio importata per duo prędicamēta, quę ſunt actio
& paſſio.Relatio vero importata per alia quatuor prędicamenta:quæ ſunt quando,vbi,ſitus,habi
tus:quia ſunt reſpectus puri ſiue dici ad aliud, reducunt̃ ad primū iſtorum quinq̧ modorum : &
ita ad relationem attributorum.Poſt talia ſunt relatiua veriſſime,quæ viciſſim ad ſe dicuntur &
conſequentialiter & non cauſatiue:eo ꝙ neutrum eorum eſt cauſa alterius vt ſit:vt ſunt om̃ia re
latiua q̄ in creaturis cauſant̃ ab vno & multo:& ab actu & potētia ſiue a potētiis actiuis & paſſi-
uis mediāte actiōe & paſſione:cuiuſmodi ſunt idē,diuerſum q̄ cauſant̃ ab vno & multo in ſubſtā
tia:ſilē & diſſimile,q̄ cauſant̃ ab vno & multo in q̄litate:ęq̄le & inequale,q̄ cauſant̃ ab vno & mul
to in quātitate:vt determinat Pħs.x.Meta.vt ſub inęquali cōꝑhēdunt̃ duplū,ſubduplū,triplū,ſub
triplū:& cęteræ ꝓportiones numerales circa numerū ſecūdū ſe acceptū,& ſilr̃ bicubitū,tricibitū,&
cæterę proportiones continuę quantitatis:& eorum correlatiua circa numerum,inquantū diſcre
tum deſcendit in continuum:& magnitudines numeri ſunt:ſecundum ꝙ dicit Pħs in lib.poſter.
In actiuis autem & paſſiuis ſunt talia : ſicut dominus ſeruus, pater filius & hm̃oi. Et non eſt in R
iſtis cauſalitas vnius relatiui ſuper aliud:qđ clarum eſt in illis quæ ſequuntur vnum & multum:
& in aliis ſimiliter clarū eſt:quia ſunt relationes ex actione & paſſione derelictę in terminis.Pater
nitas enim & filiatio ſimul naturaliter conſequuntur tranſmutationē quæ procedit a patre in fi-
lium:quæ actio dicitur vt a patre:paſſio autem vt in filium:& hoc in creaturis. In deo autem ſe-
quunt̃ gn̄ationē actiuā & paſſiuā abſq̧ om̃i trāſmutatiōe. Vñ ꝓprie loquēdo in diuinis pater pō
tius dicit̃ pater qa generat,q̄ dicat̃ gn̄are qa eſt pater vt paternitas & filiatio dicāt rationes reſpe
ctuū ſuppoſitorū:vt immediate ad inuicē ſeſe reſpiciūt:non mediante actu generationis:vt pater
potiꝰ genitum, q̄ generando ipſum:vt ſic magis proprie dicatur pater quia generat : q̄ generare
quia pater,& adhuc magis proprie quia habet filium q̄ quia generat filium.Et hunc modum lo-
quendi tenet Auguſt.cum dicit.v.de Trini.Pater non dicitur pater:niſi ex eo ꝙ eſt ei filius:& filiꝰ
non dicitur niſi ex eo ꝙ habet patrem.Vnde & ꝓprietas quæ eſt conſtitutiua ſuppoſiti patris vt
eſt principium generationis filii : & filii vt eſt terminus generationis : ſunt proprietates quibus S
mutuo ſeſe reſpiciunt ꝑſonę mediante actu generationis:& circūloquuntur nominibus generato
ris & geniti:vel potius nomine parentis & prolis.Parens em̃ eſt qui generando parit,& proles quę
generando profertur. Eſt tm̃ vna ſimplex relatio: qua perſona vna dicitur parens & pater:& alia
ꝓles & filius.ſed hæc ſuas proprias difficultates habent inferius.Et ad hunc modum relationis re
ducuntur relationes ꝑſonales ꝑſonarum:quæ ſunt perſonarum conſtitutiuæ in deo: quæ ſunt re
lationes reales : quia reſpiciunt rationes diſtinctas:& ſunt rationes diſtinguendi perſonas in natu T
ra diuina ex natura rei:non per opus intellectus apprehēdētis. Reducuntur etiam ad ipſum oēs
relationes perſonarū eſſentiales:quę non ſunt cōſtitutiuę ꝑſonarū:ſed relatiuę earū: non ex natu-
ra rei ſecūdū aliquas actiones ꝑſonales:ſed per intellectum apprehendētem:& ꝑſonā conferentem
per illud qđ videt in eis:ſuꝑ qđ fundant̃:vt ſunt idētitas,ſimilitudo,& ęqualitas.vnde & dicūtur
relationes nō reales:ſed rationis tm̃.Sed de omnibus his etiam inferius eſt perſcrutādum: & etiā
perſcrutatum eſt multum in quadam:quæſt.de quolibet.

¶Per hęc patet ad primū:ꝙ bene verum eſt ꝙ potētia ſignificat ad aliquid : ſicut V
& hoc nomē principiū:ſed ſecundū relationē rōnis:& ſecūdū dici: nō ſecūdū rē & ſecūdū eſſe,niſi Ad pri.prī.
ꝑ aliquod adiunctū ad relationē ſecundum eſſe contrahitur:ſicut cum dicitur potentia generādi.
¶Ad ſecundum ꝙ potentia eſt ad aliquid:non autem materia:Dicendum ꝙ verum eſt:non rela- X
tione ſecūdū rem:ſed ſecūdū rationē:vt dictū eſt.Materia em̃ inquātū eſt nomē ſubſtantię, ſuo no Ad ſecūdū.
mine nō importat rationē reſpectus:ſicut potētia facit:vt dictū eſt.Et tamen potentia nihil re ali-
ud eſt ab eſſe materiæ:qa ipſa ex ſe & id qđ eſt,eſt in potentia ad patiendum: nō per aliquid addi
tū:ſicut diuina eſſentia ad agēdū. Vñ nō intendit ibi Cōmēt.oſtēdere potētiā re eſſe diuerſam a
materia:ſed rōne ſolū:quā rationem dimittit cū eſt actu ſub ipſa . Ex quo format ſecūdā rōnē ad
ꝓbandū ꝙ materia nō eſt ſua potētia:qa aduenīēte forma:potētia corrūpit̃:materia aūt manet,

Articu.XXXVI.De potentia intellectiua dei,
quæ eſt intellectus.

Arti. xxxvi. VIſo de potentia dei in generali,ſequitur in ſpeciali de potẽ
tia eius intellectiua: quæ intellectus dicitur. Et circa hoc inquirenda
ſunt ſeptem.
Primum:vtrum intellectus ſit in deo.
Secundum:vtrum potentia ſit in ipſo.
Tertium:vtrum potentia actiua an paſſiua ſit in ipſo.
Quartum:vtrum ſpeculatiua an practica.
Quintum:vtrum naturalis an rationalis.
Sextum:vtrum ſit compoſitus an diuiſus.
Septimum:vtrum intellectus in deo ſit diſcurſiuus.

Y Quæſt.i. Arg.i. CIrca primum arguitur ꝙ in deo non debet dici eſſe intellectus.Primo ſic.Quan
to ratio alicuius eſt perfectior:tanto prior:et ſi nõ in eodem,ſaltem in alio:quia
omne minus perfectum habet reduci ad perfectius tanq̃ ad ſuum principium,
propter quod reprehendit phs.xii.Metaph.illos qui dixerunt ꝙ principia ſunt
imperfectiſſima.Perfectior autem eſt ratio actus intelligendi q̃ intellectus:quia
non eſt intellectus perfectus niſi per ſuum actum intelligendi.ergo ſimpliciter
prior eſt actus intelligendi q̃ quicunq; intellectus:& hoc ſi non in eodem:tamen in alio.Si ergo in
deo eſſet ponere intellectũ:prior eſſet in ipſo actus intelligendi q̃ eius intellectus, vel in alio. vtrũ
q; eſt impoſſibile:quia in eodem neceſſario intellectus præcedit actum intelligendi: & non poteſt
actus intelligendi pręcedere diuinum intellectũ in alio.ergo &c. ℂSecundo ſic.non eſt intellectus
2 in aliquo niſi vt actu ꝑfectiori perficiat̃ q̃ ſit ille quẽ habet non ex ratione intellectus:ſicut patet in
homine cui datus eſt intellectus vt perficiatur actu intelligendi:qui eſt ꝑfectior q̃ actus ſentiendi
vel eſſendi ſimpliciter quẽ habet non ex ratione intellectus.ſed deus actu perfectiori perfici nõ po
teſt:qui eſt actus primus:qui eſt actus eſſendi purus ſubſiſtens:quia inquantũ talis habet in ſe oĩs
In oppoſitũ. perfectionis rationẽ:vt habitum eſt ſupra.ergo &c.ℂIn contrarium eſt.quoniã qđ melius eſt eẽ ip
ſum q̃ non ipſum,deo attribuendum eſt:habere autem intellectum,melius eſt q̃ non habere:vt pa
tet in omnibus aliis a deo,ergo &c.

Z Reſponſio. ℂDicendum ad hoc: ꝙ de natura & ratione materiæ eſt ꝙ eſt impeditiuũ cogni
tionis.vnde & dicit Phs in ſecundo de anima:ꝙ plantę cognitionem non habẽt propter ſuam ma
terialitatem:quia etſi habent aliquam virtutem animæ:tñ habent eam omnino impreſſam mate
rię:ita ꝙ non percipiunt obiectum niſi ſub eſſe oĩno materiali non abſtracto aliquo modo a mate
ria: qđ requiritur ad rationem infimam cognoſcendi. Vnde ſecũdum ꝙ aliqua minus ſunt mate
rialia:& habẽt obiectum minus materiale:tãto ſunt magis cognoſcitiua. Propter qđ ſenſus eſt co
gnitiuus in infimo gradu cognoſcendi:quia.ſ.receptiuus eſt ſpecierum materialium ſine materia
in organo tñ materiali:vn⁹ tñ minus materialiter & magis cognitiuus eſt q̃ alter: qđ nõ oportet
hic exponere:& qđ poſt ſenſum eſt magis ſeparatũ a materia:etiã ſub eſſe adhuc minus materiali
ſpeciẽ recipit:vt intellectus:quẽ tanto magis neceſſe eſt ponere in re,quanto ipſe magis eſt imma
terialis. Eſſe enim ſeparatũ a materia,eſt cauſa quare aliqđ eſt intellectiuũ aut aliquid intelligibile
ſecundũ actũ:quẽadmodũ econtra materia impedit ꝙ aliqđ nõ ſit intellectiuũ ſeu actu intellectũ.
iuxta illud qđ dicit Phs.iii.de Aĩa. In his que ſunt ſine materia, idẽ intellectus & qđ intelligit̃.qa
ſcilicet illa ſeparatio a materia,eſt ratio quare intellectiuũ eſt intellectiuũ:& quare ĩtelligibile,ſecũ
dũ actũ eſt intellectũ.Quare cũ de⁹ ſit talis forma pura expers omnino materię:vt habitum eſt ſu
pra:& per ſe eſt ſpecies & forma omnium rerum:eo ꝙ in ſua eſſentia omnium continet perfectio
nes:vt habebitur infra: Idcirco ſimpliciter eſt dicendum ꝙ in deo eſt intellectus: & ꝙ ipſe ſit ſub
ſtantia intellectualis cognitiua intellectualiter.

& Ad pri.pri. ℂAd primum in oppoſitum ꝙ perfectius ſemper eſt prius vel in eodem vel in
alio:Dicendum ꝙ verum eſt quãdo illud qđ habet rationem perfectioris,& qđ habet rationẽ im
perfectioris in eodem diſtare poſſunt abinuicem: & differunt re vel intentione:ſecundum ꝙ con
tingit quando eſt primo in potentia, & deinde vadit de potentia in actum.Nõ aũt eſt verum: vbi
omnino re & intentione vnum eſt idipſum quod alterum, & differunt ſola ratione: ſicut contin
git in attributis deo.Semper.n.ratio incompleti p̃cedit rationem completi quando ſunt circa idẽ.
Et ſic ſecũdum rationem intelligendi neceſſario intellectus diuinus p̃cedit actũ intelligendi: quia



non habet eſſe niſi ex intellectu.ℂAd ſecũdũ:ꝙ intellectus nõ eſt ponẽdus in aliquo niſi ꝓpter Ad ſecũdũ.
actũ ꝑfectiorẽ q̃ ſit actus p̃cedẽs ante ĩtellectũ:Dicẽdũ ꝙ verũ eſt vbi actus abinuicẽ differũt
re vel intẽtione.In talibus eñ ſemp ꝑfectior eſt poſterior:qa aliqđ addit ſup priorẽ.Nõ aũt eſt
verũ quãdo differũt ſola ratione.tunc eñ id qđ vnicũ eſt,ratio diſtinguit: & de eodẽ ſimplici
qđ omniũ ĩ ſe ꝑfectionũ rationes habet,plures & varios ſibi conceptus format.Vñ eſſe ĩ deo
a quo eſſentia dicitur:eſt primus cõceptus de eo & ꝑfectiſſimus & infinitiſſimus & ſibi pro
priiſſimus:quia cõtinet infinitum pelagus omniũ eoꝝ quę deo cõueniũt. Propter qđ eſſe eſt
actus diuinus ꝑfectiſſimus,cõtinẽs in ſe oẽs alios:vt intelligere & velle: & oẽs alios qui ſub
eis cõtinẽtur:Sicut ꝙ dicit̃ eſſentia, eſt ratio ſubſiſtendi ꝑfectiſſima:continẽs in ſe oẽs alias:vt
ꝙ ſit intellectus aut volũtas:ſiue intellectiuus & volitiuus: & oẽs alias q̃ ſub iſtis cõtinẽtur.
Sicut igitur ĩtelligere eſt quidã actus ſpecialis in deo,cõtẽtus ſub eſſe, quia ſub eſſe determi
natũ modũ eſſendi ꝑtinentẽ ad determinatã nobilitatẽ in agendo dicit:ſic intellectus vel intel
lectiuũ in deo eſt q̃dã ratio ſubſiſtendi ſpecialis in deo contẽta ſub eſſentia,dicẽs determinatũ
modum ſubſiſtendi ꝑtinentem ad determinatam nobilitatem in ſubſiſtẽdo.Propter qđ in di
uina eſſentia oportet ponere rationem intellectus,vt dictum eſt.

CIrca Secundũ arguit̃:ꝙ intellectus nõ ſit potẽtia in deo.Primo ſic.qđ eſt po A
tentia nõ manet in re cũ actu qui ei reſpõdet.dicẽte Auer.ſup primũ Phy. Queſt.II.
Materia nõ eſt potentia:quia materia manet aduenięte forma.potẽtia autẽ Arg.i.
ad formã nõ manet.Intellect⁹ aũt ſemp manet in deo cũ oĩ actu q eſt in ipſo
vt patet.ergo &c. ℂSecũdo ſic.qđ trãſfertur a creatura ĩ deũ,& dicit oĩno 2
abſolutũ in creatura:dicit oĩno abſolutũ in deo,vt patet inducẽdo in ſingu
lis.Intellectus a creatura intellectuali trãſfert̃ in deũ:& in illa ſignificat aliquid abſolutũ:quia
differentiã eius ſubſtantialẽ.ergo & in deo ſignificat ſubſtãtiã oĩno abſolutã.potentia autẽ,vt
ſupra habitũ eſt,ſignificat ſubſtantiã ſub ratione cuiuſdã reſpectus.ergo &c.ℂTertio ſic.intel 3
ligere in deo cõparat̃ ad ĩtellectũ:ſicut eſſe ad eſſentiã.Sed eſſentia ĩ deo nullo modo dicit̃ eſſe
potẽtia ad eſſe:quia oĩno abſolutũ qd eſt:& ſequit̃ rationẽ eſſe,vt dictũ eſt ſupra. Potẽtia autẽ
debet p̃cedere rationẽ eius ad qđ eſt. ergo nullo modo intellectus in deo ſe habet vt potentia
reſpectu intelligere.Sed nõ eſt vt potẽtia reſpectu alterius in eo:nec eſt potẽtia niſi ex reſpectu
vt dictũ eſt.ergo &c.ℂContra.qđ dicit ordinẽ ſubſtãtię ad actũ aliquẽ vt eius principiũ, potẽ In oppoſi.
tia eſt,vt patet ex natura potẽtię:ſcđm ſupra determinata.Intellectus in deo dicit ordinẽ diui
nę ſubſtãtię ad actũ intelligendi.nõ enim eſt intellectus in aliquo niſi vt intelligat: ſicut neq;
ſenſus niſi vt ſentiat.ergo &c.

ℂDicendũ ꝙ licet in deo nõ cadant vniuerſale & ꝑticulare,vt infra videbitur: tñ B
bene cadũt in eius attributis ratio vlis & ꝑticularis,ſcđm rationẽ magis cõmunis & indeter Reſpõſio.
minati:& minus cõmunis & magis determinati.Vñ ſicut potẽtia ſimpliciter dicit̃ eſſe in deo
ex relatione diuinę eſſentię ad actũ ſimpliciter q ei cõpetit:ſic ad determinatũ actũ dicẽda eſt
potẽtia determinata eſſe in deo, quaſi cõtẽta ſub potentia diuina ſimpliciter dicta. Quare cũ
intelligere in deo ſit qdã determinatus actus q ei cõpetit,vt infra videbit̃:erit ergo aliqua de
terminata potẽtia in deo quę reſpõdet ei:quę nõ ſignificatur niſi nomine intellectus. Propter
qđ ſimpliciter concedẽdum eſt ꝙ intellectus in deo ſit potentia quędam.

ℂAd primũ in oppoſitũ: ꝙ potentia non manet ſimul cũ actu: ſicut facit intelle C
ctus dei:Dicendũ ꝙ ecõtrario aliquoꝝ opinio fuit ꝙ potẽtia nõ eſſet niſi ſimul cũ actu: quam Ad primũ
reprobat phs.ix.Meta.probãdo ꝙ in eodẽ qñq; potẽtia p̃cedit actũ:quia aliter nõ ædificantẽ in princip.
actu, ĩpoſſibile eſſet ædificare:quia ſcđm illos nõ habet potentiã ędificandi.Et ꝑ eãdẽ rõnẽ ei⁹
põt ꝓbari ꝙ potẽtia neceſſario eſt ſimul cũ actu.aliter eñ ædificatorẽ cũ actu ædificaret,ĩpoſſi
bile eſſet ædificare:quia nõ haberet potẽtiã ædificãdi.Vñ vult alibi ꝙ ad neceſſariũ ſequit̃ poſ
ſibile.Oportet ergo diſtĩguere de potẽtia: Dicẽdo ꝙ eſt q̃dã potẽtia quę de ſe nata eſt eſſe ſine
actu,& tẽpore p̃cedere actũ:& eſt alia potentia q̃ nõ eſt nata eſſe niſi ſimul cũ actu:& idẽ cum
ipſo.Qđ cõſiderãdũ eſt hoc modo.Quoniã potẽtia aut dicit aptitudinẽ ſolã ĩ ſubiecto ad actũ D
aut aptitudinẽ cũ priuatione actus:q potẽtia cõtrarietatẽ habet ad actũ.Potẽtia primo mõ eſt
illa q̃ ſequit̃ ad neceſſariũ:& nõ eſt niſi cũ actu,immo ipſe actus:& talis potẽtia ſolũmõ eſt illa
quę eſt in deo:& in oĩbus ęternis,ſcđm phm. prout dicit.iii. Phy. Cõtingere ab eſſe nihil dif
fert in ꝑpetuis.Vbi dicit Cõm.Plene in rebus æternis quas nõ cõtinet tẽpus,eſt neceſſariũ.Po
tẽtia ſecũdo mõ eſt illa q̃ a phõ ꝓprie appellat̃ potẽtia: & eſt actui cõtraria:quam negat eſſe in

æternis.ſcđm ꝙ dicit.ix.Meta.Nihil ęternū eſt in potētia.ſed ſolū ponit eā in generabilibus &
corruptibilibus:quia eſt eadē cōtrarioꝝ:vt dicit in eodē.ix.Et iſta potētia ratione cōtrarietatis
quā habet ad actū,ꝓpter priuationē quā īcludit nō manet cū actu: q̄q̄ rōne eius qđ dicit apti
tudinis manet.Vn̄ de tali potētia ꝓpter rationē cōtrarietatis ad actū quā īportat, ſolūmō loq
tur Auer.cū dicit ꝙ materia nō eſt potētia:quia manet cū forma:potētia vero nō.Et ſic nō va
E let ad ꝓpoſitū de potētia in deo:qa illa eſt alia ratio potētię,vt dictū eſt: ¶Ad ſecūdū:ꝙ intelle
Ad ſecūdū. ctus in creaturis a q̄bus trāſfert̄ ſignificat abſolutū:qa differētiā rei ſubſtātialē:Dicēdū ꝙ illđ
idē qđ in rebꝰ eſt prīcipiū eſſendi:eſt & prīcipiū opandi actionē rei eſſentialē:q̄ ꝓpria ē ei rōne
ſuę ſpeciei.Et ideo licet abſolutū q̄d oīno dicat ītellectꝰ ī creaturis īquātū eſt prīcipiū eſſendi
tn̄ relatū q̄d ad actū dicit,& habet rōnē potētię īquātū ē prīcipiū opandi.Et tūc dicēdū ꝙ ītel
lectꝰ nō trāſfert̄ ī deū a creaturis,īquātū ē prīcipiū eſſendi.hoc em̄ eſt īpoſſibile:qa pria rō cō-
ſiderata ī deo:ē rō eē p̄cedēs ēt rōnē eſſentię.Sed trāſfert̄ ī ipm̄,īquātū eſt prīcipiū ītellectualis
opatiōis:ſiue ſit idē re, vt differētia ſubſtātialis ē prīcipiū actionis:ſiue aliud:ſcđm ꝙ potētias
aīę quidā eē ſubſtātias,q̄dā vero accn̄tia dicūt. & ſic intellectus ſolūmō tranſfert̄ in deū vt ha
F bet rationē potentię: & ſic intellectus in deo nō dicit niſi rōnē potētię cuiuſdā. ¶Ad tertiū:ꝙ
Ad tertiū. intelligere cōparat̄ ad intellectum ſicut eſſe ad eſſentiā : Dicendū ꝙ verū eſt quo ad naturā
rei.Sicut em̄ eſſe in deo eſt ipſa eſſentia eius:ſic intelligere eſt ipſe intellectus. Quo ad rationē
vero intelligēdi multū differt:quoniā ratio primi cōceptus in deo debet eſſe ratio actus pfecti
vt agere,nō potētię vel habitus:qm̄ actus ſimpliciter p̄cedit habitū & potētiā:et ſi ī aliquo po
tētia vel habitus p̄cedit actū:oportet illud reduci ad aliquid prius qđ eſt ī actu.ſcđm artē phi
ix.Meta.Actus em̄ ſimpliciter prius eſt potētia:& eo qđ eſt in habitu.Et ideo in eo qđ eſt ſim
pliciter primū omniū,debet ratio pfecti actus eſſe prima ratio cōceptus in eo.Propter qđ ſępe
dictū eſt ſupra: ꝙ in deo prima cōceptio eſt eſſe:& ꝙ nō dicit̄ eſſentia niſi ab eſſe:& nō econ-
uerſo.Prior em̄ ſcđm rationē intelligēdi debet intelligi in ipſo ratio eſſe q̄ eſſentię.Nō em̄ eſt
in ipſo eſſe tāq̄ actus eſſentię alicuius habitę in ipſo:ſed ipſe eſt purū eſſe:& eo qđ eſt eſſe dicit̄
eſſentia.Ecōuerſo aūt cōtigit ī creaturis ꝙ ratio eſſentię prius ītelligit̄ in eis q̄ ratio actualis
eſſe.Propter qđ dicit̄ deus eſſe eſſentia:ſed nō habere eſſentiā:creatura ꝓprie dicit̄ habere eſ-
ſentiā.ſcđm ꝙ hæc oīa patent ex ſupra determinatis.Et ſimiliter eſt de viuere & vita.Viuere
em̄ ad rōnē eſſendi ptinet:& vita ad rōnē eſſentię:vt patet ex ſupra determinatis.Vn̄ ī deo eſ
ſentia & vita actū nomināt q eſt agere,licet in habitu:vt curſus actū currēdi:nō aūt nomināt
aliquā naturā ſubſtitutā ipſi actui q eſt agere:ſicut nec curſus aliq̄d ſubſtratū ei qđ ē currere.
Sed in creaturis eſſentia noīat aliq̄d ſubſtratū actui eſſendi:Vita aūt nominat ipm̄ actū viuēdi
vt habitū eſt ſupra.Propter qđ in deo vita ptinet ad eſſentiā : & ſcđm rationē intelligendi ſe
quunt̄ eſſe & viuere:& bene dicit̄ ꝙ vita eſt eſſentia:ſicut ꝙ viuere eſt eſſe.In creatura aūt vita
nō ptinet ad eſſentiā:& p̄cedit ratio eſſentię rationē eſſe & viuere:qa habet hoc pticipando ab
alio.Ratio aūt vitę ſequit̄ rationē eſſe & eſt actus ipſe q eſt viuere.Vn̄ nō bene dicit̄ in creatu
ra ꝙ eſſentia eſt vita,vt habitū eſt ſupra.Et ſic patet ꝙ in deo prima ratio eſt eſſe:Secūda autē
eſt eſſentia:tertia vero eſt viuere:quarta aūt ē vita.Et dicūt ī deo actū primū.ſ.eſſe & viuere,ꝑ
modū agere : eſſentia & vita ꝑ modū habitꝰ:& ſe habent viuere & vita ꝑ modū īformātis eſſe
& eſſentiā.Propter qđ eſſe & eſſentia quodāmō dicunt aliq̄d tāq̄ in potētia ad viuere & vitā
ſicut cōfuſum ad deteīatū:nō aūt tāq̄ ſubiectū ad receptū:vel vis elicitiua ad actū. Cęterorū
aūt oīm rōnes q̄ cōſiderant̄ ī deo,ſequunt̄ rōnes iſtorū q̄tuor:& ptinēt q̄ſi ad actꝰ ſecūdos ad
quos ipſa diuina eſſentia vel vita ſe habet vt potētia:& hoc ſi ſint actꝰ vt habitꝰ:ſicut ſciētia,
bonitas,& hmōi,vt potētia receptiua.Si vero ſint actus vt agere:ſicut ītelligere,velle,vt potē
tia elicitiua:q̄ rō ſignificat̄ noīe ītellectꝰ & volūtatis,ī q̄bꝰ habēt eē ſciētia & bonitas: ſicut ha
bitus.Eſſentia.n.diuina vt vita q̄dā eſt:eſt principiū ſeipm̄ mouendi & ponendi ī actū ītelligē
di & volendi ſic eſſentia,immo vita & eſſentia vt habet rationē vitę, habet rationē ītellectus
& volūtatis:q̄ ſunt principia omniū diuinorū actuū:mediantibus ſcientia & bonitate: q̄ ſunt
tāq̄ habitus in eis.¶Dicendū ergo ad obiectū,ꝙ multū differenter cōparat̄ in deo intelligere
G ad intellectum q̄ eſſe ad eſſentiā.Eſſe em̄ cōparatur ad eſſentiā tāq̄ intētio perfectionis primę
quæ in deo non habet rationē alicuius principii elicitiui,vel receptiui. Et ita nō reſpicit ī deo
aliquid p̄cedens vt in potentia ad ipſum:nec̄ ēt ipſam eſſentiam:qa ratio eius,vt dictū eſt,p̄-
cedit rationem eſſentię.Intelligere vero cōparatur ad intellectum tāq̄ ratio perfectionis ſecū-
darię,quæ habet diuinam eſſentiā vt principium elicitiuū inquātū ſignificat̄ noīe intellectꝰ.
Et non ſignificat in deo intellectꝰ actū ītelligēdi: ſed principiū elicitiuū eiꝰ,p̄cedēs ſcđm rōnē



intelligendi:ſicut eſſentia actū eſſendi:ſequēs eum ſcđm rationē intelligendi: nō aliquo modo
principium eius.Et ideo intellectus in deo eſt potentia reſpectu intelligere: nō autem eſſentia
reſpectu eſſe.

Circa Tertiū arguit̄:ꝙ intellectus in deo non ſit potētia paſſiua.Primo ſic.Po H
tentia paſſiua nō vadit ad actū niſi ꝑ alicuius informationem : qua ſit res in Quęſt.III.
actu aliquo vt habitu reſpectu cuius ꝑ ſe eſt potētia paſſiua, vt dictū eſt ſu- Arg.1.
pra.qđ nō cōpetit potētię intellectiuę: quia nō pficit̄ niſi ꝑ actū qui eſt intel-
ligere:q eſt actꝰ egrediēs a potētia cuiuſmōi nō eſt:niſi actiua ī deo.ergo &c.
¶Secūdo ſic. intellectus in deo nō eſt niſi ad ītelligere.Intelligere aūt in ipſo 2
eſt eſſe,vt infra videbit̄.Ad eſſe aūt in deo nō eſt aliqua potētia paſſiua:quia
actus ſimpliciter prius eſt potētia ſcđm phm̄.ix.Metaph.et ſimpliciter prius in deo, eſt prius.
ergo &c.¶Tertio ſic.principiū elicitiuū actus eſt potētia actiua,non paſſiua.Intellectus in deo 3
eſt hmōi,vt dictū eſt iā ſupra.ergo &c.¶Contra.potētia q̄ vadit in actū quaſi ꝑ obiectū,paſſi In oppoſi.
ua eſt:intellectus eſt potentia q̄ vadit in actū per intelligere quaſi per obiectum.ergo &c.

¶Dicendū eſt ꝙ potentia intellectiua ſiue intellectus,inquantū potētia eſt,in crea I
turis ſcđm rē:& in deo ſcđm rōnē ītelligēdi, eſt in potētia:vt materia ſcđm Cōm.de ītellectu Reſpōſio.
noſtro.ſup.iii.de aīa.Et nō eſt principiū ſufficiēs opationis ītellectualis:qa nihil agit niſi ſcđm
ꝙ eſt actu.Reducit̄ aūt potētia intellectus ad actū ꝑ obiectū intelligibile:qđ inquātū habet eſſe
in vi memoratiua,agit ī ītellectiuā potentiā eliciendo ex ea actū intelligendi,quo cōcipit in ſe
ipm̄ intelligibile:vt actū & pfectionē ſuā:ex quo & ipſo intellectu ſit vnū cōpoſitū:ſicut ex co
gnoſcente & cognito.ſcđm Cōm.ſuper.iii.de aīa.non ſicut ex materia & forma:vt iādudū ex-
poſuimus in quadā q̄ſtione de quolibet.Et ideo inquantum intellectus ſtat in iſta actione ſim
plicis intelligētię,intellectus potētia paſſiua eſt ſicut ſenſus,& intelligere pati quoddam ſicut
ſentire ſcđm rē in creatura,ſcđm rationem in deo. Sed hic nō ſtat opatio intellectus ſicut ſen-
ſus: qm̄ intellectus poſtq̄ informatus eſt intelligentia ſimplici & obiecto,vt dictum eſt : & per
hoc factus eſt in actu,ſtatim conuertit ſe ſuꝑ ſuū obiectū diſcurrendo ꝑ ea q̄ ptinēt ad naturā
eius & eſſentiā quocūq̄ mō hoc fuerit:cōparādo ea īter ſe:& ad id cuiꝰ ſunt:& vtrūq̄ ad illa q̄
ſunt extranea ab ipſis,qđ ſit in nobis intellectu diſcurſiuo,& collectiuo, cōpoſitiuo & diuiſiuo
inueſtigando de obiecto q̄d ſit: vel q̄d nō ſit:terminādo aliquā q̄ſtionū doctrinaliū. Inquātum K
ergo intellectus poſt dictā opationē intelligendi ſimplicis intelligētię, ſcđm quā (vt dictū eſt)
oīno eſt paſſiuus: & extēdit ſe vlterius negotiādo circa obiectū comphēſum ſimplici intelligē-
tia ad terminādū opatione intelligēdi q̄ſtiones doctrinales, nō eſt paſſiuus:ſed ſimpl'r actiuus
& eſt intellectꝰ potētia actiua nō paſſiua.Nec eſt differētia in hoc de ītellectu creato & īcreato
niſi prima differētia: ꝙ alio mō ponunt̄ potētia paſſiua& actiua deo q̄ ī creatura, vt patet ex
ſupra determinatis:& ꝙ intellectus creatus alio actu intelligēdi ſcđm rē intelligit ſimplici in-
telligētia:& intelligentia collatiua.Intellectus vero īcreatus eodē intellectu ſimplicis intelligē-
tię ſcđm rē intelligit & ſimplicia & compoſita, vt infra dicetur.

¶Ad primū in oppoſitū:ꝙ potētia intellectiua nō vadit ī actū per informationē: L
Dicēdū ꝙ verū eſt ꝑ informationē ſcđm rē,ab aliquo diuerſo re. Scđm tn̄ rationē intelligendi Ad primū
nō eſt incōueniēs ītelligere idē in deo ſcđm diuerſas rōnes vt informās & informatū:& ſic eli princip.
cere actū intelligēdi.Hoc em̄ nullo mō facit diſtantiā potētię ab actu:īmo cauſat identitatē.Ex
hoc em̄ ꝙ rō ītelligēdi ītellectꝰ & ītelligibile in deo ſunt oīno idē re: ſequit̄ potius ꝙ ītelligere
ſit idē re cū intelligente,vt infra videbit̄.¶Ad ſecūdū,ꝙ intelligere in deo eſt eſſe: ipſi aūt eſſe M
nō reſpōdet potētia paſſiua:Dicēdū ꝙ intelligere ī deo eſt ipm̄ eſſe:nō ſicut ratio q̄dā eſſendi: Ad ſecūdū.
ſicut eſt viuere:iuxta hoc qđ ſupra determinatū eſt:ſed ſicut q̄dā actus vitę p̄cedēs ab eſſentia
viuente.Vn̄ maior eſt ratio differētię in deo ipſius intelligere ab eſſe q̄ ipſius viuere:quēadmo
dū eſt in creaturis.In creaturis em̄ viuere & eſſe nō poſſunt ampliꝰ differre q̄ ſcđm intētionē:
ſicut indeterminatū & determinatū: qđ addit intentionē determinantē.non dico ex ſe:ſed ex
natura in qua recipit̄.Aliter em̄ ens eſſet genus. Eſſe em̄,īdeterminatū q̄d eſt. Viuere aūt mo
dū determinatū eſſendi dicit.Determinatū dico ꝓpter illud ī quo eſſe recipit̄.Eſſe aūt & ītelli
gere & q̄libet alia ſubſtātię opatio viuētis īter ſe differūt re.Vn̄ (vt dictū eſt) in deo ad rōnē
eſſe ſolūmō ptinēt tāq̄ primę ītētiones ī ipſo eſſe:eſſentia,viuere,& vita:& ſequunt̄ circa ipſam
eſſentiā,vt vita eſt. Alię rationes oēs attributoꝝ:& eoꝝ q̄ in deo cōſiderant̄, vel tanq̄ actus &
opationes eſſentię viuētis:vel tāq̄ prīcipia eoꝝ aut fines:ſiue emanationes p̄cedētes ab ipſis.Et

cum intelligere ſcđm rationē intelligendi ſit primus actus diuinus & naturalis, vt infra pate
bit:poſt alias quatuor rationes eſſendi ſequūtur īmediate rationes ordinātes, & quaſi diſponē
tes ad actū intelligēdi,vt ſunt intelligibile & intellectus:quorū vtrūq; dicit rationē potētię &
reſpectus ad alterū:ſicut ſenſibile ad ſenſum:& ecōuerſo. Vñ habēt adinuicē correſpondentiā
inquātū ſenſus eſt quodāmodo ſenſibilia & intellectus intelligibia. Si eñ ſenſus fuerit ſentiēs
in potētia,& ſenſibile erit ſenſatū in potētia:et ſi fuerit in actu,ſenſatū erit in actu.& ſilr eſt de
intellectu cū intellecto:& hoc quo ad differentiā quā recipiūt in creaturis,vt dicit Cōm.ſuper
N illud.iii.de aīa.Secātur ſciētię queādmodū & res.In deo autem ſemꝑ eſt in actu vtrūq;.ſ.intel
lectus & intelligibile.Eſt tñ intelligere quaſi tertiū poſt rationē intelligibilis,& intellectus. Et
eſt ratio intelligibilis prima poſt dictas rationes eſſendi,quaſi ratio veri mouēs intellectum vt
fiat actu intelligens.Deinde ratio intellectus. Tertio, ratio actus intelligēdi. Quarto,ratio no
titię ſiue ſcientię q̄ cōſiſtit in actu intelligēdi.Scđm ꝙ iuxta hęc ꝓcedit ordo diſputationis no
ſtrę:de iſtis.Q̄zq̄ ergo idē ſint in deo ſcđm rē intelligere & eſſe,propter tñ diuerſas rōnes eoꝝ
ſcđm ꝙ dictū eſt:pōt ſe habere aliqd ī deo vt potētia elicitiua reſpectu intelligere cuiuſmodi
O eſt ītellectꝰ:nō aūt reſpectu eſſe. ¶Ad tertiū dicēdū ꝙ verū eſt de eo qđ eſt principiū elicitiuū
Ad tertiū. ex ſe,quale nō eſt ītellectus:qa nō elicit actū niſi motus ab intelligibili.

P CIrca Quartū arguit:ꝙ intellectus in deo ſit practicus.Primo ſic.intellectꝰ ille
Queſt.IIII. eſt practicꝰ q eſt prīcipiū opationis & rerū cauſatiuꝰ: ſicut patet de ītellectu
Arg.1. artificis vt artifex eſt.ītellectꝰ dei eſt hmōi,vt infra videbit.ergo &c. ¶Secū
2 do ſic.intellectus ille practicus eſt q cōſiderat operanda, ſcđm pħm.vi.Eth.
&.ii.Meta.Intellectus dei eſt hmōi:qa ītellectu ſuo nouit q̄cūq; ipſe facturus
3 eſt.ergo &c.¶Tertio ſic.intellectus q intēdit regimini & ꝓuidētię alioꝝ pra
cticus eſt īquātū hmōi :ſicut patet de ītellectu rectoris ī ciuitate.ītellectꝰ dei
In oppoſi. eſt hmōi:Eſt eñ ī vniuerſo ſicut prīceps ī ciuitate.ergo &c.¶In cōtrariū ē:qm̄ nihil eſt deo at
tribuendū niſi qđ ſimpliciter in oībus nobilius & dignius eſt,vt patet ex ſupra determinatis.
ſed ſimpliciter & abſolute in oībus nobilior & dignior eſt intellectus ſpeculatiuus q̄ practicus
ſicut ſcientia ſpeculatiua q̄ practica,vt habitum eſt ſupra.ergo &c.

Q ¶Hic oportet conſiderare quid faciat ꝙ intellectus aliquis in nobis dicatur eſſe
Reſol.q. practicus:& quid ꝙ ſpeculatiuus,vt ab eis q̄ in noſtro intellectu expimur ad cognitionē diuini
intellectꝰ aſcēdamus.Eſt igit intelligēdū:ꝙ ſcđm pħm.vi.Ethi.intellectus ſpeculatiuus & pra
cticus diuerſę ꝑticulę animę ſunt in nobis.Quarū diuerſitatē declarat ex tribus:& ex ꝑte obie
ctoꝝ:& ex ꝑte modi cognoſcēdi:& ex ꝑte finis.Ex ꝑte obiectoꝝ qm̄(vt dicit) ſpeculatiuo intel
lectu ſpeculamur talia entia quorum principia non contingit aliter ſe hr̄e.Practico aūt ſpecula
mur cōtingētia poſſibilia aliter ſe habere . Ad ea aūt q̄ ſunt altera genere,eſt animæ ꝑticularū
alterū genere.Ex ꝑte modi cognoſcēdi:qa (vt dicit)Speculatiuus cognoſcit modo ſcientifico:
Practicus vero modo conſiliatiuo.Ex ꝑte finis (qm̄ vt exꝓſſius dicit.iii.de aīa) Practicus ītelle
ctus differt a ſpeculatiuo,fine.Finis eñ ſpeculatiui,vt dicit.ii.Metaphy. eſt veritatis cognitio.
R practici vero actus vel opatio. Nūc aūt clarū eſt ꝙ in deo ex ꝑte cognitoꝝ nō poteſt diſtingui
intellectꝰ duplex,reſpectu aliquorū.ſ.ſpeculatiuꝰ:& reſpectu aliorū practicꝰ: qa nō ītelligit niſi
ſeipſum:et ſi intelligit alia a ſe:hoc non eſt niſi intelligendo ſe,vt infra videbitur. Seipſum aūt
nō intelligit niſi intellectu pure ſpeculatiuo:quia non eſt niſi verū cognoſcibile,& bonū amabi
le:qđ inquantum hmōi,ꝑtinet ad cognitionē intellectꝰ ſpeculatiui:nullo autem modo bonū
operabile:qđ proprie ꝑtinet ad cognitionem intellectus practici.Similiter neq; ex parte mo
di cognoſcendi & intelligendi:quia cognitio eius non eſt accepta a rebus:neq; ſcđm conditio
nes rerum:quia non cognoſcit eas niſi cognoſcendo ſe: et ideo eo modo quo ītelligit & cogno
ſcit ſe cognitione neceſſaria:non contingibili & alia a ſe. Vnde Cōm.iii.Ethic.excludendo mo
dum cognitionis intellectus practici:qui eſt in nobis ſcđm cognitionem rei cognitę a deo,qui
non cognoſcit res niſi ſcđm conditionem ſuam,dicit.Quoniā altera ſpecie pars animę circa ne
ceſſariorum cognitionem negotians:& altera circa ea quæ contingentium.Cognitio enim co
gnitis aſſimilatur:qualiter vtiq; erit neceſſaria contingentium cognitio, vel contingens ne
ceſſariorum:ſcđm veridicā enim rationem, vt habet ſcđm modū ſuū res:oportet cognoſcere
ipſam.Et hoc verū eſt de nobis:quia notitiam capimus a rebus. Vnde de cognitione dei: quia
non capit eam a rebus: continuo ſubdit. Apud deum dicimus nihil eſſe futurum: neq; con
tingens:vt cognitione ipſius ſcđm nunc exiſtente & neceſſaria . Ecce ꝙ non eſt alia cognitio
deo de contingentibus, q̄ nobis de neceſſariis : quæ proculdubio non niſi ſpeculatiua eſt.



Similiter idē patet ex ꝑte finis:maxime inquātū intellectus eius ordinat ad intelligēdū ſeipm: S
quia vt dictū eſt:nō eſt ipſe bonū opabile:ſed ſpeculabile tm̄.Idē etiā patet inquātū ordinat ad
cognoſcibilia alia a ſe etiā opabilia: eo ꝙ intellectus aliqs ad hoc ꝙ ſit vere practicus:ipſe non
ſolum cōſiderat operanda:ſed etiam determinat opus tāq̄ finem cognitionis ſuę:vt quia ali
quid ſit agendum:vel non. ita ꝙ illa determinatio qua ſic determinat : conueniat ei ex ſe ab
ſolute & immediate ante omnem actionem volūtatis circa illud: quia volūtas ſequitur huiuſ
modi intellectus determinationem:tāq̄ id cuius eſt exequi opus.Nunc aūt ita eſt,ꝙ circa na
turas & eſſentias dei,intellectus eſt potētia pure naturalis:nullo modo ſic libera vt poſſit non
intelligere q̄ intelligit:vel intelligere q̄ nō intelligit:immo neceſſe eſt eā & intelligere q̄cūq;
intelligit:& oīa intelligibilia incōplexa intelligere.Igit q̄cūq; dei intellectus intelligit:vt ſunt
naturę & qditates omniū rerū q̄ ſunt aliquid ꝑ eſſentiā,& ea q̄ ī eis ſunt:& hoc nō ſolū quo ad
ſpecies:ſed etiā quo ad infinita indiuidua ſub ipſis ſpeciebus:nihil oīnō determinat de agēdis.
Ita ꝙ ſi aliqd agendū determinaret:illud naturali neceſſitate determinaret: ita ꝙ nullo modo
poſſet illud nō determinare:quia intellectus eius nō eſt conſiliatiuus,aut inquiſitiuus. Vnde
ſi deus intellectu ſuo tāq̄ practico determinaſſet ab æterno mūdū aliquādo faciendū,de neceſ
ſitate fuiſſet factus iuxta eius determinationē.Maxime ſi ſola intelligētia in ipſo fuiſſet cauſa
rerū,vt poſuerūt qdā phi.ſcđm ꝙ declarandū eſt loquēdo de creaturis. Si.n.nō fuiſſet facturꝰ
ipm iuxta intellectus determinationē: hoc nō potuit eſſe niſi ꝓpter voluntatē liberā nolētem
exequi qđ intellectus faciendū determinauit:vt ſic intelligentia dei ꝑ ſe nō eſſet neceſſaria cau
ſa factionis:ſed cū volūtate. Et tūc aut volūtas ipa de neceſſitate cōſecuta eſt determinationē
eius:& ſic abſoluta neceſſitate fierēt oīa a dei intellectu,& volūtate,vt dicebāt phi: Aut volū
tas nō de neceſſitate cōſecuta eſt determinationē intellectus.quod ſi ſic: tunc volūtas dei etſi
nūq̄ fuit:potuit tñ quātū eſt de ſe fuiſſe cōtraria determinationi intellectus: & nō fuiſſe execu
ta in opus qđ intellectus determinaſſet agendū:qđ oīno impoſſibile eſt ponere in deo.Scientia
igit vel ītellectus dei nō determinat opus,neq; ſentētiat aliqd de faciēdo vel nō faciēdo:immo T
quātū eſt de ſe ęqualiter ſe habet ab ęterno ad ea q̄ deus nūq̄ erat facturꝰ: & ad ea q̄ aliqñ erat
facturꝰ:nō magis vnū eoꝝ ītelligēdo q̄ alterū:nec magis determinādo debere fieri vel nō fieri
aliqñ in actu vnū eoꝝ q̄ alterū.Hoc eñ determinat in ipſo ſola & mera voluntas: nec aliter in
telligit opanda q̄ non opanda.Immo nihil cōſiderat ſub ratione qua operandū:ſed ratione qua
quid eſt in eſſentia & natura ſua,cōſiderat quicquid cōſiderat:& ſe habet ad modū ītellectus
noſtri,qui eſt ſimpliciū intelligentia abſq; cōpoſitione & diuiſione,vt infra dicetur.Intellectus
ergo dei nō eſt operādoꝝ vt opandoꝝ: & ideo nullū opus faciendū determinat: ſed qđ in ipſo
opus determinat, eſt ſola et libera eius voluntas.Nullus autem intellectus qui vere practicus
eſt,indifferenter ſe habet ad omnia q̄ nouit nō cōſiderando opanda vt opanda: neq; determi
nando opus circa facienda & nō facienda.Immo ſi practicus,cōſiderat opanda vt operanda:&
determinat quid faciēdū & nō faciēdū: & quia faciendum vel nō faciendū: ſcđm ꝙ penes hoc
innuit pħs differentiā inter intellectū ſpeculatiuū & practicū,dicēs in.iii.de aīa: ꝙ ratiocinati
ua intelligentia & id qđ ſpeculatiuum eſt in aīa,nihil intelligit de agibili & actuali. Vbi dicit
Cōm.i.pars ſpeculatiua nihil cōſiderat de rebus opatiuis.Et propter hoc(vt dicit) pħs nihil
dicit de faciendo vel non faciendo:& ideo non eſt cauſa motus ꝑ locum:ſed intellectus pra
cticus qui ſpeculatiuus eſt de huiuſmodi,de operandis vel non operādis multotiens intelligit
timendum aut lętum & non præcipit fugere aut imitari: & ſic ex iſta prima operatione ſua
non cauſat motum.& qđ amplius eſt,cū hmōi intellectus a ſua ſpeculatione practica iā dicta
extendat ſe ꝑ intelligentiā ad id qđ operandum eſt:& dicat atq; determinet qa aliquid fugien
dum eſt,aut imitādum:qđ eſt eius opus ſecūdum & completiuū:non adhuc fit motus: quia
voluntas bene agit ſcđm deſiderium contra intellectus determinationem, vt patet in continē
te,tāq̄ alterius potentię:vt voluntatis.ſ.& appetitus ſit agere ſcđm ſciētiam,& non ipſius ſciē
tiæ practicę.Quātum ergo eſt ex parte finis,intellectus dei in ſola ſpeculatione & cognitione V
veritatis conſiſtit:& opus inquantū nō conſiderat,neq; determinat,licet omnia intelligat ſub
ratione eius qđ quid eſt:& fiēda & non fienda:& quæ malū eſt fieri:& quæ bonū,& q̄ melius:
& vniuerſaliter omnia quæ fiūt actione cuiuſcunq; agētis:vel naturalis,vel voluntarii.Aliter
ergo intellectus in deo ſe habet ad opus qđ extra fit immediate ab ipſo : & ille intellectus in
nobis qui vere practicus eſt.In nobis enim (vt iam dictum eſt, & dicit Commentator ſexto
Ethicorum) opus determinat intellectus practicus: & indicat quid agendum: & quid nō:po
nens menſuram fugis & electionibus. Voluntas autem ſiue appetitus eſt ſicut miniſter libere

3 ¶Tertio ſic.Sicut ſe habet in deo eſſentia ad eſſe, ſic ſe habet ſcientia ad ſcire,& ſapientia ad ſapere,& cætera quæ in deo videntur ſe habere per modum habitus reſpectu ſuorum actuum.ſed eſſentia dei reſpectu eſſe non ſe habet in ratione habitus: quia ratio eſſe prima eſt in omnibus diuinis rationibus etiam reſpectu eſſentię: vt ſupra determinatum eſt.Ratio autem habitus ſecundum rationem intelligendi ſemper prima eſt reſpectu rationis actus ad quẽ eſt.ergo ſcientia, ſapientia, & huiuſmodi in deo non habet rationem habitus,quare nec alia:quia iſta maxime habent rationem habitus in deo.

4 ¶Quarto ſic. Sicut ſe habet eſſe in deo ad eſſentiam,ſic ſcire ad ſcientiam,ſapere ad ſapientiam,& ſic de cęteris.ergo permutatim,ſicut ſcire,ſapere,& cęterę actiones diuinę ſe habent ad eſſe,ſic ſciẽtia,ſapientia, & cętera huiuſmodi,quę videntur in deo habere rationem habituum,ſe habent ad eſſentiam.ſed omnes actiones illę ſe habent ad eſſe dei,ꝙ ſunt quędam rationes ipſius eſſe: quia reducuntur ad eſſe.Intelligere enim in deo,eſt ipſi eſſe.& ſic de aliis actibus.ergo ſcientia,ſapiẽtia,& huiuſmodi ſunt quędã rationes ipſius eſſentię, & reducuntˀ ad ipſam.ſed ratio eſſentię non eſt ratio habitus.ergo &c̃.

In oppoſi.

¶In contrarium eſt, qm̃ habitus eſt perfectio potentię qua faciliter & expedite poteſt quis in opus. qui ergo expeditiſſime poteſt in opus & facillime,maxime debet dici habere habitus,deus eſt huiuſmodi.ergo &c̃.

B Reſponſio. ¶Dicendũ ad hoc ſecũdum p̄determinata, ꝙ illud qđ eſt perfectionis & dignita-
tis ſimpliciter,ſemper in deo ponendũ eſt.Nunc autẽ cum habitus eſt perfectio potẽtię reſpectu
actus egredientis a potẽtia,& perfectionis ſimpliciter eſt in actione , ꝙ egrediatur de potẽtia p
habitum:quia agere ex habitu ſemp in vnoquoqꝫ melius eſt & perfectius q̄ non agere ex habi-
tu:quia habitus ratione qua habitus eſt,ſemp promptitudinẽ & expeditionẽ ponit in eliciendo
actum:vt ꝓcedit vltimũ argumentũ,& hoc in vnoquoqꝫ agente ſemp melius eſt ipſum q̄ non
ipm̃:Idcirco ſimpliciter ponẽdi ſunt habitus in deo ex hoc circa actus qui in deo ſunt,quorum
perfectio eſt in creaturis, a quibus fit attributio eorũ quę ſunt dignitatis ad deũ.Quicquid em̃
in creaturis inuenitur qđ eſt ſimpliciter melius & dignius ipſum q̄ non ipm̃,deo eſt attribuen
dũ,modo tñ ſupereminẽti & alia ratione q̄ inuenit̃ in creaturis:vt ſit re id qđ ipſa diuina eẽn-
tia,differẽs ab ea ſola ratione.Vnde ſicut in deo ponimus potẽtiam ad actum intelligẽdi intel
lectũ,ſic ponimus habitũ notitię in ipſo ad expedite eliciendũ,re tñ eũdẽ cũ ipſa potẽtia & ſub-
ſtãtia:vt queadmodũ ipſa ſubſtãtia dicit̃ potentia inquãtũ reſpicit actũ vt eius elicitiuum ſim
pliciter:ſic dicitur habitus in potẽtia inquantũ reſpicit actum vt expedite elicitiuũ.& ſicut de
iſto,ſic & de aliis quę perfectionem notant ſimpliciter reſpectu actus.

C Ad primũ prin. ¶Ad primũ in oppoſitum,ꝙ habitus eſt medium inter potentiã & actum &c.Di
cẽdũ ꝙ verũ eſt nõ vt differẽs in deo ſcđm rem ab vtroqꝫ,ſicut differt in creaturis:ſed ſcđm ra
tionẽ ſolum. Vbi autẽ differt ſcđm rem, verum eſt ꝙ habet rationẽ imperfecti : quia talis ha-
bitus q̄tum eſt de ſe poteſt diſtare ab actu,& eſt res per habitũ talem ſimilis dormiẽti. Propter
qđ felicitatẽ quę debet eſſe in nobis bonũ perfectiſſimũ, non ponit Phus ſm habitum:ſed ſcđm
actum. Vbi vero differt ab actu ſola ratione,habet rationem perfecti ſicut & actus. De ratione
D em̃ talis habitus eſt:vt ſit ſemp in actu:ſicut ẽ & de ratiõe actus vt ſit ſemper ex habitu. ¶Per
Ad ſecũdũ idem patet ad ſecundũ:dicendo ꝙ in deo potẽtia perficitur per habitũ ſcđm rationẽ intelligen
di tm̃:vt differens ſola ratione ab illa.Tale perfectibile ſecundũ rem eſt ſemper perfectum, & ni
hil imperfectionis ponit:quia eius perfectibilitas eſt non vt diſtet a perfectione,neqꝫ potẽs diſta
re,ſcilicet poſſe diſtare, quod omnino imperfectionis eſt, ſicut cõtingit in creaturis vbi re ſunt
E diuerſa: ſed eſt eius perfectibilitas:vt ſemper ſit indiſtans a ſua perfectione quæ eſt habitus, ſi-
Ad tertiũ. cut eſt habitus ꝙ ſit ſemper indiſtans a ſuo actu , quod omnino eſt perfectionis. ¶Ad tertium
ꝙ ratio eſſe prima eſt reſpectu ratiõis eſſentię:ergo eſſentia non eſt vt habitus reſpectu eſſe &c̃.
Dicendũ ad hoc:ꝙ licet deus non ſit niſi actus purus & eſſe quoddã:vt ſupra determinatũ eſt
& ideo quicquid eſt in deo actus eſt, & ad eſſe dei purũ habet reduci: ſicut ex illo ſcđm ratio-
nẽ intelligendi habet educi: Alia tamen ratio actꝰ & alia importat̃ per q̄dã quę intelligũtur in
deo,q̄ per alia,& aliter habẽt in eſſe diuinũ quędam eorũ reduci q̄ alia,& pertinet primũ ad diſ
ſolutionẽ huius tertię rationis:ſecundũ ad diſſolutionẽ vltimę . Circa primũ igitur ſciendũ ꝙ
licet omnia quę ſunt in deo,vere actus ſunt:cũ tñ actus ſignificatur dupliciter,vel vt habitus,
vel vt agere, & vtroqꝫ modo vel vt primus,vel vt ſecundus: Verbi gratia in creaturis actus
primus vt habitus anima eſt : actus ſecũdus vt habitus ſcientia eſt in anima : actus primus
vt agere,eſt eſſe procedens ab anima: actus ſecundus vt agere eſt ſcire ſeu intelligere ꝓcedens
ex ſcientia:in deo ergo vt in ipſo ponatur perfectio ſcđm oẽm rationem actus,quędã ſignifican
tur & intelligũtur in ipſo ſicut actus primus vt habitus,queadmodum eſſentia & vita:q̄dã ſi
cut actus ſecũdus vt habitus,ſicut ſapiẽtia,ſcientia:quędam ſicut actus primus vt agere:ſicut
F eſſe & viuere:quędam ſicut actus ſecundus vt agere,ſicut ſcire & intelligere,& huiuſmodi.In
quibus ſciẽdũ ꝙ nõ ſicut ſe habẽt adinuicẽ in deo actus primi vt habitus & vt agere.ſ.eẽntia
& eẽ,vita & viuere,ſic ſe habẽt adinuicẽ actus ſecũdi vt habitꝰ & vt agere.ſ.ſciẽtia & ſcire ſeu
intelligere:vt ſupponit argumẽtũ:ſed multo aliter.Qm̃ in deo illi actus primi ab eadẽ ratione
imponũtur:differũt autẽ ſm modũ ſignificãdi dictionis.Eſſe em̃ & eſſentia,viuere & vita,non
differũt in deo niſi ſicut currere & curſus: vt expoſitum eſt ſupra:licet in creaturis a diuerſis
rebus aut intentionibus imponũtur eſſentia & eſſe: vt ſupra habitum eſt. Actus vero ſecundi
in deo a diuerſis rationibus imponuntur:quemadmodum in creaturis imponuntur a diuerſis
rebus.Non enim ſe habet ſcientia ad ſcire ſicut curſus ad currere:ſed ſicut ars currendi in cur
rente ad ipſum currere.Et ideo licet in deo prior eſt ratio eſſendi ſecundum modũ ſignifican-
di importatum per eſſe,q̄ ſcđm modum ſignificatũ per eſſentiã: quia ille modus importat ma
iorem actualitatẽ vt dictũ eſt ſupra:& non poteſt ſe habere eſſentia in deo per modũ elicientis
actum eſſendi,nec eſſe dei poteſt ſe habere per modũ eliciti,ſed omnino primi , ſicut ſe habet in



creaturis:in quibus ratio eſſentiæ præcedit rationem eſſe,vt habitum eſt ſupra:& hoc ꝓpter iden
titatem rationis a qua imponuntur nomen eſſentię & eſſe in deo,& diuerſitatis rerum aut inten-
tionum a quibus imponunt̃ nomen eſſentiæ & eſſe in creaturis.In deo tñ prior eſt ratio ſcientię q̄
ſcire:quia ſcire eo ꝙ habet rationem actus ſecundi vt agere,ſe habet per modum eliciti:& ita reſpi
cit ſecundum modum intelligendi vt pręcedẽs id a quo elicit̃,qđ habet ſcilicet rationem potentię
inquantum ſignificatur vt principium eliciendi principale,& rationem habitus inquantum ſigni
ficatur vt diſpoſitio in illo ad expedite eliciendum.¶Per hoc patet in parte ad vltimum. qm̃ fal- G
ſum eſt qđ in maiori ꝓpoſitione aſſumitur: ſicut ſe habet eſſe ad eſſentiam:ſic ſcire ad ſcientiam. Ad q̄rtũ.
Licet em̃ aliquo modo vera eſſet comparatio in creaturis:quia eſſe præcedit eſſentiam:non tamen
in deo:quia modus eſſe præcedit modum eſſentiæ. Et ideo nõ ſequitur commutata proportio ne
qꝫ proceſſus vlterior:ꝙ ſicut ſe habet ſcire ad eſſe: & ſcientia ad eſſentiam. Falſum etiam aſſumi-
tur in proceſſu vltimo:cum dicitur ꝙ ſcire reducitur ad eſſe:ſicut ratio quædã ipſius eſſe.Immo
alia eſt ratio omnino ipſius eſſe:& alia omnium actuum ſecundorum in ipſo vt agere:ſicut & alia
eſt ratio ſcientiæ in deo q̄ eſſentiæ.Vnde nõ ſe habent actus vt agere ſecũdi,ſicut ſcire,velle,& hu
iuſmodi in deo ad eſſe:ſicut ſe habet viuere ad eſſe:neqꝫ actus ſecundi vt habitus,ſicut ſapiẽtia,ſciẽ
tia,& hmõi in deo ad eſſentiam:ſicut ſe habet vita ad eſſentiam,qm̃ in deo ab eadem ratione ſecũ-
dum diuerſum modum eiuſdem eſſe & eſſentiæ imponuntur eſſe & viuere,eſſentia & vita: omni
no autem a diuerſis rationibus imponuntur in deo eſſe & ſcire,eſſentia & ſcientia,vt dictum eſt.
Vnde ſcire non reducitur ad eſſe ſicut ratio quædam ipſius eſſe:queadmodum reducit̃ viuere ad
eſſe:ſed ſolum ſicut ratio poſterior ad priorem:ſimiliter nec ſcientia ad eſſentiam tanq̄ ratio quæ
dam ipſius:quemadmodum ad ipſam reducitur vita: ſed ſcire & omnis actus ſecundus vt agere,
reducitur ad eſſe: & ſimiliter ſcientia & omnis actus ſecundus vt habitus, reducitur ad eſ-
ſentiam , tanq̄ ad prima principia ſeu fundamenta eorum ad quæ habent reduci ſecundum no-
ſtram rationem intelligendi.Et fit iſta reductio ſecundum duas coordinationes,reducendo quęcũ
qꝫ in deo ſignificant per modum agere,ad eſſe,tanq̄ ad primum in genere ipſorum:& quęcunqꝫ ſi
gnificant per modum habitus,ad eſſentiam,tanq̄ ad primum in genere ipſoꝝ.vt ſecũdũ hoc actio
nes diuinas ſignificatas per modũ agere reſpectu creaturarum,vt creare,gubernare,& hmõi,redu
camus ad actiones perſonales quæ ſunt generare,ſpirare:& illas ad actiones eſſentiales q̄ ſunt vel-
le,& intelligere:& illas ad actiões primas q̄ ſunt viuere & eſſe:& etiã ipm̃ viuere ad eẽ.Alia ſimili
ter quæcunqꝫ in deo ſignificant per modum habitus,conſimiliter reducuntur in eſſentiam & vi-
tam:& etiam ipſa vita ad eſſentiam. Quare cum eſſentia reducitur ad eſſe tanq̄ ad primum ſim-
pliciſſimum ſub perfectiſſima ratione deũ repſentans,mediante etiã eſſentia reducũtur ad eſſe quę
cũqꝫ reducuntur ad eſſentiam:& ſic vniuerſaliter quęcunqꝫ in deo conſiderantur,ad eſſe eius ha-
bent reduci.Eſt & alius modus reducendi omnia illa ĩ diuinum eſſe ſecundum vnam coordinatio
nem,iuxta modum & ordinem quẽ habent iuxta rationem conceptus noſtri ab ipſo educi:vt pri-
mus ſit eſſe:& inde p ordinẽ eſſentia:viuere:vita:veritas:potentia:intellectus:ſcientia:intelligere ſi
ue ſcire:bonitas:voluntas:amor:velle:generare:ſpirare:creare:gubernare.

CIrca ſcđm arguit̃ ꝙ in deo nõ ſit ponere plures habitꝰ ĩtellectuales,Prĩo ſic.Plu- H
res habitꝰ ĩtellectuales & diuerſi,plures & diuerſos ponũt modos cognoſcẽdi & Queſt.II.
ſciẽdi:q̄a diuerſi habitꝰ ſũt prĩcipia diuerſoꝝ actuũ:& ad eũdẽ actũ & modũ ĩtel Arg.1.
ligendi non eſt ponere diuerſos habitus,ſed in deo vnus eſt & ſimplex modus in
telligendi & ſimplex notitia:ſicut eſt & ipſa ſimplex eſſentia,ergo &c. ¶Secun- 2
do ſic.habitus intellectuales diuerſi non ſunt niſi diuerſorum obiectorum:q̄a po
tentiæ diſtinguuntur per actus,& actus per obiecta.ſecundum Philoſophum ſe
cundo de anima,ſed in dei intelligentia non eſt niſi obiectum intellectum,ſcilicet eius eſſentia,vt ĩ
fra dicetur,ergo &c . ¶In contrarium eſt id qđ dicit Diony.de di.no.lib. primo capite.l.loquens In oppoſi.
de dei cognitione.In quo (inquit) omnes fines omnium cognitionum ſuperarcane autem conſti-
tuti ſunt.Et omniũ quidem eſſentialium cognitionum & virtutũ ſummitates & omnes ſupeſſen
tialiter præambit ſeipſo.non ſunt autem fines omnium cognitionum & ſummitates ſimul & prę
ambitę,niſi per habitus omnes intellectuales.ergo &c.

I Reſponſio ¶Ad hoc dicendum generaliter ſecundum regulam ſuperius traditam:ꝙ quæcũ
qꝫ inueniuntur in creaturis,& aliquam rationem perfectionis importãt circa eas,ſi ex ratione ſui
nominis nihil imperfectionis important per quam derogent diuinæ perfectioni : q̄q̄ ex natura

rei ſecundum quã ſunt in creaturis,aliquid imperfectionis habent,deo ſunt attribuenda: ſed ſub
ratione eminentiori q̃ inueniantur in creaturis, amota omni ratione imperfectionis.Nunc autem
in qnqꝫ habitibus itellectualibus q̃ ſunt prudentia,ars,ſcientia,intellectus,ſapientia,ita eſt ꝙ oẽs
quantum eſt de ratione ſui nominis,a notitia ſimpliciter imponuntur:& differunt ſecundum ma-
teriam circa quã ſunt.Qm̃ vt dicit Commen.ſuper principium.vi.Ethico.cognitio cognitis aſſi-
milatur. ſecundum veridicam enim cognitionem vt ſe habet res: oportet cognoſcere ipam. Vn-
de diſtinguit ibi Philoſophus prudentiam & artem , ꝙ ſunt circa contingentia & poſſibilia ali-
ter ſe habere:vt ſunt agibilia in moralibus,circa quæ eſt prudentia:& factibilia in artificialibus,cir
ca q̃ eſt ars.Scientia vero & itellectus & ſapientia ſunt circa neceſſaria, quæ impoſſibile eſt aliter ſe
habere.Sed ſapientia eſt de ęternis & ſuperioribus vt de primis principiis:vt expreſſius dicit in pri
mo metaphy.& ſimiliter Auguſtinus.xiiii.de tri.&.xv.Scientia vero & intellectus de temporalibꝰ
K & inferioribus.Sed intellectus eſt habitus principiorum proximorum:ſcientia vero concluſionum
vt expreſſius dicit Philoſophꝰ in lib.poſter.Quia igitur omnes habitus intellectuales a ratione no
titiæ ſecundum nomen ſuum imponuntur,& ſolum ſunt diuerſi ſecundum diuerſitatem rerum
de quibus eſt notitia:Ratio autem notitiæ ſimpliciter,perfectionis eſt ſimpliciter: ita ꝙ ſi aliqs eo
rum habet in ſe aliquid impfectionis in nobis:hoc eſt de ratione eius de quo eſt:quia noſtra notitia
formatur ſecundum naturam cognitorum:Deus autem omnium cognitionẽ habet quæcũqꝫ per
illos habitus poſſunt cognoſci.nihil enim vt dicit Diony.de di.no.c.vii.effugit diuinam ſcientiam,
& non cognoſcit ea per res ipſas,& ſecundum conditiones ipſarum rerum:ſed ſecundum conditio
nem naturæ ſuæ.ſecundum ꝙ dicit ibidem.Diuinus animus omnia continet,omnibus remota ſciẽ
tia iuxta omnium cãm in ſeipſo omnium ſcientiam præambiens.& infra. Non ſecũdum ſpeciem
ſingula contemplans,ſed ſecundum vnam cauſæ circũſtantiam oĩa ſciens.& ĩfra.Semet ergo diui
na ſapientia cognoſcendo,cognoſcit omnia immaterialiter materialia, & nõ partite partita, & mul
ta vnite.Omnes igitur habitus intellectuales in deo ponimus non re differentes ſicut differunt ĩ
nobis:ſed ſola ratione ex reſpectu quodam ad ipſa diuerſa ſcita:& vniuntur in vnã ſimplicẽ noti-
tiam ſcientiæ qua ſe nouit.ſecundum ꝙ dicit Diony.ibidem.Nõ igitur deus propriam habet ſui
ſcientiam, alteram communem exiſtentia omnia comprehendentem.Exiſtentia cognoſcit nõ ſciẽ-
tia exiſtentium,ſed ipſa ſua : quæ proprie ſapientia nominanda eſt vt eſt ſuiipſius:quia ſeipſum ꝑ
ſe & in ſe obiectiue ſolummodo cognoſcit:& non alia niſi vt eſt principium eorum & cauſa,vt in-
fra dicetur.Deus autem ipſe (vt dicit Philoſophus primo metaphy.)& cauſarũ & omnium prin-
cipium eſt quoddam.Et(vt dicit in eodẽ)illa ſcientia quæ eſt principiorum & cauſarum ſpecula-
tiua,ſapientia debet dici.Vnde quia metaphyſica quã tractat Philoſophus:eſt principaliter de pri
mo omniũ prĩcipio qđ deus eſt,& ipſe ſeipſum ſolus aut maxime cognoſcit:ſecundũ ꝙ dicit Dio
ny.vbi ſupra.Oĩs humana deliberatio error eſt iudicata ad pondus diuinarũ & perfectiſſimarũ in
telligentiarum:Ideo dicit Philoſophus in eodem,ꝙ talem ſcientiam aut ſolus aut maxime deꝰ ha
L bet: vt ſecundum hoc ſolus deus vere ſapiens eſt dicendus. dicente Apoſtolo Roma.vltimo.Co-
gniti ſoli ſapienti deo.Et ſic propriiſſime & veriſſime ſecundum omnem rationem ſapientię noti-
tia dei ſapientia dici debet inquantũ ſe ſolũ cognoſcit:& inquantũ ſeipſum cognoſcendo in ſe &
per ſe cognoſcit alia a ſe ſecundum diuerſitatem illorum,ſua notitia proprie dicitur ſcientia,intel
lectus,ars,aut prudẽtia:quæ ſecundum vſum communem ſciẽtia nominatur:vt nomine ſcientiæ
communiter acceptæ intelligantur illi quatuor habitus.Secundum hunc enim modum diſtĩguit
Auguſt.ſcientiam contra ſapientiam.xv.de trini.& ſecundum hoc loquitur Apoſtolus cum dicit
Col.ii.In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.Scientia ꝓprie dicta vere eſt in
deo inquantum habet concluſionum cognitionem:non tamen ſecundum illam rationem imperfe
ctionis qua cognoſcuntur a nobis per deductionem ex principiis propriis & proximis,aut qua co-
gnoſcuntur ab angelis cognitione naturali in ipſis principiis : etſi abſqꝫ diſcurſu : ſed modo ſu-
pereminenti & ſimplici intuitu. Et ideo ſcientia eius non eſt ſimilis ſcientiæ noſtræ : vt dicit
Rabi Moy.Propter quod dicit Diony.ꝙ diuinus animus omnia continet omnibus remota ſcien-
tia:& propheta in Pſal.Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Similiter & intellectus proprie eſt in
deo inquantum habet cognitionem principiorum:non tamen ſecundum illum modum imperfe-
ctionis quo cognoſcuntur a nobis & angelis , ſcilicet in cognoſcendo terminos : ſed modo emi-
nenti ſimplici intuitione ſuæ eſſentiæ : & ideo intellectu diſſimili intellectui noſtro , ſicut di-
ctum eſt de ſcientia. Et ideo dicitur Iob vigeſimooctauo . Quis eſt locus intelligentiæ ? neſcit ho
mo pretium eius.& ibidem duodecimo . Ipſe habet conſilium & intelligentiam . Prudentia ve-
ro & ars cum ſint propria ratio agibilium & factibilium , vt determinat Philoſophus ſexto



Eth.in diuino autẽ intellectu eſt ratio omniũ agibiliũ & factibiliũ tam a ſeipſo q̃ a quacunqꝫ crea-
tura:ſecundũ ꝙ de factibilibus a ſe,dicitur Sap.ix.Eſt tecum ſapiẽtia tua quę nouit opera tua:quę
& affuit tũc cum orbem terrarum faceres:& ſciebat qđ placitum eſſet oculis tuis:& qđ directum
ĩ præceptis tuis.Et de factibilibus a nobis, dicit̃ Sap.viii.Si ſenſus operatur, quis horum quę ſunt
magis q̃ illa eſt artifex?De agibilibus autẽ a nobis ſimul & de factibilibus a nobis dicit̃ vbi ſupra M
Sap.ix.Tu elegiſti me regem populo tuo:& iudicem filiorum tuorum:& dixiſti ædificare templũ
& altare.Tecum eſt ſapiẽtia:mitte illam vt mecum ſit & mecum laboret. Scit enim omnia illa &
intelligit:& deducet me in operibus meis ſobrie:& erunt opera mea accepta:& diſponam populũ
tuum recte.Vnde dicit Auguſt.in tertio lib.de trini. Nihil fit viſibiliter & ſenſibiliter quod non
de interiori inuiſibili atqꝫ intelligibili aula ſummi imperatoris aut iubetur aut permittitur ſecun
dum ineffabilem iuſtitiam pręmiorum atqꝫ pœnarum,gratiarum & retributionum,in iſta totius
creaturę ampliſſima quadam immenſaqꝫ republica. Oportet igitur ꝙ in deo ponamus prudentiã
& artem.Prudentiã,ſecundum ꝙ nouit agibilia ſaltem a nobis & a ſe(ſiqua ſunt illa) ſecundũ ꝙ
infra patebit in quæſtione de habitibus moralibus an ſint in deo.De prudentia eius ſecundum ꝙ
eſt recta ratio agibilium a nobis,dicitur Sap.xviii.Nauigare cogitans fragilius lignum inuocat:il
lud artifex ſapientia ſua fabricauit:tu autẽ pater gubernas prudentia.Qđ gloſ.exponit de naui ec
cleſiæ:quæ(vt dicit) deum habet imperatorem & gubernatorem . Sed aduertendum ꝙ pruden- N
tia quæ eſt in nobis circa agibilia : duplicem rationem imperfectionis habet: quæ omnino a diui-
na prudentia eſt amouenda . Vna videlicet ꝙ prudentia eſt recta ratio agibilium non niſi per
actum conſiliandi , inueſtigando quid agendum ſit & quid non , qualiter agendum & quali-
ter non:& ſic de aliis circunſtantiis operationum moralium: & poſt inueſtigationem practice de-
terminando quia aliquid agendũ vel non agendũ:& qualiter agendũ & qualiter nonagẽdũ.Nunc
aũt diuina notitia nõ ẽ ſic inquiſitiua:qa intellectus diuinus nõ eſt diſcurſiuꝰ,vt habitũ eſt ſupra:
& ſic in eo de agendis non poteſt eſſe conſiliũ:ſed ſimplici conceptu iudicat de operandis:quę a no
bis non niſi per conſilium poſſent iudicari.& quo ad hoc,licet ĩproprie,conſiliũ dicitur eſſe in deo.
ſecundum ꝙ dicitur in Pſal. Cõſilium domini inæternum manet.Alia vero eſt imperfectio in pru
dentia noſtra:eo ꝙ practice determinat operandum eſſe aliquid vel non operandum:& ſic determi
nat volũtatem & ordinat ad vnũ aliquod. Qđ non poteſt eſſe:licet aliqui hoc ponũt:quoniam oĩs
opatio diuini intellectꝰ,naturalis eſt.Vñ ſi qd operãdũ determinaret,naturaliter & neceſſario de
terminaret:nec poſſet aliter determinare.Quare cum volũtas determinata a ratione neceſſario ſe
quitur ipſam,Deus neceſſario vellet q̃cunqꝫ vellet. Sicut ſi voluntas noſtra determinaret̃ a ratio-
ne vt non poſſet ei contrariari,neceſſario vellet quęcũqꝫ vellet:nec eſſet voluntas dei libera aliquo
modo:cum tamen voluntas noſtra ſequens determinationem rationis,aliquo modo libera eſſet:qa
ratio noſtra non de neceſſitate determinat quæ determinat:quia agit per cõſilium:qđ nõ facit di-
uina ĩtelligentia.Propter qđ prudẽtia in nobis circa operãda practica eſt:in deo autẽ nõ niſi ſpecu
latiua.iuxta ꝙ determinauimꝰ ſupra de ĩtellectu diuino,ꝙ ſolum & pure ſpeculatiuꝰ eſt & nõ pra
cticus. Cõſimilẽ etiam rationem duplicis defectꝰ habet in nobis ars.ipſa enim circa factibilia ex cõ
ſilio determinat facienda:ſicut prudentia agenda.Et ideo conſimiliter ars diuina practica non eſt,
ſed pure ſpeculatiua,nec conſiliatiua nec determinatiua agendorũ:ſicut neqꝫ eſt prudẽtia.Et ideo
ĩ deo omnes habitus ſpeculatiui ad ſapientiam reducuntur:& ſunt vnus habitus re,differens ſo-
la ratione ſecundum materias circa quas ſpeculatur:& ex theſauro ſapientiæ qua cognoſcit ſeipm̃
ſecundum rationem habitus ſapientiæ , deriuantur rationes aliorum habituum , quibus cogno-
ſcit alia a ſe.Et ideo dicit̃ in Prouerb.Tecum eſt ſapientia quæ nouit opera tua.Gloſ.Intellige ſub
ratione ſcientiæ,intellectꝰ,prudentiæ,vel artis.Et propter illam identitatem ſacra ſcriptura indiſ-
ferenter circa deum vtitur ſcientia pro ſapientia:& ecõuerſo:& ſingula vniuerſaliter pro ſingulis.

¶Ad primum obiectum , ꝙ diuerſi habitus ponunt diuerſos modos cognoſcen- O Ad pri. princip.
di:Dicendum ꝙ verum eſt quando ſunt diuerſi re & ſecundum proprias naturas diſtincti. Tunc
enim alii a ſapientia neceſſario habent rationes ſuæ imperfectionis proprias ſibi annexas vt in no
bis. Quando autem differunt ſola ratione vt in deo,ſolum dicunt reſpectus ad diuerſas materias
cognoſcendas:ita ꝙ eodem modo cognoſcendi ſpeculatiuo & ſimplici deus nouit quæcunqꝫ no-
uit,vt ſupra dictum eſt:& amplius infra dicetur . ¶Ad ſecundum,ꝙ in omni cognitione dei non P
eſt niſi vnum obiectum, & non ſunt diuerſi habitus niſi diuerſorum obiectorum : Dicendum ꝙ Ad ſcđm.
eſt obiectum vnum quod habet ſolum rationem vnius cognoſcibilis inquãtum eſt vnum: quem
admodum eſt omne obiectum qđ eſt creatura: & eſt obiectum vnum quod habet rationes oĩum

cognoſcibilium inquãtum vnum: cuiuſmodi eſt obiectum increatum.Similiter diſtinguẽdum de
diuerſitate habituum re vel ratione.Loquendo ergo de diuerſitate habituum re:illi non ſunt circa
idem obiectum re:& ſic diſtinguunt habitus ĩtellectuales ſecũdum diuerſa obiecta in nobis.Loquẽ
do vero de diuerſitate habituũ ratione ſola,illi ſunt circa idem re,vt eſt habens rationes diuerſorũ.
Articulus xxxviii. & ſic diſtinguunt iſti habitus in deo,vt patet ex dictis.

SEquitur Art.XXXVIII.de habitu ſcientiæ dei.circa quam
quæruntur duo.
Primum:vtrum ſcientia dei ſit vniuerſalis an particularis.
Secundum:vtrum ſit duplex.ſ.eſſentialis & perſonalis.

Q Quæſt.i. Arg.i. CIrca primum arguitur ꝙ ſcientia dei ſit vl'is. Primo
ſic.Scientia illa ſecundum quã maxime contingit ſci
re oĩa,vniuerſalis eſt.dicente Philoſopho.Scire maxi
me omnia,habentem vniuerſalem ſcientiam neceſſa
2 rium eſt.ſcientia dei eſt hmõi , vt patet ex ꝓcedenti
q̃ſtione,& infra patebit amplius.ergo &c.¶Secundo
ſic.illa ſcientia eſt vniuerſalis,qua cognoſcunt parti
ta nõ ꝑtite:& multa vl'iter:qa in ſolo vl'i ſunt ꝑtita vl'iter:& nõ ꝑtitę.ſcĩa dei ẽ hmõi ſcd̃m Diony.
vt ſupra in ꝓce.q̃ſt.ergo &c.¶Q2 ſit ꝑticularis arguit.qm̃ illa ſcientia eſt ꝑticularis quę vnũ aliqd̃
3 ens habet obiectũ.qm̃ qd̃ eſt obiectum ſcientiæ vt eſt habitus in ſciente,hoc eſt ſubiectum ſciẽtiæ
vt eſt tradita ꝑ modum doctrinę.& in doctrinis illa ſcientia eſt ꝑticularis q̃ vnum aliquod ens ha
bet vt ſubiectũ,vt dicit.4.meta.& habitum eſt ſupra in queſtionibus de ſubiecto & vl'itate ſciẽtiæ
theologicę. ſcientia dei ſolum habet vnum aliquod ens.ſ.eſſentiã ſuã obiectũ,vt infra determinabi
4 tur.ergo &c.¶Q2 neq; vl'is neq; ꝑticularis debeat dici,arguit.qm̃ ſcĩa dicit vl'is ꝓpter obiectũ qa ẽ
vl'e.ſecundum ꝙ ſcire Choriſcũ eſſe muſicũ eſt ꝑticularis : ſcire vero hominem eſſe muſicum, eſt
vl'is ſcĩa,vt dicitur primo poſter.Diuina eſſentia quæ eſt ſola obiectum diuinæ ſcientię,neq; eſt vni
uerſalis neq; ꝑticularis,vt infra determinabit.ergo &c.

R Reſol.q. ¶Ad mẽbra huius q̃ſtionis poſſunt adduci quędã rõnes ſupra propoſitæ de vni
uerſalitate ſcientię theologicę.Et eſt intelligẽdũ ꝙ in hac q̃ſtione & in oĩbus aliis ſequẽtibus de ſcĩa
dei,ſcĩa ſumitur non pro vno habitu intellectuali:ſed cõmuniter ꝓ quolibet,& ꝓ ſapientia & intel
lectu & arte & prudentia & ſcĩa ꝓprie dicta.ſcd̃m ꝙ ſacra ſcriptura vtit ſingulis indifferẽter ꝑ oĩ
bus,vt dictũ eſt.Ad ſolutionẽ hui9 q̃ſtionis reducẽda ſunt ad memoriã ſupra determinata in q̃ſtio
ne de vl'itate ſcię theologicę.qm̃ cum quęrit de vl'itate ſcię ſiue q̃ tradit ꝑ modũ doctrinę extra,ſi
ue q̃ latet in mẽte ſciẽtis ꝑ modũ habitus, nõ intelligit q̃ſtio de vl'itate ꝑ prædicationem, q̃ conſi
derat circa naturã & eſſentiã rei ꝓdicabilis de pluribꝰ:quẽadmodũ ſcĩa ſimpl'r dicit vl'is vl'itate ge
neris ad logicã,grãmaticã,& ad alias ſcĩas.ſcĩa vero grãmatica dr vl'is vl'itate ſpeciei ſpecialiſſimę
ad grãmaticã Sortis & ad grãmaticã Platonis.Hoc mõ ſcĩa nõ dicit vl'is niſi ꝓpter vl'itatẽ ſubiecti
& obiecti,ſecundũ ꝙ ſcĩa naturalis dicit vl'is ad ſcĩam cęli & mũdi:qa illa ẽ de corꝑe mobili ſimpl'r
iſta de corꝑe mobili ad ſitũ ſolum:& mobile ſimpl'r eſt gen9 ad mobile ad ſitũ.Vñ quia diuina eſ
ſentia q̃ eſt ſola obiectum diuinæ ſcię, nõ eſt vl'e neq; ꝑticulare,vt infra videbit,ſcĩa igit q̃ eſt habi
tus in mẽte diuina nec eſt vl'is nec ꝑticularis.Sed quẽadmodũ ipa diuina eſſentia vere ſingularis ẽ
& ſingularitas q̃dã,vt habitũ eſt ſupra ĩ q̃ſtionib9 de vnitate dei: ſcĩa diuina debet dici ſingularis
ꝓprie loquẽdo:& hoc ſcd̃m naturã ſingularitatis ſui obiecti:quẽadmodũ in ſciẽtiis phicis traditis
ꝑ modũ doctrinę,q̃dã dicũt vl'es ꝑ ꝓdicationẽ ꝓpter vl'itatẽ ſubiecti: & q̃dã ꝑticulares ꝓpter ꝑticu
laritatẽ.Sed de iſto mõ vl'itatis nõ intelligit q̃ſtio de vl'itate in ſcientiis.ſic em̃ nõ eſſet metaphyſi
ca vl'is:quia aut eſt de ente ſimpliciter vt de ſubiecto:aut de primo ente:quorum neutrum ẽ vere
vl'e ꝑ ꝓdicationẽ.& cũ hoc etiam ſi nõ eſſet vt de ſubiecto niſi de primo ente,qd̃ nullo mõ habet rõ
nem vl'is ꝓdicabilis,ſicut aliquo modo habet ens: nihilominus eſſet ſcĩa vl'is,vt habitum eſt ſupra
in q̃ſtione de vl'itate theologicę ſcię.Immo( vt ibi declaratũ eſt )ſcĩa tradita ꝑ modũ doctrinę dicit
S vl'is ꝓpter vl'itatẽ ſeu gñalitatẽ cõſiderationis.Sic em̃ metaphyſica dicit vl'is:qa cõſiderat de ente
primo:& eius gratia de ente ſimpliciter & de omnibus partibus entis,ſecũdum ꝙ entes ſunt: licet
nõ ſecũdũ ꝓprias rõnes q̃bus ſunt hęc entia vel illa.Sic etiã( vt ibidẽ declaratũ eſt ) ſciẽtia theolo
gica maxĩe dicẽda eſt vl'is:& magis q̃ metaphyſica:qa deſcẽdit ad cõſiderãdũ de toto ente & q̃libet
parte entis:non quia ens:ſed quia tale ens:& hoc vſq; ad minima cuiuſlibet entis:conſiderando &
inſpiciendo in ſeipſo oĩes rationes eſſentiæ ſuæ & cuiuſlibet entis generaliter.Vñ cum( vt ibidẽ
determinatum eſt ) in hoc ſcientia theologica ſequit ſcĩam q̃ eſt in mente diuina, qua deus ſecum



cognoſcendo ſeipſo in ſeipſo oĩa alia a ſe vſq; ad minima cognoſcit, vt infra declarabitur loquẽdo
de tali vniuerſalitate:dico ꝙ ſcientia dei veriſſime debet dici vl'is,vt patet ex ibi declaratis.

¶Per hęc patet obiecta.Primũ em̃ & ſcd̃m ꝓcedũt de vl'itate primo mõ dicta.illa T
em̃ facit maxime ſcire,quia eſt de primis pricipiis,& in illis quodãmõ ſcit oĩa alia.ſecundũ ꝙ dicit Ad obiecta.
Philoſophus primo metaphyſicę. Scire maxime eſt habenti vniuerſalem ſciẽtiã.hoc em̃ modo ſcit
quodammodo omnia ſubiecta:& hoc maxime in diuina ſcientia:qua in vno ſimplici cognoſcũtur
oĩa imꝑtite & ĩmaterialiter.qd̃ appellat Diony.cognoſci vl'iter.¶Per idẽ patet ad tertiũ ꝙ nõ dr
ſcientia particularis propter ſubiectum vel obiectũ:ſed ꝓpter illa ad quæ ſe extendit notitia ſubie
cti vel obiecti.

CIrca ſecundum arguit ꝙ in deo duplex ſit ſcientia ſeu notitia,eſſentialis.ſ.& per V
ſonalis.Primo ſic.præter eſſentialem ſcĩam in deo ex qua elicitur actus intelligẽ Queſt.II.
di ſiue ſciendi eſſentialis,quem ſupponit actus diuidendi patris,vt infra dicetur Arg.i.
eſt in deo notitia ſiue ſcientia concepta ꝑ intellectualẽ actionem cum vi diuina
concepta in mente paterna quę eſt verbum.talis notitia non eſt niſi perſonalis.er 2
go &c.¶Secundo ſic.ſicut ſe habet amor ad ſpiritũ ſanctũ:ſic ſe habet notitia ſi
ue ſciẽtia ad filium:qa ſicut ille ꝓcedit ꝑ modũ voluntariæ oꝑationis q̃ conſiſtit
in amore,ſic iſte ꝓcedit ꝑ modũ intellectualis oꝑationis quæ cõſiſtit in ſcĩa ſiue notitia. Sed amor
nõ tm̃ eſt eſſentialis cõis tribus ꝑſonis,ſed etiã eſt ꝑſonalis ꝓpri9 ſpiritui ſancto.ipſe em̃ amor eſt,q 3
eſt nexus pr̃is & filii,q nõ eſt amor eſſentialis q nex9 eſt triũ ꝑſonarũ ĩter ſe.ergo &c.¶Tertio ſic.ſe
cũdũ Aug.pater nõ eſt ſapiẽs ſapiẽtia a ſe genita ſed nõ genita:qd̃ nõ eẽt( vt videt )niſi in deo di
ſtingueret duplex ſapientia,vna genita,alia nõ genita:quarum vna eſt ꝑſonalis,alia vero eſſentia In oppoſi.
lis.ergo &c. ¶In contrarium eſt. qm̃ illud qd̃ eſt cõe tribus ꝑſonis, & non conuenit vni potius q̃
aliis niſi ꝑ appropriationem,nõ eſt niſi eſſentiale:quia appropriatum nõ eſt ꝓpriũ,vt infra patebit
Scientia ſiue notitia in deo eſt de appropriatis filio,vt patebit infra.ergo &c.

¶Dicendum ad hoc ſecundum dicta ſuperius in conſimili queſtiõe de veritate dei X Reſpõſio.
ꝙ non diſtinguitur aliquid ꝑnes eſſentiale & ꝑſonale,niſi quia alia & alia ratione conuenit ꝑſonæ
& eſſentiæ:ſecundũ ꝙ res & vnitas ſic diſtinguunt,vt expoſitum eſt de re in illa queſtione de veri
tate & vnitate dei:& in quadã queſtione de bonitate dei.ita ꝙ illud qd̃ ſecundum vnam & eandẽ
rationem conuenit ꝑſonæ & eſſentię,nullo modo poteſt dici ꝑſonale:quia non conuenit ꝑſonę ex ꝑ
ſonali ꝓprietate ſua,ſed ex ratione eſſentię.quia cum ꝑſonalis ꝓprietas eſt propria ratio perſonę,qd̃
conuenit ei ratione ipſius,conuenit ei ſecũdum ꝓpriam rationem:quẽadmodũ ibidẽ declaratum
fuit de veritate.Nũc aũt ꝙ ſciẽtia ſiue notitia cõuenit deo ſiue perſonæ alicui diuinæ,hoc eſt quia
natura diuina omnino immaterialis eſt & forma pura.ſecundum ꝙ dicit Auicen.viii.metaphyſi
cę.Cum dicitur intelligentia & intellectus,non intelligitur niſi quia ipſe eſt expoliatus ex ſe, & ne
gatur ab eo commixtio materię & eius appendicia.Et pręterea ratio ſcientiæ in deo non eſt niſi re
ſpectu ad actum intelligendi qui ex ipſa elicit, & ad obiectum qd̃ eſt ſcibile ꝑ ipſum. Actus autem
intelligẽdi in deo nõ eſt niſi eſſentialis,vt infra patebit:& hoc ad qd̃cunq; terminet.Non ergo no
titia ſiue ſcientia eſt in deo niſi eſſentialis:& nulla ꝓpria:licet ſit ꝑſonæ filii appropriata,vt infra di
cetur:& hoc ſecundum modum quo in quæſtione ꝓcedente de veritate determinatum eſt ꝙ veri
tas non poteſt eſſe ꝓpria filio:ſed ſolum appropriata , maxime in ſolutione argumentorum.

¶Ad primum in oppoſitum ꝙ in deo pręter notitiam eſſentialẽ quæ eſt ratio eli Y
ciendi actum intelligendi eſſentialem, eſt alia ſcientia ſiue notitia concepta per actum dicẽdi quæ Ad pri. princip.
eſt verbum:Dicendum ꝙ falſum eſt.ꝙ enim verbum notitia quędam eſt ſiue ars,hoc nõ eſt niſi qa
in ipſo communicata eſt eſſentia ſub ratione qua ars eſt & notitia.ſ.per intellectualẽ operationem.
Vnde ꝙ filius dicitur ars vel ſapientia patris,hoc non eſt quia ei conuenit alia ratio ſapientię vel
artis q̃ illius quæ eſt eſſentialis: ſed quia diuina eſſentia ſub ratione artis & ſapientiæ ei commu
nicatur.Propter qd̃ & ei appropriatur,vt infra videbitur loquendo de appropriatione,vt nõ ſolũ
nomine dicatur ſapientia verbum:quia de ſapientia procedit:quẽadmodum opus procedens ab ha
bitu iuſtitiæ,iuſtitia dicitur,vt aliqui ſolent dicere:ſed quia eſt vere ſapientia. Vnde ꝙ etiam dicit
ſapientia genita,hoc nõ eſt niſi ꝑ appropriationẽ contrahẽdo ſecũdũ noſtrũ modũ intelligendi cõe
ad proprium per perſonale qd̃ importat noĩe geniti:quẽadmodum cum dicitur ſapientia ingenita,
conſimili modo noĩe ingeniti ſapiẽtia eſſentialis appropriat patri. ſapiẽtia em̃ nõ ſolũ appropriat
filio qa ꝓcedit a patre mõ ĩtellectualis oꝑationis:licet q̃dã hoc opinant: ſed cõſiliter appropriat pr̃i
qa ab ipſo ꝓcedit fili9 ꝑ ĩtellectualẽ oꝑationẽ:ita ꝙ vtriq; fil' appropriat reſpectu ſpũs ſancti, vt infra

patebit loquendo de appropriationibus.Et ꝓpter hmōi appropriationē dicitur ſapientia de ſapien
tia,ars de arte,nō propter aliqd proprium:ita ꝙ ſi ex pte filii eſſet aliqua ſcientia ſiue ſapientia,vt
ars pſonalis,quæ eſſet ꝓducta:& ſimiliter ex parte patris eſſet ſapientia perſonalis quæ eſſet produ
Z cens,vt ſic triplex eſſet ſcientia vel ſapientia in diuinis,genita in filio,ingenita in patre,quæ eſſent
Ad ſcd̄m. perſonales:& non genita communiter in tribus perſonis,quę eſt eſſentialis.℄Ad ſecundū de amo
re in ſpiritu ſancto & notitia in filio:Dicendum ꝙ amor non plus eſſentialis eſt in ſpiritu ſancto q̃
ſcientia ſiue notitia in filio. Vnde quod hic dictum eſt de ſcientia, ꝙ non eſt niſi eſſentialis: etiam
intelligendum eſt de amore:ne ſuper hoc oporteat inferius mouere propriā queſtionē.Quia tn̄ no
mina ſunt magis impoſita emanationi per modum intellectualis operationis qua producitur filiꝰ,
q̃ emanationi per modum amoris qua producitur ſpiritus ſanctus: ideo etiam magis ſunt no
bis nomina impoſita ad ſignificandum ea quæ pertinent ad illam emanationem q̃ ad iſtam.In illa
enim habemus ꝓpria nomina proceſſionum actiue & paſſiue dicta, quę ſunt generare,gn̄ari:& per
ſonas ipſas quæ ſunt pater, filius:& qd̄ amplius eſt, nomina propria emanationum exprimētium
intellectualem operationem & ipſam perſonam productam,vt ſunt dicere, dici, verbum. in iſta
eſt vnum nomen emanationis ex parte vtriuſq; perſonæ.ſ.ſpiratio:q̃ appropriat̄ p circūlocutionē,
cū dicit̄ ſpiratio actiua & paſſiua:nec ſunt oīno nomina exprimentia modum voluntariæ emana
tionis neq; perſonam emanantem:ſed circunloquitur dicendo amor procedens: ſicut circūloquit̄
perſona filii cum dicitur ſapientia genita:& talis perſona circūlocuta:quia ipſa eſt nexꝰ patris & fi
lii,dicitur amor procedens nexus vtriuſq; non ratione amoris ſimpliciter qui eſt communis nexꝰ
trium perſonarum:ſed ratione perſonalis adiuncti.Circūloquitur autem ſpiritus ſanctus nomine
amoris potius q̃ alio noīe,ſicut perſona filii potius circūloquitur nomine ſapientię q̃ alio.Quia ſi
cut ī intellectuali opatione q̃ cōcipit̄ filiꝰ,concipit̄ notitia in mēte intelligentis:q̃ cū includit̄ ī vno
ſignificato cum perſonali proprietate dicitur verbum:Sic in voluntaria operatione qua cōcipitur
ſpiritus ſanctus concipitur amor in voluntate volentis:qui cum proprietate perſonali circūloqui
tur perſonam ſpūs ſancti. & ſi ſub vnius vocabuli ſignificato cum illa proprietate includeretur, il
lud ſimplex vocabulum eſſet nomen illius perſonæ:quod quia non eſt impoſitum, vtimur nomi
ne amoris in circūloquendo perſonam ſpiritus ſancti:& ideo vſitatius vocatur ſpiritꝰ ſanctꝰ amor
& q̃ filius notitia,vt potius videatur amor proprium ſpiritui ſancto q̃ notitia filio.qd̄ tn̄ non eſt niſi
Ad tertiū propter appropriationem vt dictum eſt.℄Ad tertium:ꝙ pater non eſt ſapiens ſapientia genita ſed
non genita:Dicendū ꝙ hoc non dicit̄ qn ſapiētia ſit eſſentiale:ſed quia vt eſt genita filio appropria
tur,& conſideratur vt eſt in filio.vt vero eſt non genita cōmunis eſt,& conſiderat̄ vt eſt cōmunis
tribus:ita ꝙ licet pater non intelligit ſapientia genita hoc eſt ſapientia eſſentiali vt eſt in filio,vt.ſ.
ſit ei ratio intelligendi ſecundum ꝙ eſt in filio(tunc non eſſet ratio intelligendi vt eſt in ſeipſo)in
telligit tamen ſapientia quæ eſt in filio,quia eadem eſt in patre & in filio: quæ eſt ratio intelligen
di patri vt eſt in patre:& filio vt eſt in filio:non autem econuerſo.Illud ergo dicit Auguſt.non pro
pter aliquam ſapientiam propriam:ſed ꝓpter ſapientiæ communis appropriationem vt dictū eſt.
Vel dicēdum verius ꝙ hoc non dicit Auguſt.ſupponendo ꝙ ſit aliqua ſapientia genita perſona
lis:ſicut eſt verbum:ſed quia om̄ino eſt inconueniens ꝙ ſit aliqua ſapientia genita pſonalis.ſecūdū
ꝙ hoc multum pertractat circa principium.vii.de trini.vbi dicit concordando primę ſolutioni.In
telligentia dicitur ſapientia de ſapientia:& vtrunq; vna ſapientia.

## Art.XXXIX.De actione dei in generali.

Articulus XXXIX

VIſo de veritate & intelligibilitate dei vt de obiecto intelle
ctus:& ſilr de eiꝰ ītellectu & de intellectiua potētia,& de eius ſcientia,
vt de habitu in ītellectu ad eliciēdū actū ītelligēdi,ſequit̄ quarto de ipſo
actu intelligendi qui eſt intelligere quaſi elicitum de potentia & ex ha
bitu per obiectum.Et quia intelligere eſt ſic quaſi actio in deo, ideo cir
ca hoc quęruntur duo.Quorum
Primum eſt de actione dei in generali.
Secundum de actione quæ eſt intelligere in ſpeciali.
Circa primum quæruntur octo.
Primum:vtrum deo conueniat agere.
Secundum:vtrum actio dei ſit ipſius eſſentia.
Tertium:vtrum aliquam actionem agat diuina eſſentia.
Quartum:vtrum diuina eſſentia ſit ratio agendi omnem diuinam actionem.



Quintum:vtrum diuina eſſentia ſit per ſe terminus alicuius diuinę actionis.
Sextum:vtrum omnes diuinas actiones communiter agunt omnes perſonæ.
Septimum:vtrum actiones communes agant perſonæ omnes vniformiter.
Octauum:vtrum deo conueniat aliqua actio in ſe manens.

CIrca primum arguitur:ꝙ deo non conueniat agere aliquid.Primo ſic.Philoſophꝰ A
dicit.ii.meta.Nihil incipit agere aliquā actionē niſi intendendo finem.deo autem Queſt.I.
non cōuenit finē intendere,vt ꝓbat Auicen.ix.meta.ſuę.ergo &c.℄Secundo ſic. Arg.1.
agere aſſimilatur motui:habitus autē quieti.Melior autē eſt diſpoſitio quietis q̃ 2
motus:qa motus eſt actus imperfecti īquatū imperfectum,ſecūdū Philoſophum.
quies aūt ē diſpoſitio pfecti:quia in ea ſiſtit & terminat̄ motus acquiſito eo qd̄ p
motum acquiritur.Philoſophus autē dicit in Top.Quod ſimilius eſt meliori in
eo ꝙ melius eſt:& non in ridiculoſioribus:melius eſt & magis eligendū.Melior ergo eſt diſpoſitio
habitus q̃ agere ſiue actus.ſed quod melius eſt ſcd̄m p̄determinata deo eſt attribuēdum.Deo ergo
eſt attribuēdum eſſe in habitu,non autem in agere.ergo &c. ℄In oppoſitum eſt.qm̄ formę & eius In oppoſi.
qd̄ in actu eſt,ꝓprium eſt agere:ſicut pati ꝓpriū eſt materię & eius quod eſt in potentia:ſicut ſcri
bit̄.ii.de generatione.Deus autem pure forma eſt & ſumme in actu,vt habitum eſt ſupra.ergo &c.

℄Dicendum ad hoc: ꝙ agere ponendum eſt deo conuenire.Et hoc duplici via ha B Reſpōſio.
bet declarari:vna ex pte ipſius principii actionis reperti in ipſo:alia ex pte diſpoſitionis ipſius actio
nis.Prima via patet.ſ.ꝙ deo conueniat agere.qm̄ ſcd̄m ſupradeterminata, in genere cauſę efficien
tis omne agens & mouens, ad deū vt ad primū principiū in gn̄e cauſę agētis & mouentis reduci
tur.Nunc autem ita eſt ꝙ in omni genere cauſę quod eſt primum in eius coordinatione veriſſime
participat rationem illius cauſæ.qm̄ vt dicit Philoſophus.ii.metaphy.vnūquodq; principiorum ꝓ
prie eſt cauſa.ſecundum ꝙ ſunt aliæ res quæ conueniunt in nomine & intētione,vt dicit Cōmmē
tator.Et cum ita ſit,manifeſtum eſt ꝙ primum in quolibet genere magis eſt dignum habere no
men q̃ ea quorum ſunt cauſæ:& omnium intentionum quæ ſunt in illo genere.verbi gratia, quo
niam ignis eſt cauſa in rebus calidis, ideo eſt magis dignus habere hoc nomen calidum & eius in
tentionem q̃ alia.& ſimiliter quod primū eſt in genere formarum, verius habet eſſe forma.& ſimi
liter eſt de fine & materia. Et ſimiliter ī genere cauſę efficientis qd̄ eſt primum in illo,veriſſime de
bet dici agens & mouens.agere ergo veriſſime deo conuenit. ℄Secūda via hoc ſimiliter patet.qm̄ C
ſecūdū Philoſophū pri.Ethic.differt non parum in habitu optimum exiſtere vel in operatione.Vt
enim vult ibidem,res eſt in digniori diſpoſitione cum eſt p actionem in opatione exiſtens, q̃ in ha
bitu ſine ipſa.vnde p hoc ꝓbat ꝙ beatitudo non eſt virtus vl' habitus:ſed actus ſiue operatio. Hic
etiam dicit.xii.meta.de operatione intellectꝰ.Si nihil intelligit,quid eſt illud nobile qd̄ ineſt ei:non
em̄ eſt ei niſi ſicut dormiēti.Nūc aūt ſcd̄m ſupradeterminata, nobiliꝰ ſemp deo tribuēdū ē.Simpli
citer ergo dicēdū ꝙ deo conuenit agere:& hoc etiā large ſumendo actionem:q̃ cōtinet ſub ſe actio
nem ꝓprie dictā & factionem,& etiā operationē ꝓprie dictam. Eſt ei actio ꝓprie dicta circa aliquid
extra: quę ſcd̄m ſe quęrit̄ vt finis: nō aliqua res alia operata: vt eſt citharizatio.Vnde dicit̄ in.vi.
principiis. Actio non quęrit quid agat:ſed ī quid.Eſt autē factio opatio artis:& vniuerſaliter agen
tis:q̃ p̄ter actionem agētis requirit aliquid factum ſeu operatū.de qua erit ſermo īferius cū loq̄mur
de creaturis, & ſilr de actiōe ꝓprie dicta.Opatio ꝓprie dicta actio pfecta ē manēs ī agēte,vt ſpecu
latiōis ſecundū intellectū:& dilectionis ſecundū voluntatē:in qua conſiſtit perfecta felicitas intelle
ctualis naturę:de qua erit ſermo in quarta queſtione ſequēti. Vnde quantum pertinet ad p̄ſentem
q̄ſtionem,ſufficit ſcire in generali ꝙ actio communiter accepta actiōe ſecundū modum quo prędi
camētum actionis poni debet in deo, conueniat deo.
℄Ad primum in oppoſitum ꝙ deo non conuenit agere, quia non intēdit finem: D
Dicendū ꝙ illud dictū Auicen.de intentione,non intelligitur niſi de intentione qua agens intēdit Ad pri.
finem alium a ſe,qui eſt nobilius eo:& illa eſt intentio ꝓprie dicta:qua.ſ.agens intendit aliquid vt princip.
finem quo in aliquo eſſe perficitur.ſecundum ꝙ dicit Auicen.in eodem.Intendens eſt minoris eſſe
q̃ quod intenditur: cum id quod intenditur dignius eſt intendenti eſſe q̃ non eſſe ab eo. Deo
autem non eſt dignius non eſſe cætera ab eo q̃ eſſe: quia nihil dignitatis ex hoc acquirit ꝙ crea
turæ habent eſſe ab eo, vt infra patere poterit. Hoc enim (vt dicit Auicen. ibidem) induce
ret multitudinem in ſua eſſentia. Hoc ergo modo deus reuera nihil agit per intentionem. Lo
quendo tamen communiter de intentione,qua ſcilicet agens non intendit finem alium a ſe, Deus
agit per intentionem: quia in omni actione ſua intendit ſeipſum vt finem, vt infra declarabitur.

Hāc aūt intentionē non intendit Auicē.remouere a deo. Vnde Auicē.loquēs de ꝓductis a deo dicit ibidem. Non poteſt eſſe vt eſſe omniū ab illo ſit ſcd̄m viam intentionis:quemadmodum eſt nobis intentio in omnibus his quæ ſunt a nobis:tunc enim ipſe eſſet intendens propter aliquid aliud præter ſe.Philoſophus autem in dicto ſuo loquiť de intentione communiter ad omnem modū intentionis.Intentio enim cōmuniter dicta eſt voluntas directa in finem, ſine qua nulla actio omnino inchoatur. Et ſequūtur ſeſe inſeparabiliter iſta duo,finis & actio: quia non eſt actio niſi vbi eſt finis qui intendať.dicente Philoſopho in ſecundo meta.Habens intellectum non agit niſi ꝓpter aliquam rem quę eſt vltimum actionis.vltimum enim eſt finis ad quem intēdiť.Et idem vult de agēte ꝑ naturam in fine ſecūdi phyſi.Et ecōuerſo nō eſt finis niſi vbi eſt actio.ſecundū ꝙ dicit in.3.metaphyſicę.Impoſſibile eſt vt iſta cauſa ſit in ſe quæ non moueretur. Et ſumit ibi motum large,cōcludens ex hoc ꝙ in mathematicis non ſit demōſtratio per illam cauſam:quia.ſ.mathematica ſunt ſeparata a motu.Quare cum in deo oportet ponere rationem finis & boni ſiue perfectionis,vt ifra videbitur: neceſſe eſt ergo ponere in ipſo actionem qua mouet ſeu agit aut operatur intendens in ſeipſum vt in bonum & vltimum omnium perfectionum. Vnde dicit Philoſophus.x.Eth. Viuere omnes ſuſpicati ſunt deos.ergo & operari:non autem dormire ſecūdum ꝙ dixit Thales Endimiona Philoſophus: qui negauit vitam ineſſe diis:& amouit ab eis omnem operationem,tanq̄ nō eēt opatio niſi diſpoſitio īperfecti:& ꝑ opationē ꝑfectionē ſibi acqrentis,ſecūdū ꝙ ꝓcedit ſcda rō. ¶Ad quā dicēdū tā de actiōe quā agit res ī ſeipſa tanq̄ opationē,q̄ de actiōe quā agit tāq̄ factionē trāſeuntē in rē extra:ꝙ vtraq; duplex eſt.

E Ad ſcd̄m. Actio em̄ q̄ eſt operatio nō ꝓpter aliqd operatū:ſed ꝓpter ſe:aut eſt aliud re ab ipſo agente:aut eſt ipſa ſubſtantia agentis. Primo modo reuera aſſimilatur motui. Eſt em̄ quaſi emanatio vel progreſſus ab agente:vt calere in calido:& ſplendere in luce: quo agēs acquirit ſibi eſſe perfectum:& ſine quo eſſet imperfectum. Propter qd̄ eſt q̄ſi motus & actus imperfecti ſecundum ꝙ imperfectum eſt. Vnde ſi in ſua eſſentia eſſet perfectum ſimpliciter, impoſſibile eſſet ei conuenire talem actionem.Qm̄ ſimpliciter perfectum,ſine omni motu & actione perfectionem ſuam habet : & qd̄ nō eſt hmōi,per motum vnum vel plures neceſſario ꝑfectionem ſuam ſibi acquirit:& quod ſimpliciter & omnino eſt imperfectum:& non poteſt niſi modicam perfectionem acquirere:quaſi eſt in quiete:& ſine motu & operatiōe:vel modicam habet.ſecūdum ꝙ determinat Philoſophus in ſecundo cę.& mū.Et ſecundū hoc operatio ſecundo modo,qualis eſt opatio dei vt infra patebit,nullo modo aſſimilatur motui,ſed magis vacationi:vt perfectio ſimpliciter ſit opatio quæ eſt vera vacatio oppoſita operationi ſecundo modo. Vnde quāto minor eſt opatio primo modo:& magis ad ſimplicitatem operationis accedit ſecundo modo: tanto eſt operans perfectius & beatitudo eius maior:ita ꝙ omnis operatio primo modo ordinatur finaliter ad operationē ſecundo modo:& quanto operatio primo modo magis habet de diſtantia a ſimplicitate operationis ſecundo modo, tanto magis diſtat a perfectione finalis beatitudinis, & a remotiori ad ipſam ordinatur. Propter quod perfectio omnis in vita actiua & virtutibus moralibus ordinatur finaliter ad perfectionem vitæ contemplatiuę quæ conſiſtit in virtutibus ſpeculatiuis.dicente Philoſopho.x.Eth. Videť felicitas in vacatione eſſe.non vacamus em̄ vt vacem⁹:& bellamus vt pacem ducamus. Politicę autem operationes non vacantes ſunt,& finem aliquem appetūt. Intellectus autē operatio differre videtur ab aliis honorificētia & nobilitate:& præter ipſam nullum appetere finē præter complementum ſuiipſius. Vnde & ſecundum gradus dictorum modorum operationis diſtinguūtur gradus rerum in ordine vniuerſi.ſecundum ꝙ Commen.exponit prædictam determinationem Phi dicēs.Ordines videnť quatuor:& quilibet ordo habet latitudinem pręter vltimum.

F Ordo ergo primus eſt ordo entium quæ comprehendunt nobilitatem perfectam ſine operatione: & diuerſificantur ſecundum magis & min⁹.hæc autem ſunt entia abſtracta.Quod dicit ſine operatione,intendit de operatione primo modo. Vnde aperte ponit in qualibet ſubſtantia abſtracta non aliud eē operationem q̄ eius ſubſtātiam:& ſic quālibet earum eſſe deū quēdā,vt dictum eſt ſupra: ita tamen ꝙ ſit gradus & ordo deorū: quorꝫ vnus eſt primus,aliter enim iſte ordo non haberet latitudinem.Secundus ordo eſt eorum quæ appropinquant ꝑfectę nobilitati ꝑ operationem:& hęc ſūt duobus modis:aut per modicam operationem:& hæc non inuenitur niſi in motibus cæleſtibus:& eſt primus orbis:aut ꝑ multam:& hęc inuenitur in aliis corporibus cæleſtibus & in homine.Tertius ordo eſt eorum quæ non poſſunt comprehendere nobilitatem propinquam nobilitati perfectę : neq; multa operatione neq; modica:ſed ſtatim compꝛhendunt nobilitatem minorem propinquam ꝑfectę nobilitati:& hoc ꝑ modicam opationē.& eſt in aliis animatis.Et quilibet iſtorum triū latitudinem habet.Quartus vero eſt terræ:quæ nō poteſt comꝑhēdere nobilitatem ꝑ opationē:ſed fere per quietem tm̄.& iſte ordo valde diſtat a primo, q̄uis vterq; eorum ſit ſine operatione:& in



ſonarum agentium eas,vt dictum eſt ſupra:idcirco perſonę illę nullum ordinem omnino habent
inter ſe in agendo hmōi actiones.Propter qđ neceſſe eſt ꝙ eas agāt nō ſcđm aliquas proprias ra
tiones vt ſunt ſinguli: ſed ſecundum vnam rationem communem,vt ipſa ſunt vnum:licet illud
commune ſub ratione qua eſſentia,non ſit pręciſa ratio reſpectu actus creandi:quia requiritur ra
tio verbi vt eſt vniformiter perfectio actus intelligendi trium:& ſimiliter ratio amoris procedē
tis vt eſt vniformiter perfectio actus amandi trium:ſecundum ꝙ declaratum eſt in quadā quæ
ſtione de quolibet.Iſtę vero actiones manentes intra,eo ꝙ nullo ordine ſequuntur eſſe trium per
ſonarum agentium eas:ſed cuilibet perſonę conueniunt ſecundum modum quo habent eſſe in ſe
deitatis,vt eſt ratio illas actiones eliciendi:idcirco perſonæ ipſę in agendo hmōi actiones eundem
ordinem rationis habent inter ſe quo habent illam rationem agendi. Propter qđ neceſſe eſt ꝙ hu
iuſmodi actiones agant ſcđm ſuas proprias rationes prædictas vt ſinguli ſunt:& non ſecundum
X vnam rationem communem: neq; vt vnum ſunt in ea. ¶Ad cuius intellectum ſciendum eſt ꝙ
omnia eſſentialia patri ex ſe & non ab alio conueniunt:de quorum numero ſunt ratiōes actuum
eſſentialiū manentū intra:& etiā ipſi actus:cuiuſmodi ſunt intelligere ſeu ſapere:& velle ſeu dili
gere.Super ipſum autem intelligere vt eſt actus eſſentialis, fundatur dicere vt eſt actus notiona
lis.Et ſimiliter vis dictiua notionalis ſuper vim intellectiuam eſſentialem.Quis enim dicere non
ſit præciſe ipſum intelligere: dicere tamen non eſt ſine intelligere, nec poteſt eſſe. Sed intellige
re eſſentiale quantum eſt de ſe, eſt ſine dicere notionali in aliquo.Intelligere enim eſſentiale
conuenit filio & ſpiritui ſancto: non autem dicere notionale.Propter qđ dicere & intelligere ne
ceſſario non ſolum differunt ratione, ſed cum hoc habent aliquem ordinem rationis inter ſe;



vt intelligere ſit quaſi primū,dicere vero quaſi ſecundū. Cū vero per actū dicendi procedat a pa
tre filius vt verbum dictum & conceptum in mente paterna vt paterna eſt ſiue patris ſolius,ſimi
liter neceſſe eſt vt non ſolū dicere & verbū differant rōne,ſed ꝙ etiam habeant ordinem aliquem
ratiōis inter ſe. In verbo aūt vt iam productum eſt,& exiſtit perſona filii per generationē & actū
dicendi:habentur cōmunicata filio a patre omnia eſſentialia patris, & quæ pertinēt ad actiuā ſpi
rationem.iuxta illud Ioā.xvi.Omnia quęcūq; habet pater mea ſunt.& Ioan.xvii. Omnia mea tua
ſunt,& tua mea ſunt. Et propter hoc a verbo producto per vim intellectiuam quam habet a pa
tre,procedit actus intelligendi idem qui a patre, & ſimiliter actus volendi eſſentialis a voluntate
ſibi cōmunicata a patre:q neceſſario(ſcilicet actus volēdi & intelligendi filii)rōne differunt a per
ſona hmōi actus eliciēte:& ſimiliter ordinem quēdam rōnis habent inter ſe.Et ſic iſta quatuor,in
telligere patris vt patris eſt,dicere patris,verbum ipſum productum,& intelligere, neceſſario in
ter ſe differunt ratione,& ordine quodam rationis:& eodem modo velle eſſentiale cōmune patri
& filio,& ſpirare, & perſona ſpūs ſancti producta, & ipſum velle eſſentiale aut intelligere eius vt
ſpiritus ſancti eſt.Et ſic omnia hæc differentiam & ordinem rationis habent inter ſe:pater,intel
ligere aut velle eſſentiale patris vt patris eſt,dicere patris,verbum dictū:intelligere aut velle eſſen
tiale verbi vt filii eſt,ſpirare patris & filii,pſona ſpūs ſancti,velle aut intelligere vt ſpūs ſancti eſt.
Ad cui⁹ differētię & ordinis intellectum anteq̄ deſcendamus & applicemus iā dicta ad propoſi
tum, aduertenda ſunt primo quędam pertinentia ad ordinem:deinde quędam alia pertinentia
ad modum explicandi vnumquodq; ſecundum propriam rationem ſuam quam habet in ſuo or
dine, per quam habet differentiam a quolibet aliorum ordinatorum in eodem ordine. ¶De pri
mo igitur ſciendū, ꝙ in creaturis quadruplex ordo inuenitur,ſcilicet gradus naturalis,ſucceſſio Y
nis,originis,& rationis. Ordo gradus naturalis eſt in partibus vniuerſi: quemadmodum mun
dus ſecundum Phm.xii.Metaphy.eſt vnus ordine partium inter ſe & ad primum principium:ſi
cut exercitus eſt vnus.A prima enim materia quę eſt in īfimo in creaturis,vſq; ad primam formā
ſeparatā quę deus eſt, omnia intermedia ſecundum gradus naturæ ordinem habent ſupra gra
dū primę materię,& citra gradum primę formæ.Ordo ſucceſſionis triplex eſt,ſcilicet ſucceſſionis
naturalis,ſitualis,& duratiōis.Primo mō eſt ordo inter nō eſſe cuiuſlibet creaturę & eius eſſe. Se
cūdo modo eſt ordo illorū q̄ ſitū habēt in magnitudine aut in loco. Tertio mō eſt ordo vel vnius
duratiōis ad aliam:vt æternitatis ad ęuū,& ęui ad tēpus: vel eorū q̄ ſunt in tpe inter ſe.Ordo ve
ro originis eſt lucis ad ſplendorem in igne.Ordo autem rationis eſt inter ens,verum, bonum, in
vnoquoq; ente.Et in quolibet horum modorum vt ſunt in creaturis,ſine vllā contradictione reci Z
piūtur prius & poſterius.In ordine enim ſecundū gradus naturæ ſemper eſt prius qđ eſt gradus
ſuperioris, & poſterius qđ eſt gradus inferioris.In ordine vero ſucceſſionis naturalis prius eſt nō
eſſe vniuſcuiuſq; creaturę q̄ eius eſſe. In ordine autem ſucceſſionis ſitualis illud ſemper eſt prius
qđ eſt propinquius alicui termino determinato: vt reſpectu circūferentię illud eſt prius qđ ſupe
rius eſt.reſpectu vero centri illud eſt prius qđ eſt inferius.In ordine durationis vnius ad aliam:il
la eſt prior quę eſt ſimplicior & permanentior:vt ęternitas ęuo:& ęuum tempore.In ordine vero
durationis temporalis illud eſt prius quod eſt propinquius ſigno determinato in tempore: vel
præterito,vt illud quod magis diſtat a præſenti:vel futuro, vt illud qđ eſt propinquius præſenti
ſicut dicit Philoſoph⁹.iiii.Phy.In ordine autem rationis illud eſt prius: qđ prius natū eſt mouere
intellectum vel rationem vt de ſe formet conceptum. Quēadmodum in qualibet creatura prior
eſt ratio entis q̄ ratio veri,& ratio veri q̄ ratio boni,ſecundum ꝙ ſępius tactum eſt ſupra.Horum A
autem quatuor modorum ordinis primus & ſecundus nullo modo reperiuntur in diuinis.Non
gradus:quia in diuinis non eſt niſi vna natura ſimplex,vt patet ex ſupra determinatis.Non ſuc
ceſſionis:quia non eſt in diuinis niſi ſimplex ęternitas fixa manens.Tertius aūt modus indubitan
ter ponitur in diuinis:quia ibi eſt qui a nullo & a quo alius,& qui ab aliis,& a quo nullus.Eſt em̄
pater a nullo ſed ab ipſo filio,& a patre filius & ſpiritus ſanctus, & ab illo nullus. Quartus vero
modus qui eſt ordinis rationis non multum conſuetus eſt poni in diuinis:qui etſi nullo modo po
natur in diuinis ex parte ipſorum,ſcilicet inter attributa comparata inter ſe,neq; inter attributa
eſſentialia vt comparantur ad perſonalia: neq; vt eadem eſſentialia comparantur ad ſeipſa vt ha
bent ineſſe in diuinis perſonis, neq; etiam vt conſiderantur in aliqua iſtarum trium compara
tionum in reſpectu ad intellectum diuinum,de quo tamen debet eſſe ſermo inferius: neceſſe ta
men habemus eum ponere ex parte intellectus noſtri. & hoc non præciſe & omnino ne vanus ſit
hmōi intellectus,ſi nullo modo ortū ſumet a reb⁹: immo ortū habet ordo ille in intellectu ab eis
quę cōſiderat i diuinis.Ex natura em̄ differētię ſuę ſcđm rōnē quā habēt vt cadūt i cōſideratiōe i

tellectus,eſt in eis aptitudo vt creatus intellectus ĩ intelligendo diſcurrat ab vno in alterũ,ordina
tim ea concipiendo:& per hoc ſit ordo per ſe conceptuum de eis formatorũ in intellectu: & nul-
lo modo eorũ quę cõcipiũtur,niſi inquãtum cadunt in hmõi conceptibus ordinatis,vt ſcd̃m hoc
quẽadmodũ in diuinis perſonis eſt ordo originis in ſeipſis ex parte rei nõ ex reſpectu ad aliquem
intellectum:quia ab iſto habet eſſe ille:ſic in eis quę in diuinis differũt ſola rõne eſt ordo ratiõis,
etſi nullo modo in natura rei, tñ vt cadunt in ordinatis cõceptibꝰ noſtri intellectus,vt infra decla
rabitur oſtendendo quõ talis ordo eſſentialiũ eſt in omni intellectu diſcurſiuo nõ ſimplici, vt eſt
B intellectus diuinus. De eis vero quę pertinent ad modũ explicandi vnũqđq; ordinatorum ſecũdũ
propriam rõnem quã habet in ſuo ordine , Sciendũ ꝙ licet dictiones impoſitas ad ſignificandũ ea
quę inueniunƭ circa creaturas,trãſferimus ad diuina,ſcd̃m ꝙ patet ex ſupra determinatis: Ratio
nes tñ proprias ordinatoꝝ quę exprimũtur huiuſmõi noĩbus prius,poſterius, ſuperius,inferius,
& hmõi,in hoc oẽs cõcordant,ꝙ in diuinis nõ ſit ponere eas , ſicut neq; magis & minus ſeu ma-
ius & minus. Tñ difficile eſt quibuſdã intelligere, ꝙ in aliquibꝰ ſit ordo, quin eo modo quo poni
tur in eis ordo:etiã ponatur in eis prius & poſterius:vt ſi in aliquibus ſit ordo ſcd̃m locũ, & priꝰ
& poſterius ſcd̃m locũ:ſi ſcd̃m tempus,& duratione͂,aut ſcd̃m naturam:& ſimiliter prius & po-
ſterius ſcd̃m tẽpus & duratione͂,aut ſcd̃m naturã:ſi ſcd̃m origine͂: & ſimiliter prius & poſterius
ſcd̃m origine͂:ſi ſcd̃m rõne͂ tñ,ſimilr̃ prius & poſteriꝰ ſcd̃m rõne͂ tñ. Sed reuera etſi prius & poſte
rius ex ſe nõ ſignificarent niſi circunſtantiã rationũ quibus differunt ordinata vt inter ſe ordine͂
habe͂t:& hoc indeterminate ad rõnes differentes cuiuſcũq; ordinis & nõ determinatur eoꝝ circũ
ſtantia ad rationes deitatis differentię ordinatorũ niſi per ordinem cui adiungerentur ſcd̃m mo-
dum iam dictum:nullo tñ modo in ordine rõnis qui ponitur circa attributa eſſentialia,qualicũq;
modo ponenda ſunt prius & poſterius:ante & poſt: ſicut nec in ordine originis:ſed pręciſe in cõ-
ceptibus noſtris,vt infra videbitur. Vnde qñcunq; & vbicunq; aliqñ circa ea quę ſunt in diuinis
mentione͂ facimus aut faciemus de ante & poſt, ſiue de eo qđ eſt prius & poſterius,ſiue in dictis
ſiue in ſcriptis,ſemper illa intelligimus vt ſunt determinationes actus intelligendi in nobis : non
aute͂ alicuius ex parte rei intellectę. Circunſtantię vero quę explicantur hmõi dictionibus:q̃ ſunt
primũ,ſecundũ,tertium,quartũ,& deinceps: nõ tantũ abominarenƭ in diuinis quãtum quæ ex-
plicãtur illis dictionibꝰ quę ſunt prius & poſterius:ante & poſt:& hoc quia illa ſunt cõiora q̃ iſta.
omne em̃ qđ eſt prius aut ante,eſt primũ,& non ecõuerſo. Vnde ſciendũ ꝙ quãtum ad propoſitũ
C ptinet:primũ diciƭ aliqđ dupliciter,aut quia ante aliud:aut quia ab ipſo eſt alius,vel aliud. Et eo-
dem mõ dicũtur dupliciter,ſecũdũ,tertiũ,quartũ,& deinceps. Diciƭ em̃ ſecũdũ,aut qa eſt poſt ali
qđ vnum qđ eſt prius:& tertium,quia eſt poſt aliqua duo quę ſunt priora: & ſic deinceps:aut di
citur ſecundũ quia eſt ab aliquo vno primo:& tertiũ quia eſt a duobꝰ,& ſic deinceps. Primo modo
primũ ſynonymũ eſt cũ eo qđ eſt añ:& ſecũdũ,tertiũ,& deĩceps,cũ eo qđ eſt poſt. Vñ ſi nulla ee͂t
alia ſignificatio eius qđ eſt primũ,ſecũdũ,tertiũ:quẽadmodũ nõ recipimꝰ in diuinis prius neq; po
ſterius,nec ante,nec poſt:ſic nullo mõ reciperemꝰ in diuinis primũ,ſecũdũ,tertiũ,nec aliqđ hmõi.
Scđo aũt mõ primũ,ſecũdũ,tertiũ & deinceps oĩno alterius ſignificationis ſunt q̃ priꝰ & poſteriꝰ.
Vnde qa differe͂tia ordinatoꝝ ordine originis ſumiƭ penes a quo eſt alius,& qui eſt ab alio,& q eſt
ab aliis:ideo iſto ſcđo modo primũ,ſecũdũ,tertiũ compete͂ter aſſumunƭ in ordinatis ordine origi
nis:vt pſona q̃ nõ eſt ab alia,ſed a qua alia,dicaƭ prima:q̃ vero eſt ab alia,& ab illa alia,dicaƭ ſcđa &
media:quę vero ab aliis & a qua nulla,dicatur tertia.& hoc nõ ſolũ ex reſpectu ad intellectũ quẽ-
cunq;:ſed ex natura rei in ſe. Sicut aũt primũ & ſecũdũ recipiunƭ in ordine originis ꝓpter eorũ ſi-
D gnificatione͂ qua dicũt ab hoc eſſe hoc : ſic cõpetenter accipi poſſunt in ordine rõnis,& hoc in qui
buſcũq; eſt ordo rõnis,ꝓpter cõgruente͂ eoꝝ ſignificatione͂ quã poſſunt habere in cõnotãdo ꝓgreſ
ſum actus intelligendi ab hoc in hoc.& hoc nõ p̃ciſe & oĩno ex parte intellectus noſtri,vt iam di-
ctum eſt de ordine rõnis:ſed aliquo modo ex parte rei.ſ.originaliter: & hoc qa ipſa ordinata nata
ſunt ſic concipi ab intellectu noſtro diſcurre͂do ab vno in aliud. Quę em̃ ſic ſe habe͂t:vnũqđq; eo-
rũ natũ eſt mouere intellectũ ſcd̃m rõnem ſuã quã habet in ordine vt intelligit illa intellectus diſ
curſiuus,qui diuerſos cõceptus nõ format niſi in te͂poris ſucceſſione,ſiue diſcreti,vt intellectꝰ an-
gelicus, ſiue cõtinui,vt intellectus hũanus.ſm ꝙ dicit phs:ꝙ intelligere noſtrũ eſt cũ cõtinuo &
tp̃e:& ita nõ format diuerſos cõceptꝰ niſi vnũ poſt aliũ. Talis inquã intellectus ſicut quãtũ eſt ex
parte ordinatiui cõceptorũ ab ipſo:natꝰ e͂ diſcurrere ab hoc ĩ illud & nõ ecõuerſo:ſic qđ ab eo na-
tũ eſt cõcipi primo,non eſt natũ cõcipi ſcđo,nec ecõuerſo. Ita ꝙ etſi concipiat prius id qđ natũ eſt
concipi ſecundo, & ecõuerſo:qđ tame͂ cõcipit prius non concipit primo:neq; qđ concipit poſteriꝰ
cõcipit ſcđo:qa poſterius cõceptũ nõ cõcipitur a priori cõcepto:quẽadmodũ principiũ nunq̃ cõci



piƭ a cõcluſione,licet id concipiat poſt cõcluſione͂. Nũq̃ aũt dicetur aliquid concipi primo niſi
vt ab illo cõcipitur aliud:neq; ſecũdo,niſi vt cõcipitur ab alio:vt ſic omnino differãt primum
& ſecundũ a priori & poſteriori:& in ordinatis ordine rationis ſecundũ modum p̃dictũ,poſſit
accipi primũ & ſecundũ modo iam dicto,ſcilicet cõpletiue ex parte intellectus, & originaliter
ex parte rei intellectę:Prius aute͂ & poſterius, nõ niſi ex parte ſolius intellectus noſtri:vt illud
qđ eſt prius,poſſit eſſe poſterius,& ecõuerſo:illud aute͂ qđ eſt primũ,non poſſit eſſe ſecundum
aut tertiũ,nec ecõuerſo,nec in ordine rationis ex parte intellectus, ſicut neq; in ordine origi-
nis ex parte rei,ſecundũ ꝙ amplior erit de hoc ſermo inferius. ¶Sic ergo ꝙ ordo ratiõis & pri E
mũ,& ſecundũ,& huiuſmodi circa diuina ſint ex parte intellectus noſtri, hoc nõ cõtingit niſi
quia intellectus noſter ea quę cõſiderantur in diuinis nõ eſt natus cõcipere niſi per diſcurſum
Nõ dico ſolum diſcurre͂do poſt vnũ in alterum,vbi primũ non eſt ei naturaliter via trãſeundi
in cognitione͂ alterius: quemadmodum poſt concluſione͂ poteſt diſcurrere ad conceptũ prin-
cipii,in cuius cognitione͂ cognitio concluſionis non eſt via: ſed diſcurre͂do ab vno in alterum
vt cognitio vnius ſit via tranſeundi ad cognitione͂ alterius:quia illius ſecũdi cognitio cogni-
tione͂ primi includit. Et ideo ſicut ĩ ordine originis primũ eſt illud a quo aliud,& ſecũdũ quod
ab alio:Sic in ordine rationis primũ eſt illud a quo diſcurritur in aliud:& ſecũdũ in qđ diſcur
ritur ab alio. Quę etſi nullo modo reciperẽtur in diuinis ex natura rei niſi originaliter,tamen
recipi debe͂t in eis ex parte & ex natura intellectus noſtri:vt cõſiderenƭ ſicut determinationes
actus intellige͂di intellectus noſtri diſcurre͂tis dicto modo:non aute͂ alicuius ex parte rei. Et ſe
cundũ hunc modũ intelligimus in oĩbus dictis noſtris & ſcriptis,primũ,ſecũdum,tertiũ,& ſic
deinceps,vbicũq; me͂tione͂ fecimus aut faciemus de eis: vt ſecundũ hoc ſi dicamus ꝙ in deo in
telligere eſt primũ,& velle ſecundũ:aut ꝙ verũ eſt attributum primũ,bonũ vero ſecundũ : vt
ꝙ eſſentia diuina eſt prima,reſpectus vero vel relatio fundata in ipſa eſt ſecunda:aut ꝙ patri
intelligere & oĩa eſſentialia cõueniunt primo,filio vero ſecũdo,ſpiritui ſancto aute͂ tertio, hoc
nõ intelligimus niſi vt primũ,ſecundũ,tertiũ,ſunt determinationes ſolius actus intelligendi
noſtri:non aute͂ alicuius ex parte rei intellectę. Vnde ſi quis omnino talia remouere velit a mo
do loque͂di ĩ diuinis: hoc nõ oportet facere propter aliquod inconueniens ex parte rei:ſed ſolũ
ex parte vſus incõſueti ipſorũ nominũ. Sed valde irrationabile eſt vim magnã de nominibꝰ fa- F
cere,cum certum eſt de rebus quas per illa exprimere intendimus. dicente Diony.iiii.c.de di.
no. Irrationabile arbitror & ſtultum non virtuti inte͂tionis intendere: ſed dictionibus . Et non
eſt diuina intelligere volentium propoſitũ:ſed ſonos leues percipientiũ, & nolentiũ ſcire quid
quidem qualis dictio ſignificet, quomodoue eã oporteat & per alias æque potentes & manife-
ſtiores dictiones declarare &c. Vnde quia loqui non poſſumus de diuinis niſi nominibus tranſ
latis a creaturis:& illa proprietatem rei nõ poſſunt exprimere pfecte: aut omnino oportet nos
tacere & nihil omnino loqui de diuinis:aut loqui aliquãdo ĩproprie aliquãtulũ. iuxta illud qđ
dicit Aug.ſup Io.ſerm.xix.expone͂do illud Io.v. Non poteſt filius a ſe quicq̃ facere,dicens. Et ſi
nec explicatũ aliquid dixerimus: quia nec explicatũ aliqđ intellexerimus : aliqñ quippe ſermo
deficit,vbi intellectus ꝓficit:quãto magis ſermo patiƭ defectione͂,qñ intellectus nõ habet perfe-
ctione͂? ¶Ad propoſitũ igiƭ redeuntes dicimus:ꝙ quia diuinę pſonę in agendo actiones tranſeũ G
tes in productum extra, nullũ oĩno ordine͂ habent inter ſe:ideo eas agunt nõ vt ſinguli:ſed vt Reſponſio.
vnũ,& ideo ſcd̃m vnã p̃ciſam ratione͂. Actiões abſolutę mane͂tes intra nõ trãſeũtes in aliquod
productũ intra vel extra:quia diuinæ pſonæ eas agũt ordine quodã rationis intellectus noſtri,
ideo eas agunt vt ſinguli,non vt vnũ:& ideo neq; ſcd̃m vnam p̃ciſam rationem. Propter quod
perſona a qua alia perſona habet ꝙ illas agat : non dicitur ꝙ agit eas per illam : ſicut dicitur
ꝙ per illam agit illas præcedentes. Et ſicut eſt de intelligere eſſentiali: ſimiliter eſt & de velle
eſſentiali:& ſicut eſt de velle & intelligere eſſentiali patris reſpectu filii: ſic eſt de intelligere eſ-
ſentiali & velle patris & filii cõmuniter reſpectu ſpiritus ſancti. Ille autem ordo in actionibus
manentibꝰ intra,patet ex iã dictis:qa em̃ intelligere ee͂ntiale patris,vt patris eſt,fundame͂tũ eſt
actus dicendi: a fundamento in id qđ fundaƭ ſuper ip̃m,intellectus noſter natus eſt ordine na-
turalis rationis diſcurrere,& nõ ecõuerſo. Et ſimiliter qa dicere eſt actus ꝓductiuus verbi, q̃ſi
medius inter dice͂te͂ & verbũ dictũ:diſcurrere natus e͂ ad dicere in verbũ dictũ. Silr̃ quia a ver
bo dicto agiƭ actus intelligendi eſſentialis:& id a quo ꝓcedit eſt vt principiũ eius:ideo diſcurre
re natus eſt ab ipſo verbo in ip̃m intelligere. Et ſic ordine diſcurſus noſtri intellectus q origine͂
trahit ab ipſa re,intellectus ipſe Primo habet cõcipe intelligere eſſentiale patris: Secundo dice-
re patris: Tertio verbũ dictũ: Quarto intelligere eſſentiale verbi,vt verbi eſt . vt ſcd̃m hoc or-

dine rationis & diſcurſus intellectus noſtri ſe habēt pater ad intelligere eſſentiale vt patris eſt
& filiꝰ vt filii eſt. Et ſicut ē de iſto eēntiali, ſimiliter eſt de oībus aliis, & ſicut eſt de patre reſpe-
ctu filii, ſimiliter eſt de vtroq; reſpectu ſpiritus ſancti. Sic ergo patet ex iam dictis quomodo ſe-
cundū vtrūq; articulorū queſtionis propoſitę cōmuniter oēs diuinas actiones eſſentiales, oēs
diuinę perſonę vniformiter agūt, & quomodo difformiter. Sed p̄ter hoc eſt modus vnus quo
quęlibet diuinarū perſonarū, immo deus trinitas difformiter agit diuerſas actiones cōmunes
eēntiales, cuiuſmodi ſunt velle, ītelligere, creare, gubernare, & huiuſmodi: In hoc videlicet, ꝙ li
cet eadē ratione abſoluta eliciente quę eſt deitas, oēs agat elicitiue: aliis tū̄ & aliis rationibus
reſpectiuis agit aliā & aliā actionē determinatiue ſm modū p̄determinatū: vt ſicut pater alio
reſpectu realis relationis generat, alio ſpirat, & ideo ſunt diuerſę actiōes notionales generare,
& ſpirare, & diuerſimode quodammodo & difformiter generat & ſpirat: ſic deus trinitas alio
reſpectu & alio rationalis relationis intelligit & vult. vt ſint ſecūdū hoc diuerſę actiones eſſen
tiales intelligere & velle: & diuerſimode atq; difformiter quodā modo intelligit & vult.

H Ad primū prin. ¶ Qz ergo arguitur primo, ꝙ oēs diuinę perſonę, oēs actiōes cōmunes diuinas
& eſſentiales vniformiter agūt: quia eadē ratione eliciente & determināte, Dicendū ꝙ verū eſt
ſecundū iam determinata quo ad ſubſtantiā actionū, & quo ad ipſam rationē, huiuſmodi actio
num elicitiuam. Quātum tamen eſt quo ad rationē determinatiuam, quodāmodo difformiter
agunt diūerſas actiones ſingulę perſonę & oēs ſimul. & ſimiliter quo ad modū eliciendi actio
nem per ſe, & per alium, a ſe, & ab alio, etiam diuerſę perſonę eandē actionem bene agunt dif-
formiter ſcd̄m determinatum iam modum. ¶ Ad ſecundū, ꝙ diuinarū perſonarū nulla eſt di-
I Ad ſecūdū uerſitas in agēdo, dicendū ſecundū prędicta ꝙ verum eſt q̄tum eſt ex parte elicitiui, q̄tum ta
men eſt ex parte modi eliciendi & rationis determinantis actū, bene cōtingit diuerſitas: vt di-
K Ad tertiū. ctum eſt. ¶ Per idem patet ad tertiū, quo dicitur ꝙ actio eſt eadē, quorum natura eſt eadem.
Dicēdum ꝙ verum eſt quātum ad ſubſtantiā actionis, & quātū eſt ex ratione elicitiui. Quātū
tamen eſt ex parte determinatorū quę diuerſitatem ſm rationē ponūt in eſſentia, bene poſſunt
actiones eſſe diuerſę ſcd̄m rationem, & etiam difformes quo ad modum eliciendi: vt dictū eſt.

L Ad primū & ſecundū in oppoſi. ¶ Ad primū in oppoſitū, ꝙ diuerſę pſonę difformiter agunt, ſecundū ꝙ quędā agunt a ſe, quę
dā vero ab alia: Et ſimiliter ad ſecundū, ꝙ quædam agit per ſe, quędā vero per aliam: Dicendū
ꝙ verum eſt quo ad hoc: ſed hoc nullam ponit difformitatem in ſubſtātia actionis neq; in mo-
do eliciendi q̄tum eſt ex parte elicitiui, in quibus conſiſtit conformitas ſimpliciter.

M Quę. VIII Argu. i. Irca octauum arguitur, ꝙ in deo nulla ſit actio manens intra, non terminatā
ad aliquid extra. Primo ſic. Phus dicit. ii. cę. & mun. Res bona cōpleta eſt exi
ſtēs abſq; operatiōe. vbi dicit Cōmē. Et eſt in rei veritate illud cuius actio eſt
ſua ſubſtātia, ſcilicet intellectus abſtractus, qualis maxime eſt intellectus dei:
vt habitum eſt ſupra. Sed ſi haberet actionē manentē intra, non eſſet bona &
cōpleta abſq; operatione. quoniā (vt dicit in primo eiuſdē) omnis res cuius
eſt operatio, ſit propter operationem ſuam. Omne autē qđ eſt propter aliud, bonitatis ſuę com
plementū recipit ab illo. Illud enim propter qđ finis eſt, & bonū & finis idem. ii. meta. ergo &c̄.
2 ¶ Secundo ſic. Omnis actio eſt aliquid per ſe & immediate elicitū a principio elicitiuo. Etſi em̄
aliquid ſit principiatum ab agēte, immediatius tamen elicit actionē q̄ principiatum quod pro-
ducit per ipſam: quia actio ſemper eſt media inter principium & principiatū. In deo autē nihil
poteſt elici per ſe & immediate a principio elicitiuo, manēs intra: quia principium elicitiuū oīs
actionis poſſibilis in deo eſt diuina eſſentia: vt habitū eſt ſupra, ſcd̄m quā in deo nihil poteſt ſe
habere per immediationē, niſi reſpectus aliquis: quia p̄ter eſſentiā nihil eſt in deo niſi reſpectus:
vt dictū eſt ſępe. Reſpectus autē per ſe elici nō poteſt a principio elicitiuo: quia tūc eſſet ſubſtā-
tia ipſius actionis: quod nō eſt verū. qm̄ ſm phm. iii. phyſi. eadē eſt ſubſtātia actionis & paſſio-
In oppoſi. nis, q̄ eſt aliquid in paſſo, nō aūt reſpectus in agēte. ergo &c̄. ¶ In cōtrariū eſt ꝙ nobilius eſt eſſe
in actione, q̄ non: quia otium eſt ſicut ſomnus, actio vero ſicut vigilia. deo nobilius ſemper eſt
attribuendum: vt habitum eſt ſupra. ergo &c̄.

N Reſolu. q. ¶ Ad ſciendū quę & qualis actio ſit in deo manens intra, eſt hic aduertendum, ꝙ
iſta ſex, motio, mutatio, factio, productio, actio, operatio, ſi ſecundū proprias rationes cōſideren
tur, differūt abinuicē, q̄uis quo ad quaſdā rationes cōmunes ipſorum cōmuniter quędā acci-
piuntur pro quibuſdā. Motio em̄ mutatio quędā eſt cōmuniter accepta mutatione, pro varia-
tione cōtingente in ſubiecto: ſed proprie ſumēdo mutationē ne: utra eſt alia. Sed cōmuniter ac-



cepta factione, ambę, ſcilicet & motio & mutatio, factiones quędam ſunt, quibꝰ fit aliqua diſpo
ſitio quę prius non erat, a mouente & mutante in aliquid aliud ab ipſo. Idem enim ſecundū ꝙ
idem nō tranſmutat aliquid in ſeipſo. Et cū illa diſpoſitio introducitur nō tota ſimul: ſed ſuc-
ceſſiue pars poſt partē: dicitur motio. Cū vero tota ſimul, dicit̄ mutatio. Factio autē ſecundū
propriam rationē non poteſt dici ſecundū dictum modū motio aut mutatio, quia ſcilicet etſi
aliquid per eā fiat: non tū̄ ſemper requirit in qđ fiat: vt quādo aliquid fit de nihilo, & nō in alio
ſed in ſe exiſtēs: vt eſt ſubſtātiarum creatio. Et ſecundū hoc dicit Phus primo de generatiōe, ꝙ
facere amplius. i. in plus eſt q̄ mouere. Factio autem ſcd̄m omnem rationem ſuam productio q̄
dam eſt: quia factione ſemp aliquid fit vel in prę exiſtēti ſubiecto, vel in ſe ſubſiſtēs de nihilo: ſed
nō eſt ſine innouatiōe. Productio aūt ſm aliquā rationē ſibi ꝓpriā nō pōt dici factio: quia qđ ꝑ
ipſam ꝓducit̄, nō ꝓducit̄ in prę exiſtēti ſubiecto, nec de nihilo: ſed de ſubſtantia ꝓducētis, & eſt
oīno ſine innouatiōe: vt ē ꝓductio diuinarū pſonarū ī deo. Productio aūt ſm oēm rationē ſuā,
actio eſt cōmuniter nomine accepto actionis. Actio autē ſcd̄m aliquam rationem propriam nō
eſt productio: quia per eam nihil aliud vel alius in ſe omnino, ſed alteri perfectio in eſſe acquiri
tur, iuxta illud qđ dicit̄ in ſex prin. Actio nō requirit qđ agit: ſed in quid, qualis eſt generaliter
actio qua agit forma in dādo eſſe proprię materię quā informat, iuxta illud qđ dicit̄ in lib. de ge
neratione. Agere proprium formę eſt, pati aūt alterius potētię. ſcilicet materię. Actio autē ſecū
dum omnem rationē ſuam eſt operatio cōmuniter accepta operatiōe, quia diſſoluit otium, cui
contrariatur operatio. Operatio autē ſcd̄m propriam rationem nō eſt actio ſcd̄m aliquā dicta-
rum rationū, neq; ſcilicet ſecundū quā productio eſt actio, neq; ſecundū quā informatio ad per
fectionē in eſſe actio eſt: ſed operatio proprie eſt actus perfectus rei exiſtētis in actu ſuo perfecto
& eſt proprius vnicuiq; ſecundū ſuam ſpeciem, iuxta illud qđ dicit Phus in fine. iiii. meteoro.
Vniuerſa ſunt determinata opere. Quę enim poſſunt facere, ſuiipſius opus eſt ſingulū: quēad-
modū oculus videt: qđ vero non poteſt, ęquiuoce: quēadmodū mortuus aut lapideus. Vn̄ ope
ratio eſt perfectio cuiuſq; exiſtēs in eſſe perfecto: vt eſt ſentire operatio ſenſus exiſtētis ſecundū
actū ſenſitiui, & intelligere operatio intellectus exiſtētis ſcd̄m actum perfectū intellectiui. Cō-
muniſſime autē accepto nomine actionis hmōi operatio actio dicitur. & ſic p̄dicta omnia actio
nes & operationes cōmuni nomine dici poſſunt: ſed nō econuerſo. ¶ Ad queſtionē igitur deſcē- O Reſponſio.
dētes dicimus ꝙ nulla actio q̄ eſt motio aut mutatio intra, cadit in deo ꝓpter ſuā immutabili
tatē: vt habitum eſt ſupra: nec ſimiliter factio propter ſuam ęternitatē quę eſt ſine omni inno-
uatione: vt habitū eſt ſupra ſimiliter. Sed actio quę eſt productio ſcd̄m propriam rationē pro-
ductionis, quę nullo modo eſt factio, illa eſt in deo quo ad intra, quo ad pſonę filii & ſpūs ſan-
cti productionē: vt declarabitur inferius. & ſimiliter actio quę eſt operatio ſcd̄m propriam ope
rationis rationē, & cōmuniſſimā rationē actionis, & cōſiſtit in actionibus eſſentialibus perſona
rū, quę ſunt velle & intelligere, de quibus cōtinuo determinabitur in ſequētibus. Secundū hoc
ergo cōcedendū eſt argumentū ad iſtam partem.

¶ Ad primū in contrarium ꝙ res cōpleta eſt exiſtens abſq; operatione: Dicendū P Ad primū prin.
ꝙ eſt ęquiuocatio operationis. Eſt enim quędā operatio quę eſt actus perfectus rei propter qđ
habet eſſe, & eſt finis eius in eſſe: & alia operatio qua acquiritur rei ſua perfectio in eſſe vt per-
fecte poſſit in illam operationē primā quę eſt ſua perfectio in eē. Operatio Primo modo eſt ope
ratio in ſua perfectiſſima ſignificatiōe accepta, qua diſtinguitur cōtra alia quinq; p̄dicta. & iſtā
dicimus pfectiſſime eē in deo, & in ea cōſiſtit ſua beatitudo: vt determinabit̄ īfra. De qua dicit
Phus in primo cę. & mun. Omnis res cuius eſt operatio, ſit propter operationē ſuā. & operatio
rei diuinę eſt perſeuerantia & pmanētia. & hęc eſt vita ſempiterna: quia vt dicit. xii. metaphy.
Actio intellectus eſt vita. Operatio ſecundo modo eſt operatio cōmuniter accepta pro actione,
productione, & aliis ſupradictis, de qua loquitur. ii. cę. & mun. Qđ plane oſtendit litera ſequēs
illud quod diminute acceptū eſt in argumēto. Iacet enim litera ſic. Res bona cōpleta eſt: exiſtēs
bona abſq; operatione, & nō cū operatiōe qua acquirit bonitatē ſuam. & infra. Res aūt integra
bona nō indiget operatiōe qua fit bona. vbi dicit Cōmen. Cuius ſubſtātia eſt actio. Vnde exē-
pla ponēs de tali operatione in hoīe, operationes hominis dicit exercitiū, venationē, & alia mul
ta quibus acquirit ſanitatem. Et ꝙ aſſumitur in argumēto de prima operatione ꝙ res ſit pro-
pter illā, & recipit ab ea cōplementum ſuę bonitatis, qđ nō cōuenit deo: Dicendū ꝙ huiuſmo-
di operatio aut eſt ipſa rei ſubſtātia & eſſentia, differens ſola ratione ab ipſa: vt cōtingit in deo
aut eſt aliquid p̄ter eā: vt cōtingit in creaturis. De prima operatione. ſ. in deo, nō intelligit̄ il-

lud dictũ Phi,qđ exprimit ꝑ illud qđ dicit,fit propter operationẽ.quia in deo nullũ cadit fiea
Q ri.Dicit ergo illud ſolũ de operatiõe in creaturis.¶Secũda ratio oſtẽdit ꝙ in deo nulla cadit in
Ad ſecũdũ terius actio ſeu operatio omnino,eo ꝙ actio vel operatio ſi eſt in deo manens intra, fundat̃ ſup
diuinã eſſentiã,cui nihil additur manẽs intra niſi reſpectus.qđ verũ eſt ſecundũ ſupra determi
nata.Et ſic actio vľ operatio ĩ deo nõ eſſet niſi purus reſpectꝰ,qđ nõ eſt verũ:vt ꝓcedit obiectio
Et eſt dicendũ de actione ſiue diuina operatiõe manẽte intra,ſicut dictũ eſt ſupra de aliis attri-
butis,ꝙ in ſignificatione eorũ nõ cadit ꝑciſe reſpectus tanq̃ aliquid ꝑter diuinã eſſentiam, im
mo in ſignificato cuiuſlibet eorũ cadit ipſa eſſentia ſub ratione reſpectus: & ſola ratione vt eſt
ſignificata ſub noĩe reſpectus, differt a ſeipſa vt eſt abſolute ſignificata:vt in actiõe diuina ipſa
ſubſtãtia actionis diuinę ſit diuina eẽntia:ſicut motus eſt ſubſtãtia actiõis in creaturis. Et pro
pter omnimodã ſimplicitatẽ ipſa eſſentia habet rationẽ fundamẽti ex quo elicitur diuina actio
& rationẽ ſubſtãtię actionis quæ elicitur:vt magis patebit infra loquendo de actionibus diui-
R nis intra manentibus.

Artic.XL. Equitur Arti.XL.de actiõe dei quę eſt intelligere,in ſpecia
li.Et circa hoc queruntur ſeptem.
Primum:vtrum deus ſit intelligens.
Secundum:vtrum intelligat ſeipſum.
Tertium:vtrum ſemper & vniformiter intelligat ſeipſum.
Quartum:vtrum perfecte intelligat ſeipſum:ita ꝙ intelligẽdo ſe in
telligat alia a ſe.
Quintum:vtrum vno ſimplici intuitu intelligat ſeipſum & alia.
Sextum:vtrũ intelligere in deo ſit tm̃ eſſentiale,an etiam perſonale.
Septimum:vtrũ ipſi intelligere dei quod nõ eſt niſi eſſentiale,reſpõ-
deat in deo aliquod verbum eſſentiale.

S Irca primũ arguit̃,ꝙ deus nõ ſit intelligẽs.Primo ſic.Intelligere pati quod-
Queſt.I. dam eſt:vt dicitur tertio de anima.Pati autẽ minime cõuenit deo inter oĩa
Argu.1. entia,cum ſit ſumme formalis & abſtractus.ergo &c̃.¶Secundo ſic.Nihil in
2 telligit niſi per hoc ꝙ intellectũ eſt forma intellectus in intelligente.Forma
enim intelligibilis principium eſt omnis intellectualis operationis.ſed intel-
lectus diuinus nullo mõ habet informari,ne ĩ deo ponat̃ cõpoſitio.ergo &c̃.

T ¶Queſtio iſta determinata eſt in ꝑcedentibus. Cum enim,vt habitum eſt,intelle-
Reſpõſio. ctus ſit in deo tanq̃ potẽtia ad intelligẽdum,& habitus intellectuales tanq̃ rationes intelligen
di:tale autẽ qd ex habitu ꝑ intellectũ habet cõcipere obiecta cognoſcibilia,quoq; in ſe habet ha
bitus,qđ eſt intelligere ſiue eſſe intelligentẽ:Ideo oportet dicere ſimpliciter ꝙ deus ſit intelli-
gens. Vnde & deus dicitur a θεῶμαι qđ eſt conſiderare,quia omnia intellectu ſuo conſiderat.
Qđ maxime apparet ex hoc ꝙ in deũ reducit̃ oĩe agẽs & mouẽs motũ,tanq̃ in agẽs & mouẽs
primũ nõ motũ.Cũ igit̃ ſub ipſo ſit quoddã agẽs mouẽs ſeipm̃,qđ nõ mouet ſe niſi ꝑ apprehẽ
ſionẽ & appetitũ:multo ergo fortiꝰ deꝰ primũ mouẽs mouet vt appetẽs & intelligẽs.Aliter em̃
mouens per intellectum eſſet inſtrumentũ eius qđ mouet non per intellectum: & nõ intelligẽs
finẽ prępſtitueret intelligẽti,& imperfectũ prius eſſet perfecto, & eſſet aliqua imperfectio in deo,
quę omnia ſunt inconuenientia.

V ¶Ad primũ in oppoſitum, ꝙ intelligere pati quoddã eſt,qđ non cadit in deo:di-
Ad primũ cẽdũ ꝙ duplex eſt modus intelligẽdi.Vnꝰ ad quẽ intellectꝰ quãtũ eſt de ſe ẽ ĩ potẽtia tm̃,& nõ
prin. in actu,niſi ꝑ agẽs qđ eſt obiectũ ĩtelligibile,qđ nõ eſt penitꝰ idẽ ſibi,nec ſemꝑ ẽ ĩtellectũ ei cõiũ
ctũ ĩ ratiõe mouẽtis aut motiui:ſed qñq; ſic,& qñq; nõ.Aliꝰ vero eſt modus ĩtelligẽdi,ſcđm ꝙ
intellectꝰ intelligẽtis ſemꝑ eſt ĩ actu intelligẽdi,& hoc ꝑ agẽs intelligibile penitꝰ idẽ ſibi,& ideo
ſemꝑ p̃ſens ei ĩ ratiõe mouẽtis ſiue motiui.Prĩo mõ intelligit oĩs ĩtellectꝰ creatꝰ.Et de iſto dicit
Phs ꝙ intelligere eſt pati.Eſt em̃ in eo modus verę paſſionis,per hoc ꝙ intellectiuũ de potẽtia
X diſtãte & differẽte ab actu ĩ actũ reducit̃ ꝑ obiectũ.Scđo mõ ĩtelligit ſolus ĩtellectꝰ increatꝰ: &
ideo ĩ eo nõ ẽ aliq̃s modꝰ verę paſſiõis realis:ſed ſm̃ rationẽ tm̃:queãdmodũ determinatũ ẽ ſu
pra ꝙ ratio paſſiõis cadit ĩ deo,& ꝙ ĩtellectꝰ diuinꝰ habet rationẽ potẽtię. Hmõi aũt differẽ-
tię ĩ mõ ĩtelligẽdi ratio eſt,ꝙ ĩtellectꝰ q̃tũ ad actũ ĩtelligẽdi ĩ creaturis paſſiuꝰ eſt,& vt paſſiuꝰ
ideo ĩ actũ ĩtelligẽdi nõ ꝓcedit niſi ꝑ ſpeciẽ ſiue formã rei ĩtellectę:q̃ prĩcipiũ formale ẽ,& ratio
eliciẽdi actũ ĩtelligẽdi ĩ ĩtellectu.In deo aũt forma ĩtellecta nõ eſt niſi ſua eẽntia,q̃ eſt ratio ĩtelli



gẽdi ſe & oĩa alia,ſecundũ ꝙ eſt ratio omnium diuinarũ actionum:vt habitũ eſt ſupra.Ipſa aũt
eſſentia diuina penitus eſt idipſum re cum ipſo diuino intellectu,& differũt ſola ratione.Qua-
re cum ſibiipſi non poteſt eſſe abſens, non poteſt ſecundũ rationẽ noſtrã intelligendi diuina eſ-
ſentia eſſe nõ mouens ad actum intelligẽdi quęcũq; intelligibilia. Quare cũ idem ſecũdũ rem
non mouet ſeipſum,neq; agit in ſeipſum niſi ſcđm rationẽ noſtram intelligendi,intelligere dei
ſemper in actu ponit̃,& non eſt in ipſo intellectus in potẽtia niſi cõiunctus actui,& ſcđm ratio
nẽ noſtri intellectus.In creatura autẽ forma primo intellecta nõ eſt ſua eſſentia: quia ipſa nõ eſt Y
prima ratio intelligẽdi in intellectu creato , eo ꝙ ipſa eſſentia cuiuſlibet rei vt eſt huius vel il-
lius,ſingularis eſt:& ꝓpriũ obiectũ intellectꝰ creati vniuerſale eſt,qđ eſt ei ratio cognoſcẽdi oĩa
ſingularia ſub ipſo,& ita ſeipſam,quia eſt ſub aliquo vniuerſali:vt ſic intelligat ſe ſicut alia. Il
la autẽ ratio vniuerſalis intellectum non mouet niſi ex habitu intellectuali,vel ex ſpecie exiſtẽ-
te in phantaſmate,vt habitum eſt in quadã queſtione de quolibet.Habitus autẽ re aliud eſt ab
eo cuius eſt habitus.Idcirco intellectus creatus quia ad actũ intelligẽdi ſemꝑ mouetur aliquo
alio a ſe,vere paſſiuus eſt,eductus de potentia intelligẽdi in actum intelligẽdi. ¶Ad ſecũdum, Z
ꝙ intelligibile eſt forma intellectus in intelligente,quod non conuenit intellectui diuino:Dicẽ- Ad ſecũdũ
dum per eundem modum,ꝙ intelligibile eſt forma intellectus:vel vt aliquid diſtans vel diffe-
rẽs quodãmodo ſcđm rem ab ipſo intellectu:vel vt differẽs ſcđm rationem tm̃.Primũ contin-
git in primo genere intelligẽdi,& in creato intellectu tm̃,& nõ in diuino:vt procedit obiectio.
Secundũ vero cõtingit in ſecundo genere intelligẽdi,& in ſolo intellectu diuino:vt iã patebit.

A Irca ſecundum arguitur Primo ꝙ deus nõ intelligat ſeipſum. qm̃ intellectũ
Queſt.II. eſt perfectio intelligentis,& ita nobilius eo. Deus autẽ ſecundũ nullam ratio
Argu.1. nem poteſt poni eſſe nobilior ſeipſo.ergo &c̃.¶Secundo ſic.Actus intelligen
2 di medius eſt inter intelligentẽ & rem intellectã : ſed inter intellectũ diuinũ
In oppoſi. & ſeipſum nulla cadit mediatio oĩno, quia eſt penitus idipm̃.ergo &c̃. ¶Cõ
tra.ſcđm Phm in ſeparatis a materia intelligens & intellectum idem.Deus
autẽ ſumme ſeparatus eſt a materia:vt patet ex pręhabitis.ergo &c̃.

B ¶Ad hoc dicẽdum,ꝙ actio intelligendi eſt actio intelligẽtis,non ab ipſo in aliquid
Reſponſio. extra ipſum tranſiens qđ tanq̃ patiens recipit in ſe huiuſmodi actionẽ,ſicut calefactio ab igne
trãſit in calefactum extra:ſed eſt in ſeipſo exiſtẽs & manẽs,& procedens ab ipſo per actũ intelli-
gibilis nõ trãſeuntis ab intelligibili in intellectũ,& terminatũ ab ipo tanq̃ a mouẽte extra,quẽ
admodũ actus calefaciendi tranſit ab igne in ligna:ſed per intelligibile vt per principiũ forma-
le exiſtens in intellectu eliciti cõmuniter a cõpoſito ex intellectu & intelligibili:queãdmodum
forma agẽtis eſt principiũ proprię actionis,licet ex intelligibili & intelligẽte non fiat vnũ ſicut
ex materia & forma:vt alias expoſuimus in queſtionibus de quolibet.Huiuſmodi actus intelli
gendi ſic in intelligẽte elicitus,licet nõ trãſeat in rem aliam extra ab intellectu & forma intel-
ligibilis eliciẽte,tranſit tñ & terminat̃ in ipm̃ obiectũ intelligibile:vt in actu intelligẽdi ſit qua
ſi circulus incipiẽs ab intelligibili ĩ ĩtelligibili,vt a prĩcipio formali elicitiuo actũ intelligẽdi in
intellectu,& terminatꝰ in idẽ vt ĩ obiectũ formale ipſius actus,queãdmodũ actꝰ vidẽdi incipit
a viſibili extra,& terminat̃ in ipm̃,ꝑter hoc ꝙ ꝑ ſe ſenſibile nõ eſt ꝑ ſe p̃ſens ſenſui:ſed ꝑ ſuã ſpe
ciem ſibi impreſſam.Per ſe autẽ intelligibile ſeipſo obiectiue p̃ſens eſt in intellectu vt obiectum
cognitũ:licet non vt forma impreſſa,ſicut declarauimus in queſtionibꝰ de quolibet. ¶Ad hoc C
ergo ꝙ intellectus intelligat aliquod intelligibile , non requirit̃ niſi ꝙ intelligibile ſit p̃ſens in-
telligẽti vt obiectum intelligibile.Cũ ergo diuina eſſentia ſit ſumme intelligibile,& diuino in-
tellectui ſumme p̃ſens : neceſſe eſt ponere ꝙ deus intelligat ſuam eſſentiã.Ipſe autẽ nõ eſt aliud
q̃ ſua eſſentia:neceſſe eſt ergo ponere ꝙ ipſe ſeipſum intelligat.

¶Ad primũ in oppoſitũ,quia intellectum quaſi formale reſpectu intellectus nobi- D
lius ẽ eo,qđ nõ põt cõtingere in deo,Dicẽdũ ꝙ ſm̃ rẽ aut aliquã rationẽ abſolutã,nihil ẽ ĩ deo Ad primũ
qđ eſt nobiliꝰ altero.Scđm rationẽ vero nõ abſolutã, ſed reſpectiuã bñ cõueniẽs ẽ ĩ deo poni ra prin.
tionẽ magis nobilis & minꝰ nobilis:vt abſolute ſit tãtę nobilitatis ĩ deo ĩtellectꝰ: quãtę ẽ ĩtelligi
bile.Inquãtũ tñ ĩtelligibile ſe habet ĩ ratione formalis reſpectu ĩtellectꝰ,& hoc maxime habẽdo
reſpectũ & cõparationẽ ad intelligibile & intellectũ in creaturis,nobilior ẽ ratio ĩtelligibilis q̃
intellectꝰ.¶Per hoc ad ſecũdũ dicẽdũ:ꝙ ſm̃ rẽ tãq̃ aliquo alio a ſe ĩtellectꝰ diuinꝰ nõ habet ali- E
quo ĩformari:neq; vt forma ĩpreſſa & inhęrẽte,neq; vt forma expſſa & obiecta:q̃a nullo alio a ſe Ad ſecũdũ
ĩtelligit alia a ſe:vt habet declarari diſputãdo quõ deꝰ ĩtelligit creaturas:neq; etiã intelligẽdo

ſeip̄m vel alia a ſe ſeipſo,hoc eſt eſſentia ſua,quę eſt ſibi ratio intelligẽdi ſe & alia a ſe: vt iā vi-
debitur de intelligẽdo ſe,& inferius de intelligẽdo alia a ſeipſa eſſentia ſua. Seu intelligibile q̄d
eſt ipſe , nõ eſt ſcd̄m rem forma intellectus inhęrens vel expreſſa vllo modo obiecto alia ab ip̄o
intellectu: hoc em̄ poneret cõpoſitionem in deo:ſed ſolũmodo ſcd̄m rationem intelligendi ha-
bet rationem formę obiectiue expreſſę:vt dictum eſt:quod non eſt inconueniens.

F
Queſt.III.
Argu.1.

CIrca tertiũ arguit̄,ꝙ deus nõ ſemp & vniformiter ſeip̄m intelligit.Primo ſic.
Simplex ad quodcũq; ſe cõuertit,totaliter ſe cõuertit.intellect⁹ diuinus ſim
pliciſſimus eſt,& cõuertit ſe qñq; ad intelligẽdũ alia a ſe.ergo totaliter ſe cõ
uertit.ſed q̄d totalit̄ ſe cõuertit ad ĩtelligẽdũ vnũ aliq̄d, nõ ſil' ĩtelligit aliud.
2 ergo &c̄.¶Scd̄o ſic.Deus quõ ĩtelligit alia a ſe,ĩtelligit ſeip̄m,& ecõuerſo:q̄a
aliter mutaret̄ a modo intelligẽdi ſeipſum qñ intelligeret alia a ſe.ſed nõ vni
formiter intelligit alia a ſe,q̄a alia & alia ratione,ſicut alia eſt ratio in deo vnius & alterius.q̄m
vnũquodq; aliorũ intelligit ſua ꝓpria ratiõe,vt hominẽ ſua ratione & equũ ſua ratiõe. Alia au

In oppoſi.

tẽ eſt ratio in deo hoĩs & equi & ſingulorũ:vt infra videbitur.ergo &c̄. ¶Cõtra.vbi eſt vna &
eadẽ ratio intelligẽdi & vniformis,& ſemp vniformiter & ęqualiter ſe habet ad intellectũ,intel
ligens vniformiter & ſemp per illã intelligit.in deo ratio intelligẽdi ſe eſt ipſa ſua eſſentia,quia
ipſa eſt ratio omnium diuinorum actuum:vt habitum eſt ſupra: & ipſa ſemper vniformiter ſe
habet ad intellectum diuinum.ergo &c̄.

G
Reſponſio.

¶Dicẽdũ ad hoc,ꝙ ratio quare aliq̄d nõ ſemp idẽ vniformiter intelligit,eſt ꝙ ob-
iectum nõ vniformiter ſe offert,aut p̄ſens eſt intelligẽti,ſicut contingit in intellectu creaturę.
In deo autẽ ſemper vniformiter obiectũ ſe offert & p̄ſens eſt ĩtellectui diuino.Idcirco iuxta hoc
ꝙ procedit vltima obiectio,deus ſemp & vniformiter intelligit ſeipſum.Quare autẽ & in quo
hoc aliter contingit in deo & in creaturis,videbitur infra in ſexta queſtione ſequente.

H
Ad primũ
prin.

¶Ad primũ in oppoſitum,ꝙ deus intelligẽdo creaturã nõ ſimul intelligit ſeipſum
quia totaliter ſe cõuertit ad illã:Dicendũ ꝙ intelligens diuerſa,aut intelligit illa per vnã ſim-
plicem & omnino indiuiſibilẽ rationẽ ſcd̄m rem,aut omnino per diuerſas,aut diuiſibilem quo
dãmodo ꝑ diuerſas.Primo mõ ſolus deus ſeip̄m & oẽs creaturas vna ſimplici ratiõe ſm̄ rem q̄
eſt ſua eẽntia intelligit:ſed ſeip̄m prio & ꝑ ſe.ſed in ſe & ꝑ ſe,q̄a ip̄e eſt ratio oĩm,cognoſcit alia
a ſe,ſecũdo, nõ ordine naturę aut durationis:quia naturaliter vno intuitu ſimplici ſe & alia a
ſe cognoſcit:ſed ſolum ordine rationis noſtrę:multo tamen alio & diuerſo modo a noſtromo-
do intelligendi.dicẽte Auguſt.xi.de ciui.dei.c.xxi.Non more noſtro ille q̄d futurũ eſt proſpi-
cit,vel q̄d p̄ſens ẽ aſpicit,vel q̄d p̄teritũ eſt,reſpicit : ſed alio mõ quodã a nr̄arũ cogitationũ cõ
ſuetudine longe alteq; diuerſo.& infra. Neq; enim eius intẽtio de cogitatione in cogitationem
trãſit,in cui⁹ incorporeo intuitu ſimul aſpicit cũcta quę nouit. Q̄d igitur illo modo intelligit
diuerſa,non tm̄ conuertitur ad vnum illorum,quin ſimul intelligit & aliud. Secũdo modo in
telligũt creaturę diuerſa,vel per diuerſas ratiões,vel ꝑ diuerſas ſpecies vniuerſales diuerſa in-
diuidua diuerſarũ ſpecierũ,vel ꝑ eandẽ ſpeciẽ vniuerſalẽ diuerſa indiuidua ſub ipſa. ¶Ad ſecũ

I
Ad ſecũdũ

dũ ꝙ de⁹ nõ vniformiter intelligit alia a ſe:Dicẽdũ ꝙ ex pte ipſi⁹ modi intelligẽdi ĩ ſe nõ eſt ali
qua diuerſitas in deo in intelligendo diuerſa,licet diuerſis rationibus reſpectiuis propriis rerũ
ipſas intelligat:quia omnes in natura ſimplicis eſſentię diuinę vniuntur:quia ſe primo intelli-
git, & per ſe intelligit omnia alia, inquãtum ipſa in ſe habet rationes idearum.

K
Queſt.IIII.
Argu.1.

CIrca quartũ arguitur,ꝙ deus nõ perfecte ſe intelligit , diſtincte intelligendo
quęcũq; ſunt intelligibilia in ſe.quoniã intellectus in actu formatur ab intel
ligibili in actu.ergo & diſtinctio actus intelligendi ab intelligibilium diſtin-
ctione. Si ergo diſtincte intelligit pluralitatem attributorum & idearum &
huiuſmodi in ſe, ſequitur ꝙ in ſe, etſi non intelligerẽtur , haberent inter ſe
eſſe diſtinctum.& ſic realis eſſet diuerſitas inter hęc. conſequens eſt falſum.
2 ergo &c̄.¶Secundo ſic.Intellectus ſecundum actum ſequitur rationem intelligibilis.ſed in ra-

In oppo.

tione intelligibilis quod eſt diuina eſſentia,omnia illa ſunt vnum & indiſtincta.ergo &c̄.¶Cõ
tra. perfectior eſt intellectus plurium diſtinctus q̄ indiſtinct⁹.cum ergo diuinus intellectus ſit
perfectiſſimus.ergo &c̄.

L
Reſpõſio.

¶Dicendum ad hoc,ꝙ quẽadmodum difficultas in comprehenſione veritatis ſit
duobus modis , & propter ipſas res intelligibiles , & propter ipſum intelligentem : vt vult



Philoſophus ſecundo metaphyſicę: quoniã vt dicit ibidem Cõmen.difficultas in intelligendo
abſtracta,eſt propter nos non propter ſe:quoniam abſtracta a materia quãtum eſt de ſe ſunt na
turaliter intellecta. Difficultas vero in intelligẽdo formas materiales eſt magis ex ſe,quia indi
gent abſtractione, q̄ ex nobis . Conſimiliter imperfectio in comprehenſione & intellectu alicu-
ius cõtingit aut ex parte rei intellectę,aut ex parte intelligẽtis, aut quia intelligibile ex ſe non
eſt natum perfecte intelligi:quẽadmodum materia:quę ſcd̄m Philoſophũ non eſt intelligibilis
niſi per negationem aut per analogiam,& ſcd̄m Platonem nec plene eſt intelligibilis, nec plene
ſenſibilis:aut quia intelligens propter debilitatem & imperfectionem ſui intellectus non eſt na
tus perfecte capere ex ſe intelligibile: quemadmodum(vt dicit Philoſophus)diſpoſitio intelle-
ctus in anima noſtra apud illud q̄d eſt in natura valde manifeſtũ,ſimilis eſt diſpoſitioni oculo
rum veſpertilionis apud lucẽ ſolis. Vbi ergo intelligibile perfecte natum eſt manifeſtari intelli
genti,& intellectus perfecte natus eſt capere & cõprehendere q̄d intelligibile ſibi offert̄,nõ po-
teſt in actu intelligẽdi contingere aliqua imperfectio circa cõprehenſionem intelligibilis, & il-
lorum quorũ eſt ratio cognoſcẽdi,& quę ĩ illo ſunt ſenſibilia ſiue intelligibilia.Intelligibile au
tem diuinum q̄d eſt diuina eſſentia & diuinus intellectus ſunt huiuſmodi.Idcirco omnino ne
ceſſarium eſt ꝙ deus perfecte ſe intelligat intelligendo ſuam eſſentiam,quia ipſa eſt q̄d ipſe:&
ſimiliter quęcũq; ſunt intelligibilia in ipſa:vt ſunt rationes attributorum,& rationes perfectio
num,& rationes idearum.Quare cum nõ eſt perfecta cognitio niſi ſit diſtincta & propria circa
vnũquodq; cognoſcibiliũ, vlterius omnino neceſſarium eſt ꝙ deus oĩm taliũ diſtinctã & pro-
priã habeat cognitionẽ.Propter q̄d dicit Apoſt.i.Corin.ii.ꝙ ſp̃us dei ſcrutat̄ ꝓfunda dei. Scru
tari enim cognitionis & intellectus diſtinctionẽ importat.Profunda autẽ dei ſunt occultiſſima
intelligibilia in diuina eſſentia,quorũ ipſa eſt intelligẽdi ratio,& in qua oĩa illa intelligunt̄ vni-
co ſimplici intuitu,vt idẽ cũ ipſa,ſola ratione differentia ab ipſa & inter ſe: vt infra videbitur.

M
Ad primũ
prin.

¶Ad primum in oppoſitum,ꝙ diſtinctio actus intelligendi cauſatur a diſtinctio-
ne intelligibilium:qualia non ſunt in deo:ne in ipſo ponatur pluralitas realis:Dicendum ꝙ in-
telligibile dupliciter poteſt cõſiderari. Vno modo ſecundũ eſſe q̄d habet in intellectu: vt actua
liter eſt intellectum ab ipſo.Alio modo ſecundũ eſſe q̄d habet in re ipſa intelligibili, non ſecun
dũ ꝙ eſt actu intellecta . Primo modo verum eſt ꝙ diſtinctio actus intelligendi cauſat̄ a diſtin-
ctione intelligibilium.Si enim debet intellectus illa intelligere diſtincte , oportet ꝙ diſtincte ei
obiiciantur.Secũdo modo diſtinguendũ eſt.quoniã in re intelligibili poteſt eſſe diſtinctio intel
ligibilium:Vno modo vt illorũ quę ſunt re diuerſa,qualem habent in cõpoſito materia & for-
ma.Alio modo vt illorum quę ſunt idem re:ſed diuerſa ſolũmodo ratione aut intentione.Pri-
mo modo in diuina eſſentia nulla eſt diſtinctio intelligibilium,nec a diſtinctiõe intelligibilium
prouenit ꝙ diſtincte deus intelligit plura in diuina eſſentia. Secundo autem modo in diuina
eſſentia eſt diſtinctio intelligibilium originaliter ſicut in radice,non completiue, & vt in actu
perfecto,eo ꝙ pluralitas intelligibilium non habet eſſe in diuina eſſentia vt aliquorum abſolu-
torum:quod contingeret, ſi vt in actu perfecto abſq; omni reſpectu ad conſiderationem intel-
lectus ponerẽtur in ipſa & eſſent realiter plura.immo ſolum pluralitas & diſtinctio illorũ ha-
bet eſſe in eſſentia vt eſſentia eſt non niſi originaliter,& ſicut in radice:completiue autem & ſi
cut in actu p̄fecto,in intellectu diſtinguẽte ſcd̄m actũ quę in ipſa eſſentia ſunt quaſi diſtingui
bilia,& vt plura & diuerſa quaſi in potẽtia. Et eſt ſimile ex parte intellectus noſtri de vniuerſa
li q̄d in re extra eſt in potẽtia,in intellectu autẽ in actu,& de genere & de differentiis diuerſis
in ſpecie : quę idem ſunt re in forma ſimplici ſpeciei:ſed intellectus noſter illa intelligit & acci-
pit vt intẽtione diuerſa,& vnũquodq; illorum extra rationẽ & intellectũ alterius : pręter hoc
ꝙ diuerſitas illorum in diuino intellectu eſt ſcd̄m rationem tm̄. Iſtorum vero in intellectu no
ſtro eſt ſcd̄m intentionem:vt habitum eſt ſuperius.Et ita quẽadmodũ intellectus noſter abſtra
hendo & componendo & diuidendo,& operatione ſua intellectuali format ſibi obiectũ vniuer-
ſale vt actu intelligat, & diſtinctionem diuerſarum intẽtionum circa eandem formã ſpecificã:
Sic intellectus diuinus intelligẽdo ſuam eſſentiam vnico ſimplici intuitu in ipſa diuina eſſen
tia,diſtinguit ſuo actu intelligẽdi ſimplici diuerſas ratiões attributorũ perfectionũ & idearum
quas diſtincte eodem ſimplici actu intelligendi intelligit.¶Per hoc patet ad ſecundũ.Licet em̄

N
Ad ſecũdũ

in diuina eſſentia omnia illa ſunt vnum re,& indiſtincta perfectione:ſunt tamẽ in illa vt in ori
gine & fundamento plura ratione & perfectione diſtinguibilia opere intellectus, q̄d ſufficit ad
diſtincte intelligendum illa plura.

O CIrca quintū arguitur, ꝙ deus nō intelligit vno ſimplici intuitu ſeipſum &
Queſt.V. quęcūq; intelligit in ſeipſo.Primo ſic.Intellectus formatur in actu intelligen
Argu.1. di ſm rationem intellecti:quia ipm eſt principium formale eliciendi intelle=
ctualem operationē:vt dictū eſt. Quare cū eſſentia diuina & intelligibilia in
ea,diſtincta ſunt,& diſtincte intelligūtur:diſtincti ergo actus intelligendi eis
2 reſpondēt.quare non vno ſimplici:ſed pluribus illa intelligit.¶Secundo ſic.
Simplex ad quodcūq; ſe cōuertit,totaliter ſe conuertit. Cū ergo diuinus intellectus ſit ſimpli=
ciſſimus,totaliter ſe conuertit ad quodcūq; intelligit.ſed tale vnico ſimplici intuitu nō intelli
In oppoſi. git niſi illud.ergo &c̄.¶In contrariū eſt illud qđ dicit Augu.xi.de ciui.dei.c.xxi.Neq; eius in=
tētio de cognitiōe in cognitionē trāſit, in cuiꝰ incorporeo intuitu ſimul aſpicit cūcta q̄ nouit.
P ¶Dicendū ad hoc,ꝙ cum forma per ſe intellecta vt per ſe obiectū intellectus ſit ꝑ
Reſponſio. ſe & propria ratio formalis actus intelligēdi vt dictum eſt,ex qua in actu intelligēdi fit vnum
inquātum intellectus ſcđm actū eſt ipſum intellectū ſcđm actū,& ecōuerſo: vbi igitur eſt vna
ſimplex ratio formalis intelligēdi pluriū,& vnus ſimplex intuitus quo illa intelligūtur. & vbi
ſunt diuerſę rationes intelligēdi plura,neceſſe eſt ꝙ pluribus actibus intelligēdi intelligantur.
Aliter em̄ ſequeret̄ ꝙ idē ītellectꝰ ſimul eſſet plures ſcđm vnū genꝰ entis:quia om̄e ītelligibile
inquātum intelligibile,habet rationē vnius generis entis in intellectu,licet extra ſit ſub diuer
ſis generibus entis.& illud eſt impoſſibile : ſicut eſt impoſſibile ꝙ idem ſit informatū pluribus
albedinibus.Vnde cū multa in re extra habent vnam rationē formalem in intellectu,illa ſimul
vnico intuitu intelligunt̄:vt partes totius cōtinui, & diuerſę vnitates vnius numeri : diuina
autē eſſentia eſt vna ſimplex ratio formalis qua deus intelligit quęcūq; in ſe ſunt intelligibilia
quia pluralitas intelligibiliū in ipſo nō eſt niſi ſcđm rationes reſpectuū qui fundātur in ipſa eſ
ſentia,& nihil habēt realitatis neq; intelligibilitatis niſi ꝑ ipſam eſſentiā & in ipſa eſſentia:quia
ipſa ſimplex ſubintrat ratiōes oīm reſpectuū attributorū,& ꝑfectionū,& idearū,q̄ diſtinguunt̄
in ea ſm operationem intellectus per hoc ꝙ ipſa ab ipſo diuino intellectu intelligitur , ſecun=
dum quod prędictum eſt.
Q ¶Ad primū ī oppoſitū ꝙ diuina eēntia & q̄ in ea intelligunt̄ diſtīcta ſunt & diſtī
Ad primū cte ītelligunt̄:dicēdū ꝙ verū eſt,nō ſicut obiecta formalia diuerſa diſtīcta inter ſe abſolute abſq;
prin. actu intelligēdi:ſed tanq̄ reſpectus cōcepti circa formale obiectū ꝑ actū intelligēdi cōpletiue di
ſtincti. Nūc autē intelligibilia diſtincta diſtincte intellecta,nō intelligunt̄ diuerſis & diſtinctis
actibus,niſi quantum ſecundū ſe abſolute abſq; conceptione intellectus ſunt formalia obiecta
diuerſa. Quādo vero in vno formali obiecto realiter conueniūt,in quo nullā habent diſtinctio
nē ſed vnitatē:ſed tamen habēt radicē ſecundū quā completiue diſtingui poſſunt in ipſa ope=
ratione intellectus,vno ſimplici intuitu poſſunt intelligi diſtincte vnico actu intelligēdi omni=
R no indiſtincto. ¶Ad ſecundum ꝙ ſimplex vnico ſimplici intellectu non conuertit ſe ſimul niſi
Ad ſecūdū ad vnum:dicendū ꝙ verū eſt ſicut ad per ſe & formalem rationē obiecti.poteſt tamen ad plura
ſimul ſe cōuertere,ſicut ad concepta in illo : maxime quando non diſtinguuntur niſi ſcđm ra=
tiones reſpectuum,ſicut cōtingit in propoſito:vt patet ex iam prędeterminatis.

A CIrca ſextū arguitur,ꝙ intelligere in deo nō tantū ſit eſſentiale, ſed & perſo=
Queſt.VI. nale.qm̄ actio illa qua perſona ꝓducitur,eſt perſonalis.actiōe intellectus pro
Argu.1. ducitur filius,eo ꝙ verbū eſt,& verbū non procedit niſi actione intellectus.
2 Intellectus autē nulla eſt actio niſi intelligere.ergo &c̄.¶Secūdo ſic.Ille actꝰ
eſt notionalis,cuius origo eſt propria vni perſonę & non alii. Intelligere au=
tem cuiuſlibet perſonę eſt huiuſmodi.ſcđm Auguſti.xv.de tri.c.viii.vbi di=
cit,ꝙ ſicut ſui & filii meminit pater memoria non filii,ſed ſua:ita filii & patris meminit filius
memoria non patris,ſed ſua.& ſicut eſt de memoria,ita eſt de voluntate & intelligentia , quia
pater intelligit ſe & filiū intelligentia non filii,ſed ſua.& ſimiliter de intelligentia filii,& ſpiri=
In oppoſi. tus ſancti.ergo &c̄.¶In contrarium eſt.quoniā ſcđm Auguſti.ſapere ſeu intelligere in deo, idē
eſt qđ eē: ſed eē in deo nō ē niſi eēntiale nō notionale:vt patet ex ſupra determinatis.ergo &c̄.
B ¶Dicendum ad hoc:ꝙ in hoc diſtinguūtur actus notionales ab eſſentialibus , ꝙ
Reſpōſio. actus notionales nō conueniunt iidem tribus perſonis: ſed vel vni tm̄,vel ad plus duabus: &
terminātur per ſe ad perſonā:& oriuntur a proprietate ꝓpria vni perſonę: aut ad plus cōmu=
ni duabus tm̄. Actus aūt eſſentiales dicūtur qui cōueniūt tribus perſonis cōmuniter,& termi
nātur indifferēter ad eſſentiā & perſonā:ſicut patet inducēti in ſingulis. Quare cū intelligere



cōmuniter cōuenit tribus perſonis,& indifferēter terminat̄ actus intelligendi ad eſſentiā & ꝑ=
ſonam:& ipſa etiā eius cōmunis ratio eſt eſſentia in qualibet perſona,& vnus cōmunis intelle
ctus in tribus perſonis,vt iam amplius patebit ex dicēdis.Ideo ſimpliciter ponēdū eſt ꝙ intelli
gere in deo ſit actus eſſentialis,& nullo modo notionalis.
¶Ratio prima in oppoſitū difficultatem inducit latentem circa verbi diuini pro=
ductionē modo oꝑationis intellectualis. Et vt nobis circa hoc magis veritas clareat , a noſtro C
intellectu & angelico in cōcipiēdo verbū,ad diuinū intellectū in cōcipiēdo verbū,prout poſſi= Ad primū
bile eſt ꝓcedamus.¶Eſt igit̄ ītelligēdū ꝙ intellectus cōmuniter loquēdo de ītellectu ad creatū princip.
& increatū,dupliciter pōt cōſiderari.Primo mō vt cognitiua potētia. Secundò mō vt natura. D
Prio mō intellectꝰ ī creaturis ē vis paſſiua.In deo aūt eſt q̄ſi vis paſſiua,vt habitū ē ſupra,nata
deduci ad actū intelligēdi ꝑ formā intelligibilis obiecti:q̄ ī ipſo ītellectu ē prīcipiū ītellectualis
oꝑatiōis,vt iā dictū ē.Secūdo mō eſt vis actiua tā ī deo q̄ ī creaturis.Intellectus em̄ vt potētia
cognitiua,eſt tā ī deo q̄ in angelis q̄ in hoībꝰ,inquātū natus eſt ꝑ formā intelligibilis obiecti de
duci ī actū ſimplicis ītelligētię ſiue notitię.q̄ qdē notitia eſt ab vtroq;.ſ.a cognoſcēte & cogni=
to,vt dicit Aug.in fi.ix.de tri.inquātū.ſ.intellectus & ītellectū ſcđm actū,ſunt idē, ſcđm pħm
Per hoc.n.cōcurrūt ī vnitatē effectꝰ:cuiꝰ prīcipiū elicitiuū prīcipale,eſt ipm obiectū formale ī
intellectu,& ītelligēs ſecūdariū:qa ꝑ ipm obiectū.Et hoc quēadmodū ī creaturis totū cōpoſi=
tū agit ꝑ ſuā formā.Intellectꝰ aūt vt natura ī deo ē ipſa potētia ītellectiua ſiue diuina ītelligē
tia exiſtēs in actu ītelligēdi ſimplici notitia ꝑ obiectū formale,ipſam.ſ.diuinā eſſentiā:in quam
vlterius vi ſua actiua naturaliter format in ſe cōceptū ſimillimū ipſi diuinę eſſentię intellectę
in ſimplici ītelligētia.Qui qdē cōceptus verbū eſt declaratiuū & manifeſtatiuū eius qđ intelle
ctū eſt in ſimplici ītelligētia:& actus quo cōcipit̄,dicere eſt:cuiꝰ principiū elicitiuū principale
ipſa intellectiua potētia eſt & obiectū,ꝑ hoc ꝙ q̄ſi informat ipſam potentiā ad actū intelligēdi
ſimplicis notitię:qui neceſſario q̄ſi ſubſtratus eſt actui dicēdi. Pater em̄ ītelligēdo ſuā eſſentiā
actu dicēdi cōcipit verbū ſimillimū ei,vt infra declarabit̄ magis.Ita vt ſcđm iā dicta,q̄ſi cōtra
rio mō ſcđm modū noſtrū intelligēdi ſe habēt ad actū intelligēdi ſimplicis notitię , & ad actū
dicēdi,ipſa paterna intelligētia & diuina eſſentia.Quia actū intelligēdi ſimplicis notitię elicit
principaliter ipſa eſſentia vt eius formale principiū : actū vero dicēdi elicit principaliter ipſa
potētia intellectiua vt eius principiū actiuū.Intellectus aūt vt natura ī angelo,eſt ipſa potētia
intellectiua ſiue angelica intelligētia exiſtēs in actu ſimplicis notitię ītelligēdi obiectū formale
vt ſuā eſſentiā,vel cuiuſcūq; alterius,īquātū vi ſua actiua format ī ſe cōceptū ſimillimū eſſen=
tię rei intellectę ī ſimplici notitia. Qui qdē cōceptꝰ eſt qđ qd eſt ipſius eſſentię:qđ eſt ītētio q̄=
dā rei intellectę ī ſimplici notitia:& ratio ipſius quā ſignificat definitio.Et eſt vltimꝰ terminꝰ
intellectualis oꝑationis: cuiꝰ ipſa eſſentia intellecta erat principiū . Ita ꝙ in appħēſione ſimpli
cis notitię inchoat̄ oīs oꝑatio intellectualis ꝑ formā obiecti ītelligibilis:& in eo qđ qd eſt ꝑficit̄
& ſic habet̄ ꝑfecta notitia de re īcōplexa.Et habēt ſe mō cōtrario ad iſtū actū ſecūdū & primū
intellectiua potētia,& ipſa eſſentia formaliter ītellectui obiecta ſcđm iā dictū modū in deo.Iſtū
aūt actū.ſ.cōcipiēdi qđ qd eſt ſecūdū,oꝑat̄ ītellectꝰ angelicꝰ vt natura,nō vt rō:qa naturaliter
intellecta rei eſſentia in ſimplici ītelligētia,abſq; om̄i diſcurſu ſtatim cōcipit qđ quid eſt de ea.
Intelligit em̄ ſtatim qđ qd eſt in ipſa rei eſſentia:nō via īueſtigationis ſcđm artē īueſtigādi de
finitiue qđ qd eſt,traditā in ſecūdo poſterioꝝ.ſ.primo diuidēdo ſpeciē ꝑ genꝰ primū & primā
differētiā:& vlterius ſubdiuidēdo,et differētias ex vno latere abiiciendo: & ex alio latere colli
gēdo cū genere:quēadmodū cōtingit ī intellectu noſtro.Propter qđ in cōcipiēdo de re qđ qd
eſt,ipm nō cōcipit ītellectꝰ nr̄ vt eſt natura ſimplr̄,ſed vt eſt rō naturalis. Deſcendēdo igit̄ ad E
aſſumptū ī argumēto,ꝙ filius ꝓducit̄ actione intellectꝰ q nō eſt niſi intelligere: Dicēdū ſcđm
iā dicta:ꝙ intellectus diuinus poteſt cōſiderari vt cognitiua potētia, vel vt natura. Et primo
mō eius actio eſt ītelligere:q̄ nō eſt niſi eſſentialis & ſimplicis notitię.Secūdo vero mō eiꝰ actio
eſt dicere:qđ nō eſt niſi actio notionalis:qđ alia actio eſt q̄ ſit ītelligere,ſcđm modū iā determi
natū.Quēadmodū etiā alia actio in angelo & ī nobis eſt intelligere ſimplici notitia eſſentiā rei
& formare de ea qđ qd eſt.Formare em̄ qđ qd eſt,nō eſt ītelligere:q̄uis ſit actus ītellectꝰ:qa in
actu intelligēdi ītellectꝰ ſe habet in patiendo, & obiectū formale in agēdo.In formatione vero
eius qđ qd eſt, principaliter ſe habet in agēdo.Formare em̄ qđ qd eſt,nō eſt obiectiue ītelligere
qđ qd eſt,ſed facere id in quo ꝑfecte intelligit̄ eſſentia cuiꝰ eſt,q̄ ꝑfecte ītelligebat̄ ī ſimplici no
titia.Et cōſilr̄ dicere ſiue verbū cōcipe aut ſorare nō eſt intelligere ī deo:q̄uis ſit actus ītelle=
ctus:ſed dicere ē agere verbū ī quo pater ſeipm & ſuā eſſentiā vt ī ꝑfecta ſilitudine & imagine

eius perfectiſſime intelligit: licet nulla imꝑfectio intelligēdi ſe vel ſuā eſſentiā fuit in eius ſimpliciītellectu eſſentiali ſimplicis notitię. & hoc, ꝙ deo nō cōuenit definitiua ratio explicāda ꝑ verbū: ſicut conuenit eſſentiis creaturarū. Falſum ergo aſſumptū eſt ī argumēto: ꝙ nulla eſt

F Ad ſecūdū. actio intellectus, niſi intelligere. ¶ Ad ſecūdū ꝙ origo actus ītelligēdi nō eſt niſi id qđ eſt propriū ꝑſonę: Dicēdū ꝙ falſum eſt: immo nō niſi illud qđ eſt cōmune tribus ꝑſonis, vt eſt ipſa diuina eſſentia. nulla em̄ alia forma aut ſpecie intelligit deus trinitas quicqd intelligit vel in ſe vel extra ſe: niſi ipſa ſua eſſentia, vt patet de eis q̄ intelligit intra ſe, ex p̄determinatis: & patebit infra de eis q̄ intelligit extra ſe. Et qđ aſſumit de Aug. ꝙ pater nō intelligit intelligētia filii: ſed ſua: ſicut neq͂ meminit: q̄ſi id quo intelligit pater, ſit ꝓpriū ſibi, & ſimiliter filio id quo intelligit filius: Dicēdū ꝙ Aug. hoc dicit ibi ad literā cōtra abſurditatē dicentiū ꝙ ſolus filiꝰ per ſe intelligit: & nō pater, neq͂ ſpiritus ſanctꝰ: niſi ꝑ filiū: vt ꝙ ſolus filius intelligeret ſibi, & patri, & ſpūi ſancto: & eſſet intelligētia ſua, & patris, & ſpūs ſancti: & ſilr̄ de memoria reſpectu patris: & volūtate reſpectu ſpūs ſancti. Ex hoc em̄ (vt dicit) redit ad illā abſurditatē vt pater nō ſit ſapiēs de ſeipſo, nec ſapiētia ſapiētiā genuerit: ſed ea ſapiētia dicat pater eē ſapiēs quā genuit. Vbi em̄ nō eſt intelligētia, nec ſapiētia eſſe pōt: & ꝑ hoc ſi pater nō intelligit ipſe ſibi: ſed filius intelligit patri: ꝑfecto filius ſapientē facit patrē &c. Vn̄ & ſcđm iſtā abſurditatē intelligere nō eſt niſi notionale: qa vt ꝓpriū, ſoli filio cōueniret: & ſilr̄ meminiſſe patri, & velle ſpiritui ſancto. Vn̄ ad euellendā iſtā abſurditatē, dicit Aug. ꝙ ſui & filii meminit pater memoria nō filii: ſed ſua. Intellige: nō filii. ſ. ꝓpria: ſed ſua. intellige ſilr̄ non ꝓpria: ſed cōmuni cū filio: qa illa q̄ eſt patris, etiā eſt filii. Vn̄ ſubdit. Ita ſui & patris meminit filius memoria nō patris. ſ. ꝓpria: ſed ſui. nō ꝓpria: ne aliā ponamꝰ memoriā patris: aliā filii: ſed cōmuni cū patre. Quia tn̄ iſta memoria cōmuni pater meminit vt ī ipſo eſt: nō vt eſt in filio, & filiꝰ ecōuerſo: ideo exp̄ſſe dicit ꝙ pater meminit memoria non filii: ſed ſua: & filius memoria non patris, ſed ſua. de quo habitum eſt in ſeptima q̄ſtione articuli p̄cedentis. Et qđ dictum eſt de memoria, intelligitur conſimiliter de intelligentia & voluntate.

G Quę. VII. Arg. 1. Circa Septimū arguit: ꝙ intelligere in deo nō eſt ſine verbo eſſentiali: & ꝙ in deo neceſſe eſt ponere aliquod verbū eſſentiale reſpōdēs actui intelligēdi, q non eſt niſi eſſentialis. Primo ſic. quicqd eſt in creaturis, eſt effectus cōmunis totius trinitatis. Imago dei in creatura rationali & intellectuali eſt aliqd in creaturis. ergo effectus eſt totiꝰ trinitatis. Quare cū imago creata nō ſit niſi ad imaginē eius qđ eſt in ſua cauſa: imago ergo in creatura rationali vel intellectuali fit ad imitationē eiꝰ qđ eſt cōmuniter in tota trinitate. illud autē non eſt niſi eſſentiale. imago ergo hmōi fit ad imitationē eſſentialis. ſed intelligentia q̄ eſt pars imaginis in creatura, facta eſt ad imitationem verbi. in deo ergo verbum eſt de eſſentialibus.

2 ¶ Secūdo ſic. cū aliqd ſeip̄m cognoſcit: notitia illa eſt proles et verbū eius, vt dicit Aug. in fi. ix. de tri. Mens cū ſeipſam cognoſcit, parens eſt notitię ſuę: & notitia eſt proles eius: ac de ipſa verbū eius. deus aūt trinitas intelligēdo cognoſcit ſeip̄m. ergo notitia illa verbum eius eſt. illa aūt nō eſt niſi eſſentialis: quia totius trinitatis. ergo &c.

3 ¶ Tertio ſic. Anſel. dicit Mon. lxii. c. Pater & filius & eoꝝ ſpiritus vnuſquiſq͂ ſeip̄m & alios ambos dicit. Sed nō eſt dicere ſine verbo: ergo omnes verbum dicunt. ſed nihil eſt cōmune tribus niſi eſſentiale, vt dicit. c. lxi. ergo &c.

In oppoſi. ¶ In contrariū eſt: qm̄ vt dicit Aug. vi. de tri. c. ii. verbum ſolus filius accipit: nō ſimul pater & filius, tāq̄ ambo vnū verbū. Sic em̄ verbū, quō imago. Et in li. cōtra ꝑfidiā Arrianorū. Nō ſicut eſt filius deus de deo: lumen de lumine: vita de vita: ita pōt dici verbū de verbo: qm̄ ſolus filiꝰ verbū: & ſicut patri propriū eſt generare verbū: ita filio ꝓpriū eſt eſſe verbum. Sed tale nullo modo poteſt eſſe eſſentiale. ergo &c.

H Reſol. q. ¶ Huius queſtionis veritatem ex iis quę videmus & experimur in nobis, inueſtigare conemur: vt iuxta dictū Aug. in fi. ix. de tri. ex inferiori imagine in qua nobis familiarius natura ipſa quaſi īterrogata reſpōdet, exercitatiorē mentis aciē ab humana creatura ad lumē incōmutabile dirigamus. Eſt igit ſciendū, ꝙ aliqui nolētes ponere verbū eſſentiale in deo: dicūt iuxta illud qđ in. ix. de tri. dicit Aug. ꝙ oīs res quācūq͂ cognoſcimus, cōgenerat in nobis notitiā ſui. & hoc quia mouēdo intellectū ſicut ꝓpriū obiectū, educit ipſum de potētia intelligēdi ī actū ītelligēdi. Ab vtroq͂ em̄ (vt dicit ibidē) notitia paritur, a cognoſcēte. ſ. & cognito & hoc queādmodū expoſitū eſt iā in q̄ſtionibus p̄cedētibus. Vn̄ mēs cū ſeipſam nouit, ipſa ſola eſt parens notitię ſuę: cū vero nouit aliud a ſe, res illa cū mēte parēs eſt ipſius notitię. Et eſt iſta notitia ipſe actus intelligendi ſiue opatio q̄dā ꝓcedens ab intelligente: ſed tn̄ nō recedens ab eo:



ſed manens in ipſo. Et eſt iſte proceſſus notitia de mente, & hoc in creaturis, nō ſcđm rationē tm̄, ſed ſcđm rem: quia ipſe actus intelligendi in creaturis, aliquid re aliud eſt ab ipſo intelligēte & obiecto intellecto. Et hmōi notitiā, ſiue vt ſcđm ſe eſt cōſiderata, ſiue vt eſt informata obiecto ītellecto, credūt intra ſe habere perfectā rationē verbi: & ꝙ ad hmōi verbi ſimilitudinē eſt verbū eſſentiale in deo: eo. ſ. ꝙ cū deus trinitas intelligit ſe vel ſuā eſſentiam, eſt ī intellectu diuino quędā opatio procedēs: q̄ eſt notitia q̄dā vt actus intelligendi eſſentialis: cuius ꝓceſſus licet nō ſit ſcđm rem, eſt tamen ſcđm rationem: & ꝙ ſcđm hoc notitia huiuſmodi in deo eſt verbū eſſentiale in ipſo: differēs ſolū ſcđm rationē a parente. Quemadmodum mens cum nouit ſeipſam, notitia quam habet de ſeipſa, verbum & proles eius eſt, vt ꝓcedit ſecūda obiectio.

I Sed hoc nō poteſt ſtare: quoniā nihil dicit verbū exiſtens in intellectu proprie niſi quia procedens eſt ab ipſo: & nō quocūq͂ modo: ſed per actū dicēdi: ita ꝙ verbū dicat non aliquā proceſſionē vel emanationē quę conſiſtit in actu ꝓcedendi vel emanandi: ſed ip̄m ꝓcedēs & emanans vt terminus in quē terminatur actus ꝓcedendi. Si ergo hmōi notitia ſiue in nobis ſiue in deo diceretur verbū proprie: oporteret ei aſſignare actum dicēdi per quē ꝓcederet, qđ nō eſt dare. Et p̄terea ſi hmōi notitia eſt verbum & ita proles, vt ſonant verba Aug. tunc ipſa mens eſſentialis eſſet eadē ratione parens: & eſſet in deo ponere duplicē parentē ſiue patrē. ſ. eſſentialem & perſonalē: ſicut & duplex verbū, qđ omnino abſurdū eſt. Non eſt ergo dicēdū ꝙ hmōi notitia dicēda ſit verbū: & ꝙ ad eius ſimilitudinē ſumat verū verbū in diuinis.

K Eſt igit ſciendū ꝙ ad rationē & naturā verbi mentalis perfecti tā in creatura q̄ in creatore, ſex conditiones requirūtur: quibus cōiūctis & ordinatis poteſt verbū deſcribi hoc modo. Verbū eſt terminus actionis intellectualis emanans ab intelligente ſcđm actū, manens in ipſo intelligente, alterius declaratiuū. Et per illas ſex conditiones excludūtur illa quibus aliquo modo videtur conuenire ratio verbi: ſed nō conuenit ratio verbi perfecta: aut nullo modo conuenit. Dicit terminus operationis intellectualis, ad differētiā obiecti intelligibilis, qđ eſt formale principiū omnis intellectualis opationis, vt iam dictū eſt ſupra. Dicitur aūt actionis intellectualis, ad differentiā amoris procedentis, qui eſt terminus actionis voluntarię. Dicitur autē emanans, ad differētiam rei intellectę ſimplici intelligentia, quæ eſt terminus actionis intellectualis, quæ eſt intelligere ſimplicis intelligentię: ſed nō eſt emanans & procedēs in eſſe per illā actionē: ſed ſolūmodo eſt terminus in quē terminatur hmōi actio & ſiſtit. Dicitur autē ab intelligente ſcđm actū, ad differentiam actionis quæ eſt intelligere ſimplici intelligentia, quæ emanat ab intelligēte nō ſcđm actum: ſed ſcđm habitū tm̄. Illa em̄ eſt prima actio intelligentis qua fit intelligens ſcđm actū. Dicitur autē manens in ipſo, ad differētiā verbi vocalis, qđ corporaliter extra emittitur: & eſt ſignū verbi manentis intra. Vltimo aūt dicitur declaratiuū alterius, ad differentiā cuiuſcūq͂ concepti poſt primū intellectū ſimplici intelligentia, qui nō eſt declaratiuꝰ illius, vt iā patebit.

L ¶ Ad quorū omniū intellectū intelligendū eſt ſcđm ꝙ expoſitū eſt in p̄cedenti q̄ſtione, ꝙ intellectus quilibet ſiue creatus ſiue increatus, dupliciter poteſt cōſiderari. Vno modo vt eſt potētia cognitiua. Alio modo vt eſt natura quędā. Et multū refert: vt em̄ eſt potentia cognitiua, eſt velut virtus paſſiua per ſe ordinata ad actū primū ſimplicis intelligentię: in percipiendo. ſ. obiectū intelligibile. & hoc non niſi vt mota ſit vel quaſi mota ab obiecto intelligibili. Vt vero eſt natura quędā: eſt velut virtus actiua: quę quaſi p̄ſuppoſito & ſubſtracto actu ſimplicis intelligentię qui eſt actus eius primus: elicit actū eius ſecūdū qui vocat dicere: quo format in ſe conceptū ſimillimū illi qđ eſt intellectū in ſimplici intelligētia: qui eſt declaratiuus & manifeſtatiuus illius, & ideo verbū illius dicit. Verbi gratia, intellectus creatus angelicus vel humanus poſtq̄ intelligentia ſimplici de re incōplexa intelligibili, vt ſignificata eſt ſimplici nomine incōplexo: notitiā habet cōfuſam & indeterminatā tāq̄ de quodam toto definibili qđ continet plures ptes. Totū em̄, vt dicit p̄hs in principio Phy. quiddā indefinitū ſignificat, vt circulus: queādmodū vl'e qđ multa continet vt ptes. Poſtq̄ inquā intellectus creatus talē notitiā ſimplicis notitię cōcepit de re aliqua quę ipſe eſt, vel aliqd aliud p̄ter ip̄m, vi ſua actiua format in ſe conceptū eius qđ qd eſt de eadē re, qđ eſt ratio ei, quā ſignificat definitio diſtinguēs ꝑ ptes id qđ cōceptū eſt vt totū cōfuſum in ſimplici intelligētia: & ꝑ hoc hmōi qđ quid eſt, declaratiuū eſt & manifeſtatiuū eius qđ intelligentia ſimplici cognitum eſt: propter qđ & verbū verū dicitur. & iam nō concipit vt ꝑ ſe terminus actus intelligēdi: tāq̄ id qđ principaliter intelligitur: ſed vt ꝑ ſe terminus actus dicendi: tāq̄ id in quo id qđ ſimplici intelligentia cognitum eſt, declaratur, ſeu manifeſtatur, & apertius intelligitur. Sed cōceptus hmōi qđ qd eſt aliter fit (vt dictum eſt in p̄cedenti q̄ſtione) ab intellectu angelico q̄ ab humano. Intellectus enim angelicus

de re quacunq; intellecta intelligentia ſimplici ipſum quod quid eſt ſtatim concipit vt natura
ſimpliciter:non autem vt ratio:quia abſq; diſcurſu & inueſtigatione : quemadmodum conci-
pit ipſum intellectus noſter. Et ideo intellectus noſter concipit quod quid eſt non vt natura
ſimpliciter : ſed vt ratio naturalis. Quod quid eſt ergo de vnaquaq; re ſimplici intellecta in-
telligentia ſimplici,verbum eſt exiſtens in intellectu non per actum intelligendi qui formatur
per obiectum cognitum:ſed per actum dicendi, vel cum diſcurſu,vel abſq; diſcurſu. Tale er-
go quod quid eſt tanq̃ verum & perfectum verbum in intellectu creato,habet ſex conditiones
verbi p̄notatas.Eſt enim terminus:quia in ipſo perfecte terminatur & perficitur omnis ope-
ratio & cognitio intellectualis de incomplexo:quæ inchoatur ab obiecto intelligibili cuius eſt:
quemadmodum in eo quod eſt propter quid eſt, terminatur omnis cognitio intellectualis de
complexo.Eſt enim ipſum propter quid eſt, verbum declaratiuum complexi illius quod con-
cipitur ſimplici intelligentia : quemadmodum quod quid eſt, verbum eſt declaratiuum in-
complexi. Eſt autem ſpecialiter terminus actionis intellectualis : quia non voluntariæ. Eſt
etiam emanans : quia in eſſe conſtituitur per intellectualem operationem : & hoc ab intelli-
gente ſcd̄m actum.Non enim format intellectus qd̄ quid eſt: niſi de aliquo iam intellecto ſim
plici intelligentia.Et cum hoc eſt manens in intelligente:& declaratiuũ & manifeſtatiuũ alte
rius. Secũdũ ꝙ ſcd̄m pħm, Definitio eſt notificationis gratia. & hoc eſt cõpletiuũ in ratione
M verbi. Vnde ſi quid reſpondeatur ad quęſtionem per quid,ſi non ſit declaratiuũ & manifeſta-
tiuũ eius de quo quęrit,non eſt verbum illius:vt ſi quęratur quid eſt tunica:& reſpondeatur
veſtis:quia vnũ non eſt declaratiuũ alterius:non eſt verbũ illius. Et cum hoc quia verbũ de-
claratiuũ alterius poteſt comprehendere id qd̄ quid eſt,vel perfecte comprehendendo cũ gene
re oẽs differentias vſq; ad vltimã incluſiue:vel vltimam,vel plures ex eis omittẽdo:ſcd̄m hoc
verbum formatum in mente de re poteſt eſſe vel perfectum:vt ſi de homine concipiatur quia
eſt ſubſtantia corporea animata ſenſibilis rationalis:vel impfectum:vt ſi tm̃ concipiatur quia
eſt ſubſtãtia animata ſenſibilis. Nõ em̃ dicitur eſſe verbũ:quia eſt in ſe quid intellectum vt ob
iectum actus intelligendi : ſed quia eſt declaratiuum eius qd̄ eſt per ſe obiectum intellectus:
N vt in quo intelligitur.❡Aſcendendo igitur ad verbum in deo,dicimus ꝙ nihil debet dici ver
Reſponſio. bum in deo ſcd̄m perfectam rationem verbi,qd̄ eſt quaſi per ſe & primũ emanans ab intellectu
diuino vt eſt vis cognitiua,cuiuſmodi eſt actus intelligẽdi ſimplicis ĩtelligẽtię. Sed verbũ per
fectum in deo ſolũmodo eſt id qd̄ eſt per ſe emanans ab ipſo diuino intellectu vt eſt natura q̃-
dã:cuiuſmodi eſt terminus actus dicẽdi,qui eſt quaſi fundatus ſuper actum eſſentialem intel-
ligendi. Cui quidem conuenit deſcriptio verbi perfecti prædicta: quia eſt terminus actionis in
tellectualis emanans ab intelligente ſcd̄m actum,manens in ipſo intelligente, declaratiuus il-
lius tanq̃ ſimillimũ ei.de quo dicit Damaſc.i.ſententiarum.c.vi.Ex intellectu ens aliud eſt prę
ter ipſum:ipſum autem intellectum in apertum ducens. Quare cum tale in deo non eſt niſi
emanans perſonaliter per actum dicendi,vt patet ex iam dictis:& infra amplius patebit ex de-
terminandis:qui quidem actus dicendi ſolius patris eſt:licet actus intelligendi quaſi ſubſtra-
tus eſſentialis ſit & cõmunis toti trinitati, vt infra videbitur:proculdubio abſolute ponendũ
eſt ꝙ in deo non ſit aliud perfectum verbum q̃ verbum perſonale productum per actum dicen
di:qd̄ non reſpondet in nobis alicui qd̄ in nobis concipitur,niſi ei qd̄ quid eſt,qd̄ eſt perfectum
O verbum in nobis.❡Et ſic loquendo de verbo ſcd̄m perfectam rationem verbi,ſimpliciter dicẽ-
Reſponſio abſoluta. dum eſt ad quæſtionem,ꝙ in actu intelligendi dei non eſt aliquod verbum eſſentiale.vt nõ ſit
perfecta ratio verbi niſi perſonalis in deo,cui maxime conforme eſt verbum qd̄ quid eſt in in-
tellectu noſtro. Qd̄ etiã verbum noſtrum q̃uis in aliquo ſimile ſit verbo dei, multo tamẽ eſt
diſſimile.Scd̄m ꝙ dicit Auguſtinus ibidem.Verbum noſtrum eſt illud qd̄ non habet ſonum
neq; cogitationẽ ſoni:ſed eius rei q̃ intus lucet:cui magis verbi competit nomen vtrũq; ſimile
eſt in ęnigmate verbo dei : quoniam ſic & hoc de noſtra ſcientia naſcitur : quemadmodum &
illud de ſcientia patris natum eſt.Qd̄ quantũ etiam ſit diſſimile non pigeat intueri.Et in quo
conſiſtit illa diſſimilitudo, in fine.c.xv. dicit.Si concedamus vocandum eſſe verbum quiddam
mentis noſtræ qd̄ de noſtra ſcientia formari poteſt etiam prius q̃ formatum ſit, quis non vi-
deat quanta hic ſit diſſimilitudo ab illo dei verbo qd̄ in forma dei ſic eſt vt nõ antea fuerit for
male q̃ formatũ:nec aliq̃n eſſe poteſt ĩforme, ſed ſit forma ſimplex & ſimpl'r æqualis ei de quo
P eſt?Et eſt aduertendum quia dicit Auguſtinus ꝙ naſcitur de noſtra ſcientia: inſinuans ꝙ ad
productionem eius ſubſtrata eſt notitia ſimplicis intelligentiæ : ita ꝙ in nulla ſimplici intelli-
gentia perfecta ratio verbi conſiſtit. Sed quid eſt?nunquid penitus abnegandum eſt poni de-



bere aliquam rationem verbi eſſentialis in deo:ſcilicet quo ad notitiam ſimplicis intelligentię?
Et videt aliquibus ꝙ ſic:qa notitia ſimplicis intelligẽtiæ emanans ſcd̄m rẽ ĩ intellectu noſtro
in ipſo intellectu increato habet rationem emanantis. Propter quod dicunt ꝙ habet aliquam
rationem verbi:licet imperfectam vt vere poſſit dici verbum eſſentiale: qd̄ eſt verbum ſcd̄m
rationem:cum illud verbum perſonale ſit verum verbum reale. Certe de nomine non eſſet Q
multum curandum:ſi vſus obtineret ꝙ iſtud vocaretur verbum: dum tamen non repugna-
ret rationi,& intellectui eius qd̄ debet intelligi per nomen verbi:quia ſi ei repugnat,nullo mo
do ponendum eſt. Ad hoc ergo maxime aſpiciendum eſt in hac quæſtione de verbo. Et quia R
nomina impoſita ſunt eis quæ ſunt apud nos : videndum eſt de vi verbi vocalis : cui pri-
mo & ſcd̄m famoſitatem nomen erat impoſitum : & ab illo tranſlatum ad verbum mentis
tam in creatore q̃ in creatura.Et quantum nobis apparet,verbi nomen impoſitum eſt verbo
vocis ad ſignificandum ipſam rem ſcd̄m omnes ſex prædictas conditiones, excepta quinta:
quia non eſt manens in ipſo intelligente:in quo diſcordat a verbo mentali: ſed præcipue pro-
pter vltimam quia eſt declaratiuum & manifeſtatiuum illius quod eſt in mẽte conceptum &
eius indicatiuum, & ſimiliter extra. Inter omnes enim illas proprietates illa vltima, ſcilicet
ꝙ ſit declaratiuum & manifeſtatiuum alterius, eſt maxime principalis: quia vltima & com-
pletiua ſine qua non poteſt eſſe ratio verbi:& qua exiſtente,etiam ſi quædam aliæ deſunt, po
teſt eſſe aliqua ratio verbi. Vnde & nutus, quia quodam modo manifeſtatiui ſunt eius ad
quod manifeſtandum ordinantur verba : quodam modo verba dicuntur. & licet omnes
aliæ conditiones deſint. Quia igitur in intellectu creato conceptus ſimplicis intelligentiæ S
quando eſt de re quæ non eſt per eſſentiam ſuam ratio intelligendi ſeipſam, eſt notitia ema-
nans & manifeſtatiua illius cuius ſpecies & forma eſt obiectum mouens exiſtens apud intel-
lectum:Ideo in intellectu creato huiuſmodi notitia habet aliquam rationem verbi,& poteſt di
ci verbum. Si autem intelligeret ſeſe per præſentiam eſſentiæ ſuæ:vt ipſa ſua eſſentia eſſet
ratio intelligendi:qd̄ de nullo intellectu creato credimus ponendum: huiuſmodi notitia non
haberet rationem verbi: quia non eſſet alterius manifeſtatiua:quoniam ipſum obiectum ſeſe
manifeſtaret informando de ſe huiuſmodi notitiam in intellectu:& ipſa notitia non eſſet ma-
nifeſtatiua ipſius rei cognitę:ſed potius ipſa manifeſtatio ei9 quam format in intellectu. Qua
re cum deus intellectu eſſentiali ſimplicis notitiæ non intelligat obiectiue & formaliter niſi
ſuam eſſentiam,licet in ipſa omnia alia ſimul intelligat : & ipſa eſt ratio ſeſe manifeſtandi in-
tellectui diuino quo ad omnes rationes intelligibilitatis ſuæ,& formandi in eo cõceptum ſim
plicis notitiæ:Simpliciter ergo dicendum ꝙ habendo aſpectum ad formalem rationẽ impoſi-
tionis,& vſum huius nominis verbum,nullo modo notitia eſſentialis ſimplicis intelligentiæ
in deo poteſt dici habere rationem verbi:ſicut neq; ſcd̄m rem poteſt dici fore verum verbum.
Et propter hoc nullus ſanctorum vnq̃ poſuit aliud verbum vel rationem verbi in deo,q̃ illud
quod eſt proprium filio.

❡Ad primum in oppoſitum:ꝙ trinitas in imagine creaturę rationalis & intelle- T
ctualis,quia eſt effectus eſſentialis trinitatis in deo: reſpondet ei qd̄ eſt cõmune trinitati, qd̄ Ad primũ
eſt diuina eſſentia,& eſſentialia pertinentia ad ipſam:ergo in eſſentialibus eſt ponere rationem princip.
trinitatis & ita verbum: & hoc non niſi in actu intelligendi eſſentiali: Dicendum ad hoc:ꝙ
quod quid eſt in creatura:reſpondet communi eſſentiæ diuinæ: quæ eſt ratio communis tri-
bus perſonis producendi quod quid eſt in creaturis: vt debet exponi loquendo de emanatio-
ne creaturarum.Et hoc inquantum quælibet creatura habet rationem perfectionis ſuæ in di
uina eſſentia:& rationem idealem in eius ſapientia. In creatura tamen a tota trinitate poteſt
produci aliqua ſubſtantia quæ in vnitate ſubſtantiæ habeat aliqua tria pertinentia ad ſub-
ſtantiam:vt ſunt potentiæ, quæ non ſunt aliud ab eſſentia rei, vt determinauimus in qua-
dam quæſtione de quolibet : quæ proprie ſingula reſpondent ſingulis perſonis diuinis in-
quantum habent in ſe rationem emanationis. Si enim emanationem abinuicem non habe-
rent : non plus proprie reſponderent ſingulis perſonis diuinis: q̃ illa tria, ſcilicet vnum,ve-
rum, bonum: & haberent illa tria in nobis ſolum rationem veſtigii, ſicut iſta tria quæ mo-
do habent rationem imaginis. ❡Ad ſecundum : ꝙ mens cum cognoſcit ſeipſam, notitia V
eius verbum eſt : ergo notitia eſſentialis qua deus cognoſcit ſeipſum, verbum eſt: Poteſt di- Ad ſecũdũ.
ci ſecundum iam dicta ꝙ non eſt ſimile de notitia mentis de ſe, & dei : quoniam intellectus
creatus non cognoſcit ſe niſi ſicut alia a ſe : ſcilicet per rationem ſui,velut determinatum

eſt inquadam quæſtione de quolibet. Nō ſic autem deus:quia in ipſo non cadit ratio vniuer-
ſalis,vt determinabitur infra.Et cum hoc dicendum ꝙ notitia æquiuocatur. Vno modo no-
titia appellatur actus noſcendi qui eſt actus intelligendi,qui nō eſt niſi eſſentialis in deo ad qđ
cūq; intellectum vt intellectū eſt aut cognitū terminetur.Alio modo notitia appellatur illud
qđ alterius eſt declaratiuū & manifeſtatiuū, vt in quo cognoſcit̄ & manifeſtatur,qđ nō eſt in
deo niſi verbū perſonale,vt dictū eſt.Vnde qđ dicit Aug.ꝙ mens cū ſeipſam nouit,notitia ſua
proles eſt:ergo & verbum:Auguſtinus non ſumit ibi notitiam pro actu cognoſcendi vel intel
ligendi:ſed pro eo ꝙ mens ſeipſam intelligendo opere intellectus concipit actionem dicendi de
ſeipſa ꝙ eſt quod quid eſt:& verbum eſt:quod vere reſpondet verbo perſonali in deo:vt in ge-
neratione verbi ſit ſemper notitia de notitia: vt de notitia impreſſa in intellectu per obiectum
intelligibile:ad quam intellectus ſe habet paſſiue, procedat notitia expreſſa:ad quā intellectus
X ſe habet actiue,ſicut dictum eſt.¶Et ꝙ hoc verum ſit,patet ex hoc qđ Auguſtin⁹ probat:quia
hmōi notitia proles eſt per hoc,ꝙ illud qđ ptum vel repertum dicitur, iam notitia inuētū eſt
& ſępe(vt dicit)procedit inquiſitio:eo fine quietatur:& (vt ꝓſequit̄) iſta inqſitio non fit niſi
per amorem rei inueſtigādę:quia vt partum mētis antecedit appetitus quidam quo illud qđ
noſſe volumus q̄rendo & inueniendo naſcatur proles ipſa notitia.Sed conſtat ꝙ iſtam notitiā
inueſtigatā & inquiſitā p amorē neceſſario p̄cedit notitia. aliqua ſimplicis intelligentię: quia
omnino incognita amare non poſſumus:ſed ſolum quæ aliquo modo cognoſcimus,per amorē
inueſtigamus vt amplius cognoſcamus.Et illa cognitio mentis de ſeipſa poſt ſimplicem noti-
tiam non eſt niſi notitia qua verbum dicitur notitia: in quo ſimplex notitia amplius manife-
ſtatur. Vnde ꝙ notitia quā Auguſtinus dicit eſſe verbum: ſit notitia definitiua, bene expli-
cat in eodem li.cū dicit parū ante.vbi dicit. Neq; vitiorum notitia nobis diſplicet:ſed ipſa vi-
tia.nam placet mihi ꝙ noui:& definio quid ſit intēperantia:& hęc eſt verbū eius.Ex quo patet
ꝙ cum partes imaginis aſſignentur in nobis mens notitia & amor:& ad verbum non pertinet
niſi notitia parta ſiue reperta & per inueſtigationem eius inuenta,quæ eſt eius qđ quid eſt:ꝙ
ad memoriam pertinet etiam ipſa notitia ſimplicis intelligentię:ſicut in generatione verbi di-
uini ad intellectum ſimplex notitia eſſentialis ſubſtrata actioni dicendi quo procedit notitia
quę verbum eſt:quoniā non eſt verbū vel filius niſi notitia procedens. Et ideo dicit Anſel.ꝙ
pater non eſt filius,licet ſit intelligentia:quia non eſt intelligentia procedens: verbum autem
eſt notitia procedens:nō vt actus aliqs:ſed vt terminus actus, ſicut dictū eſt. Ipſe enim actus
quo procedit verbū tā intelligere q̄ dicere, ſe tenet ex pte parētis,& pręciſe procedens ab actu
Y habet rationem verbi & prolis. ¶Ad tertiū,de Anſel.dicendum ꝙ cum verbū ſit emanans ab
Ad tertiū. alio vt terminus dicendi:& vt ratio declaratiua & manifeſtatiua alterius:actus dicendi poteſt
reſpicere ipſum verbum dupliciter.Vno modo vt eſt terminus eius ſimpliciter.Alio modo vt
eſt manifeſtatiua alterius.& ſic actus dicendi etiam reſpicit illud mediante ipſo verbo vt ter-
minū ſuū.Et ideo cum vtroq; conſtruitur vt cum termino ſuo in quem terminatur:vt dei di
catur non ſolum verbum:ſed res illa quæ per verbum declaratur & manifeſtatur:ſed per ver-
bum per ſe:illud autem mediante verbo:& ſimiliter dicens dicat nō ſolum verbū : ſed & illud
qđ declaratur verbo:ſed verbum per ſe: illud autem mediante verbo.Pater ergo quia intelli-
gendo ſe & filium & ſpiritū ſanctum & totam creaturam & vniuerſa quæ ſua notitia ſimpli
cis intelligentię continētur,dicit verbum vt omniū illorum declaratiuū & manifeſtatiuū,non
ſolum dicit verbum:ſed & ipſo verbo dicto dicit omnia illa: & non ſolum verbum a patre di-
citur:ſed etiam omnia illa in verbo.Dicere autem verbum ſcđm ſe,& verbum dici ſcđm ſe,nō
conuenit pluribus perſonis diuinis. Dicere enim verbum ſcđm ſe, ſoli patri conuenit: & dici
prout verbū ſecūdū dicitur,ſoli filio conuenit.Et ſunt ambo perſonalia.ſ.dicere & dici.Dicere
autem aliquid verbo & in verbo pluribus conuenit.Sic enim conuenit omni rei creatę & in-
creatę dici:quia verbo a patre producto omnia declarantur & manifeſtantur. Sic etiam conue
nit dicere verbo cuilibet naturę intellectuali actualiter intelligenti ipſum verbum, vt dicere
ſignificet quaſi formaliter actum manifeſtationis:& includat quaſi materialiter actū intelligē
di: & ille ablatiuus qui eſt verbo,ſit ratio dicendi : non quo ad actum intelligendi: ſed quo ad
actum manifeſtandi.Per hoc enim ꝙ intelligendo verbum vt aliquid quo intellectus quaſi for
matur ad actum intelligendi intelligit alia in verbo:illa manifeſtat cuilibet intellectui:haben-
do in ſuo intellectu verbum vt illorum manifeſtatiuum: vt in eius intellectu ſic informato &
in verbo quod ſic eſt in ipſo intellectu, poſſit quaſi legere quæcunq; ipſe in verbo intelligit.
Et per hoc verbo illo dicit ea illi non ſuo, vt a quo procedat per actum notionalem dicendi:



ſic enim ſolius patris:ſed vt in cuius intellectu habetur in actu intelligēdi:ſic eīn eſt verbū cu
iuſcūq; intellectus intelligentis ipſum ſcđm actum:vt vno modo.ſ.tāq̄ productum ab eo ha- Z
beat eſſe verbum ſolius patris:& conceptū in mēte paterna,non recedens ab eo. Alio autem
modo.ſ.tāq̄ intellectū ſimpliciter habeat eſſe verbū cuiuſlibet intelligētis:& conceptū in mēte
eius.Primo enī modo non dicit verbo niſi q profert verbū:cuiuſmodi eſt ſolus pater:& dicere
hoc modo eſt pure perſonale. Propter qđ Auguſt.vii.de tri.in principio loquens de patre di-
cit.Illo coæterno verbo non ſingulus intelligitur dicere : ſed cum ipſo verbo ſine quo non eſt
vtiq; dicens.Non ſingulus.i. ſingulariter & ſcđm ſe ſiue ad ſe. Quemadmodum ſingulus ad
ſe ſapit & intelligit:non ſapientia & intelligentia genita:aut cum illa. ſcđm ꝙ determinat per
totum librū.Et ideo ſic dicere verbo eſt perſonale:& non conuenit niſi ſoli patri. Secundo ve-
ro modo dicere verbo conuenit cuilibet videnti intellectualiter ipſum verbum : & eſt dicere
eſſentiale ſicut & intelligere.Sed in aliquo differunt:quia intelligere pure & abſolute quantū
eſt de ſe eſſentiale eſt:& importat ſolam & p̄ciſam habitudinē intelligentis ad rem intellectā
abſq; omni reſpectu ad perſonale: ſed dicere cū hoc ꝙ eſt eſſentiale importat habitudinē quā-
dam ad perſonale:quia importat habitudinē intelligentis ad rē intellectam mediante verbo ꝑ
ſonaliter producto:vt quo illa res intellecta manifeſtatur ab intelligente verbū ſicut iam dictū
eſt.Vnde vt dictū eſt nō proprie dicere ſignificat intelligere: ſed implicat ipm̄ in ſuo ſignifica
to:qa p̄ciſe ſignificat eius qđ eſſentialiter intellectū eſt in verbo manifeſtationē. ſ.Quę qdē ma
nifeſtatio includit actū intelligēdi in verbo illud qđ manifeſtatur. Vnde de tali dicere loquēs
Anſel.nō dicit p̄ciſe ꝙ dicere ſit īntelligere:ſed dicit Moñ.lxiii.c.Nihil aūt aliud eſt ſummo ſpi
ritui hmōi dicere q̄ cogitando intueri.vt cogitare notet actū intelligendi quē implicat & ſup
ponit.Intueri aūt notet actū manifeſtandi quē ſignificat:quo.ſ.ipſi cogitāti verbū ſiue intelli-
genti manifeſtantur verbo omnia intellecta in ipſo: & ſimiliter cuilibet alteri inſpicienti ver-
bū vt eſt in illius intellectu conceptū.Et ſic iſtud dicere tria habet facere: quia manifeſtationē
principaliter ſignificat:& actum intelligendi in ſuo ſignificato implicat:& ad verbum habitu-
dinem quādā & reſpectum notat.Et hoc modo de dicere loquitur Anſel.dicens.Dubium eſſe
non debet:qa pater & filius & eoꝝ ſpiritus,vnuſquiſq; ſeipſum & alios ambos dicit:ſicut ſe &
alios intelligit.Et tūc cōtinue q̄rit quæſtionē:cuius difficultas implicatur in argumēto,dicēs
Q; ſi ita ſit,quomodo nō ſunt ſumma eſſentia tot verba quot ſunt dicētes:& quot qui dicūt?
Et eſt dicendū ad quæſtionē & ad argumentum ſimul : ꝙ verbum nō procedit ab ipſo dicere
eſſentiali:ſed p̄ſupponitur in ipſo:ſed a dicere qđ eſt perſonale.& hoc modo ſolum vnus dicit:
& ideo ſolū vnū verbum eſt quo omnes dicūt eſſentialiter. Et patet inſpicienti ꝙ ſic intendit
Anſel.ſoluere ad ſuam q̄ſtionē:& ſumit dicere cōmuniter: verbum autē nō niſi proprie: ipm̄
autē dicere,extendit.et hoc quia ratio actus dicendi ſic potuit quantum eſt de ſe extendi:qm̄
quicunq; dicit verbum,in verbo dicit quęcūq; ſignificātur ipſo verbo. propter qđ ad illa etiā
terminari poteſt actus dicendi ſcđm reſpectum ad verbū.Vn̄ etiā illa quę dicūtur verbo,quo
dāmodo verba ſolent dici.dicitur enim aliquis feciſſe verbum regis qui fecit imperatum ver-
bo regis..Non ſic autem potuit extendiſſe verbum. Quantum enim eſt de ratione ſua non ſic
potuit extendi:quia de ratione ſua eſt ꝙ ſit manifeſtatiuum. Et ideo quantum eſt de ſe non
poteſt extendi ad non manifeſtatiuū:et ſi extendatur,hoc eſt omnino contra rationem nomi-
nis verbi.vt ſcđm hoc ipſa diuina eſſentia intellecta ſimplici notitia : aut ipſa notitia ſimplex
aut ambo ſimul, verbum eſſentiale dicatur in deo in actu intelligendi eſſentiali: & hoc ſcđm
rōnē intelligendi noſtrā ſolūmodo.ſcđm hoc enī ſuperius,& ſilr̄ in quibuſdā q̄ſtionib⁹ de quo
libet,inſinuauimus ꝙ ſcđm rationem intellectus noſtri verbum eſſentiale ſit in actu intelligē-
di dei:& ſimiliter in actu noſtro ſimplicis intelligentię:cū tamen quantū eſt de inſtitutione &
proprietate & vſu vocabuli:verbū non dicatur niſi emanans vt terminus actionis intellectua
lis per quā emanat:qđ non eſt niſi verbū pſonaliter ſubſiſtens in deo,& cōceptus ei⁹ qđ qd eſt
in intellectu creato,vt patet ex iā dictis: licet aliquo modo ſimplex notitia in intellectu creato
poſſit dici verbum,& non in intellectu dei, vt dictum eſt.

Finis Articuli.XL.